



DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

De vita et scriptis Joa. Ludov. Vives vide: S. Pauli
Freheri theatri. viror. eruditione clarorum p. 1488.
Schroëckh christl. Kirchengesch. seit der Re-
formation III. Th. S. 95.

Vives natus A.C. 1492. Valentiae denatus
1541. secundo. Freher. 1543.

De vita et scriptis Augustini vid. Schroëckh christl.
Kirchengeschichte. P. XV. p. 219 - 530.

Aurel. Augustinus natus Tagastae, urbe quaedam
Numidiae A.C. 354. d. 13. Novembr. denat.
430. d. 28. Aug.

Ueber die Leben des heil. Augustinus und der
Katholischen Kirche zu den Bedenksamen
Anfangen zu S. bei Gelegenheit der Festung
folgendes zu schreiben:


1. ~~erschreibe die unvollst. Miltent. und göttl. Gnade~~
~~aus dem Latein. des S. Augustinus, die ich~~
mit vollständiger Freude gegeben von
Joseph Meiners, Professor in Paderborn
zwei Bände. 1780. 8. 2. ~~erschreibe~~
Miltent. Zerstörung d. 22. VIII. f. 11. 11. 11.
in 2. B. d. göttl. Gnade. Zerstörung.
in 2. B. d. 22. VIII. f. 11. 11. 11. Prof. d. 37.
Luzern bei Kaspar Meyer, 1824. 1825. 8.

2. Ueber den Grund d. Nutzen des christl.
Glaubens. zwei Bände des S. Augustinus.

Arbeitsbuch 2. mit folienartigen Belegblättern
von Joh. Meindorus, Metz, bei Fr. Kar. Ziegler
1824. 8.

Wochenschriften herausg. im Catoliken Jhr
1828. Oktbr. N. 1 [37

S. Aurelii Augustini - de Civitate Dei
libri 21. 2. Hft. in 8. 1825. Lipp. 6. Bausch
Woffels. Aufgubr brosch. 1. Hft. 16. gr. (Jedes
Hft. einzeln 20. gr.)
auf gelbem Nihilpapier brosch. 2. Hft.
8. gr. (Jedes Hft. einzeln 1. Hft. 4. gr.)



D. AVRELII
AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPI-
SCOPI, De Civitate
DEI

LIBRI XXII.

Veterum exemplarium collatione nunc demum
castigatissimi facti, eruditissimisque doctissimi
LODOVICI VIVIS Commentariis illustrati.
Quorum XII. priores, hac omnium illius Operum
Tomi quinti Parte prima continentur:

*Cum Indice, hac postrema editione castigatissimo
diligentissimoque facto.*



EXCVDEBAT
IACOBVS STOER,

M. D. XCVI.

Treasure Room

878.9

A923A



IOANNES LO-
DOVICVS VIVES IN-
CLYTO PRINCIPI HEN-
RICO VIII. ANGLIÆ

REGI, HYBERNIÆ

Domino, &c.

S. D.



*T*a comparatum est natura humanorū ingeniorū, clarissime rex, ut illos demū verè & ex animo admiremur, quos in ea præstare videmus arte, quæ maximè nobis inter omnes placet, ac probatur. Alij alius dediti sunt studiis ac exercitamentis. Sic fert natura rerum, ut hac varietate speciosus ac mirabilis consistat mundus: & tamen, ut inquit ille, suum cuiusque pulchrum. Iam olim opibus & imperio tam latè patenti nō armis & sanguine questis, sed à parentibus per manus tradito, & robore animi corporisque, & virtute bellica, tum charus eras omnibus, tum etiam suscipiendus. Nunc verò postquam etiam quantum ingenij viribus studiisque sapientie valeres documenta dedisti, maior literatus omnibus cœpisti esse ac admirabilior: non quin te antea permagni estimarent: præsertim quum regno cuius potestas maiestāsque est in terris secundum Deum maxima, animi clementiam probitatēque adiūxeris, quò verior fieres expressiorque nature principis imago: qui ut maximus, ita est & optimus, ac prius quidem optimus, quàm maximus. Sed qui studiis dediti non perinde vel diuitiis suscipiunt, vel potentiam, quòd esses quidem bonus, id in te complectebantur, & amore prosequerentur ingenti: quòd rex esses, non ita admirandum ducebant, quum & scelerati homines sæpe reges fuerint, corporis etiam dotibus insignes. Vbi verò tua sacramentorum assertio prodit, qua nihil vel elegantius fieri potest, vel purius, vel sanctius, & uno

Aug. de civit. Dei.

Tom. j.

à ij

uti verbo dicam, Christianus, opinio probitatis animi tui confirmatio
 reddita est, si modo id fieri poterat: nam certissima firmissimaque in om-
 nium animis erat multis exemplis velut clavis infixæ, & admiratio iam
 apud omnes suborta. Nempe & apud illos, qui amplius augustiusque ni-
 hil putant potestate regia, & eos qui diuitias supra res uniuersas con-
 stituunt: & qui corporis numeribus, formæ, læcæ, agilitati plurimum
 tribuunt: & qui belli artium sunt studiosi, velut omnipotentis ac rerum
 domini: quo fit ut certatim principes omnes amicitiam tecum quibus-
 cunque possint rationibus visisque, ambiant: omnes tibi siue fœdere, siue
 quod optatius est, sanguine iungi affectantes. Nec priuorum tibi studia
 defunt, quæ ipse fulgore tuarum virtutum facis: alios liberalitate seu ma-
 gnificèntia potius alliciens, alios humanitate ac suauitate morum, cun-
 ctos prudentia atque iustitia, duabus verè regis virtutibus qui quum ta-
 lis sis, profectò impudentiam meam fateor, sepe, umcro tibi innotescere
 affectanti: quoniam hæc est mea sententia, laus non mediocri tibi vel no-
 tum esse. Et quum aliàs semper defuerit occasio, nunquam seipsa sponte obtu-
 lit, paratis à me in Augustini libros De ciuitate Dei commentariis,
 quos quum dispicerem cui dicare sic passim, ut tum aliquam ipse laboris
 mei gratiam inire non omnino contemnendam: tum cui dicarentur, non
 perinde literas dari existimaret, ac stipulas, & libros, ac sarcinas capsarum
 molestas: tum etiam, ceu ad censorem grauissimum mitterem, qui v-
 nus si approbasset, si, si, agis omnium probati commendatique videren-
 tur, ipse multis nominibus rationibusque occurristi. Primum, quòd ea es
 virtute ac doctrina, ut tibi etiã dicassim, si priuatus esses. Deinde quòd
 viam hanc expeditissimam cernebam, qua voti faciliè compos fierem
 iam pridem concepti & nunciati. Accedit huc, quòd, quemadmodum
 experti narrat, obuius es ac expositus huiusmodi numeribus: quibus gra-
 tiora vix tibi vlla possunt contingere. Nam aurum, argentum, gemmas,
 vestes, equos, arma tibi qui offerat, planè mari (quod aiunt) aquam, aut
 saltibus ligna. Et profectò ut alius in rebus omnibus, ita in hoc quoque
 prudentissimè agis, qui dignam virtute ac meritis tuis apud posteros glo-
 riam libris doctorum hominum parari cogites: si non meis aut mei simili-
 um, certè faciliè te & per humanum literatis exhibendo, in aliquem
 incidet, cuius stylo ceu penicillo quodam eruditiss. effigies istius prestan-
 tissimi atque optimi animi depicta & formata immortalitati commen-
 detur: nec villo obliuionis operiatur situ, aut vetustatis iniuria corrupa-
 tur, & memoratu digna non taceat posteritas virtutum testis incorrupta,
 simul in gloriam tui iam olim celo redditi, quamuis leue hoc & negligè-
 dum, simul quòd magnum in primis est, & optandum in exemplum co-
 rum, qui tunc viuunt. Præter hæc omnia congruis siue ingenio, siue stu-
 diis tuis

diu tuis hoc opus, in quod Augustinus optimam eorum partem, que apud veteres legerat auctores, tanquam in thesauros coniecit: nempe cum hominibus acutissimis summa præditi & eloquentia & doctrina disputaturus. Quo factum est, ut aliud agens magis optimarum rerum seruari reliquias, domiciliis earum & quasi sedibus, unde prius peti solebāt, euehis: itaq. pro Varrone, pro Salustio, pro Liuiio, pro Cicerone in libris De rep. magni posterioris ætatis viri hisce Augustini scripti sunt adiuti: ut Hermolaus, Politianus, Blondus, Beroaldus, que tu omnia non ita leges, ut noua tibi & inaudita, sed ut vetera recognoscres. Adde quod Augustini tui neque scribendi institutum eodem propemodum videntur pertinuisse. Nam ut tu contra Babyloniam pro meliore illa scripsisti, Roma, ita & Augustinus contra Babyloniam illam veterem Romam Christianam & sanctiorem defendit. Congruit & magnitudini tue non opus incum, sed Augustini, sub quo ipse delitescit, siue autor spectetur, siue materia operis. Autor est Augustinus, vir deum immortalem quam sanctus, quam doctus, quale specimen columenque reip. Christiane quo uno multis ritibus, multis statutis, moribus, ceremoniis piis ac venerandis est illa imixta, nec iniuria. Fuit enim in viro illo studium uberrimum, cognitio sacrarum scripturarum exactissima, iudicium acre & extersum, ingenium ad miraculum acutum. Fuit ipse syncerioris pietatis diligentissimus propugnator, moribus mansuetissimis & ad charitatem euangelicam efficitis, atque expressis, vitæque integritate sanctitateque insignis & adorandus: que omnia persequine volumine quidem iusto possis, nedum epistola. Bene quod de scriptore agimus omnibus noto, tibi etiam familiari. Iam opus non est de filiis Niobæ, quod aiunt, aut de portis Thebarum: non de sarcinendis vestibus, aut parandis voluptatibus, non de agro colendo: que alioqui argumenta magnis sunt quoque regibus dedicata, sed de vtraque ciuitate mundi & Dei, quibus angeli, demones, hominesque uniuersi continemur: ut nata, ut educata sint: ut adoluerint, quò tendant, & quid ubi ad metam percurrerint factura. Que ut explicet, nihil neque prophane prætermisit eruditionis, neque sacre, quod nõ attingat & exponat. Romanorum res gestas, d. os, sacra, & ceremonias, philosophorum placita, calorũ terræque, tum angelorum, demonum, hominum originẽ. Hinc quibus initiis populus Dei creuerit, & quomodo vsque ad Christum Dominum deductus est: tum due ciuitates comparantur, Dei & mundi: regnæque adducuntur Assyrium, Sicyonium, Argium, Atticum, Latinum, Persicum. Post hac quid de Christo vates, & Ethnici & Iudæi prædixerint. Iam dicturus de vera felicitate, opiniones veterum philosophorum de illa confutat & refellit, Deinceps ut venturus sit Christus de bonis malisque pronuntiaturus

*index viuorum & mortuorum. Ad hæc de sceleratorum suppliciis. Po-
stremò de gaudiis piorum & æterna felicitate. Atque hæc omnia miro
ingenio, maximo acumine, eruditione excultissima, stylo mundo & ex-
terso, qualis autor est per omne discipularum scriptorūque genus versa-
tum exercitūque, & res illas magnas & præstantissimas, & eos qui-
bus cum disputabatur, decebat. Leges itaq; clarissime & optime rex is
horis, quas tu immensis regni negotiis atque occupationibus suffuraris, ut
literis & ingenij cultui impendas, simul nostros commentarios degusta-
bis: de quibus licet mihi dicere, quod Ouidius de suis Fastorum libris
dixit, cum eos Germanico Cesari mitteret:*

Pagina iudicium de tibi subitura mouetur

Principis, ut Clario missa legenda Deo.

*Quos si tibi non displicuisse sensero, nihil verebor, ne parum aliis pro-
bentur. Quis enim ad eò impudens sit, ut à tam exacto iudicio dissentire
non erubescat? Quod si quis audeat, tua tamen vel tacita*

mihî patrociniabitur autoritas. Vale optime rex, &

Viuem tibi addictissimum quouis loco

numera, modo inter tuos.

Louanij, Nonis

Iulij.

M. D. X X I I.

IOAN-





IOANNIS LODOVICI
 VIVIS VALENTINI IN
 SVOS COMMENTARIOS
 ad libros de ciuitate Dei D.
 Aurelij Augustini,
 Præfatio.

Vando de Augustino, deque eius opere, quantum quidem videbatur, sumus locuti, nunc cum lectore ipso aliquanto familiarius de hisce meis commentariis libet paulisper commentari. Erasmus Roterodamus vir adeo laudatus à plurimis, ut ad eum gloriæ cumulum nihil sit mea de illo prædicatio aut perparum additura, cum post Hieronymum & Cyprianum recognitos, Augustinum quoque eundem in modum perpurgare decreuisset, nec vni ipsi vacaret tantum operum librorumque obire, aliis quoque magnis & præstantibus rebus occupato, alios sibi adiunxit siue operis socios, siue ministros, inter quos me etiam asciiuit: cumque aliis, quod eorum esset & amplior eruditio, & ingenium felicius, & diligentia dexterior: grauiora mandasset atque maiora, mihi libros attribuit De ciuitate Dei duos & viginti: quod opus bona ex parte tum rerum gestarum fabularumque narrationibus, tum disputationibus philosophicis consumeretur: quibus rebus bonam ætatis partem videbamur impendisse, magno quidem conatu ac voto, utinam pari successu. Theologica tamen multa inerant, tamen non ita forsitan, ut aliis libris crebra, quanquam ab hac etiam sacrosancta disciplina numquam alieni fuimus, quantum per ætatem nostram, & aliarum artium, quæ nos mirifice ceperunt studia, licuit. Neque verò sic sum ad hoc ipse munus electus, tanquam optimè rem executurus, sed ne prorsus nullus esset qui hoc ageret, reliquis Erasmi amicis aliis in alias res intentis. Ac, ut verum fatear, arripui opus ab Erasmo oblatum auidissimè, pollicitus me postremam commentariis imposituram manum ante secundum mensem aut tertium. Nam memineram me olim aliquot eius operis volumina legisse, quæ mihi nec admodum erant visa men-

dosa, & fatis facilia: ac eiusmodi, in quæ non parū eius notitiæ antiquitatis, quā iugi paraueram lectione, possem effundere, vt eodem labore simul exercerē stylum. atq; ingeniū meum; simul aliis mea studia nonnihil afferrent fructus, simul aliqua ingenij atq; eruditionis gratiā pararem. Et fuit illa profectò iuuenilis quædam cogitatio, quæ longè aliter experiendo processit, quàm ipse mecum eram ratiocinatus, nam opus præterquam quod est longissimū, habet in se miram rerum omnium varietatem, historias, fabulas, naturalia, rhetorica, mathematica, geographica, moralia, theologica: & horum nihil propè, vel tenuiter, vel mediocriter. Iam libri erant supra quàm dici possit mēdosi, qui totā Augustini sententiam praua scriptura aliò auertebant. Hic iam non exiguus in castigādo ex veteribus libris, tum etiam in diuinando labor: nam & diuinandum sæpenumero fuit, & coniecturis vera restituenda lectio: orsus nihilominus sum scribere circiter Calendas Ianuarias, anni superioris, id est M. D. XXI. & cōfecto ad finē mensis primo libro, affertur de Gulielmi Croij Cardinalis parroni mei morte, qui Vormaciæ naturæ cōcesserat. Facile intelligere quisq; potest, vt ea res studiorū meorum quietem concussisset, sublato eo, qui mihi vnus otia faciebat, quāta cupiebā. Hinc vt nulla vnquā calamitas venit sola, in morbū incidi nō simplicem, ita ad curam valetudinis coactus sum me Brugas conferre ad meos Hispanos, inter quos ægèr more ac modo meo cōmodius tractarer, conualui mēse Iunio. Et quoniā dicebātur eodem Carolus Cæsar, & Britānus Cardinalis vēturi, ea me res ibi aliquot mensibus tenuit, vt Erasimur. & Morum conuenirem, viderēmq; Tonstallū, & Monioium, & doctos alios, tum amicos plerisque meos, qui eodē venturi dicebātur. Eo loco scribere non licebat, quòd bibliothecā, qualem optabam, non haberē, vnde quæ scribēda forēt suppeditarētur. Tantūm libros aliquot ad vetusta exēplaria contuli, quorum vnum dederat mihi Marcus Laurinus decanus sancti Donatiani Brugensis: alterū Carmelitæ Brugenses: tertiu Erasmus missum ad se Colonia Agrippina, scriptū, vt ferunt, manu diui Lufgeri episcopi, Mira dictu res quanta in codicibus varietas, vt vnusquisque describentium putaret sibi licere verba arbitrato suo ponere, modò cōstaret sensus, quasi interpretatio esset nō exscriptio. ita in hoc libro legas arbitror, in illo puto: in hoc significatum, in illo figuratum: hic præsens, alibi iste: hic habet

ergo,

ergo, ille igitur: hic æternus, ille immortalis: hic flexisse, ille deflexisse, alius inflexisse. Sed hæc fortassis tolerabilia. Quid illa detracta, quid addita: inuersa? Iam quoties erratū, quòd versionem LXX. interpretū, quam vbique Augustinus adducit, uoluerunt ad hanc nostrā detorquere, & ex duabus malè cohærentibus vnā facere, nec aliud æquè fuit molestum mihi; vt variā lectionē expēdere, examinare excutere in vnoquoq; capite non semel. Quæ erant difficiliora in cōmentariis annotaui, quæ verò apertiora & prōptiora in margine. Id accuratius feci in locis sanctarū literarum, propter earū mysterium. In plerisq; veriorem indicaui lectionē, & quid sentirem, aperui. In ceteris adieciisse quid legerint alij cōtētus, nihil lectori præiudicās, liberam illi atque integram censuram reliqui. Fruetur per me suo quisq; siue ingenio siue iudicio. Post Cæsaris & Cardinalis digressum redij Louaniū sub finē Septembris: hinc cōpositis rebus, & digesta bibliotheca, cœpi totus in scriptionem incūbere: ita mihi ea hyeme vsque ad quintumdecimū librum est progressum. Extremo vere, quòd salutādi erant amici, parantes in Hispaniam proficisci cum Cæsare, intermisi opus. Erasino subinde stimulante & instāte, vt perlicerem, vt mitterem: redij Louanium, & quanta maximè potui diligentia mense vno quatuor postremos libros absolui, cū bona parte decimi octaui: venique ad has præfationes scribendas adeò fessus, & labore tanto tamq; vario fractus, vt literas omnes librōsq; nescio quemadmodū animus auersaretur, velut crudus stomachus ac redūdās cibos omnes: liberari tandem ea molestia miserè cupiens, & vniuersis atque vniciis votis exoptans: ita vt cū ad calcem perueni, nec pecuniam, nec gratiā studiosorum vllam, nec aliud quicquā existimari æquè esse pretium operæ, ac solum tandē liberatūmq; esse me labore tā sinuoso, & plerunq; inamœno. Narrādę fuerunt fabulæ & historiæ: describēdę regiones & vrbes: tum consulendi Platonicī penè omnes, & reliquæ philosophorū nationes, & theologica tractāda, in quibus parcior quā in profanis aliquot de causis fui. Primū, quòd nō decebat, profanum hominem, nec natu grādem timere de sanctissimis rebus vel definire, vel disputare. Deinde quòd historia sacrarum literarum notior solet esse lecturis Augustinū, & huiusmodi auctores, quā vt opus sit eam per me reperi, quæ indicatis locis ex sacris libris fusius & apertius cognosci potest, quā vt à

me hęc plurib. videretur explicāda. Iam dicta ex arcanis nostrę religionis literis, ab Augustino adducta nonnulla enarrauimus: alia præteriuimus. quod viderē non hęc esse illorū explicādorū locū. Autores profanos crebros a dē cōfirmāda Augustini dicta velut testes induximus, quod fides dictorū penes illos esset, præsertim in profanis rebus, quas ab illis est Augustinus mutuatus. Nam in rebus nostrę pietatis neque Ethnicis quicquam est negotij, & scriptoribus nostris nō perinde multis sum vsus, ne parum firma Augustini autoritas existimaretur, nisi illis velut tibicinibus suffulta. Satis enim videbatur esse dixisse Augustinū, Hieronymū frequētius aduocauī, præcipuē vbi de linguarum significationibus, aut interpretationibus agebatur: quoniā is vt Græci atque Hebręi sermonis peritia, ita & cognitione sanctarū scripturarū omnes nostrę religionis scriptores lōgē antecellit. Nec putauī fore interpretis aut cōtrouersas illas mouere, quas nostri theologi in scholis magnis animis agitāt: quanquā iis prima ætate fuimus imbuti, quę ab instituto, à mēte rationēque Augustini plurimū dissident: aspernatūsque fuisset illas, atque indignatus operi suo admistas, velut tritico loliū, quacūque cęli parte pur⁹ ille ac sanctissimus animus res hominū despectat. itaque nec disputandum mihi censui vel cū hoc hominū genere, vel cū antiquioribus quicūque alieni à sententia Augustini essent: nā hoc iam non esset interpretis, sed defensoris ac patroni: cū nō modò mea, sed nec vilius defensione aut patrocinio ille indigeat. Feci igitur quod Hieronymus in cōmentariis epistolę ad Galatas præfatur se fecisse, vt magna ex parte aliorū sentētias tantū referret: sic & nos quid alij dixissent sensissētque contenti lecturis explicuissē, sententiam nostram continuimus, veterē Academiae morē imitati: tum quod id magis ad enarratorem alieni operis existimaui pertinere, tum etiam quod cūctari & sententiā suam non prodere, & consectari magis aliena quàm sua proferre atque ostētare ante canos decere potius arbitrabar. qui censuris ac iudiciis non parum autoritatis addūt, nec immeritò. Multa nunc mihi vera, certa, explorata videntur, quę, si diutius contingat viuere, non modò ambigua per ætatem videbuntur, sed forsan etiam falsissima. Idcirco plerisque in locis delectare magis lectorem placuit, quàm docere. Et si quid docerem non tam seuerè imperando volui persuadere, quàm blādè rogādo monēdoque. Adducti sumus nonnūquam

ea causa,

ea causa, quoniã Augustinus fufus est plerunque. ac ipse interpres fuit: ideo labore docendi adẽpto ludere libuit, & lectorẽ in digressus aliquos interim non prorsus in amœnos ducere: simul vt mei laboris quãdoque partẽ leuarem, et si non onere deposito, certẽ frigida suffusa, & per viam aliquãto munitiorem, & inter fata cultãq; spectatu iucunda cõmodiorem. Nam hæc omnia quæ dixi, & si habent suas animi ceu reparationes refectiõnesque, habent nihilominus suas salebras, suos accliuos colliculos, per quos nõ sine sudore agas onus: suos quoq; descensus, per quos non sine lapsus periculo facias iter, ne face pressus in pronum ferare. Illic verò non stratã vllam viã inuenias, nec quod recreet oculos. nec quò vel momẽtam diuertas, ac ne vbi sedeas quidem fessus, cùm conferenda sunt tempora, cùm diuersitas inter autores atque adeò aduersitas ostendenda, cùm sæpenumero tollenda, cùm quærendum, & euoluendum, & diuinandum vbi sit locus, quem Augustinus affert ex scriptore aliquo: quem locum inuenire multum ac diu quæsitum casus est sæpius quàm eruditionis. Nam in eum incidat frequenter imperitissimus, quem doctus inuestigare non potuit diu vestigatum. Et hoc mihi tanto fuit diffãcilis, ac plus temporis extraxit, quòd & imparatus ad hoc opus accessi, cùm antea quatuor aut quinque tantum in eo volumina legissem, nec indices vllos mihi ex lectione confeci: vel in hunc, vel in similem aliquem vsum: quos qui habent, næ hi felices in literis sunt, quibus haud exigua laboris demitur pars. His angustiis & difficultatibus inopia Græcorum voluminum accessit, quæ est in hac regione mira. nam cùm passim doctis fias obuius, si Aristotelem Græcum, aut Demosthenem, aut Vetus testamentum. aut Pausaniam, aut Isocratem, aut Iulium Pollucem, aut Eustathium vtendum petas, negant se habere, nec apud bibliopolas venales inuenias. Cùm hinc adesset Erasmus, eius bibliotheca adiuuabar: & illinc aliud agens, aliquot mihi decerpseram loca, quæ ceu præfagiebat animus vsui mihi aliquando futura. Nam ea in hæc commentaria intuli. Græcum Platonem habui in octauum, nonum, & decimum librum scribens: Strabonem plerunque Pausaniam nonnunquam, sed præcipuè cùm in deciminoctauum commentarer, & aliquot alios, quibus nõ perinde atque istis indigebam. Non quidem quòd Augustinus ad se enarrandum magnam Græcorum autorũ copiam desideret, qui Latinos tan-

tum est secutus, quos solos penè legerat, aut versos è Græcis. Sed certè si adiutus maiore Græcorū supellestile fuisset, potuisset opus paulò exire ornatius ac locupletius. Itaque nonnulla sunt à nobis prætermissa, quæ partim ex nullo potuerunt autore peti: eorum duntaxat qui extant, partim ex recòditis Græcorum literis fuerunt eruenda. aliàs bibliothecam nasti Græcorum codicum ampliorem, per occasionē ea lectori sarciemus. Quanquàm sedulò illud ante alia est à nobis aduigilatū, curatūque, ne multa sint quæ in hoc opere studiosi homines cordatīq; possent desiderare. Quæ omnia præstare aliis vel cognitione rerum ampliore, vel ingenio maiore, vel feliciori memoria leue & facile fuisset. Nobis certè haud sanè credat quisquā, quàm tædiosum fuerit ac fastidiosum plenū: quo fit, vt prima illa, quæ me in opus stimulabat, perficiēdi facilitas planè perierit. At utilitas quāta sit futura, pronunciare non est meum: quod nec in opere suo quisquam vel incorruptus est iudex, vel non suspectus: & euentum rei situm in fortunæ manu potestatéque prædicere nemo potest, nec ego promittere. Viuet, & legetur, & placebit, & proderit opus, si fauerit genius: sin aduersetur, concidet ac interibit. Multa grata sunt & vtilia tantum ea causa, quòd sic libuit fortunæ. Illud modò precari possum si quid oprando proficitur, tam vtile vt sentiant opus legentes, quàm mihi graue & molestum fuit scribenti. Itaque primum illud amissimus, secundum incertum est, tertium nõ profectò certius de gratia, vnde nomē gloriæque ad scriptorem redit. Primum non ignoro quantum famæ admirationisq; operi etiā optimo detrahatur, quum in alium scribitur: id est, ædificatur in aliena superficie, & velut scribendi argumētum ab alio est suppeditatum: nisi forsan in sacras literas aliquid commēteris propter sanctam maiestatem earū, aut in Aristotelem, propter receptam scholis omnibus autoritatem. Accedit huc, quòd multi quibus omnia quæ negligunt, aut non capiunt, in grammaticam vertuntur, quam liber in hoc librō sacra & philosophica & recondita tractauerimus, grammaticam dicent, ideo præcipuè, quòd hystorias narrauimus, & fabulas, idem de ipso Augustini opere dicturi, nisi pudor impediret, & reuerentia nominis tam omnibus sacri & admirandi. Alij hoc totum nec visum, nec iudicatum qualicunq; censeatur nomine, reiicient, & damnabunt: vt proximè quidam theologiæ licentiatus, quum

audisset

audisset me in libros De ciuitate Dei scribere, magno fastidio operam meam tanquam inutilem prorsus vanamq; aspernatus est. Et quid, inquit, opus est libris illis illustratore plus satis ex se perspicuis & claris? O te felicem quisquis es, cui tam aperti facilisque sunt hi De ciuitate Dei libri. Cæterum mirari qui audiebāt, vel ingenium hominis, vel eruditionem, vel certe impudētiam. Nam imperitissimè loquebatur, & rerum omnium veterum erat omnino expers & rudis, rogauitque ex his qui audierant vnus cur sic censeret, quum essent tot historia, tot fabulæ, tot philosophica, tot geographica, tot mathematica. Quid, inquit, illa ad theologum? Deinde sint a vel b, non sum sollicitus. Hoc illud est, istis nec Cicero, nec Vergilius, nec Plinius, nec alij similes interprete indigent: quum eorum nihil intersit, quis fuerit Scipio, quis Cæsar, quis Pompeius, quis Cato: quæ aut vbi Carthago, Babylonia: herba ne an saxum: malua, aut beta: lapis, an lignum: magnes, vel adamas: animal, an metallum: tigris, vel miluus: Sitne qui ardeat mons Aetna, an Alpes: ardeat ne sulphure accēso, an harena. Quid dixerit, quid senserit Plato, quid atomi Democriti conficiant: quid similes partes sint Anaxagoræ, aut dissimilares: quid Pythagoræ transanimatio. Isti ad hæc omnia linea sunt alba, sicut dici solet, in lapide albo. Tantum illa curanda & expendenda ducunt: an Deus possit suppositare hanc penam qua scribo: an iubere possit odium sui: Possitne dispensare pōtifex super voto profectiois Romanæ, aut Hierosolymitanæ: an pecuniâ sacerdotij pensionē redimere sit simonia. Verum enimvero isti censeant quomodo voluerint cunq; de opere. Nec eis scribo, nec eos curo mea legere: nec eorū iudicium censuramque naucifacio, nec eis placere studeo, & doctius putabo me scripsisse, si displicuero. At illud magnopere dolendum est, insistere sæpenumero ingeniis doctorum quidē, sed nō perinde bonorum hominum perniciosum inuidentiæ virus, quo bona opera incessant, lacerent, proscindāt, aut perdere cōentur profutura, aut allatura lucē obscurare. Hinc odium, & ex odio rabiosa maledicentia, & impotentis animi verba, & rixæ, & iurgia, & calumniæ. Hinc sæpe desperatio & desponsio meliorum ingeniorum, quum pertæsa rem sic amaram & inamabilem ab omni scribendi & iuuandæ posteritatis ratione auertuntur, plerunque & ab studiis etiam: quod tantum abest, vt inuidia ingenia fieri doleant, vt se

hoc fructum capere singularem existimēt, ac laboris sui præmium: finem verò quem destinatam, si consequatur, vt cessent omnes, nemo beneficiat. Quod Terentius, vt alios vitæ humanæ mores, sic & istum prudenter expressit, quum maleuolum & inuidem poetam omnibus contendisse viribus ait, ab scribendo vti deterreret, & in otium transferet. Neque verò id ego dixerim, quod ægrè ferā, me vel admoneri, vel etiā reprehendi, dii meliorem mentem. imò debere me multum profitebor potiora suggerenti, & reprehendenti doctè. Nam & meipsum non pigebit mutare sententiam, si vel studium, vel ætas alia docuerit meliora. Cæterum permolestū est, atque intolerandum pronunciari semel de toto opere, damnarique ceu imperitum aut futile, cum nec legeris, nec forsitan si legeris inueneris vsque adeò multa, quæ conuellas: vel ipse si tantundem præstare tentes, vel nō valeas, vel sudes satis. Aut si vnum, aut ad summum alterum deprehēdas erratum, propter illa opus tantum tamque varium reiicias vniuersum, & contemnas: velut si egregio insperfos reprehendas corpore neuos, vt Horatius inquit. In summa, quandoquidem hominum linguas nec habeo in manu mea, & liberis decet in liberis studiis, non deprecor quo minus sentiat, loquatūque de opere quisque pro libito. Si enim malū est opus, irasci ob veritatem non debeo: si bonum, eos qui maledixerint, sua inuidia excedet tanquam venenum: in quo vno iustissima est inuidia ipsa, cæteris in rebus iniquissima. Hoc solū etiam atque etiam rogo, & obsecro: vt si quis à me dissenserit, volueritque id scriptis testari, meminerit modestiæ, & sine cōiitiis asperisque moribus me, quod ignorauerim doceat. Nam vt conuitia & grauem fortassis obiurgationem mereatur liber, non meretur institutū & conatus animi mei: ita eadem opera fiet, vt ego cum aliis fructum eruditionis illius percipiam, agnoscamque per magnū beneficium, atque habeam gratiam immortalē: & ipse melior magister tum se profuisse intelligat, tum doctrinæ suæ nulla inmodestia, quæ peior est quàm inscitia, corruptæ & inquinatæ laudem amplissimam auferat. Neque absit ab studiis humanitatis humanitas, serueturque illa tranquillitas animorum, qua super res omnes alias Musæ gaudent. Et incipiamus morem hūc tollere, quem inuidiæ omnibus furia in præstantia studia immiserunt, impetendi & lacerandi eum, quem coniunctissimum nobis charissimūque

fimúmque debbat reddidisse communio studiorum, ac earundem Musarum cultura, vt præteream baptismum & charitatem Christi: quandoquidem hæc iam olim surdis auribus inania sunt nomina, & ægris oculis vanæ sine corporibus vmbrae: colamúsque literas vt nos delectent, vt iuuent, non vt incertamen acerbum cômittant, & tela vel eruditionis, vel styli subministrant, quibus prauos affectus nostros explentes feriamus sauciemúsque inimicum. Sed de his rebus erit tempus, quum locum inueniam dicendi aptiorem. Nunc mihi, vt ad quod cœperam reuertar, tota spes in iis est, qui candido, qui integro pectore ad lectionem horum librorum accedent, siue docti sint, siue indocti. Denique ita me consolor, si ab hominibus nulla redeat ad nos gratia, non deerunt, quibus adductus impulsúsque hæc me operam nauasse nunquam pœniteat. Nam & obsecutum esse Erasmo meo, tam me iuuat, quàm nefas fuisset, quod imponeret onus recusare, qui in me & hominis arcta mecum amicitia coniunctissimi & præceptoris optimè meriti ius ac potestatem habet. Tum interea dum hæc sum meditatus honestissimo me exercitamento occupasse, & animum mētémque crebris cogitatis honestate ac sanctitate refertissimis imbuisse, quæ promptiorem me atque expeditiorem ad bene & Christianè viuendum reddant. Hæc vna, si cætera desint vniuersa, abundè ampla & magna merces est. Postremò vt aliud nihil reputem, nisi me voluisse Augustino, & proinde Christo aliquid studiorum meorum sacrare, præclare mecum actum existimare debeo. Quippe qui etiam frigidæ poculum propter se suumque nomen præbitum irremuneratum se non præteriturum pollicitus est: huic quoque meæ voluntati quam vnam ille curat, gratiam referet: præsertim cum ipse labores omnes meos ita demum ratos mihi esse velim, si Christo eiusque castissimæ & integerrimæ sponsæ ecclesiæ approbentur.



DE VETERIBVS. IN- TERPRETIBVS HVIVS OPERIS.

Narrauit hodie mihi amicus quidam meus, inter colloquendum cum nonnullis fratribus Dominicani ordinis atque instituti, incidisse se in sermonem de his meis commentariis: illos respondisse, inanem me operam atque industriam ludere, ac potuisse huius temporis compendium facere, quum in libros Augustini De ciuitate Dei scripserint Prædicatorij quidam fratres ad miraculum eruditè, dextrè, exactè, feliciter, nihil suprà. Quæ si sic habent, nimis profectò confidens fui, qui me hac ingenij & eruditionis tenuitate scripta vsque ad eò miranda superare posse sperari: & demens, qui tantam lucem mea sacula obscurari posse crediderim: & stultus, vt non illis sim vsus potius, sicut Valerij Probi, Seruij, aut Donati commentariis: & malè feriat, vt vltro tanti temporis fecerim iacturam actum agendo, quod aiunt: & Erasinus ipse imprudens, qui nouos commentarios mandarit scribendos, vbi tales essent veteres: & doctissimus quisque ineptissimus huic nostræ operæ votis fauendo, scilicet, vt illi fratres putant, superuacaneè. Quos ego fratres deierare ausim, ne literam quidem in illis commentariis legisse, titulos vidisse solummodo: aut si legerunt, & probant, planè similes sunt ipsi commentatorum. Vt nunquam fuit animus refellere tam apertam inscientiam, tam inspidas expositorum ineptias, non collegi locos aliquot in primis ridiculos & imperitos, ex quibus de opere toto qui non legissent, possent iudicium facere, nec profectò fuit necesse. Nam in seculo iam tot literis disciplinisque excoltissimo rarissimi sunt, qui quemcunque in illis commentariis legerint locum, non statim qualis sit tota massa ex
quamlibet

quamlibet paruo exemplo possint iudicare. Itaque ad doctos homines magna sanè ac iniucunda sum molestia liberatus stultitiis illis patefaciendis. Nihil enim est neque grauius, neque insuauius, quàm stultæ refutare prudenter. Quæ si tantû indices, pro stultis reiciuntur: sin operâ in eorû natura declaranda infumas, non tam cõtemnenda reddas, quàm minus apud quosdam facias stulta. Nec desunt ex hominibus eiusdè ordinis, qui censere possint: & hæud dubiè censent quàm vilia, & despicièda sint scripta illa nõ modo Augustino, sed ne Theodolo, vel Faceto, vel Floreto digna: tamè quia id nõ illi solû, qui totam meâ operam ceu inanè dânarunt: sed alij permulti non credût, tantû quia illi fratres prædicatores nucupantur, volo istis rationè approbare laboris mei, si modo approbari sinant, aut approbationè intelligât: quorû ego aliquos credo tales esse, vt illis nihil inter dictionè Ciceronis & Catholicõtis intersit: aut inter historiã Liuij & Vincètij, vel inter cognitionè rerû Plinij & Bartholomæi Anglici, aut Hieronymi & Hugonis Carrensis. qui poterit, cû nec Latine sciant, nec vllos bonos vnquã attigerint scriptores, innutriti semper & ad ambas aures immerfi sermonariis Parati, Discipuli. aut Dormifecure? Ego verò si apud illos nõ mea, sed eorû culpa nõ profecero, proficiã apud alios & ingenio saniore, & eruditione meliore, quales habêt in ordine suo quosdã etiam mihi amicissimos, qui beneficio meliorum literarum cõmunem popularium suorû & agnoscut errorem & dolèt, & quatenus licet, & vitant. Faciam igitur inuitus, quod à principio non statueram, vt homines vita functos, & extra inuidiã omnem iã positos, in iudiciũ censurãmque reuocè: præsertim cum illi homines, quantû mea fert opinio probi, quod potuere præstiterint: tamen si hoc imperitum atq; ineptum, vt ferè illo erât seculo. Profitentur ergo se in hoc opus scribere Thomas Valois, & Nicolaus Triuet, & Iacobus de Passauât. Et veritates colligit Franciscus de Maronis minorita, ne solum regnum prædicatores teneant. Primû Thomas Valois arbitratus credo ingès esse opus. & vnus viribus maius, non omnia solus est obire ausus, sed socium sibi sumpsit, ac velut succedaneũ sodalem suum Nicolaum Triuet, tam similem sibi, quàm ouû ouo: cui ipse lampada, quod aiunt, traderet fessus: nescio quo volumine: nam etsi legi, non tamen annotaui. Neq; verò aliud susceperunt explicandum, quàm fabulas aut historias, sacrilegium

credo rati sacra cōrectare: in quo certè modestiā hominum non mediocriter laudo: quibus satis visum est prophana contaminare, à sacris abstinuerūt. Ita ab vndecimo ad decimum-octauum, & à decimonono ad vigesimūsecundum nihil ferè scripserunt. Quod promptum est vnicuiq; videre: nam libri sunt in manibus. Octauo vero, & nono & decimo libris, quibus Augustinus aduersus Platonicos disputat, quid dixissent miselli, qui nō modo Platonem, aut Platonicum vllum, sed ne vimbā quidem Philosophi viderāt? Itaq; ne quod agāt, desit, toti sunt in contextu partiendo & distribuendo. Hic Augustinus tractat de hoc, aut illo, & facit duo. Primū est, quod reprobabat Platonem, ibi secundū, quod dicit hoc aut illud, ibi. & dicit, Tum quæ Augustinus purè ac Latine dixerat, ipsi vt chartas impleant, ad suū cœnium, suāmq; obscœnitatem trahunt, ceu non aliter posteris inrelecturis. Iam in quinque libris, & parte decimioctauī fabulæ & historiæ tractantur. Hic putant se esse in sua harena, & vagātur iactātque se, vt equus, quod dicitur, in cāpo. In quibus omitto sermonis sordes ac spurcitiā, fatuāsq; & infulsas narrationes: quas tamē ipsi interdum ex facundissimis defumebāt scriptoribus, quas nullus sit tam impatiens stomachus, qui vnā ex eis aut alterā possit deuorare, nisi quibus fortè salubria sunt noxia. Sed ad res ipsas veniam. Sunt certè commentarij vtilis iis qui nihil vere rectèq; scire volūt: qualia sunt ingenia quædam, quæ ne historiā quidem audire possint verè & vti gesta res est, narratam: nefas credo existimantes aliquid remanere synceri ac incorrupti. Falluntur igitur infinitis locis, & fallūt, si quis sequatur: tum propter confusam incertāmq; eorum, quæ scribebāt, notitiā: tum etiam quod ignoratione Latini sermonis in ipsis rebus passim labebantur. Ad hæc afferūt commentitia pleraque, & nunquam ab autoribus vel somniata: partim ex gestis Romanorum moralizatis, partim quæ fando narrari audierāt inter cōpotandum in hospitali cœnaculo sodalitatis. Colligā que prima erunt ad manum paucula quædam, velut exempla. Primo libro, capite quinto, cū Cæsar apud Salustium referat que soleāt in bellis fieri, rapi virgines, pueros diuelli à complexu parentum: etiam commentator hæc iam esse à Catilina facta Cæsarē significare dicit: verus scilicet cōmentator quasi cōmentor. Tum capite vigesimoquarto. Portiū Latronem declamatorem Catonem fuisse dicit, ibi egregiè disputat, an

iste fit qui Catunculū puerorum cōposuerit. Et libro secūdo, capite quarto, Atym dicit oblatum matri deūm in eius templo, vt voueret castitatem. Quod credo eū didicisse ab aliquo ex Gallis matris deūm. Et post paulum: Symphoniaci, inquit, sunt canentes tubis, vel alio modo sonitum magnum facientes. Ex dulci cōcentu magnos facit sonos, atq; tubas. Et paucis verbis post, Vocat, inquit, hic Augustinus Symphōniacos, qui in honorem deæ pudicitix quædam turpia faciebāt: non melius dixisset, si illa ætate vixisset, & paucis interiectis verbis, Palladem dicit lauari cum matre deūm in Alimone amne. Credas Varronem hoc dicere: tantum quoniam Augustinus virginis cælestis illic meminit, ceu non esset alia dea virgo, quàm Pallas. Et mox: Fuit, inquit, scena propriè domuncula in medio theatri, quales sunt domunculæ tabernariorum vel mercatorū in nundinis, secundum Huguitionem. O miseræ Scauri & Curionis, & Pompeij scenæ latissimæ, & auro argētoque ornatae, quomodo ad domunculas mercatorū in nundinis recidistis: Sed hoc tolerabilius. & addit: in scena pulpitus erat, quem ascendebant illi, qui fabulas recitabāt: & quot erant carmina, tot reputabant apposuisse fercula. Hæc est argutissima interpretatio ferculi. Pergit verò: Infra etiam latebant laruati histriones, & mimi, qui subitò exeuntes coram populo motibus corporis expresserunt historias, seu fabulas recitatas: & isti propriè fuerūt appellati scenici. Scena etiam quandoq; ponitur pro ipso toto theatro, quādoque pro fabula, quandoq; pro recitatione fabulæ. Hęc oīa quis neget esse admirabilia, cum antea nullus vnquā audierit? Quis vnquam vel theatrum dixit scenam vel fabulam: vel fabulæ recitationem? Tum addit Valeriū Maximum dicere, antequā imago matris deūm translata esset ex Pessimunte, imperatores Romanos sæpe ad Pessimūtem iuisse, vt votā soluerent. Vbi hoc vnquam somniauit Valerius? ita non satis est te fingere, nisi & aliis mendacia assignes. Narrat quidem iuisse illuc Romanos imperatores libro primo, sed non ante matrem deūm trāslatam: quo tempore nullus vnquam Romanus eò est profectus. Adicit his Pantheon templum à Domitiano magnæ matri deūm extructum fuisse, cum Pantheon extruxerit ante Domitianū Agrippa Ioui Victori, deinde cæteris diis. & hæc omnia in eodem verè aureo & copioso capitulo 4. lib. 2. quod licet Cornucopiæ appelles. In sexto verò capite versiculis sūt

Perſij, quos ipſe feſtius explicat:

Diſcite ô miſeri, & cauſas cognoſcite rerum,

Quid ſumus, & quid nam victuri gignimur,

Ordo quis datus?

Sic, inquit, ordinata eſt humana natura, quod eſt ſuper bruta animalia. Putabam eſſe infra. *aut metæ quàm mollis flexus?* Metæ, inquit, id eſt, mortis. Atqui ex hac nullus eſt flexus. *Quid aſper utile, numm u habet* hic cū ignoraret, cur aſper nummus diceretur: non deſuit moralizatio. Aſper, inquit, id eſt, quantū habeat aſperitatis, propter curas magnas, quas ingerit, propter quod & ſpinis cōparantur diuitiæ. Nō ſic Perſius ſua tã acute intellexit, nec tã ſanctè. Et capite octauo de poetis annotatio digna quæ ad verbū ediscatur. Poetarū, inquit, duo ſunt genera: veteres, & noui. Veteres omnia quæ canebant, conuertebant ad riſum: vnde de meretriciis & ſupris, & his quæ poterant prouocare riſum tractabant: ſicut Plautus & Terentius. Noui verò reprehendebant vitia hominum nominatim, vndeque homines laceſcebāt, eorum vitia carpentes vera & ficta: & pingebātur nudi, quia vitia denudabāt. Tales poetę comici Satyrici appellātur: ſicut Horatius, Perſius, Iuuenalis, & huiuſmodi. Et paulò poſt: Poſſunt autem poetę Tragicæ ſicut & Comici diuidi in duas partes. Primi puri Tragicæ: ſecundi verò Elegi, tractātes de elegia, id eſt, de miſeria. Sic ille, ex Ariſtotele credo, aut ſi quis hoc quoq. doctius de poetis ſcripſit, & tamen qui nihil vnquã de iis poetarū generibus audiuit: nō intelliget quàm friuola hæc & imperita ſint, nedū ſtulta atque ridicula. Si audiuit, huic perinde iſta erunt, cū de nouis & veteribus loquitur poetis, ac ſi quis dicat, architectorum officium eſt calceos ſuere, cerdonu verò ædificare: & cū nouos comicos vocat Satyricos, ceu quis dicat factores eſſe textores, cū Comicos dixit Elegiacos, velut aliquis agafones dicat nautas, aut tonſores carbonarios. Iam cū explicat elegia, id eſt, miſeria: non ſecus quàm ſi interpreteris: ſcrinium, id eſt, liber. & cap. ix. cum de Plauto ageret, iſte ſcripſit. inquit, comœdiam, quæ appellata Aulularia, quaſi non aliã. At philoſophari quoque voluit lib. vii. Nam cū dixiſſet Auguſtin. Menam deam, quæ menſtruis præeſt, conferre fluores menſtruos, ad eius, quod conceptum eſt, incrementum, ignarus fluoreſ menſtruū dici etiam muliebrem ſanguinem, qui fluxurus erat in menſe, niſi vel foetu vel

vel alia causa detineretur: incipit distinguere sanguinē menstruum: vno modo pro eo quod est purgamentum naturæ, & singulis mensibus eiicitur. Alio modo accipitur pro sanguine, qui per eiectionem purgatur, & post fluor menstruus non confert ad incrementum fœtus. nisi per accidens, scilicet per suam absentiam. Confert enim pro tanto, quia cum ipse expellitur, sanguis ille vnde fœtus augetur, efficitur mundior, & ad augendum melior. Sed beatus August. extensiuè loquens, vocat illum sanguinem, qui deputatur, fluorem menstruum. Hæc ille. Primum quis vnquam sanguinem illum, qui purior remanet in corpore mulieris post eiectionem menstruum vocauit fluorem menstruum? Deinde quomodo isto augentur fœtus in locis? qui si menstruus ille defluat, fiunt imbecilliores: & si largius, & vt alio solet tempore effluat, abit cum eo fœtus, nec auferi nec alio potest. Sed libet explicationes audire vocabulorū? Exclamat August. lib. 11. O animos germane Romanos. Germane, inquit, id est altè, vel immaniter: nam Germani habent immania & alta corpora. Et in eodem loquens Aug. de lino aut lanula flaminum, quo vinciebāt caput, quem apicem nōminabant, quasi summitatem. Apex, inquit, nomen est cuiusdam historiographi, vt iam mirandum non sit fecisse Deum homines ex limo, cum iste faciat ex limo. Et cum libro quarto posuisset August. inter prodigia fœminas, & gallinas & homines versas in masculum sexū. Credo, inquit, litera esse falsam, quam tamen multi libri habent, deberet autem litera sic esse, in homines & masculū sexum. Vult enim sic dicere, quod fœminæ cōuersæ sunt in homines, id est, in viros, & gallinæ in masculum sexum. O tenebras illius ætatis miserādas, & tamē illis oculi assuefacti illatam iam lucem spectare non sustinēt. Claudite istis fenestras omnes & rimulas, ne qua lux penetrare queat, & fruatur liberè sua nocte, tenuem quoque & languidulam in tenebroso cubiculo meridie ipso accendite lucernam. Illud in eodem miror interprete, quod cum grauiſſ. haberet autores, ex quibus nonnulla solitus est defumere, possētq; ex eisdem alia quædā afferre, maluit ab Isidoro petere, aut hoc peioribus Huguitone, & Vincentio historiali: quod suspicari me cogit ipsum vel aliena esse vsus in citandis auctoribus opera, vel citatos, aut inuenisse in aliquo Vade mecum, aut rapiamus torum, aut de aliquo audiuisse. Nā definitionem Dei, quam ex Ciceronis primo Tus. quæst. citat

August. colligi dicit ex his quæ in 3. De nat. deo. sparsim tractat: & cōsolationē de morte filię, nescire se dicit, an sit lib. 12. Orationū, cūm Cicero ipse in Acad. & Tusc. quæst. & Lactā-tius & Plinius eius libri meminerint. Valerij Sorani nihil recordatur se legisse: cūm eius sit mentio apud Pliniū, Solinum, Lactantium, Plutarchū, Seruium, Macrobiū. Iam ex multis Diogenibus vnū, & ex multis Æschinibus vnum, & ex Socrate & Isocrate eundē conglutinare & conferruminare inuitos & malè cohærentes, non rarū: vt nec alia omnia, quæ si persequi sigillatim tentem, rem in infinitū extendero. Hęc quę adduxi tātum velut specimina posui, quę prima profectō volenti librū occurrerunt. Sūt enim vsque adeo frequentia, & densa, vt periculum non sit, ne lateant, si non indicētur: extant nimirū & offerunt se, atq; adeo ingerunt oculis omnīū volentium intueri, quæ nec in opere ipso sum consecutus. Tum ne fastidio lectori essem tanta prolixitate, tū quod ineptiora sunt, quā vt in eis refellendis aliquid collocari operæ debuerit. Quisquis mihi fidem non habet, legat ipse, & vel iudicet, si est doctus, vel à doctioribus sententiam exquirat, illisq; assentiatur. Quod si quis est, qui hæc vnice forsan ac tenerè cōplectitur, & amat: habet non solūm hos commentarios, sed etiam Huguitionem, Papiam, Græcistam, Ioan. de Garlandia, Catholicon, illis se omnibus oblectet, quod sit ei bonū prosperūmq; & in eorum complexu hæreat. At Thomæ Valois & Nicolao Triuet prodiit velut succenturiatus Iacobus Passauantius, quem nomen ipsum indicat fuisse scurrā aliquem festiuū, qui sodalitiū totū oblectabat: cui, vt credo, per iocū lusūmq; nomen Passauant est à reliquis fratribus inditū. Loquendum est de Tertulliano, nihil mihi occurrit, reseruetur cū aliis: de Valerio Sorano, nihil mihi modo occurrit, reseruetur cū aliis: de Xenophanē & Anaxagora, de Lactantio, reseruetur cum aliis. Quid malum sunt ista alia? vbi reseruas? in quem vsū? quid quod nec legerat expositores ipsos, quibus dicit se sua addere, vt lib. 3. ca. 12. sic scribit: In hoc ca. 12. facit Aug. mētionē de dea Febre, de qua dicit expositor, quod fuit mater Æsculapij, quod est dea inferni, & quod Numa rex sacrauit deę Febri mēsem Februarium. Atqui nunquā id expositor scripsit, nisi forsan res tam stulta ex codicibus sit ab aliis fratribus, qui eam deprehenderant, erasa, sed videlicet super cœnam frater aliquis Passauantio narrauerat id expositorem dicere,

dicere. Cæterū quo reprobet modo, audiamus. Quod non videtur bene dictum, inquit, salua sui gratia. Nam sicut infra dicitur, Æsculapius fingitur fuisse filius Phœbi & Coronidis: sicut vult Ouidius secūdo Met. Nec vnquā legitur, quod Phœbus cū Febre conuenerit, vel quod ex ea filiū genuerit. Tum incipit philosophari, & cōiecturas querere. Nec cōuenienter, inquit, fingitur Æsculapius filius Febris, cū ipse postmodum sit habitus deus medicinæ quæ habet febrem expellere. Iam ne omnino desit, quod alij possint pro se respōdere, addit, nisi dicatur ita crudelis filius, quod matrē persequatur vbique, & omni sede expellat. Ioculares sunt additiones ite ad risum fratibus mouendū paratæ. Istis omnib⁹ accedit Frācisus de Maronis nōn quiuus doctor, sed illuminatus, & veritates colligit, quasi cætera essent falsa. Sed hic non magis ad hoc opus spectat, quàm ad cætera Augusti ex quis omnib⁹ ita videtur veritates selegisse, ac seposuisse, vt Vergilius gēmas ē stercoreibus Ennij. Quod si alieni à nostra religione Augustini opera sumāt in inanibus, illi⁹ scilicet illuminatis veritatib. illuminata, quid eis veniet in mentē de huiusmodi veritatibus? quid suspicabuntur? quid credent? Nimirū esse cætera vel parū vera, vel ecclesiæ suspecta: illa tātummodo teneri & asseri à nobis ceu firma & indubitata, vt quæ illuminatus doctor indicarit: in quibus tamen rixosa multa, alia ambigua, etiam falsa complura inueniat. Nā si omnia Augustini sunt æquē vera, quid mihi cum tuis veritatibus, in quarum plerisque nihil Augustini dictis addis, cū verò addis. sophisticaris: & non tu Augustini veritatem sequeris, sed illum cū veritate obtorto collo, quò ipse vis, torques, nempe ad factionem Stoicam, vt contra Thomam locutus videatur: & conaris ipsum putari dicere, quæ ne cogitauit quidem vllus ætatis illius? Iam nō minus ex historia & fabulis veritates, quàm ex rebus theologice colligis. Quæ glacies est, cū Augustinus narrat Ninum Assyriis imperasse primū, te illico ceu veritatum platem cū formulis tuis ad fingendam ex hoc veritatem accurrere, ceu nō aliter futura veritate? Veritas, inquis. Ninds fuit rex Assyriorum primus. cur quod paulò antè legitur non est etiam veritas? cur non quod paulò pōst? Et vnū exēplum adduxi p multis millibus. Iam quale est te figulū veritatū, modò aliis incerta, & in primis cōtrouerfia adiniscere: vt cū cōtra Aquinatēos disputas, quo nihil facis nec libentius, nec proinde crebrius: mo-

do etiam tibi incerta, vt verbi gratia, cùm Holofernem illū ex libro Iudith dicis fuisse Syrum Assueri & Hester, filiū: de quo veritatibus aliquot post eam ambigis: modò etiā vel pueris falsa, vt de hoc ipso quod Darius sit fili⁹ Assueri & Hester, tum quod tertij libri Esdræ Augustinus non meminerit, cùm citet ex eo quæstionē illam de re, quæ fortitudine ceteris ante staret: etiā eodem capite, quo tu id dicis libro decimo octauo, ita veritates tuas non ex vna simplici veritate videris effingere, sed partim ex veris, partim ex incertis, partim litigiosis, partim falsis: vt statua illa, quam per quietem Nabocodrosorus vidit. ex auro, argento, calybe, ferro, & argilla erat cōflata. Sed sint sanè veritates istæ, quantum aliis libuerit, nihil impedio, & legantur ab his, qui eiusmodi amāt. Ego verò quæ ipse ad verbum ex Augustino refert, Augustini esse puto: cetera quæ de suo addit, non peculiariter ad Augustinum pertinere quàm quæ à summulariis aut sententiariis autoribus de similibus conscribuntur rebus propè infinita. Hæc paucula de interpretibus huius operis dixisse me lassum & festinantem ad alia sit satis, tantum ad bona ingenia commonefacienda non me omnino in his libris actum egisse.

Quinam hominum fuerint Gothi, & quomodo Romam ceperint.



Vm Augustinus ex Romana captiuitate occasionem sumpserit scribendi De ciuitate Dei, vt iis responderet, qui eam cladem Christianæ religioni imputabāt, operæpretium erit alius narratione repetita explicare, quinam hominum fuerint Gothi, quomodo in Italiam venerint, vrbemque ceperint. Primum omnium ferè video constare, quos posterior ætas Gothos, priorem Getas nuncupasse: vt illa pauca ex priscais vocabulis non corruptit. Sic Rutilus & Claudianus poetæ, cùm de Gothis loquuntur, Getas eos semper nominant. Orosius itidem in historia: Getæ. inquit, qui & nunc Gothi, quos Alexāder euitandos pronunciauit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar autem declinauit, relictis vacuèque factis sedibus, ac totis viribus, tū Romanas ingressi prouincias. Hieronymus in Genesim, Gothos ab eruditis antiquis Getas nominatos esse testatur. Getæ verò sunt, qui circa Istrum Fluvium habitant, vt autores sunt Strabo, Mela, Plinius, & alij: latèque regionem possidēt incultam magna parte, & rigoribus immitem: tenentq; vltiora Istrum ad Scythiam, & ceteriora ad Thraciam, vbi Tomus Quidij vatis exilio clara, qui se apud

*Gothorum
sedes.*

apud Getas agere non ſemel in Triſtibus & Ponto ſcribit : tū & Mediterranea occupant Germaniam verſus & Iſtri fontē: quos Strabo lib. ſeptimo Dacos & olim Dauos nominatos eſſe ait, cū viciniores Pōto dicerētur à Græcis Getę, eundemque vtriſque populis ſermonem eſſe. Quanquam Plinius non aliud inter hōs populos videtur ſignificare diſcrimen eſſe, quā quòd Getę Græcis ſunt, qui Romanis Daci. Sed nos Strabonem hoc ſequemur loco. Getę barbarā & fera gēs eſt, viribus atque animo immani mortifq; contēptore, quod perſuaſum habeant redire animas : ſicut Mela ſcribit: aut ſi non redeant, non tamen extingui, & in meliores ſedes immigrare: quod ſi neutrum contingat, præſtare certē vitæ mortem. Fama eſt poſterioribus deinde temporibus Getas Oſtrogothos eſſe dictos. Dacos verò Viſogothos patris nominibus, quòd hi ad Occidentem, ad Orientem illi magis ſpectarent. Confunduntur tamē plerunq; hæ cognominationes à rerū ſcriptoribus: non modo recentioribus, ſed etiam antiquis. Hanc gentem tradunt iam olim florente cum plurimum Romana re, impetum in prouinciam populi Romani Mithridatico feciſſe bello: quos L. Lucullus, qui in Aſia magno cū exercitu imperator res gerebat, è Myſia cum clade exegit. Poſt verò Bœ *Gotthorū* rebiſta duce, cum ab eo ad labores militaremq; diſciplinā eſſe *bella* ſent aſſuefacti, egreſſos regionem ſuā multas ſibi gentes ſubegitſe, Iſtrōque cum maxima traiecto manu Thraciam, Macedoniam, & Illyrium late depopulatos, ingentem feciſſe Romanis terrōrem. Interimq; dum in eos Romanorū arma expediuntur, Bœrebſta fato conceſſit. Auguſtus legiones ferē decē in illos miſit, eorūq; opes vſque ad eò attriuit, vt ex ducentis millibus militum ad quadraginta millia copias eorum redegerit: ac parum abſuerit, quin gentem totam imperio ſubderet Romano. Aliquot annos poſt fines Romanos ingreſſi, Oppium Sabinum conſularem virum cum exercitu cæciderunt, qui à Cornelio Fuſco, Domitiano principe poſt varia prælia tandem compreſſi ſunt. Traianus imperator multum cum eis magnāq; cum gloria belligeravit. Antonius Caracalla per occaſionem nihil tale ſuſpicantes vehementer aſilixit. Gordiani verò temporibus in Romanos fines frequentiffimē ſe effundebant, quos minor Gordianus facili opera excedere prouincia coegit. Ferox & inquieta gens ſuiſque ſeditibus male contenta, ſubinde cauſas alienas inuadendi querebat. Itaq;

Philippo Vostrensi imperatore, qui primus ex Romanis principibus Christianam pietatem est professus, multis cædibus populationibusque æditis amplius trecenta ferè virorù milia in proximas sibi Thraciam Mysiámque irruerunt. Ad quos expellendos missus Decius, rem parù pierunque prosperè tētata & ipse infectam reliquit, quam succedens Philippo in principatu dissimulauit. Gallus deinde pater & Volusianus filius certis conditionibus sibi iniquis pacem cum illis fecerunt: quam Gothi non admodum diuturnam seruarunt, ignauia & fœcordia Galteni principis freti. Non iam Thraciam Mysiámque, sed Asiam ipsam minorem sunt tētare adorti. Bithyniam vexatam spoliauerunt, reuersique in Europâ, Thraciam, Macedoniámque peruastarunt. Quibus in Achaïam venientibus Macrinus se obiecit, eosque vicit, ac fugauit persecutus, quousque illos intra fines suos compulit, quibus tamen se non diu continuère, quanquam egressi in strenuiss. principem inciderunt, virum nec minoris fœlicitatis quàm virtutis, si vita modo contigisset in principatu diuturnior. Claudius fuit is, qui ccc. millia eorù partim deleuit, partim cepit. Infitam fuisse gentis huius multitudinem oportuit. Non enim multos post annos Aureliano imperium tenente, ad arma redierunt, primoque prælio sunt ad Danubium superati. Fl. Constãtinus tanta illos cæde affecit, vt cogeret tandem multos per annos quietos esse. Ita enim isti pugnabant, vt magno hostium malo vincerent, non minore suo vincerentur. Atque hæc quidẽ gesserunt Gothi quandiu certas ipsi habuerunt sedes. Valente principe Hunni, qui & ipsi sunt Scythæ, sed inmitiores rudioresque humani cõmercij, in Ryp hæos mōtes inclinatiores, inter Tanaim Masiãgetasque cõclusi, Gothos regione quam incolerent, per vim eicere. Quæ tamen si rigoris intemperie parum humanis erat vsibus commoda, tamen Hunni saluberrimam suauissimamque omnium existimabant, homines extra solis vias cursusque nati & educati. Hic iã Gothi sedibus, domibus, laribus, penatibusque exuti, qui vltra alienos erant soliti fines inuadere, coacti sunt vel mortẽ fortiter oppetere, vel in alieni soli possessionem, cum ipsi nullum iam haberent, hærrere. Sunt qui non Geras illos, quos Ostrogotos diximus, venisse in agrum populi Romani perhibeant, sed Visogotos fortuna sociorum conterritos deliberasse de mutandis sedibus, veritos ne eadem essent passuri, quæ Ostrogothi, extendentibus

Gothi ab Hunnis sedibus suis pelluntur.

dentibus se velut marino æstu Hunnicis armis, vicinâsq; regiones delentibus. Hæc res Visigothos in eam sententiâ impulit, vt legatos ad Valentem Romanû imperatorem mitterent, qui gentis nomine Mysiam citra Danubium flumen sibi incolendam peterent, spondentes cõmuni nomine, se omnes Christianâ pietatē accepturos, futurôsque bonos, fidelêsque Romanorû stipendiarios, armis suis opibûsq; fines illos populi Romani ab incurfibus reliquorû Scytharum sedulo defensores. Quibus conditionibus adductus Valens, Lupicinum & Maximum velut duûm viros agris diuidendis ad eos misit, qui sedes Visigothis distribuerêt. Hi cum auarè crudelitêq; haberent gentem, primum ferre Gothi, & dissimulare iniuriam, ne primo statim alienæ regionis ingressu res nouarent, existimantes, cum exarati suis opibus duces essent, facturos sæuendi & rapiendi finem. Sed illi dum malignè comæatus partiuntur, & curant, famem intolerabilem effecerunt, quæ & ipsis ducibus & Rom. principi exitio fuit. Gothi enim cum famem iam se velut beluas viderent peti, correptis tumultuosissimè armis Romanos duces cum præfidiis atrociter cædût, & ita armati totam Mysiam peruagantur, inq; proximam transcendunt Thraciam, quam sibi vestigalẽ reddiderunt. Hic illis occurrit Valens, pugnatûmque est acriter, fusis fugatisque Romanis, magna in eis facta strage. Saucius Imp. in hostium potestatem viuus venit, quem illi eiferatores post rãtum exhaustum sanguinem viuû cremauerûnt, rectâque Byzantium petunt: & nullis obuiam factis armis, vrbein corona cingunt, quæ aliquandiu opera & consilio Dominicæ Valentis coniugis obsidionem suis opibus tulit, confirmatis in fidem principis ciuim animis magna Dominicæ largitione. Post Valentiniani Valentis fratris virtute soluta obsidione, retro abierunt. Valentinianus Theodosium Hispanû virum accitum ex Hispania adopravit, participemque fecit imperij. Hic Gothos multis præliis fregit contuditque, & supplices pacem cœgit petere: quam cum dedisset, réxque eorum Athalaricus Byzantium ad Theodosium ægrum visendum venisset, rex in morbum lapsus aliquot postea mensibus moritur. Gothi toto imperij Theodosij tempore sub Romano imperatore militarûnt: nec regem habuerûnt alium, nec ducem, nisi quem Romanus dedisset Imp. Inter hæc Theodosius, Mediolani princeps, sine cõtrouersia & bello & pace optimus moritur, Basso & Phi-

*Valens im-
perator vi-
uus crema-
tur à Go-
thi.*

lippo coss. relictis Archadio & Honorio filiis, & Placidia filia. Archadium Byzantio & illi orientali præfecit imperio, Honorium occidentali Romanæq; vrbi. Et quia iuuenes admodum erant, tutores educatoresque testamento assignauit: illi Ruffinum. huic Stiliconem, vtrumque & sceleratum hominem, cuiusmodi ingenia facillime in intimas se solent aulas insinuare. Hi principum ætate iniuriæ obnoxia ad suas augendas opes magnamque sibi & immodicam parandam potentiam abutentes non iam de priuata aliqua magnitudine cogitare, sed ad principale ipsum fastigium animos nefariis cogitationibus adiecerant. Ruffinus sibi, Stilico filio imperium affectabat. Cum hæc vterque consilia agitaret, bello opus erat ad eas res perficiendas, vt tempestate turbatis rebus, cum minus eorum desideria deprehenderentur, tum verò perficerentur facilius, percussis principum animis bellorum terroribus, nihil non concedentibus proximis sibi viris, & qui rerum omnium administrationibus præessent. Nam in pace velut sereno & tranquillo celo & cognosci tenebras suorum animorum, & puniri consulentibus per ocium principibus posse non ignorabant. Quocirca Gothos gentem ad res nouas tumultusque bellicos exciendos aptissimam ipsam ingentis prædæ vterque sollicitat, vt suo principi bellum faciat. Gothi occasione adesse rati, vel rei alicuius bene gerendæ, vel certè intentato bello domum cum haud parua redeundi præda, arma induunt. regemque de suo corpore ex

*Balthorū
familia*

Balthorum illustri familia Halarico creato, fines suos magno vicinorum terrore egrediuntur. Huic se paulò post Rhadagasus cum ducentorum Gothorum milibus coniungit: cumque nulla satis terra multitudini alendæ esset, castra duces diuidunt: diuersisque profecti viis per Pannoniam, Illyricum, Noricumque incensis vastatisque obuiis rebus omnibus in Italiam veniunt. Ruffinus cum imprudentius cogitata exequeretur, ad Thessalonicam à militibus occisus est. Stilico astutius consilia celabat. & Rhadagasus quidem per Etruriam ad urbem cum agmine veniebat, longè latèque quacunq; iret fugam terroremque ostendens. Trepida Romana ciuitas mercenarios duces venienti opponit. Rhadagasus inconsultius exercitu castrisque dispositis, in loca se iniqua precipitauit. Comestibus ademptis multitudinem suam fame confecit. Ipse comploratis rebus dum fugam per occulta cum paucis tentat, à Rom. militibus interceptus necatusque est, Gothorum multitudine vilissimis precii diuendita.

Secun-

Secundum hanc Gothorū cladem Halaricus in Italiam venit, maioribus adhuc miscens omnia terroribus, quàm fecerat Rhadagasus. Ad cuius rei nuncium, Stilico qui Byzantij erat, præmissa copiarū parte, quæ extremū Gothorum agmen carpens ab strage aliqua magna agrorūque vastatione hostē deterreret. Ipse per oram superi maris cum viribus peditatus equitatusque ad hostes peruenit, vterq; exercitus castra prope Rauennam contulit: Gothi Pollentiam viā obtinebant, numero quidem potiores, sed arte & disciplina militari nequaquam cum exercitu Romano comparādi. Stilico bellico astu plerunque Gothos superauit, cōpulitque in arctum quendam locum, vbi sedens cōficere poterat bellum, si voluisset: verum cum exercitu esse decreuerat, quousque populares sui Vādali in Galliā venissent. Pro indubio enim habebat eā fore certam occasionem imperij Eucherio filio parandi. Ita leuibus aliquot certaminibus hostem lacescendo tempus trahebat, quod Halaricus cum per occultos meatus olfecisset, ad Honorium detulit. Eoque velut munere cum placatiore sibi Honorio se vsurum existimaret, per eosdem legatos quos ad detegendum Honorio scelus Stiliconis miserat, Galliæ partem suę multitudini petiit: Victuros se legibus Romanis, nec paruo futuros vsui imperio, bellisque Romanis, nullisque provincialibus vel fide vel obsequio erga Romanos cessuros. Imperator ancipiti malo concussus in partem ditionis Gothos recipere, quàm Stiliconis perfidia sibi suisque exitium parare maluit. Neque enim primus detulerat ad Honorium Halaricus, quod Stilico conqueret scelus. Nec tamen tutū putabat quouis tempore virum tollere ex duabus vxoribus sibi socerum, & opibus supra priuatum fastigiū pollentem potētēque. Simul igitur cum legatis Gothorum literas ad Stiliconē mittit, vt primo quoque tempore Gothos in Galliam venire permittat. Nuncius hic fuit Stiliconi asper & importunus: quippe & se fraudari tanta spe videbat, & sua consulta palām fieri suspicabatur. Hæsit aliquandiu acer & ferox animus, tandem quod tutius erat secutus, pariturum se iussis principis sui respondit. Sed ne res in totum ē manibus laberetur, Saulum quendam cum Iudaicis copiis subornat, qui Gothorum vestigiis proximē insistens, cæsis per occasionem aliquot milibus, irritabilem populum ad fœdus rumpendum impellat. Saulus dominico die, quo ex vetere nostrę religionis instituto

feriamur, cùm toti rebus sacris intenti Gothi essent, impetum in eos facit, primòq; tumultu aliquot ex eis iteruit. Territi Gothi subito quantum in trepidatione rerum fieri poterat, num ad arma concurrendum esset, consultant. Venerat enim in religionem festo seruatoris die arma tractare, humanum sanguinem fundere, cædes hominũ facere. Sed cùm Iudæi modum occidendi trucidandiq; non poneret, sibi quisq; consilium cepit non expectato communi, vt arma sui tuendi gratia indueret. Cùmq; iam frequentes armari conuenissent, Halaricus pro tẽpore instructa acie imbelles genus hominum facile sistit. Hinc connixi aliquantum Gothi Iudæos fundunt, fugantque: Et quetti coactos se à violatoribus humani iuris diuinum ius polluere ac contaminare, Christum ipsum inuocantes, per cuius iuratum numen fœdus esset vtrinque sanctum, cuiusq; ferias contra suam voluntatem cruore, cædibus, strage fœdassent, ira incensi, per mediam Italiam ad urbem ferre signa pergunt. Dimiserat Stilico nonnullos milites tanquam sine bello inutiles, quos ad præsentẽ terrorem coactus est ab imperatore repetere, simul cum supplemento copiarũ, vt maximis viribus Gothorum conatibus obuiam iretur. Honorius patefactis Stiliconis consiliis, magnam militum manum ad eum mittit, dato ducibus occulte negotio, vt opportuno rei agendę tempore captato, Stiliconẽ cum filio obrũcent. Illi communicato inter se consilio, dięq; destinato, quo imperata principis strenue pẽragerent, diuersi Stiliconẽ ac filium adorti, & eos ipsos, & ex necessariis aliquot, qui vim parabant, Romæ in foro Pacis interficiunt. Imprudens tamẽ & ignauus princeps, duce sublato, in eius locum neminẽ surrogauit, credo ne vllus parem nactus potentiam, similia moliretur. Ita exercitus sine præcipuo aliquo duce miserẽ à Gothis fusus, per multas clades terrorem Gothici nominis ingentem imbibit. Gothi superiores facti, ad urbem Romam signa infesta ducũt, eamque obsidione diu pressam, capiũt, diripiũt maiori tumultu atque expilatione rerum, quàm cædibus aut stupris, aliisque tetris ac fœdis facinoribus, quæ urbibus expugnatis committi per insolentiam militum solent. Halaricus enim urbẽ ingressurus, duo in castris edicta proposuerat. Alterũ, vt à cæde & violatione hominũ abstineret, sibi eiusmodi res displicituras. Alterũ, vt capitale esset, si quis eum qui ad templa principum Apostolorum confugisset læderet, aut ipsa

Stilico inter-
ficatur

Halarici
edicta

templa

rempla violaret. Capta est à Gothis Roma anno post eandem *Roma*
 conditam M. C. L X I I I I. Calend April. Flauio & Varrone *capta*
 coss. Quo pacto sit capta, parum explicant rerum scriptores. Baptista Egnatius se modum eius rei dicit ex Procopio Græco afferre, mirariq; interpretem vel eum locum scientē prudentēmq; transfuisse: vel si in mutillum incidit codicē, parum animaduertisse, quid deesset. Procopium Græcum nondum vidi: fides erit penes Egnatium, hominem diligentem ac bene doctum, quātum ex scriptis iudicare possum. Scribit ergo: Obsederat Romam Halaricus iam biennium, nec Honorius, qui Rauennæ desidebat, aut ferre supplicis poterat, aut audebat. Nam cū nihil minus quā de vr̄bis salute sollicitus esset, Stilicone interfecto, ducem exercitai minimē præfecerat, qui rem aduersus Gothos administraret. Vnde Gothis obsidendæ vr̄bis cogitatio, Romano milite aut dilapso, aut sequitur rem agente. Verum eam frustra obsessam, cū expugnare vi non possent, ad dolum hostis barbarus vertitur. Profectionem in patriam simulat, trecentosque iuvenes corporis & animi vi præstantes deligit, quos Romanis principibus dono det, instructos prius vt omni obsequio dominos suos promereri studeant: & ad certam diem circa meridiem, cū Romani principes somno vel ocio vacarent, ad Asinariam portam aduolēt: interfectisq; improviso insultu custodibus, portam sibi præsto futuris aperiant. Interea Gothi cum reditum alia atq; alia deesse sibi simulantes differrēt, trecenti illi iuvenes occasione egregiē vsi, portam statō die suis aperiuunt, & intromissus Gothus maiore ignominia, quā danino vr̄bem omnem populatur. Sunt qui Probæ illustris fœminæ & opulentissimæ opera patefactam Gothis portam existiment, cū plebem Romanam passim fame & morbis pecudum more cadentem miseraretur: duo sunt cognitu non indigna, vnum edictum ab Halarico fuisse, vt quicumque in templa diuorum confugerent, præcipuē Petri & Pauli, his nulla vis inferretur, quod & summa fide seruatum. Alterum, quod cū nunciatum Honorio esset Rauennæ, Romam perditam, credidit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Romæ, significatū esse, admiratūque vehementer tam subito periisse eum, qui cū paulō antē festiuissimē luserat. Hæc Egnatius. Has omnes clades maledicentissima & impia gens religioni Christianæ imputabat, negans futurum, vt capta vnquam esset Roma, si

deorum religiones à maioribus cultas traditâsque posteris tenuissent. quali verò non eandem ob causam, quia violatum est ius humanum, Galli olim vigentibus, vt aiunt, maxime impiis illis insaniis, vrbem ceperint, & diruerint: ceu non multi imperatores Christiani optimè rem gesserint. & tanquam non hæc inclinatio imperij & manifestus ad ruinam casus ceperit sub imperatoribus gentilibus, & non per eandem socordiam ignauiamque Honorius amiserit Romam, per quam Galienus Ægyptum, Asiam & Galliam, ad quarû perditarum rumores dictis luserit facietis. Aduersus hos igitur homines sanctę religionis, etiam si nulla contigisset calamitas, inimicos, & infensos, libros conscripsit Augustinus duos & viginti, Ciuitatem Dei, hoc est, Christianam religionem aduersus rabiosas atque impias eorum querelas defendens.

D I V I





D I V I

AVRELI AVGV-
STINI IN LIBROS DE
CIVITATE DEI EX IPSIVS
AVTORIS RETRACTATIO-

NVM LIBRO SECVNDO

Argumentum.

NT E R E A Roma Gothorum irru-
ptione , agentium sub rege Alarico,
atque impetu magnæ cladis euerfa est:
cuius euerfionem deorum falforum,
mutorúmque cultores , quos vfitato
nomine Paganos vocamus, in Christianam religio-
nem referre conantes, folitò acerbiùs , & amariùs,
Deum verum blaſphemare cœperunt. Vnde ego ex-
ardeicens zelo domus Dei, aduerfus eorum blaſphe-
mias, vel errores, libros De ciuitate Dei ſcribere in-
ſtitui. Quod opus per aliquot annos me tenuit , eò
quòd alia multa intercurrebant, quæ differre non o-
porteret : & me prius ad ſoluendum occupabant.
Hoc autem De ciuitate Dei grande opus , tandem
viginti duobus libris eſt terminatum ; quorum quin-
que primi eos refellunt , qui reſhumanas ita proipe-
rari volunt , vt ad hoc multorum deorum cultum,

Aug. de ciuit. Dei. Tom. j. i

quos Pagani colere consueuerunt, necessarium esse arbitrentur:& quia prohibentur, mala ista exoriri atque abundare contendunt. Sequentes autem quinque aduersus eos loquuntur, qui fatentur hæc mala, nec defuisse vnquam, nec defutura mortalibus:& ea nunc magna, nunc parua, locis, temporibus, personisque variari: sed deorum multorum cultum, quo eis sacrificatur, propter vitam post mortem futuram, esse vtilem disputant. His ergo decem libris, duæ istæ vanæ opiniones Christianæ religioni aduersariæ refelluntur. Sed ne quisquam nos aliena tantùm redarguisse, non autem nostra asseruisse, reprehenderet, id agit pars altera, operis huius, quæ duodecim libris continetur. Quamquam, vbi opus est, & in prioribus decem, quæ nostra sunt, asseramus, & in duodecim posterioribus redarguamus aduersa. Duodecim ergo librorum sequentium, primi quatuor continent exortum duarum ciuitatum: quarum est vna Dei, altera huius mundi. Secundi quatuor, excursus earum, siue procursum. Tertij verò, qui & postemi: debitos fines. Ita omnes viginti & duo libri, cùm sint de vtraque ciuitate concripti, titulum tamen à meliore acceperunt, vt De ciuitate Dei potius vocarentur. In quorum decimo libro, non debuit pro miraculo poni in Abrahamæ sacrificio, flammam cælitus factam inter diuinas victimas cucurrisse: quoniam hoc illi in visione monstratum est. In decimo septimo libro quod dictum est de Samuele, non erat de filiis Aaron: dicendum potius fuit, non erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotum, defunctis sacerdotibus, succedere magis legitimi moris fuit.

Nam

Nam in filiis Aaron reperitur pater Samuelis ; sed
sacerdos non fuit : nec ita in filiis, vt eum ipse
generit Aaron : sed sicut omnes illius
populi dicuntur filij Israel. Hoc
opus sic incipit, Gloriosis-
simam ciuitatem
Dei, &c.

i 2





ELENCHVS CA-
PITVM IN DIVI AVRE-
LII AVGVSTINI DE
CIVITATE DEI,
LIBRVM PRIMVM.

- 1 **D**E aduersariis nominis Christi, quibus in vasta
tione vrbis propter Christum Barbari pe-
percerunt victis.
- 2 Quod nulla vnquam bella ita gesta sint, vt vi-
ctores propter deos eorum quos vicerāt,
parcerent victis.
- 3 Quod imprudenter Romani deos penates, qui Troiam cu-
stodire non poterant, sibi crediderint profuturos.
- 4 De asylo Iunonis in Troia, quod neminem liberauit à
Græcis: & basilicis apostolorum, quæ omnes ad se con-
fugientes à Barbaris defenderunt.
- 5 De generali consuetudine hostium, victas ciuitates euer-
tentium, quid Cato senserit.
- 6 Quòd ne Romani quidem ita vllas ceperunt ciuitates, vt
in templis earum parcerent victis.
- 7 Quòd in euersione vrbis, quæ asperè gesta sunt, de consue-
tudine acciderint belli: quæ verò clementer, de potètia
prouenerint nominis Christi.
- 8 De commodis atque incommodis, quæ bonis, atque malis
plerunque communia sunt.
- 9 De causis correptionum, propter quas, & boni, & mali pa-
riter flagellantur.
- 10 Quòd sanctis in amissione rerum temporalium nihil de-
pereat.
- 11 De fine temporalis vitæ, siue longioris, siue breuoris.

Capitulum.

- 12 De sepultura humanorum corporum , quæ Christianis etiam si fuerit negata, nil adimit.
- 13 Quæ sit ratio sanctorum corporum sepeliendi.
- 14 De captiuitate sanctorum , quibus nunquam diuina solatia defuerunt.
- 15 De Marco Regulo, in quo captiuitatis ob religionem etiam sponte tolerandæ extat exemplum, quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit.
- 16 An stupris, quæ etiam sanctarum forte virginum est passa captiuitas, contaminari potuerit virtus animi, sine voluntatis assensu.
- 17 De morte voluntaria ob metum pœnæ, siue dedecoris.
- 18 De aliena violentiarum libidine, quam in oppresso corpore mens inuita perpetitur.
- 19 De Lucretia, quæ se ob illatum sibi stuprum peremit.
- 20 Nullam esse autoritatē, quæ Christianis in qualibet causa ius voluntariæ necis attribuat.
- 21 De interfectionibus hominum, quæ ab homicidij crimine excipiuntur.
- 22 Quòd nunquam possit mors voluntaria ad magnitudinem animi pertinere.
- 23 Quale exemplum sit Catonis, qui se , victoriam Cæsaris non ferens, interemit.
- 24 Quòd in ea virtute, qua Regulus Catone præstantior fuit, multò magis emineant Christiani.
- 25 Quòd peccatum, non per peccatum debeat declinari.
- 26 De his quæ fieri non licet, cum à sanctis facta noscuntur, qua ratione facta credenda sint.
- 27 An propter declinationem peccati, mors spontanea appetenda sit.
- 28 Quo iudicio Dei in corpora continentium libido hostilis peccare permessa sit.
- 29 Quid familia Christi respondere debeat infidelibus, cum exprobrant, quòd eam à furore hostium non liberauerit Christus.
- 30 Quàm pudendis prosperitatibus affluere velint , qui de Christianis temporibus conqueruntur.
- 31 Quibus vitiorum gradibus aucta sit in Romanis cupido regnandi.
- 32 De scenicarum institutione ludorum.

Elenchus

- 33 De vitiis Romanorum, quos patriæ non correxit euerfio.
- 34 De clementia Dei, quæ vr̄bis excidium temperauit.
- 35 De latentibus inter impios ecclesiæ filiis, & de falsis intra ecclesiam Christianis.
- 36 De quibus causis sequenti disputatione sit differendum.

IN LIBRVM SECVNDVM.

- 1 De modo qui necessitati disputationis adhibendus est.
- 2 De his quæ primo volumine expedita sunt.
- 3 De assumenda historia, qua ostenditur quæ mala acciderint Romanis, cum deos colerent, antequam religio Christiana cresceret.
- 4 Quòd cultores deorum nulla vnquam à diis suis præcepta probitatis acceperint, & in sacris eorum turpia quæque celebrauerint.
- 5 De obscœnitatibus, quibus mater deorum à cultorib. suis honorabatur.
- 6 Deos Paganorum nunquam bene viuendi sanxisse doctrinam.
- 7 Inutilia esse inuenta philosophica sine autoritate diuina, vbi quemque ad vitia pronum magis mouet quod dij fecerint, quàm quod homines disputauerint.
- 8 De ludis scenicis, in quibus dij non offenduntur edictione suarum turpitudinum, sed placantur.
- 9 Quid Romani veteres de cohibenda poetica licentia senserint, quam Græci deorum secuti iudicium, liberam esse voluerunt.
- 10 Qua nocendi arte dæmones velint vel falsa de se crimina, vel vera narrari.
- 11 De scenicis apud Græcos in reip. administrationem receptis, eo quòd placatores deorum iniuste ab hominibus spernerentur.
- 12 Quòd Romani auferendo libertatem poëtis in homines, quam dederunt in deos, melius de se quàm de diis suis senserint.
- 13 Debuisse intelligere Romanos, quòd dij eorum, qui se turpibus ludis coli expetebant, indigni essent honore diuino.
- 14 Meliorem fuisse Platonem, qui poëtis locum in bene morata

Capitum.

morata vrbe non dederit, quàm hos deos qui se ludis scenicis voluerint honorari.

- 15 Quòd Romani quosdam sibi deos non ratione, sed adulatione instituerint.
- 16 Quòd si diis vlla esset cura iustitiæ, ab eis Romani accipere debuerint præcepta viuendi potius, quàm leges ab hominibus mutuare.
- 17 De raptu Sabinarum aliisque iniquitatibus, quæ in ciuitate Romana, etiam laudatis viguere temporibus.
- 18 Quæ de moribus Romanorum aut metu compressis, aut securitate resolutis Salustij prodat historia.
- 19 De corruptione Romanæ reip. prius, quàm cultum deorum Christus auferret.
- 20 Quali velint fœlicitate gaudere, & quibus moribus viuere qui tempora Christianæ religionis incusant.
- 21 Quæ sententia fuerit Ciceronis de Romana republica.
- 22 Quòd diis Romanorum nulla vnquam cura fuerit, ne malis moribus resp. deperiret.
- 23 Varietates rerum temporalium non ex fauore aut impugnatione demonum, sed ex Dei veri pendere iudicio.
- 24 De Syllanis actibus, quorum se dæmones ostentauerunt adiutores.
- 25 Quantum maligni spiritus ad flagitia incitent homines cum committendis sceleribus quasi diuinam exempli sui interponunt autoritatem.
- 26 De secretis dæmonum monitis, quæ pertinebant ad bonos mores, cum palam in sacris eorum omnis nequitia disceretur.
- 27 Quanta euerfione publicæ disciplinæ Romani diis suis placandis sacrauerint obscœna ludorum.
- 28 De Christianæ religionis salubritate.
- 29 De abiiciendo cultu deorum cohortatio ad Romanos.

IN LIBRVM TERTIVM.

- 1 De aduersitatibus quas soli mali metuunt, & quas semper passus est mundus cum deos coleret.
- 2 An dii qui à Romanis & à Græcis similiter colebantur, causas habuerint, quibus Ilium paterentur excindi.
- 3 Non potuisse offendi deos Paradisi adulterio, quod inter

Elenchus

ipſos traditur frequentatum.

- 4 De ſententia Varronis qua vtile eſſe dixerit, vt ſe homines diis genitos mentiantur.
- 5 Non probari, quod dii adulterium Paridis punierint, quod in matre Romuli non vlti ſunt.
- 6 De parricidio Romuli, quod dii non vindicarunt.
- 7 De euerſione Ilij, quod dux Marij Fimbria excidit.
- 8 An debuerit Iliacis Roma committi.
- 9 An illam pacem, quæ ſub Numæ regno fuit, deos præſtiſſe credendum ſit.
- 10 An optandum fuerit, quòd tanta bellorum rabie Romanorum augetetur imperium, cum eo ſtudio quo ſub Numa auctum eſt, & quietum eſſe potuit & tutum.
- 11 De ſimulachro Cumani Apollinis, cuius fletus creditus eſt cladem Græcorum, quibus opitulari non poterat, indicare.
- 12 Quantos ſibi deos Romani præter conſtitutionem Numæ adiecerint, quorum eos numerofitas nihil adiuuerit.
- 13 Quo iure, quo fœdere Romani obtinuerint prima coniugia.
- 14 De impietate belli, quod Albanis Romani intulerunt, & de victoria dominandi libidine adepta.
- 15 Qualis Romanorum regum vita atque exitus fuerit.
- 16 De primis apud Romanos conſulibus, quorum alter alterum patria pepulit, móxque Romæ poſt atrociffima parricidia à vulnerato hoſte vulneratus interiit.
- 17 Poſt initia conſularis imperij quibus malis vexata fuerit Romana reſpublica, diis non opitulantibus quos colebat.
- 18 Quantæ clades Rom. ſub bellis Punicis triuerint, fruſtra deorum præſidiis expetitis.
- 19 De afflictione belli Punic ſecundi, qua vires vtriuſque partis conſumptæ ſunt.
- 20 De exitio Saguntinorum, quibus propter Romanorum amicitiam pereuntibus dii Romani auxilium non tulerunt.
- 21 Quam ingrata fuerit Romana ciuitas Scipioni liberatori ſuo: & in quibus moribus egerit, quando eam Saluſtius optimam fuiſſe deſcribit.

Capitum.

- 22 De Mithridatis editto, quo omnes ciues Romanos qui intra Asiam inuenirentur, iussit occidi.
- 23 De interioribus malis, quibus Romana resp. exagitata est, præcedente prodigio, quod in rabie omnium animalium, quæ hominibus feruiunt, fuit.
- 24 De discordia ciuili, quam Gracchiæ seditiones excitaerunt.
- 25 De æde Concordiæ ex senatusconsulto in loco seditionum & cædium condita.
- 26 De diuersis generibus belli, quæ post conditam ædem Concordiæ sunt secuta.
- 27 De bello ciuili Mariano atque Syllano.
- 28 Qualis fuerit Syllana victoria vindex Marianæ crudelitatis,
- 29 De comparatione Gotthicæ irruptionis, cum eis cladibus quas Romani, vel à Gallis, vel à bellorum ciuiliū autoribus acceperunt.
- 30 De connexionione bellorum, quæ aduentum Christi plurima & grauissima præcesserunt.
- 31 Quam impudenter præsentia incommoda Christo impudent, qui deos colere non sinuntur, cum tantæ clades contra eos tempore quo colebantur extiterint.

IN LIBRVM QVARTVM.

- 1 De his quæ in primo volumine disputata sunt.
- 2 De his quæ libro secundo & tertio continentur.
- 3 An altitudo imperij quæ non nisi bellis acquiritur, in bono habenda sit, siue fœlicium, siue sapientium.
- 4 Quam similia sint latrociniis regna absque iustitia.
- 5 De fugitiuis gladiatoribus, quorum potentia similis fuerit regiæ dignitati.
- 6 De cupiditate Nini regis, qui vt latius dominaretur, primus intulit bella finitimis.
- 7 An regna terrena inter profectus suos atque defectus deorum vel inuentur, vel deserantur auxilio.
- 8 Quorum deorum præsidio putent Romani imperiam suū autum atque seruatum, cum singulis vix singularum rerum tuitionem committendam esse crediderint.
- 9 An imperij Romani amplitudo & diuturnitas Ioui fue-

Elenchus

rit ascribenda, quem summum Deum cultores ipsius opinantur.

- 10 Quas opiniones secuti sint, qui diuersos deos diuersis mundi partibus præfecerunt:
- 11 De multis diis, quos doctores paganorum vnū eundemque Iouem esse defendunt.
- 12 De opinione eorum, qui Deum animam mundi, & mundum corpus Dei esse putauerunt.
- 13 De his qui sola rationalia animantia partes esse vnus Dei asserunt.
- 14 Augmenta regnorum Ioui incógruenter ascribi, cùm si, vt volunt, dea est Victoria, ipsa huic negotio sola sufficeret.
- 15 An congruat bonis latius velle regnare.
- 16 Quid fuerit quòd Romani omnibus rebus & omnibus motibus deos singulos deputantes, eadem Quietis extra portas esse voluerunt.
- 17 An si Iouis summa potestas est, etiam Victoria dea debuerit existimari.
- 18 Fœlicitatem & Fortunam qui deas putant, qua ratione fecerunt.
- 19 De fortuna muliebri.
- 20 De Virtute & Fide, quas Pagani templis & sacris honorauerunt, præmittentes alia bona, quæ similiter colenda fuerunt, si rectè aliis diuinitas tribuebatur.
- 21 Quòd vnum non intelligentes Deum, Virtute saltem & Fœlicitate debuerint esse contenti.
- 22 De scientia colendorum deorum, quam à se Varro gloriatur collatam esse Romanis.
- 23 De Fœlicitate, quam Romani multorum veneratores deorum diu non coluerunt honore diuino, cùm pro omnibus sola sufficeret.
- 24 Qua ratione defendant Pagani, quòd inter deos colant ipsa bona diuina.
- 25 De vno tantum colendo Deo, qui licet nomine ignoretur, tamen fœlicitatis dator esse sentitur.
- 26 De ludis scenicis, quos sibi dii celebrari à suis cultoribus exegerunt.
- 27 De tribus generibus deorum, de quibus Scæuola pontifex disputauit.

Capitum.

- 28 An ad obtinendum dilatandumque regnum profuerit Romanis cultus deorum.
- 29 De falsitate auspicij, quæ Romani regni fortitudo & stabilitas visa est indicari.
- 30 Qualia de diis gentium etiam cultores eorum se sentire fateantur.
- 31 De opinionibus Varronis, qui reprobata persuasione populari, licet ad notitiam veri Dei non peruenerit, vnum tamen colendum esse censuerit.
- 32 Ob quam speciem vtilitatis principes gentium apud subiectos sibi populos falsas religiones voluerunt permanere.
- 33 Quòd iudicio & potestate veri Dei omnium regum atque regnorum ordinata sunt tempora.
- 34 De regno Iudæorum, quod ab vno & vero Deo institutū atq; seruatum est, donec in vera religione manserūt.

IN LIBRVM QVINTVM.

- 1 Causam Romani imperij, omniumque regnorum, nec fortuitam esse, nec in stellarum positione consistere.
- 2 De geminorum simili dissimilique valetudine.
- 3 De argumento, quod ex rota figuli Nigidius mathematicus assumpsit in quæstione geminorum.
- 4 De Esau & Iacob geminis, multum inter se morum & actionum qualitate disparibus.
- 5 Quibus modis conuincantur mathematici vanam scientiam profiteri.
- 6 De geminis disparis sexus.
- 7 De electione diei quo vxor ducitur, quòve in agro aliquid plantatur, aut feritur.
- 8 De his qui non astrorum positionem, sed connexionem causarum ex Dei voluntate pendentem Fati nomine appellant.
- 9 De præscientia Dei, & libera hominis voluntate, contra Ciceronis definitionem.
- 10 An voluntatibus hominum aliqua dominetur necessitas.
- 11 De vniuersali prouidentia Dei, cuius legibus omnia continentur.
- 12 Quibus moribus antiqui Romani meruerunt, vt Deus

Elenchus.

- verus, quanuis eum non colerent, eorum augeter imperium.
- 13 De amore laudis, qui cùm sit vitium, ob hoc virtus putatur, quia per ipsum vitia maiora cohibentur.
 - 14 De refecando amore laudis humanæ: quoniam iustorum gloria omnis in Deo fit.
 - 15 De mercede temporali, quam Deus reddidit bonis moribus Romanorum.
 - 16 De mercede sanctorum ciuium ciuitatis æternæ, quibus vitia sunt Romanarum exempla virtutum.
 - 17 Quo fructu Romani bella gesserint, & quantum his quos vicere contulerint.
 - 18 Quàm alieni à iactantia debeant esse Christiani, si aliquid fecerint pro dilectione æternæ patriæ, cùm tanta Romani gesserint pro humana gloria & ciuitate terrena.
 - 19 Quomodo inter se differant cupiditas gloriæ, & cupiditas dominationis.
 - 20 Tam turpiter seruire virtutes humanæ gloriæ, quàm corporis voluptati.
 - 21 Romanum regnũ à Deo vero esse dispositũ, à quo est omnis potestas, & cuius prouidentia reguntur vniuersa.
 - 22 Tempora exitusque bellorum ex Dei pendere iudicio.
 - 23 De bello in quo Rhadagaisus rex Gothorum dæmonum cultor vno die cum ingentibus copiis suis victus est.
 - 24 Quæ sit Christianorũ imperat. & quàm vera fœlicitas.
 - 25 De prosperitatibus quas Constantino imperatori Christiano deus contulit.
 - 26 De fide & pietate Theodosij Augusti.
 - 27 Contra inuidos inuectio Augustini, qui scripserunt contra editos iam libros.

IN LIBRVM SEXTVM.

- 1 De his qui dicunt deos à se, non propter præsentem vitã coli, sed propter æternam.
- 2 Quid Varronem de diis gentium sensisse credendum sit: quorum talia, & genera & sacra detexit, vt reuerentius cum eis ageret, si de illis omnino reticeret.
- 3 Quæ sit partitio Varronis librorũ suorum, quos De anti-
quita-

Capitum.

- quitatibus rerū humanarum diuinarūq; composuit.
- 4 Quòd ex disputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humanæ quàm diuinæ reperiantur.
 - 5 De tribus generibus theologiæ secundum Varronem: scilicet vno fabuloso, altero naturali, tertio ciuili.
 - 6 De theologia mythica, id est, fabulosa, & de ciuili, contra Varronem.
 - 7 De fabulosæ & ciuilis theologiæ similitudine atque concordia.
 - 8 De interpretationibus naturalium rationū, quas doctiores pagani pro diis suis conantur ostendere.
 - 9 De officiis singulorum deorum.
 - 10 De libertate Senecæ, qui vehementius ciuilem theologiam reprehendit, quàm Varro fabulosam.
 - 11 Quid de Iudæis Seneca senserit.
 - 12 Quòd gentiliū deorum vanitate detecta, nequeat dubitari, æternam eos vitam nemini posse præstare, qui nec ipsam adiuuant temporalem.

IN LIBRVM SEPTIMVM.

- 1 An cùm in theologia ciuili diuinitatem non esse constiterit, in selectis diis eam inueniri posse credendum sit.
- 2 Qui sint dii selecti, & an ab officiis viliorum deorum habeantur excepti.
- 3 Quàm nulla sit ratio, quæ de selectione quorundam deorum possit ostendi, cùm multis inferioribus excellentior administratio deputetur.
- 4 Melius actum est cum diis inferioribus, qui nullis infamantur opprobriis, quàm cum selectis, quorum tantæ turpitudines celebrantur.
- 5 De paganorū secretiore doctrina, physicisq; rationibus.
- 6 De opinione Varronis, qua arbitratus est Deum esse animam mundi, qui tamen in partibus suis habeat animas multas, quarum diuina natura sit.
- 7 An rationale fuerit Ianum & Terminum in duo numina separari.
- 8 Ob quam causam cultores Iani bifrontem imaginem ipsius finxerunt, quam tamen etiam quadrifrontem videri volunt.

Elenchus

- 9 De Iouis potestate, atque eiusdem cum Iano cōparatione.
- 10 An Iani & Iouis recta discretio fit.
- 11 De cognominibus Iouis, quæ non ad multos deos, sed ad vnum eundemque referuntur.
- 12 Quòd Iupiter etiam Pecunia nuncupetur.
- 13 Quòd dum exponitur quid Saturnus, quidve sit Genius, vterque vnus Iupiter esse doceatur.
- 14 De Mercurij & Martis officiis.
- 15 De stellis quibusdam, quas Pagani deorum suorum nominibus nuncupauerunt.
- 16 De Apolline & Diana, cæterisque selectis diis, quos partes mundi esse voluerunt.
- 17 Quòd etiam ipse Varro opiniones suas de diis pronunciauerit ambiguas.
- 18 Quæ credibilior causa fit, qua error paganitatis inoleuerit.
- 19 De interpretationibus quibus colendi Saturni causam ratiocinantur.
- 20 De sacris Cereris Eleusinae.
- 21 De turpitudine sacrorum, quæ Libero celebrabantur.
- 22 De Neptuno & Salacia ac Venilia.
- 23 De terra quam Varro deam esse confirmat, eo quòd ille animus mundi, quem opinatur Deum, etiã hanc corporis sui infimam partem permeet, eique vim diuinam impertiatur.
- 24 De Telluris cognominibus, eorumque significationibus: quæ etiam si non erant multarum rerum indices, nõ multorum deorum debuerunt firmare opiniones.
- 25 Quam interpretationem de abscissione Atys Græcorum sapientium doctrina repererit.
- 26 De turpitudine sacrorum Matris magnæ.
- 27 De physiologorum figmentis, qui nec veram diuinitatem colunt, nec ab eo cultu quo colenda est vera diuinitas.
- 28 Quòd doctrina Varronis de theologia in nulla sibi parte concordet.
- 29 Quòd omnia quæ physiologi ad mundum partesque ipsius retulerunt, ad vnum verum Deum referre debuerunt.
- 30 Qua pietate discernatur à creaturis creator, ne pro vno tot dii colantur, quot sunt opera vnus auctoris.
- 31 Quibus propriè beneficiis Dei excepta generali largitate,

Capitum.

re, sectatores veritatis vtantur.

- 32 Quòd sacramentum redemptionis Christi nullis retro temporibus defuerit, sempérque sit diuersis significationibus prædicatum.
- 33 Quòd per solam Christianam religionē manifestari poterit fallacia spirituum malignorum de hominum errore gaudentium.
- 34 De libris Numæ Pompilij, quos senatus ne sacrorum causæ quales in eis habebantur, innotescerent, iussit incendi.
- 35 De hydromantia, per quam Numa visis quibusdam dæmonum imaginibus ludificabatur.

IN LIBRVM OCTAVVM.

- 1 De quæstione naturalis theologiæ cum philosophis excellentioris scientiæ discutienda.
- 2 De duobus philosophorum generibus, id est, Italico & Ionico, eorúque autoribus.
- 3 De Socratica disciplina.
- 4 De præcipuo inter discipulos Socratis Platone, qui omnem philosophiam triplici partitione distinxit.
- 5 Quòd de theologia cum Platonicis potissimū disceptandum sit, quorum opinioni omnium philosophorum postponenda sunt dogmata.
- 6 De Platonicorū sensu in ea parte philosophiæ, quæ physica nominatur.
- 7 Quanto excellentiores cæteris in logica, id est, rationali philosophia, Platonici sint habendi.
- 8 Quòd etiam in morali philosophia Platonici obtineant principatum.
- 9 De ea philosophia, quæ ad veritatem fidei Christianæ propius accessit.
- 10 Quæ sit inter philosophicas artes religiosi excellentia Christiani.
- 11 Vnde Plato illam intelligentiam potuerit acquirere, qua Christianæ scientiæ propinquauit.
- 12 Quòd etiam Platonici, licet de vno vero Deo bene senserint, multis tamen diis sacra facienda censuerunt.
- 13 De sententia Platonis, qua definiuit deos nó esse nisi bo-

Elenchus

nos, amicósque virtutum.

- 14 De opinione eorum , qui rationales animas trium generum esse dixerunt, id est, in diis cælestibus, in dæmonibus aëreis, & in hominibus terrenis.
- 15 Quòd neq; propter aërea corpora , neque propter superiora habitacula dæmones hominibus antecellunt.
- 16 Quid de moribus dæmonum Apuleius Platonius senserit.
- 17 An dignum sit, eos spiritus ab homine coli , à quorum virtutibus etiam oporteat liberari.
- 18 Qualis sit religio , in qua docetur , quòd homines ut commendentur diis bonis , dæmonibus uti debeant aduocatis.
- 19 De impietate artis magicæ , quæ patrociniò utitur spirituum malignorum.
- 20 An credendum sit , quòd dii boni libentius dæmonibus quàm hominibus misceantur.
- 21 An dæmonibus nunciis & interpretibus dii utantur , fallique se ab eis aut ignorent, aut velint.
- 22 De abiiciendo cultu dæmonum, contra Apuleium.
- 23 Quid Hermes Trimegistus de idololatria senserit , & vnde scire potuerit superstitiones Ægyptiacas auferendas.
- 24 Quomodo Hermes, patenter parentum suorum sit confessus errorem , quem tamen doluerit destruendum.
- 25 De his quæ sanctis angelis & hominibus possunt esse communia.
- 26 Quòd omnis religio paganorum circa homines mortuos fuerit impleta.
- 27 De modo honoris, què Christiani martyribus impèdunt.

IN LIBRVM NONVM.

- 1 Ad quem articulum disputatio præmissa peruenerit , & quid discutiendum sit de residua quæstione.
- 2 An inter dæmones , quibus dii superiores sunt , sit aliqua pars bonorum, quorum præsidio ad veram beatitudinem possit humana anima peruenire.
- 3 Quæ dæmonibus Apuleius ascribat, quibus cum rationem non subtrahat, nihil virtutis assignat.

Capitulum.

- 4 De perturbatioibus quæ animo accidunt, quæ sit Peripateticorum Stoicorumque sententia.
- 5 Quod passiones quæ Christianos animos afficiunt, non in vitium trahant, sed virtutem exercent.
- 6 Quibus passionibus dæmones confitente Apuleio exagitantur, quorum ope homines apud deos asserit adiuari.
- 7 Quod Platonici figmentis poetarum infamatos deos asserant de contrariorum studiorum certamine, cum hæ partes dæmonum, non deorum sint.
- 8 De diis cælestibus, & dæmonibus aereis, hominibusque terrenis Apuleij Platonici definitio.
- 9 An amicitia cælestium deorum per intercessionem dæmonum possit homini prouideri.
- 10 Quod secundum Platonis sententiam minus miseri sunt homines in corpore mortali, quàm dæmones in æterno.
- 11 De opinione Platoniorum, qua putant animas hominû dæmones esse post corpora.
- 12 De ternis contrariis, quibus secundum Platonicos dæmonum hominûmque natura distinguitur.
- 13 Quomodo dæmones, si nec cum diis beati, nec cum hominibus sunt miseri, inter vtramque partem sine vtriusque communionem sint medij.
- 14 An homines cum sint mortales, possint vera beatitudine esse sælices.
- 15 De mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu.
- 16 An rationabiliter Platonici definiunt deos cælestes, declinantes terrena contagia hominibus non miseri, quibus ad amicitiam deorum dæmones suffragentur.
- 17 Ad consequendam vitam beatam, quæ in participatione est summi boni, non tali mediatore indigere hominem, qualis est dæmon, sed tali qualis est vnus Christus.
- 18 Quod fallacia dæmonum, dum sua intercessione viam spondet ad Deum, hoc conatur, vt homines à via veritatis auertat.
- 19 Quod appellatio dæmonum iam nec apud cultores eorum assumatur in significationem alicuius boni.
- 20 De qualitate scientiæ, quæ dæmones superbos facit.
- 21 Ad quem modum dominus voluerit dæmonibus interesse.

Elenchus

- 22 Quid intersit inter scientiam sanctorum angelorum, & scientiam dæmonum.
- 23 Nomen deorum falso ascribi diis gentium, quod tamen & angelis sanctis, & hominibus iustis ex diuinarum scripturarum autoritate commune est.

IN LIBRVM DECIMVM

- 1 Veram beatitudinem siue angelis siue hominibus per unum Deum tribui, etiam Platonicos definisse: sed utrū hi quos ob hoc ipsum colendos putant vni tantum Deo, an etiam sibi sacrificari velint, esse quarendum.
- 2 De superna illuminatione quid Plotinus Platonicus senserit.
- 3 De verò Dei cultu, à quo Platonici, quanuis creatorem vniuersitatis intellexerint, deniarunt colendo angelos siue bonos siue malos honore diuino.
- 4 Quòd vni vero Deo sacrificium debeat.
- 5 De sacrificiis quæ Deus non requirit, sed ad significationem eorum obseruari voluit, quæ requirit.
- 6 De vero perfecto sacrificio.
- 7 Quòd sanctorum angelorum eam sit in nos dilectio, vt nos non suos, sed vnius veri Dei velint cultores.
- 8 De miraculis quæ Deus ad corroborandam fidem piorum etiam per angelorum ministerium promissis suis adhibere dignatus est.
- 9 De illicitis artibus erga dæmonum cultum, in quibus Porphyrius Platonicus quædam probando, quædam quasi improbando versatur.
- 10 De theurgia quæ falsam purgationem animis dæmonum inuocatione promittit.
- 11 De epistola Porphyrij ad Anebuntem Ægyptium, in qua petit de diuersitate dæmonum se doceri.
- 12 De miraculis quæ per sanctorum angelorum ministeriū Deus verus operatur.
- 13 De inuisibili Deo, qui se visibilem sæpe præstitit, non secundum quod est, sed secundum quod poterant ferre cernentes.
- 14 De vno Deo colendo, non solum propter æterna, sed etiā propter temporalia beneficia quæ vniuersa in ipsius prou-

Capitulum.

prouidentiaē potestate consistunt.

- 15 De ministerio sanctorum angelorum, quo prouidentiaē Dei seruiunt.
- 16 An de promerenda beata vita his angelis sit credendum qui se coli exigunt honore diuino: an verò illis qui non sibi, sed vni Deo sancta præcipiunt religione serui.
- 17 De arca testamenti miraculisque signorum, quæ ad commendandam legis ac promissionis auctoritatem diuinitus facta sunt.
- 18 Contra eos qui de miraculis quibus Dei populus eruditus est, negant ecclesiasticis libris esse credendum.
- 19 Quæ ratio sit visibilis sacrificij, quod vni vero & inuisibili Deo offerri doceat vera religio.
- 20 De summo veròq; sacrificio, quod ipse Dei & hominum mediator effectus est.
- 21 De modo potestatis dæmonibus datæ ad glorificandos sanctos, qui pertulerunt iam passionem, qui aereos spiritus non placando ipsos, sed in Deo permanendo vicerunt.
- 22 Vnde sit sanctis aduersum dæmones potestas, & vnde cordis vera purgatio.
- 23 De principiis, in quibus Platonici purgationem animæ esse profitentur.
- 24 De vno veròque principio, quod solam naturam humanam purgat atque renouat.
- 25 Omnes sanctos & sub legis tempore, & sub prioribus seculis in sacramento & fide Christi iustificatos fuisse.
- 26 De inconstantia Porphyrij inter confessionem veri Dei, & cultum dæmonum fluctuantis.
- 27 De impietate Porphyrij, qua etiam Apuleij transcendit errorem.
- 28 Quibus persuasionibus Porphyrius obcæcatus, non potuerit veram sapientiam, quæ est Christus, agnoscere.
- 29 De incarnatione domini nostri Iesu Christi, quam confiteri Platoniorum erubescit impietas.
- 30 Quanta Platonici dogmatis Porphyrius refutauerit, & dissentiendo correxerit.
- 31 Contra argumentum Platoniorum, quo animam humanam asserunt Deo esse coæternam.
- 32 De vniuersalivia animæ liberandæ, quam Porphyrius

Elenchus

male quærendo non reperit, & quam sola gratia Christiana referauit.

IN LIBRVM XI.

- 1 De ea parte operis qua duarum ciuitatum, id est, cælestis ac terrenæ initia & fines incipiunt demonstrari.
- 2 De cognoscendo Deo, ad cuius notitiam nemo hominū peruenit, nisi per mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum.
- 3 De autoritate canonicæ scripturæ, diuino spiritu conditæ.
- 4 De conditione mūdi, quod nec intemporalis sit, nec nouo Dei ordinata consilio, quasi postea voluerit, quod antea noluerit.
- 5 Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatiis ante mundum, quàm de infinitis locorum.
- 6 Creationis mundi & temporum vnum esse principium, nec aliud alio præueniri.
- 7 De qualitate primorum dierum, quia antequàm sol fieret, vesperam & mane traduntur habuisse.
- 8 Quæ qualisue intelligenda sit Dei requies, qua post opera sex dierum requieuit in septimo.
- 9 De angelorum conditione, quid secundum diuina testimonia sentiendum sit.
- 10 De simplici & incommutabili trinitate, patris & filij, & spiritus sancti vnus Dei, cui non est aliud qualitas, aliud substantia.
- 11 An eius beatitudinis, quàm sancti angeli ab initio sui semper habuerunt etiam illos spiritus qui in veritate non steterunt, participes fuisse credendum sit.
- 12 De comparatione beatitudinis iustorum, necdum tenentium promissionis diuinæ præmium, & primorum in paradiso hominum ante peccatum.
- 13 An ita vnus fœlicitatis omnes angeli sint creati, vt neque lapsuros se possent nosse qui lapsi sunt, & post ruinam labentium perseuerantiæ suæ præscientiam acceperint qui steterunt.
- 14 Quo genere locutionis dictum sit de diabolo, quod in veritate non steterit, quia veritas non est in eo.
- 15 Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est, Ab initio diabolus

Capitulum.

diabolus peccat.

- 16 De gradibus & differētiis creaturarum, quod aliter pendet vtilitatis vsus, aliter ordo rationis.
- 17 Vitiū malitiæ non naturam esse, sed contra naturam, cui ad peccandum non conditor causa est, sed voluntas.
- 18 De pulchritudine vniuersitatis, quæ per ordinationē Dei etiam ex contrariorum fit oppositione luculentior.
- 19 Quid sentiendum videatur de eo quod scriptum est: Diuisit Deus inter lucem & tenebras.
- 20 De eo quod post discretionem, lucis atque tenebrarum dictum est: Et vidit Deus lucem, quia bona est.
- 21 De æterna & incommutabili scientia Dei, ac voluntate, qua semper illi vniuersa quæ fecit, sic placuerunt faciēda, quemadmodum facta.
- 22 De his, quibus in vniuersitate rerū à bono creatore bene conditarum, quædam displicent, & putant nonnullam esse naturam malam.
- 23 De errore, in quo Origenis doctrina inculpatur.
- 24 De trinitate diuina, quæ per omnia opera sua, significationis suæ sparfit indicia.
- 25 De tripertita totius philosophiæ disciplina.
- 26 De imagine summæ trinitatis, quæ secundum quendam modum in natura est necdum beatificati hominis.
- 27 De essentia, & scientia, & vtriusque amore.
- 28 An etiam ipsum amorem, quo & esse, & scire diligimus, diligere debeamus, quo magis diuinę trinitatis imagini propinquamus.
- 29 De sanctorum angelorū scientia, qua trinitatem in ipsa deitate nouerunt, qua operum causas prius in operantis arte, quàm in ipsis operibus artificis intuentur.
- 30 De senarij numeri perfectione, qui primus partium suarum quantitate completur.
- 31 De die septimo, in quo plenitudo & requis cōmēdatur.
- 32 De opinione eorum, qui angelorum creationem, anteriorem nolunt esse, quàm mundi.
- 33 De duabus angelorum societatibus diuersis, quæ disparibus, quæ non incongruē ^{illæ} liguntur lucis & tenebrarum nominibus nuncupatæ.
- 34 De eo, quod quidam prauant in conditione firmamenti aquarum discretarum nomine, angelos signatos, &

Elenchus

quod quidam aquas existimant non creatas.

IN LIBRVM XII.

- 1 De vna bonorum malorumque angelorum natura.
- 2 Nullam esse Deo essentiam contrariam, quia ab eo qui summè est, & semper est, hoc totum videtur diuersum esse quod non est.
- 3 De inimicis Dei, non per naturam, sed per cõtrariam voluntatem, quæ cum ipsis nocet, bonæ vtique naturæ nocet, quia vitium si non nocet, non est.
- 4 De natura irrationalium aut vita carentium quæ in suo genere atque ordine ab vniuersitatis decore non discrepat.
- 5 Quòd in omni natura, specie ac modo laudabilis sit creator.
- 6 Quæ sit causa beatitudinis angelorum bonorum, & quæ causa sit miserix angelorum malorum.
- 7 Causam efficientem malæ voluntatis non esse quærendam.
- 8 De amore peruerso quo voluntas ab incommutabili bono ad bonum mutabile deficit.
- 9 An sancti angeli quem habent creatorem naturæ, eundem habeant bonæ voluntatis autorem per spiritum sanctum in eis charitate diffusa.
- 10 De falsitate eius historiæ quæ multa millia annorum præteritis temporibus ascribit.
- 11 De his qui hunc quidem mundum non sempiternum putant, sed aut innumerabiles aut eundem vnum certa conclusionem seculorum semper nasci & resolui opinantur.
- 12 Quid respondendum sit, his qui primam conditionem hominis tardam esse causantur.
 - 3 De reuolutione seculorum, quibus certo fine conclusis, vniuersa semper in eundem ordinem eundemque spectem ieiura quidam philosophi crediderunt.
- 14 De temporali coniunctione generis humani, quam Deus nec nouo consilio constituit, nec mutabili voluntate.
- 15 An vt Deus semper etiam dominus fuisse semper intelligatur, credendum sit creaturam quoque nunquam defuisse

Capitulum.

fuisse cui dominaretur , & quomodo dicatur semper creatum, quod dici non potest coæternum.

- 16 Quomodo intelligendum sit, promissa homini à Deo vita æterna ante tempora æterna.
- 17 Quid de incommutabili consilio aut voluntate Dei fides sana defendat contra ratiocinationes eorum , qui opera Dei ex æternitate repetita per eosdem semper volunt seculorum redire circumitus.
- 18 Contra eos qui dicunt ea quæ infinita sunt, nec Dei posse scientia comprehendi.
- 19 De seculis seculorum.
- 20 De impietate eorum qui asserunt animas summæ veræq; beatitudinis participes, iterum atque iterum per circumitus temporum ad easdem miseras laborésque redituras.
- 21 De conditione vnius primi hominis , atque in eo generis humani.
- 22 Quod præscierit Deus hominem , quem primum condidit, peccaturum : simulq; præviderit quantum piorum populum ex eius genere in angelicum consortium sua esset gratia translaturus.
- 23 De natura humanæ animæ creatæ ad imaginem Dei.
- 24 An vllius vel minimæ creaturæ possunt dici angeli creatores.
- 25 Omnium naturam & omnium speciem vniuersæ creaturæ non nisi opere Dei formari.
- 26 De Platonicorum opinione, qua putauerunt angelos quidem à Deo conditos, sed ipsos esse humanorum corporum conditores.
- 27 In primo homine exortam fuisse omnem plenitudinem generis humani , in qua præuidit Deus, quæ pars honoranda esset præmio, quæ damnanda supplicio.

Finis Elenchi capitulum.

1800
1801
1802
1803
1804
1805
1806
1807
1808
1809
1810
1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900



DIVI

AVRELII AVGV- STINI HIPPONENSIS

EPISCOPI AD MARCEL-

LINVM DE CIVITATE

Dei contra Paganos.

LIBER PRIMVS.

De aduersariis nominis Christi, quibus in vastatione Urbis propter
Christum barbaris pepercerunt victis.

CAP. I.

CLORIOSISSIMAM ciuitatem Dei, siue in
hoc temporum cursu, cum inter impios peregrinatur^a ex fide viuens, siue in illa stabilitate sedis
aeternae, quam nunc expectat per patientiam,
quoadusque^b iustitia conuertatur in iudicium, deinceps a-
deptura per excellentiam victoria vltima & pace perfecta,
hoc opere ad te instituto, & mea promissione debito, defendere
aduersus eos, qui conditori eius deos suos praeferrunt,
fili charissime^c Marcelline, suscepi. Magnum opus, & ar-
duum, sed Deus adiutor noster est. Nam scio, quibus viribus
opus sit, vt persuadeatur superbis, quanta sit virtus humilitatis,
qua fit vt omnia terrena cacumina temporali mobilitate
nutantia, non humano vsurpata fastu, sed diuina gratia dona-
ta celsitudo transcendat. Rex enim Deus & conditor ciuitatis
tis huius, de qua loqui instituimus, in scriptura populi sui sen-
tentiam diuinæ legis aperuit, qua dictum est: Deus superbis
resistit, humilib. autem dat gratiam.^d Hoc verò quod Dei est,
superbæ quoque animæ spiritus inflatus affectat, amatque si-
bi in laudibus dici:

Iacobi 4.

Aeneid. 6.

c *Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Vnde etiam de terrena ciuitate, quæ cū dominari appetit, &

aug. de ciuit. Dei. Tom. j.

si populi seruiant, ipsa ei dominandi ^flibido dominatur: non est prætereundū silentio, quicquid dicere suscepti huius operis ratio postulat, & facultas datur. Ex hac namque existunt inimici, aduersus quos defendenda est Dei ciuitas, quorū tamē multi correctō impietatis errore, ciues in ea sūt satis idonei: multi verò in eam tantis exardescūt ignibus odiorū, tamque manifestis beneficiis redemptoris eius ingrati sunt, vt hodie contra eam linguas non mouerent, nisi ferrū hostile fugientes, in sacratis eius locis vitā, de qua superbiunt, inuenirent. An non etiam illi Romani Christi nomini infesti sunt, quibus propter Christum barbari pepercerunt? Testantur hoc martyrum loca, & basilicæ Apostolorū, quæ in illa vastatione vrbis ad se confugientes^s suos^h alienosque receperūt. Huc vsque cruentus sæuiebat inimicus: ibi accipiebat limitē trucidatoris furor: illò ducebantur à miserantibus hostibus, quibus etiam extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipsi alibi truces atque hostili more sæuientes, posteaquam ad loca illa veniebant, vbi fuerat interdictum, quod alibi iure belli licuisset, tota ferendi refrænabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur. Sic euaserunt multi qui nunc Christianis temporibus detrahunt: & mala, quæ illa ciuitas pertulit, Christo imputant: bona verò quæ in eos, vt viuerent propter Christi honorē, facta sunt, non imputant Christo nostro, sed Fato suo: cum potius deberent, si quid rectè saperēt, illa quæ ab hostibus aspera & dura perpeffi sunt, illi diuinæ prouidentix tribuere, quæ solet corruptos hominum mores
 77 ² bellis emendare atque conterere: itémque vitā mortaliū iustam atque laudabilē, talibus afflictionibus exercere, probatāmq. vel in meliora trāfferre, vel in his adhuc terris propter vsus alios detinere. Illud verò quod eis vel vbi cūque, propter Christi nomē, vel in locis Christi nomini dicatissimis & amplifsimis, ac pro largiore misericordia ad capacitē multitudinis electis, præter bellorū morē truculenti barbari pepercerunt, hoc tribuere temporibus Christianis: hinc Deo gratias agere, hinc ad eius nomen veraciter currere, vt effugiāt^k pœnas ignis æterni. Quod nomen multi eorū mendaciter vsurparunt, vt effugerēt pœnas præsentis exitij. Nam quos vides petulanter & procaciter insultare seruis Christi, sunt in eis plurimi qui illum interitum cladémque non euassissent, nisi
 seruos

feruos Christi se esse anxissent. Et nunc ingrata superbia atque impiissima infania, eius nomini resistunt corde peruerso, vt sempiternis tenebris puniantur, ad quod nomen ore vel sub dolo confugerunt, vt temporali luce fruerentur.

IOANNIS LODOVICI

VIVIS VALENTINI IN

PRIMUM LIBRUM DE CI-

uitate Dei, D. Aurelij Augustini Commentaria.

C A P. I.

FX fide viuens, } *Habacuc secunde: Iustus ex fide uiuet. Idē sepe numero Paulus Hoc est enim uite huius viaticum. Apud Prophetam variè legitur. tum ex fide mea, tum ex fide sua uiuet. Sic uerterunt Septuaginta. τὸ ἐκ τῆς πίστεως τοῦ θεοῦ.*

b Iustitia conuertatur in iudicium. } *Psalmo nonagesimotertio. Hebraica veritas habet: Quoniam in iustitiam conuertetur iudicium. De consummatione seculi intelligitur, de quo est id quod sequitur: Victoria ultima. Pugnât hic ecclesia quotidie, & Vniuersa quotidie. Sed finis unius belli gradus est alterius. Tunc erit et ultima & perfecta victoria. quum tota in caelos translata in regno erit pacis pacifici regis Christi Iesu.*

c Marcelline. } *Extant inter epistolas Augustini aliquot ad Marcellinum, & huius vicissim ad Augustinum. Familiaritas eorum videtur conciliata in Africa Sic enim Orosius scribit de Marcellino: In his diebus precipiente Honorio & adiuvante Constantino, pax & unitas per uniuersam Africam ecclesie catholicae reddita est, & corpus Christi, quod nos sumus, grata discessione sanatum est, inposita exequutione sancti precepti Marcellino tribuno viro in primis prudenti & industrio, omniumque bonorum studiorum appetentissimo.*

d Hoc verò quod Dei est, } *Vel quòd illi superbia sua sibi attribuerent, quòd esset Dei: resistere videlicet superbis. Vel quòd tam inuisa est superbia etiam superbis, vt superbissima Romana gens gaudeat inter Ro. superbia, laudes suas illud poni: quòd superbos debellet. Superbos fuisse Romanos, & alios superbis superbie eorum gratia succensuisse, declarant Catonis Censory verba, ex oratione quam pro Rhodiensibus in senatu ha-*

buit Rhodienses, inquit, superbos esse aiunt, id obiectantes, quod mihi de liberis meis dici nolim. Sunt sanè superbi, Quid ad nos attinet? Idne irascimini, si quis superbior est quàm nos? Addit his uerbis Gellius libro septimo: Nihil prorsus hac compellatione dici potest neque grauius, neque minutius aduersus homines superbissimos facta, qui superbiam in sese amarent, in aliis reprehenderent.

^c Parcere? *Vergilius in sexto Aeneidos, cum laudes aliarum gentium, quibus Romanos antecellunt, percensisset ad Rom. conuersus, inquit:*

Tu regere imperio populos Romane memento.

Hæ tibi erunt artes, paci q; imponere morem,

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Paci imponere morem, eadem forma dicitur, qua morem gerere & morem pati.

^f Ipsa ei dominandi libido. *¶* *Vetus est, Tyranno seruire subiectos, ipsum tyrannum suis libidinibus & voluptatibus. Sic de Persarum rege dicebat Diogenes Cynicus. Sic Cicero in Paradoxis de Casare.*

^g Suos. *¶* *Christianos.*

^h Alienos. *¶* *Qui Christi pietatem non colunt, quos ipse Augustinus vocat paganos.*

Pagani.

ⁱ Bellis emendare. *¶* *Hoc planè conspicuum est in Romanis, qui meliores erant bellorum temporibus, quàm altissima in pace.*

^k Pœnas ignis æterni. *¶* *Non has temporales solùm & planè momentaneas.*

Quòd nulla vnquam bella ita gesta sunt, vt victores propter deos eorum quos vicerant, parcerent victis.

CAP. II.



Or bella gesta conscripta sunt, vel ante conditam Romam, vel ab eius exortu & imperio, legat, & proferant sic ab alienigenis aliquam captam esse ciuitatem, vt hostes qui ceperant parcerent eis, quos ad deorum suorum templa confugisse compererant: aut aliquem ducem barbarum præcepisse, vt irrupto oppido nullus feriretur, qui in illo vel in illo templo fuisset inuentus. ^a Nonne vidit Aeneas

Priamum per aras

Sanguine sædantem^b quos ipse sacrauerat ignes?

^c Nonne Diomedes & Ulysses, *casus summae custodibus arcis,*

Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis

Virgineas ausi diuæ contingere vittas?

^e Nec tamen quod sequitur verum est,

Ex illo

Ex illo fluere, ac retro sublapsa refertur

Spes Danaum.

Postea quippe vicerunt, postea Troiam ferro ignibusque dederunt, postea confugientem ad aras Priamum obtruncauerunt. Nec ideo Troia periit, quia Mineruam perdidit. Quid enim prius ipsa Minerva perdidit, ut periret? An forte custodes suos? Hoc sane verum est, illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines a simulachro, sed simulachrum ab hominibus seruabatur. Quomodo ergo colebatur, ut patriam custodiret & ciues, quae suos non valuit custodire custodes?

L. VIVES.

Nonne vidit Aeneas. *Secundo Aeneidos: Vidi Hecubam, centumque nurus Priamumque per aras. &c.* Id contigit nocte qua Troia est a Graecis capta & incensa, cum Neoptolemus Pyrrhus, Achilles filius Priamum ad aras occidit.

Quos ipse. *Qua in re maior est indignitas, quasi nec illi deo profuerint ei quos idem ipse constituerat & illo in loco dicauerat. Credo de Vesta intelligi, in cuius aede perpetuus seruabatur ignis. Commentatores Vergilij parum id explicant. Liberum sit unicuique existimare.*

Nonne Diomedes. *Et hoc ex Vergilio eodem libro verbis Simonis, De Palladio intelligendum, quod Diomedes & Vlysses bello Troiano rapuerunt ex Minerua templo. Nec sunt sacrilegium veriti cui cadem adiunxerunt, & nihilominus Troianos Graeci vicere. Palladium simulachrum est Palladis, de quo tam varia tradunt rerum scriptores, ut ineptum ducam persequi longius eorum opiniones. Excerptam tamen ex Varro, Dionysio Halicarnasseo, Ouidio, Plutarcho, & Seruio, quae mihi verisimiliora videbuntur. Chrysis Pallantis filia, quum Dardano nubere: pro dote secum attulit Palladium, & magnorum deorum simulachra. Quibus templa Dardanus in Samothracia construxit: quae postea sacra in Ilium sunt nepotum tempore transuecta, accepto oraculo mansuram urbem, quandiu & in ea Palladium illud. Quocirca in intimam arcis partem est reconditum, efficto altero quodam Palladio illi simillimo, quod in publico negligentius asseruabatur. Cumque Pyrrhus ex Heleno vate Priami filio, inexpugnabilem esse Troianam urbem, scilicet in ea Palladio, cognouisset idque principibus Graecorum renuntiasset, Vlysses & Diomedes per fraudem primum ingressi, deinde facta in custodes vi, Palladium illud imaginarium surripuerunt. Alterum capta iam urbe, Syces Aeneae tradidit cum magnis diis, quos penates Troianos vocant. Aeneas in Italiam illa omnia secum aduenit. Hinc ex Alba longa, sive ut Varro putat, ex Lauinia*

Palladium.

Romam Palladium translatum est, statutumque in eade Veste, qua cum deflagraret, L. Metellus Pont. Max. Palladium medio ex incendio sustulit, amissis luminibus. Palladium vulgò conspectum est Heliogabalo Imperatore incensa eade Veste. Herodianus. Fuit alterum Palladium, quod Athenis in arce dicauit Nicias.

d. Virgineas. } Nam Pallas virgo semper fuit.

e. Nec tamen quod sequitur verum est. } Nimirum, nam à mendace Sinone dicitur, quanquam verum esse potest, spem Danaum esse tunc fractam. Sed nihilominus Troiam ceperunt.

f. Quomodo ergo colebatur. } Argumentum à minore, qui poterit seruare ciues & patriam, cum ne custodes quidem potuerit seruare, quod erat minus, & certè natura ipsa prius?

Quàm imprudenter Romani deos penates, qui Troiam custodire non potuerunt, sibi crediderunt profuturos.

CAP. III.



Cœ quibus diis urbem Romani seruandam se commendasse gaudebant. O nimium miserabilem errorem! Et nobis succensent cum de diis eorum talia dicimus, nec succensent autoribus suis, quos vt ediscerent, mercedem dederunt: doctorésque ipsos insuper, & salario publico, & honoribus dignissimos habuerunt. Nempe apud Vergilium, quem propterea paruuli legunt, vt videlicet Poeta magnus omniumque præclarissimus atque optimus, teneris ebibitus annis, non faciliè obliuione possit aboleri, secundum illud Horatij:

*a Quo semel est imbuta recens seruaabit odorem
Testa diu.*

Apud hunc ergo, Vergilium nempe, Iuno inducitur infesta Troianis, Æolo ventorū regi aduersus eos irritando dicere:

*b Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat equor,
Ilium in Italiam portans, victosque penates.*

Itane istis penatibus victis, Romam ne vinceretur, prudentes commendare debuerunt? ^d Sed hæc Iuno dicebat velut irata mulier, quid loqueretur ignorans. Quid Æneas ipse ^e pius toties appellatus, nonne ita narrat?

*f Panthus Otriadæ, arcis Phæbiq. sacerdos,
Sacra manu, victosque deos, paruūque nepotem
Ipse trahit, cursūque amens ad limina tendit?*

Nonne deos ipsos, quos victos nō dubitat dicere, sibi potius quàm

quàm se illis perhibet commendatos, cùm ei dicitur:

§ Sacra subſque tibi commendat Troia penates?

Si igitur Vergilius tales deos, & victos dicit, & , vt vel victi quoquo modo euaderent homini commendatos, quæ demētia est exiſtimare his tutoribus Romam ſapienter fuiſſe commiſſum, & niſi eos amiſiſſet, non potuiſſe vaſtari? Imò verò victos deos tanquã præſides ac defenſores colere, quid eſt aliud quàm tenere non numina bona, ſed^h dæmonia mala? Quanto enim ſapientius] creditur, Romam ad iſtam cladem non fuiſſe venturam, niſi prius illi periſſent, ſed illos potius olim fuiſſe perituros, niſi eos, quantum potuiſſet, Roma ſeruaiſſet? Nã quis nõ cùm aduerterit, videat, quãta ſit vanitate præſumptum, non poſſe vinci, ſub defenſoribus victis, & ideo periſſe, quiaⁱ cuſtodes perdidit deos ſuos: cùm vel ſola potuerit eſſe cauſa pereūdi, cuſtodes habere voluiſſe perituros? Nõ itaque cùm de diis victis illa conſcriberētur, atque canerētur, poetis libebat mētiri, ſed cordatos homines cogebat veritas cõfiteſſi. Verùm iſta opportunius alio loco diligenter copioſeq. tractanda ſunt. Nunc quod inſtitueram, de ingratuſ hominibus dicere, parūper explicẽ, vt poſſum: qui ea mala quæ pro ſuorum morū peruerſitate merito patiūtur blaſphemãtes, Chriſto imputant. Quod autem illis etiam talibus propter Chriſtũ parcitur, nec dignanter attendere & eas linguas aduerſus eius nomen demētia ſacrilegæ proteruitatis exercent, quibus linguis uſurpauerūt mendaciter ipſum nomen vt viuerēt: vel quas linguas in locis ei ſacratuſ metuendo preſſerunt, vt illic tuti atq. muniti eſſent, & vbi propter eum illæſi ab hoſtibus fuerant, inde in eum maledictis hoſtilibus proſilirent.

L. VIVES.

a **Q**uo ſemel. } *Horatius epiſt. ij. Citatur paſſim in argumentum virium aſſuefactionis in animis teneris: quale eſt illud eiſdem, Neque amiſſos colores Lana refert medicata ſuco.*

l **Gens inimica.** } *Primo Aen. Erat Iuno Troianis inimica: Primum quòd genus ducebant à Dardano Iouis & Electræ filio, quæ fuit Inonis pellex. Secundum, quia raptus Ganymedes Trois filius, Hebe iſius Iunonis filia erat miniſterio prælatuſ. Tertium, quòd Antigone Laomedontis filia Iunonis formam ſpreuit, idcirco verſa in ciconum. Poſtremo, quòd in iudicio de forma, victa diſceſſerat, iudice Priamie Priami filio.*

c **tãne iſtis pen,** } *De pe. maior eſt & intricatioſiſ diſputatio, quàm*

de Palladio. Penates quasi penites existimo dici, quod penitissimi sunt dij, & proprij. Macrobio illorum placet sententia, qui deos penates dixerunt esse, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. Itaque penates sunt praesides & custodes dij. Penates totius generis humani putarunt, Pallada summum aethera, Iouem medium aethera, Iuuenem infirmum. Sui & caelo penates sui, ut Martianus Capella in nuptiis ludit. In terra sunt & sui cuique ciuitati, sui cuique domui penates. Nam unaquaeque domus, parua quaedam est ciuitas, seu potius unaquaeque ciuitas, magna quaedam domus. Et ut singulae ciuitates domusque penates habent suos, ita & focij quoque. Quin & curia singulae singulas habent Vestas à Romulo constitutas, ut scribit Dionysius Halicarnassens, quibus Numa qui Romulo successit, Vestam communem superinduxit, hoc est focum urbis, ut interpretatur secundo De legibus Cicero. Iam qui fuerint dij penates, quos Aeneas in Italiam portauit, non conuenit. Macrobius ex variis varia colligit. Sunt qui Neptunum & Apollinem velint, quos legitur muris Troianos extruxisse. Alij Vestam dicunt. Nam Vergilius cum dixisset:

Sacra, subque tibi commendat Troia penates, mox addit,
Sic ait, & manibus vittas, Vestamque potentem
Aeternumque adytis effert penetrabilis ignem.

Penus.

Vestam non tam puto ex penatibus fuisse, quam penatibus additum focum. Ideò dictator ceterique magistratus Romani, quo die dignitatem inibant, Vesta & penatibus sacra faciebant. De Vesta & penatibus, sic scribit secundo De nat. deorum Cicero. Nam Vesta nomen à Graecis. Ea est enim quae ab illis è τριά dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet. Itaque in ea dea quae est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio externa est. Nec longè absunt ab hac vi dij penates. siue à penu ducto nomine: est enim omne quo vescuntur homines penus: siue ab eo quo penitus insident, ex quo etiam penetrales à poetis vocantur. Tatum ille. Sed hoc loco non uatet prolixè disputare de his rebus. Dionysius lib. I. in templo obscuro & humili, quod est haud procul foro, duas deorum Troianorum imagines se uidiss. perhibet, duorum iuuenum sedentium, pilaeque habentium in manibus vetera artis huius opera, quibus sit inscriptio D. penates. similesque vetustis plerisque in templis conspici iuuenes militari habitu cultuque. Non dubito quin isti sint Castor & Pollux: nam alijs locis penates po. Rom. n. minantur, quod Prudentius significat aduersus Symmachum: Geminique fratres, corrupta de matre nothi Ledeia proles, Nocturnique equites celsae duo numina Romae Impendent, retinente solo magnae triumphi Nuncia suffuso figunt vestigia plumbo. Isti tamen penes Troiani

Troiani nõ fuerunt, qui sub ipsum Troianum bellum vitæ concesserunt. raptā iā Helena. Ideo illa ignara eorū mortis requirit eos inter Græcos proceres de muris Troianis spectans apud Homerum Iliad. γ. Sed neque hi sunt dī magni. Varro iij. De lingua Latina. Terra enim & celum, ut Samothracum mītra docent, sunt Dī magni, & hi, quos Magni dixi, multis nominibus. Nam neque quas Samothracea antea potas dī. Statuit duas virilis species Aeneas, dī magni: neque ut vulgus putat ij Samothraces dī qui Castor & Pollux. hæc ille. Penates Truani erant magni dī, θεοὶ μεγάλοι, qui Vrbi & Latio præsidebant. Inter quos erant Palladium, & ignis sempiternus. hinc Vergilius:

Vestæque mater,

Quæ Tuscum Tiberim, & Romana palatia seruas.

Quæquam peculiarem illum vrbi tutelarem Deum nominare nefas existimant, nec putatur Vesta. Illūque quod Valerius Soranus ausus esset prodere, neci deditus est. Sed hac de re iam nimio plura.

d Sed hæc Iuno. } Nam Servius & Donatus propterea victos penates Iunonem dixisse aiunt, ut contemnendos faceret, ne religioni esset Aeolo, quod aduersum deos aliquid esset factururus.

e Pius. } Pius in deos, pius in patrē, pius in filium, quos omnes ex incendio eripuit. Est enim pietas officiosus erga deos, patriam: parentes, Pictas sanguine coniunctos cultus, denique gratitudo iis quibus debemus.

f Panthus. } Secundo Aeneidos.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achium,

Panthus Otriades, &c.

g Sacra suosque. } Verba sunt Hectoris per quietem ab Ænea visi.

Romam ad istam cladem. } Argumentū ab euentu vnus rei ad euentum alterius similis. Sensus est deprauatus. Sic est legendum. Non Romam ad istam cladem: ut sit, sapientius multo existimaretur, si non illud putaretur Romam ad hanc cladem non fuisse venturam, nisi illi perijissent, sed illud putaretur potius illos elum, &c.

h Sed dæmonia mala. } Nam malos & ignauos fuisse aliquos dæmonas fatebantur veteres. Genius enim alius alio præstabat & virtute, & sapientia, & viribus. Erat enim alacrior & celsior genius Augusti genio Marci Antonij, ut magnus ille Aegyptius dixit apud Plutarchū in vita M. Antonij. Nec Christiana religio negat inter angelos, interque dæmonas alios aliis esse natura & viribus excellentioribus.

i Custodes. } Tales quales Plato dicit in sua Politia esse magistratus ebriosos & voluptarios, qui custodibus ipsi indigeant.

De asylo Iunonis in Troia, quod neminem liberauit à Græcis,
& basilicis Apostolorum, quæ omnes ad se confu-
gentes à barbaris defenderunt.

CAP. IIII.

T Psa, vt dixi, Troia, ^a mater Romani populi, sacratiss
in locis deorum suorum munire non potuit ciues
suos ab ignib. ferroque Græcorū eosdem ipsos deos
cculentium: quin etiam ^b Iunonis asylo,
*Custodes lecti Phœnix, & dirus Vlysses,
Prædam asseruabant: huc undique Troia gazæ
Incensis erepta adytis, mensæque deorum,
Crateresque auro solidi, captiuæque Væstis
Congeritur. Pueri & pauide longo ordine matres.
Stant circum.*

Electus est videlicet locus tātæ deæ sacratiss, nō vnde capti-
uos non liceret educere, sed vbi captiuos liberet includere.
Compara nunc asyllum illud non cuiuslibet dei gregalis, vel
de turba plebis, sed Iouis ipsius fororis & coniugis, & reginæ
omnium deorum, cum memoriis nostrorum Apostolorum.
Illud incensis templis & diis erepta spolia portabantur, non
reddēda victis, sed diuidēda victoribus: huc autem, & ^d quod
alibi ad ea loca compertum est pertinere, cum honore & ob-
sequio religiosissimo reportatū est. Ibi amissa, hīc seruata li-
bertas: ibi clausa, hīc interdīcta captiuitas: ibi possidendi à do-
minantibus hostibus premebantur, huc liberandi à miseran-
tibus hostibus ducebantur. Postremò illud Iunonis templum
sibi elegerat auaritia & superbia ^e leuium Græcorum: istas
Christi Basilicas misericordia & humilitas ^f etiam immaniū
barbarorum. Nisi fortè Græci quidam, in illa sua victoria, tē-
plis deorum ^g communium pepercerunt: atque illò confugiē-
tes miseros victōsque Troianos ferire, vel captiuare non ausi
sunt. Sed Vergilius poetarum more illa mentitus est. ^h Imò
verò morem hostium ciuitates euerterentium ille descripsit.

L. V I V E S.

^a **M** Ater Romani pop. } Nam à Troianis, qui sub Aenea in
Italiam venerunt, conditum est Lauinium, à Lauinianis Al-
ba longa, ab Albanis Romani. Salustius urbem Romam condidisse atq;
habuisse initio Troianos narrat, qui Aenea duce sedibus vagabantur
incertis.

b Iunonis asylo. } *Verba sunt Aeneae secundo Aeneidos.*

c Phœnix. } *Amintoris filius, Achilles fuit magister, qui doceba. eum Phœnix. & benefacere & benedicere, ut Homerus ait Iliad. 7.*

d Quod alibi. } *Magna vis auri est è Vaticano subrepta, & in suis Halarici reddita, ut Orsius scribit libro septimo.*

e Leuium Græcorum. } *Hæc est Græcorum apud Romanos nota, quos ideo Græculos dicebant. Et sunt quidam Augustini codice: qui habent Græculorum. Cicero pro Flacco: Quo loco etiam atque etiam facite ut recordemini, quæ sit temeritas multitudinis, quæ leuitas propria Græcorum. Idem significat Lucianus in Mercede seruientibus. & Iambli his Græcos suos ingenio leues nominat.*

f Etiam immanium. } *Ad pondus comparationis hoc facit: nam barbari Græcis opponantur, & non quilibet barbari, sed immanes, iis qui videri volunt à se profectum humanitatem. Cicero ad Q. Fratrem, qui Asia minori, quæ Græca est, præerat: Quum verò ei generi hominum præfuerus, non modo in quo ipsa sit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas, certè iis etiam eam potissimum tribuere debemus, à quibus accepimus.*


g Communium. } *Nam eosdem deos col. bant Græci & Troiani.*

h Imò verò morem. } *Ne magis similis crudelitatis reprehensio ad Græcos quàm ad ceteras videatur gentes pertinere, quum in vrbes hostiliter irrumpunt.*

Hoc caput iungatur superiori.

De generali consuetudine hostium victas ciuitates euententium quid Cæsar senserit.

C A P. V.

 Veni morem etiam Cæsar, sicut scribit Salustius, nobilitatæ veritatis historicus, sententia sua, quam de coniuratis in senatu habuit, commemorare non prætermittit: Rapit virgines, pueros diuelli libero parentum complexu, matres familiarum pati quæ victoribus collibuisse, fana atque domos spoliari, cædem & incendia fieri. Postremo armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri. Hic si fana tacuisset, deorum sedibus solere hostes parcere putaremus, & hæc non ab alienigenis hostibus, sed à ^b Catilina & sociis eius nobilissimis senatoribus, & Romanis ciuibus Romana templa metuebant. Sed hi videlicet perditæ & patriæ parricidæ.

L. V I V E S.

a **Q**uem morem etiam Cæsar. } C. Cæsar tum prætor, qui post-
 eà fuit dictator, deprehensa coniuratione Catilina, rogatus
 à Cicerone consule quid de coniuratis censeret faciendum, ea dixit, que
 Salustius literis mandauit. Nec solum illo ciuili, de quo tunc agebatur
 belli, ea futura dicit mala, sed eiusmodi ait esse bellisæuitiam, ea solere
 uicis accidere. Cicero in Verrem. Mitto adhibitam vim ingenius, ma-
 tre familiàs violatas, quæ tum urbe capta cõmissa non sunt, neque odio
 hosili, neque licetia militari, neq; more belli, neq; iure uictoria. Sic ille.
 b Catilina. } Nota est historia ex Salustio, & ipse de ea alio in loco
 nonnulla dicam.

Quod nec Romani quidem ita vllas ceperunt ciuitates, vt
 in templis earum parcerent uictis.

CAP. VI.

Vid ergo per multas gentes, qui inter se bella gesse-
 runt, & nusquam uictis indeorum suorum sedibus
 pepererunt, nolter sermo discurrat? Romanos ipsos
 videamus, ipsos inquam recolamus: respiciamusque Roma-
 nos, de quorum præcipua laude dictum est.

Parcere subiectis & debellare superbos.

& quod accepta iniuria ignoscere malebãt quàm persequi:
 quando tot tantasque vrbes, vt latè dominarentur, expugna-
 tas, captasque euerterunt, legatur nobis quæ templa excipere
 solebant, vt ad ea quisquis confugisset, liberaretur. An illi fa-
 ciebat, & scriptores earundem rerum gestarum ista reticebat?
 Itane vero, qui ea quæ laudarèt, maximè requirerent, ista præ-
 clarissima secundum ipsos pietatis indicia præterirèt? Egre-
 gius Romani nominis ^b Marcus Marcellus, qui ^c Syracusas
 urbem ornatissimam cepit, refertur eam prius fleuisse ruitu-
 ram, & ante eius sanguinem ^d suas illi lachrymas effudisse.
^e Gessit & curam pudicitia, etiam in hoste seruandæ. Nã prius-
 quam oppidum victor iussisset inuadi, constituit edicto, ne
 quis corpus liberum violaret. Euerfa est tamen ciuitas more
 bellorum, nec vspiam legitur ab Imperatore tam casto atq;
 clemèti fuisse præceptum, vt quisquis ad illud vel illud tem-
 plum fugisset, abiret illæsus. Quod utique nullo modo præ-
 teriretur, quando nec eius fletus, nec quod edixerat pro pud-
 icitia minimè violanda potuit taceri. ^f Fabius Tarëtinæ euerfor
 vrbis, à simulachrorum deprædatione se abstinuisse lauda-
 tur,

tur. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum quæ multa capta fuerat fieri iuberet, continentiam suam etiã iocando condidit. Quæsiuit enim cuiusmodi essent: & cum ei non solum multa grandia, verum etiam renunciareretur armata: Relinquamus, inquit, Tarentinis deos iratos. Cum igitur nec illius fletum, nec huius risum, nec illius castam misericordiam, nec huius facetam continentiam, Romanarum rerum gestarum scriptores tacere potuerunt, quando prætermitteret si aliquibus hominibus in honorem cuiuspiam deorum suorum sic pepercissent, ut in quoquam templo eadem vel captiuitatem fieri prohiberent?

L. VIVES.

a **E**T quod accepta iniuria } *Salustius in Catilinario bello, de veteribus Romanorum moribus loquens, de quibus eisdem est illud elogium: Ignoscendo creuisse.* Ignoscendo creuisse.

b **M**arcus Marcellus. } *Claudia gentes duæ fuerant: altera patri- Claudij. tia, quæ originem sumpsit ab Appio illo Claudio, qui sub recentem illam regum expulsionem, ex Regillo Sabinorum Romam commigravit, & in senatum, interque patritias gentes lecta est. Altera fuit plebeia quidem sed non potentia minor, ut Suetonius in Tibertio, nec dignitate. Ex hac primus, qui Marcellus cognominatus est, Marcellus fuit hic, de quo Augustinus meminit, ut Plutarchus ex Posidonio scribit. Tanta in re miror falli scriptorem historię, & rerum Romanarum peritissimum, quam tenum annis antea fuerint Claudij Marcelli. Fuit verò hic de quo loquimur quater consul, nempe secundum creatus consul. sed quia vitio, eum magistratum non gessit. Si quis nunc numeret, quinque consulatus erunt. Primum consul fuit bello Gallico cum Cn. Cornelio Scipione, quo bello spolia prima de Viridemaro Gallorum rege retulit: eaque fuerunt tertia & ultima inter tot bella à populo Romano, cum tot gentibus tam diuersis sub ducibus gesta. Post secundum consulatum Syracusas expugnauit. Quartum consul cum Q. Crispino in insidias temerè à semet precipitatus, magnus dux, maniq; promptus, & consilio optimus, occisus est, anno undecimo Punicæ belli secundi, qui undequadrages collatis signis dimicauerat, ut scribit Plinius libro septimo.*

c **S**yracusas urbem ornatissimam. } *Syracuse ciuitas est in Sicilia vetusta fama, & opibus ingentibus. Hanc obsedit per triennium Marcellus, tandem expugnauit, tantumque ex ea prædæ egestum est, quantum vix capta Carthagine, quæ tum maximè florebat, paribusque cum populo Romano viribus contendebat, fuisse.* Syracuse.

d Suasilli lachrymas. } *Liuius libro vigesimo quinto: Marcellus vniuersa mœnia ingressus, ex superioribus locis, urbem ferè omnium illa tempestate pulcherrimam subiectam oculis vidit, illachrymasse partim gaudio diuini tantæ rei perpetratæ, partim vetusta gloria urbis: Atheniensium classes demersæ, & duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti occurrebant, tum bella tot gestæ, & opulentissimi tyranni, eaque momento horæ arsura omnia. Eandem sententiam Valerius habet, De humanitate.*

e Gessit & curam. } *Liuius ibidem: Marcellus ex omnium sententia militibus edixit, ne quis liberum corpus violaret, cetera prædæ futuræ, quod edictum ad cædes, vulnera, & pudicitiam spectabat.*

Fabius.

f Fabius Tarentinæ euerfor urbis. } *Secundo bello Punico Tarentum nobilissima Calabriae urbs à Romanis ad Annibalem & Carthaginenses defecit, præsidium tamen Romanum, cuius erat dux Liuius Salinator, in arce in se recepit. Q. Fabius Maximus eam ciuitatem recuperauit, militibusque diripiendam tradidit. Hic Fabius est ille, qui afflictis secundo bello Punico ab Annibale Romanis rebus, sapientia sua opem tulit, trahendôq; tempus impetum illum violentissimum Annibalis retardauit, & de quo verè Ennius dixit:*

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Non vacat, ac ne libet quidem mihi inseculari ea, in quibus commentator huius libri fassus est: longum nimis hoc esset, & molestum admodum. Sed quia hoc loco cum aliis nonnullis errat, qui & aliena opinione sunt istis in rebus docti, & sua doctissimi, nec sunt reuera indocti, ideo continere me non potui, quin lectorem admonerem, non hunc primum Fabium dictum esse Maximum, sed eius auum, qui Consul quinquies fuit, nactus id cognomen, quod censor cum P. Decio Mure forensis omnem urbem in quatuor tribus coniecit, quas urbanas vocauit, tametsi haud negauerim fuisse hunc Quintum Fabium, de quo hic loquitur Augustinus, dignum eo cognomine, etiamsi nouum ab eo inciperet.

g Nam cum ei scriba. } *De hoc Liuius libro vigesimo septimo.*

Quòd in euerfione Urbis quæ asperè gesta sunt, de consuetudine occiderint belli: quæ verò clementer, de potentia prouenerint nominis Christi.

C A P. V I I.



Vicquid igitur vastationis, trucidationis, deprædationis, concremationis, afflictionis, in ista recentissima Romana clade commissum est, fecit hoc consuetudo bellorum. Quòd autem more nouo factum est,

est, quòd inusitata rerum facie immanitas barbara tam mitis apparuit, ut amplissimæ basilicæ implendæ populo cui parceretur, eligerentur & decernerentur, ubi nemo feriretur, vnde nemo raperetur, quòd liberandi multi à miserantibus hostibus ducerentur, vnde captiuandi nulli nec à crudelibus hostibus abducerentur: hoc Christi nomini, hoc Christiano tempori tribuendū, quisquis non videt, cæcus: quisquis videt, nec laudat, ingratus: quisquis laudati reluctatur, insanus est. Absit, ut prudens quisquam hoc feritati imputet barbarorum. Truculentissimas & suauissimas mentes ille terruit, ille frenauit, ille mirabiliter temperauit, qui per Prophetam tantò antè prædixit: ^b Visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorū: misericordiam autem meā non dispergam ab eis.

L. V I V E S.

F Ecit hoc consuetudo bellorum. *Quintilianus quæ fieri ca-* *Descriptio*
ptis soleant urbibus octauo libro scribit ad hunc modum: Effuse captiuitatis
per domos ac templa flamma & ructuum tectorum fragor, & ex di-
uersis clamoribus vnus quidam sonus. Aliorum fuga incerta Alij in
extremo complexu suorum coherentes, & infantium sæmina: vnique
ploratus, & malo vsque in illum diem seruati fato senes: tum illa profa-
norum sacrorūque direptio, effrentium prædas, repentiniūque dis-
cursus, & acti ante suum quisque prædonem catenati. & conata venire
infantem suum mater, & sicubi manus est lucrum, pugna inter victores.
Hactenus ille Hac verò interim fiunt, quæ ut sunt milites genus ho-
minum insolentissimum, sine modo, sine modestia vlla, temperare victo-
riæ cupiditati, & libidini, & iræ suæ nequeunt: interim quæ vi capto
oppido nisi illa ad terrorē facerent, periculum esset ne ipsis essent pa-
tienda.

^b Visitabo. *De filiis David dicitur Psalmo octogesimo octauo: Si boni non fuerint.*

De commodis atque incommodis, quæ bonis ac malis
 per unque communia sunt.

C A P. V I I I.

D Icet aliquis: Cur ergo ista diuina misericordia etiam ad impios ingratosque peruenit? Cur putamus, nisi quia eam ille præbuit, qui quotidie facit oriri solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos? Quauis enim quidam eorum ista cogitantes, pœnitendo ab impietate se corrigant: quidam verò, sicut Apostolus dicit, diuitias bonitatis & longanimitatis Dei contemne-

tes,

res, secundum duritiam cordis sui & cor impœnitens ^b the-
 faurizent sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei,
 qui ^c reddet vnicuique secundum opera eius: Tamen patien-
 tia Dei ad pœnitentiam inuitat malos, sicut flagellum Dei ad
 patientiam erudit bonos. Itémque misericordia Dei fouédos
 amplectitur bonos, sicut seueritas Dei puniédos corripit ma-
 los. Placuit quippe diuinæ prouidentia præparare in poste-
 rum bona iustis, quibus non fruuntur iniusti: & mala impiis,
 quibus non excruciantur boni. Ista verò temporalia bona
 & mala vtriusque voluit esse communia, vt nec bona cupidius
 appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur, nec mala tur-
 piter euitentur, quibus & boni plerumque afficiuntur. Interest
 autem plurimum ^d qualis sit vsus, vel earum rerum quæ pro-
 speræ, vel earum quæ ^e dicuntur aduersæ. Nam his bonis tem-
 poralibus nec bonus extollitur, nec malus frâgitur, malus au-
 tem ideo huiuscemodi infœlicitate punitur, quia fœlicitate
 corrumpitur. Ostendit tamen Deus sæpe etiam in his distri-
 buendis euidentius operationem suam. Nam si nunc omne
 peccatum manifesta plecteretur pœna, nihil vltimo iudicio
 reseruari putaretur. Rursus si nullum peccatum nunc puni-
 ret aperte diuinitas, nulla esse prouidentia diuina crederetur.
 Similiter in rebus secundis, si non eas Deus quibusdam peten-
 tibus euidentissima largitate concederet, non ad eũ ista per-
 tinere diceremus. Itémque si omnibus eas petentibus daret,
 non nisi propter talia præmia seruiendum illi esse arbitrarem-
 ur: nec pios nos faceret talis seruitus, sed potius cupidos &
 auaros. Hæc quum ita sint, quicumque boni malique pariter
 afflicti sunt, non ideo ipsi distincti non sunt, quia distinctum
 non est, quod vtrique perpeffi sunt. Manet enim dissimilitu-
 do passorum etiam in similitudine passionum, & licet sub eo-
 dem tormento, non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub
 vno igne aurum rutilat, palea fumat, & sub eadem ^f tribula
 stipulæ comminuuntur, frumenta purgantur: nec ideo cum
 oleo amurca confunditur, quia eodem præli pondere expri-
 mitur: ita vna eadémque vis irruens bonos probat, purificat,
 & eliquat: malos damnat, vastat, exterminat. Vnde in eadem
 afflictione, mali Deum derestantur, atque blasphemant: boni
 autem precantur & laudant. Tantum interest, non qualia,
 sed qualis quisque patiat. Nam pari motu exagitaturn &
 exhalat, horribiliter cœnunt, & suauiter fragrat vnguentum.

L. VIVES.

a **D**icet aliquis. } *Quum illa verba sint de filiis David, hoc est, de pijs dicta, quomodo ad impios quoque misericordia domini extenditur?*

b **T**hesaurizent. } *Congregent. Nam thesaurus congregatio est tam Thesaurus, bonarum rerum quam malarum. Hinc apud Græcos, θησαυρὸς καλῶν, & apud Plautum, thesaurus stupri.*

c **R**eddet. } *Vulgò habetur reddit. Augustinus melius: nam de futuro seculo loquitur Apostolus, & Græcè est ὁς δὸς δὸς ἀποδοίξει ἐν αἰῶνι.*


d **Q**ualis sit usus. } *Terentius in iantrὸν τ. Quæ quidem in homine dicuntur bona parentes, patriam incolumem, amicos genus, cognatos, diuitias. Bona in*
Atque hæc perinde sunt ut illius animus qui ea possidet. Qui humanis:
uti scit, ei bonæ: qui non vitur recte, mala. Hæc Terentius ex Platone multis in locis.

e **D**icuntur. } *A populo veras rerum naturas ignorante.*

f **T**ribula. } *Tribulum ponit Vergilius inter instrumenta rustica primo Georgicò. Plinius libro decimo octavo: Mæsu vsa alibi tribulis in Tribulum, area, alibi equorum gressibus exterritur, alibi perticus flagellatur. Est ergo instrumentum quo fruges mature in area teruntur. Id quomodo fiet, docet Varro libro De rebus rusticis primo.*

g **E**liquat. } *Liquidos facit, pertinet ad similitudinem auri. Si quis velit paulo longius philosophari, eliquantur caritate boni, ut in Cantico: Anima mea liquefacta est, ut dilectus loquutus est. Sed hæc persequi si quis hic voluerit, nullus erit finis. In sacris libris commodius ista.*

De causis corruptionum, propter quas & boni & mali pariter flagellantur. CAP. IX.

 Vid igitur in illa rerum vastitate Christiani passim sunt, quod eis non magis fideliter ista considerantibus ad profectum valeret? Primò, quòd ipsa peccata quibus Deus indignatus implevit tantis calamitatibus mundum, humiliter cogitantes, quanuis longè absint à facinorosis, flagitiosis atque impiis, tamen non vsque adeò se à delictis deputant alienos, vt nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent indignos. Excepto enim quòd vnusquisque quamlibet laudabiliter viuens, cedit in quibusdam carnali concupiscentiæ, & si non ad facinorum immanitatem & gurgitem flagitiorum, atque impietatis abominationem, ad aliqua tamen peccata vel rara vel tantò crebriora, quantò minora. Hoc ergo excepto, quis tandem facilè reperitur,

qui eosdē ipsos, propter quorum horrendam superbiā, luxuriam & auaritiam, atque execrabiles iniquitates & impietates, Deus, sicut^b minando prædixit, cōterit terras, sic habeat, vt habendi sunt: sic cum eis viuat, vt cum talibus viuendum est: Plerunque enim ab eis docendis, admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripendis malè dissimulatur: vel cū laboris piget, vel os eorum verecūdatur offendere: vel cū eorum inimicitias deuitamus, ne impediāt, & noceant in istis tēporalibus rebus: siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas: ita vt (quanuis bonis vita malorum displiceat, & ideo cum eis non incidant in illā damnationem, quæ post hanc vitā talibus præparatur: tamē quia propterea peccatis eorum damnabilibus parcunt, dum eos in suis licet leuibus & venialibus metuunt) iure cū eis temporaliter flagellentur, quāuis in æternum minimè puniantur. Iure istam vitā quando diuinitus affliguntur cū eis, amarā sentiūt, cuius amādo dulcedinē peccantibus eis amari esse noluerunt. nam si propterea quisq; obiurgandis & corripēdis malè agentibus parcat, quia opportunius tēpus inquirat, vel eisdē ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiātur, vel ad bonam vitam & piam erudiendos impediāt infirmos alios, & premant atq; auertāt à fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consiliū charitatis. Illud est culpabile, quòd hi, qui dissimiliter viuūt, & à malorum factis abhorrent, parcunt tamē peccatis alienis, quæ dedocere & obiurgare deberent, dum eorum offensiones cauēt, ne sibi noceant in his rebus, quibus licitè boni atque nocentes vtuntur: sed cupidius quàm oportebat eos, qui in hoc mundo peregrinātur, & spem supernæ patriæ^d præ se gerunt. Non solum quippe infirmiores vitam ducentes coniugalem, filios habentes vel habere quærentes, domos ac familias possidētes: quos Apostolus in ecclesia alloquitur docens, & monens quemadmodum viuere debeant & vxores cum maritis, & mariti cum vxoribus: & filij cum parentibus, & parētes cum filiis: & serui cum dominis, & domini cum seruis: multa temporalia, multa terrena libenter adipiscūtur, & molestè amittūt: propter quæ non audent offendere homines, quorū sibi vita contaminatissima & cōsceleratissima displicet: verum etiam hi, qui superiorem vitæ gradum tenēt, nec coniugalibus vinculis irretiti sunt, & victu paruo ac regumēto vtūtur, plerunq; suæ famæ ac saluti

consulentes, dum insidias atq; impetus malorum timent, ab eorum reprehensione sese abstinent. Et quanuis non intantum eos metuant, vt ad similia perpetranda quibuslibet eorum terroribus atque improbitatibus cedant: ea ipsa tamen, quæ cum eis non perpetrât, nolunt plerunque corripere, cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigere: ne si non potuerint, sua salus ac fama in periculum exitiûmque perueniant. Hoc non ea consideratione, qua suam famam ac salutem vident esse necessariam vtilitati erudiendorum hominum, sed ea potius infirmitate, qua delectat lingua blandiens & humanus dies: & reformidatur vulgi iudicium, & carnis excruciatio, vel peremptio: hoc est, propter quædã cupiditatis vincula, non propter officia charitatis. Non mihi itaq; videtur hæc parua esse causa, quare cum malis flagellantur & boni, quando deo placet perditos mores etiam temporalium pœnarum afflictione punire. Flagellantur enim simul non quia simul agunt malã vitam, sed quia simul amant temporalem vitam: non quidem æqualiter, sed tamen simul, quam boni contemnere deberent, vt illi correpti atq; correcti consequerentur æternam: ad quam consequendam si nolent esse socij, ferrentur & diligerentur inimici: quia donec viuunt, semper incertum est, vtrum voluntatem sint in melius mutaturi. Qua in re non vtique parem, sed longè grauiorem habent causam, quibus per Prophetam dicitur: Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu speculatoris requirã. Ad hoc enim speculatores, hoc est, populorũ præpositi cõstituti sunt in ecclesiis, vt nõ parcãt obiurgãdo peccata. Nec ideo tamen ab huiuscemodi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamen quibus vitæ huius necessitate cõiungitur, multa monẽda, vel arguẽda nouit, & negligit, deuitans eorũ offensiones, propter illa quibus in hac vita nõ indebitis vtitur, sed plus quã debuit delectatur. Deinde habent aliã causam boni, quare tẽporalibus affigãtur malis: qualẽ habuit Iob: vt sibi ipse humanus animus sit probatus & cognitus, quanta virtute pietatis gratis Deum diligit. Quibus rectè consideratis atque perspectis, attende vtrum aliquid mali acciderit fidelibus & piis, quod eis non in bonũ vertetur: nisi fortè putandum est Apostolicam illam vacare sententiam, vbi ait: Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

a **C**edit in quibusdam. } *Tam penitissimè visceribus nostris haeret Venerè rei cupiditas, tam ingenitus est à natura nobis ille appetitus, quem subtilissimè magna illa artifex omnium animantium pectoribus indidit, quo vel aliud agentes stupem propagaremus, ut ne cogitare quidem de explenda cupiditate illa possimus, quin voluptate nescio qua occulta tangamur, quam plerique nimium veniale peccatum esse volunt.*

b Minando prædixit. } *Sæpe per prophetas, ut Esaiã & Hieremiã.*

c Illud est culpabile. } *Cicero in Officiis: Sunt enim qui quod sentiunt, etsi optimum sit, tamen inuidie metu non audent dicere.*

d Præ se gerunt. } *Velut ducem itineris.*

e Et humanus dies. } *Paulus 1. Cor. 4. Mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die. Est humanum iudicium, quo quis ab hominibus bene vel malè audit: cui contrarius est dies domini, qui intima cordis scrutatur & iudicat.*

f Ferrentur & diligenterentur. } *Non frèdi solùm sunt mali, sed etiã diligendi, præcipiente domino, ut inimicos quoq; diligamus. Matth. 5.*

g Per prophetam. } *Ezechielus 33. Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manus speculatoris requiram.*

h Ad hoc enim speculatores. } *Est ὄπισκοπος, speculator, & obseruator, & custos, & præf. ctus. Cicero ad Atticũ lib. viij. Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat ὄπισκοπον, ad quem delectus, & negotij summa referatur. Andromache apud Homerum Iliad. 6. Hectorem appellat Troia ὄπισκοπος. Athenienses quos ad stipendiarias subditãsque ciuitates mitterent, ut quid in quaque ageretur diligenter inspicerent, obseruarèntque, episcopos dixerunt, & φύλακες, quos Lacedæmonij ἀδυστὰς. Præf. ctos annonæ iureconsultus Archadius episcopos nominauit. Sunt qui ὄν in eo nomine redundare arbitrentur: de quorum numero est Eustathius Homeri interpretes: & σκοπὸν & ὄπισκοπον idem esse.*

i Ut non parcant. } *Sic Paulus ad Titum, ut faciant hoc tempore nostri episcopi, quos non sine ingenti dolore passim videmus ad martyrium agi, quòd nimis amarum dicant veruatem, & vitia insectentur contemptis episcopatum annuis prouentibus, ita seruet eos Christus.*

k Iob. } *Nota est historia, de quo Hieronymus super eundem: Sed hæc*

hæc Iob contigerunt, ut appareat foris hominibus, quod intrinsecus erat ante Deum.

I Scimus quoniam. } Ad Rom. 8. Et aduersa & prospera meritum bonis augent: nihilque est, quod non ipsi in incrementa suarum virtutum conuertant.

Quòd sanctis in amissione rerum temporalium nihil pereat.

C A P. X.

AMiserunt omnia quæ habebant. Nunquid fidem? nūquid pietatem? nunquid ^a interioris hominis bona, qui est ante Deū diues? Hæ sunt opes Christianorum, quibus opulentus dicebat Appstolus: Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus: habentes autem victum & tegumentum, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum, & desideria multa stulta & noxia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix est enim omnium malorum ^b auaritia, quam quidam appetentes à fide pererrauerunt, & inseruerunt se ^c doloribus multis. Quibus ergo terrenæ diuitiæ illa vastatione perierunt, si eas sic habebant quemadmodum ^d ab isto foris paupere, intus diuite audierant: id est, si mundo utebantur tanquam non videntes, potuerunt dicere, quòd ille grauiter tentatus, & minime superatus. ^e Nudus exij de vtero matris meæ, nudus in terram reuertar. Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Vt bonus seruus magnas facultates haberet ipsam sui domini voluntatem, cui pedissequus mente dicesceret, nec contristaretur eis rebus viuens relictis, quas fuerat citò moriens relicturus. Illi autem infirmiores qui terrenis his bonis, quanuis ea non proponerent Christo, aliquantula tamen cupiditate cohærebant, quantum hæc amando peccauerint, perdendo senserunt. Tantum quippe doluerunt, quantum se doloribus inseruerunt: sicut Apostolum dixisse suprâ commemoravi. Oportebat enim vt eis adderetur etiam experimentorum disciplina, quibus fuerat tam diu neglecta verborum. nam cum dixit Apostolus, Qui volunt diuites fieri, in tentationem incidunt, &c. profectò in diuitiis cupiditatem reprehendit, non facultatem, ^f qui præcepit alibi dicens, Præcipe diuitibus huius mundi, non su-

perbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarū, sed in deo uiuo, qui pręstat nobis omnia abundāter, ad fruendum: bene faciant, diuites sint in operibus bonis, facillè tribuant, cōmunicent, thesaurizent sibi fundamentū bonū in futurum, vt apprehendant verā vitam. Hęc qui de suis faciebant diuitiis, magnis sunt lucris leuia dāna solati: plūsque letati ex his quę facillè tribuendo tutius seruauerunt, quā contristati ex his quę timidè retinendo facilius amiserūt. Hoc enim potuit in terra perire, quod piguit inde transferre. Nam qui receperunt consiliū domini sui dicentis: Nolite cōdere vobis in terra thesauros, vbi tinea & rubigo exterminant, & vbi fures effodiunt & furātur, sed thesaurizate vobis in cęlo thesauros, quò fur non accedit, neq; tinea corrūpit: vbi enim est thesaurus tuus, & ibi erit & cor tuū: tribulationis tempore probauerūt quā rectè sapuerint, nō contemnēdo veracissimū pręceptorem, & thesauri sui fidelissimum inuictissimūq; custodem. Nam si multi sunt gauisi, ibi se habuisse diuitias suas, quò contigit vt hostis non accederet, quanto certius & securius gaudere potuerūt qui monitu Dei sui illuc migrauerant, quò accedi omnino nō possit? Vnde Paulinus noster, Nolēsis episcopus, ex opulentissimo diuite, voluntate pauperimus, & copiosissimè sanctus, quādo & ipsam Nolā barbari vastauerunt, cū ab eis teneretur, sic in corde suo, vt ab eo postea cognouimus, precabatur: Domine, nō excrucier propter aurū & argentum: vbi enim sint omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, vbi eū condere, & thesaurizare ille monuerat, qui hęc mala mūdo ventura prędixerat. Ac per hoc qui domino suo monēti obedierāt, vbi & quomodo thesaurizare deberēt, nec ipsas terrenas diuitias barbaris incurfantibus amiserunt. Quos autē nō obedisse pœnituit, quid de talibus rebus faciendum esset, si nō pręcedēte sapientia, certè cōsequente experientia didicerūt. At enim quidam boni etiam Christiani tormentis excruciatī sunt, vt bona sua hostibus proderēt. Illi verò nec prodere, nec perdere potuerūt bonū, quo ipsi boni erāt. Si autē torqueri, quā māmōna iniquitatis prodere maluerūt, boni nō erant. Admonēdi autē fuerāt, qui tāta patiebātur pro auro, quanta essent sustinēda pro Christo: vt eum potius diligere discerēt, qui pro se passos æterna fœlicitate ditaret, non aurū & argentū, pro quo pati miserrimū fuit, seu mentiendò occultaretur, seu verū dicēdo proderetur. Nāq; intertormēta

*Paulinus
Nolensis
episcopus.*

nemo Christum confitendo amisit, nemo aurum nisi negando seruaui. Quocirca vtiliora erant fortasse tormenta, quæ bonū incorruptibile amandū docebāt, quàm illa bona quæ sine villo vtili fructu dominos sui amore torquebant. Sed quidam etiam non habentes quod proderent, dum habere creduntur, torti sunt. Et hi fortè habere cupiebant, nec sancta voluntate pauperes erant: quibus administrandum fuit, nec facultates, sed ipsas cupiditates talibus esse dignas cruciatibus. Si verò melioris vitæ proposito reconditum aurum argentumque non habebant, nescio quidem vtrum cuiquam talium acciderit, vt dum habere creditur, torqueretur. Veruntamen etiam si accidit, profectò qui inter illa tormenta paupertatem sanctam confitebatur, Christum confitebatur. Quapropter etsi non meruit ab hostibus credi, non potuit tamen sanctæ paupertatis confessor sine cælesti mercede torqueri.

L. V I V E S.

- a Interioris hominis. } *Mentis: sic sepe apud Paulum.*
 b Est avaritia. } *Vulgò est cupiditas, sed melius Augustinus. φιλ-
 λαρνεία enim est Græcè.*
 c Doloribus multis. } *Hæc sunt verba Pauli.*
 d Ab isto. } *A Paulo.*
 e Nudus exij. } *Verba sunt Iob consolantis se super amissis opibus &
 liberis.*
 f Qui præcipit alibi. } *Paulò post eodem cap. 6. I. ad Timoth.*
 g Diuites sint in operibus bonis. } *Istis rebus erunt diuites.*
 h Tutius seruauerunt. } *Qui thesaurizauerunt sibi sempiternum in
 celo thesaurum, ex eo quòd benigne pauperibus impertiti sunt: quod de-
 clarat illud quòd sequitur ex Math. 6 cap. & sunt Christi verba.*
 i Vnde Paulinus noster. } *Gothi post direptam urbem Romam
 per Latium, Volscos, Campaniam, Calabros, Sa'entinos, Apulos,
 Brutios longè & latè sparsi vagantes, & velut ingens quedam ca-
 lamitas vastantes vniuersa, Consentiam veniunt: post quadragin-
 ta annos Gensericus cum Vandalis & Mauris, capta Roma totum
 Campanie tractum populatus est, Nolamque miserabili ruina diruit.
 Hoc tempore, vt Paulus Diaconus refert, Paulinus Episcopus
 Nolane ecclesie, vir sanctissimus, & sicut Gregorius scribit, elo-
 quentissimus profanæque eruditione in primis doctus, nec prophe-
 tici spiritus expers, quum redimendis Christianis captiuis censum
 omnem consumpsisset, videretque viduam captiuum filium affli-
 ctam lugentem & lamentantem, tamque immodicas lachrymas pietatis*

admixtas, multò magis pius ipse ferre non posset, cum vidua in Aphricam ubi captiuus erat filius traiecit, ibi vicarius manibus redemptum filium matri reddidit. Paulinus verò quum eius sanctitas etiam barbarissimis esset hominibus venerabilis, iussus est in patriam cum suis omnibus ciuibus dono acceptis redire. De qua re fusius Gregorius Romanus pontifex lib. Dialog. ij. Sed credo Augustinum non de his loqui temporibus, quibus ipse ad caelestem illam vitam commigrarat, sed de primis illis Gotthorum.

K Quo ipsi boni. } Virtutem quam nemo eripere potest, & hæc sola est bonum, quæ possidentes bonos facit. Nam si opes sunt bona, ut inquit in Paradoxo Cicero, cur non reddunt possidentes bonos?

Mammona. | Mammona iniquitatis. } Mammona vox est Syra ut Hieronymus inquit, quæ apud eos opes significat, quod apud Græcos μάττω: Augustinus in sermone De verbis domini, & in questionibus Evangelij, Mammon Punicè lucrum esse dicit, multisque in verbis vicinas esse linguas, Hebræam & Afram.

De fine temporalis vitæ, siue longioris, siue breuioris.

C A P. X I.

Fames bona,

Mltos, inquit, etiam Christianos fames diurna vastauit. Hoc quoque in vsu suos boni fideles piè tolerando verterunt. Quos enim fames necauit, malis vitæ huius sicut corporis morbus eripuit: quos autem non necauit, docuit parcius viuere, docuit productius ieiunare. Sed enim multi etiam Christiani interfecti sunt, multi multarum mortium foeda varietate consumpti. Hoc si ægrè ferendum est, omnibus qui in hanc vitam procreati sunt utique commune est. Hoc tamen scio, neminem fuisse mortuum, qui non fuerat aliquando inortiturus. Finis autem vitæ, tam longam quàm breuem vitam hoc idem facit. Neque enim aliud melius & aliud deterius, aut aliud maius & aliud breuius est, quod iam pariter non est. Quid autem interest, quo mortis genere vita ista finiatur, quando ille cui finitur, iterum mori non cogitur? Cùm autè vniciq; mortaliū sub quotidianis vitæ huius casibus, innumerabiles mortes quodammodo cõminentur, quandiu incertū est, quæ nã earū vêtura sit: quaero vtrum satius sit, vnam perpeti moriendo, an omnes timere viuendo? Nec ignoro quàm inertius eligatur, diu viuere sub timore tot mortiu, quàm semel moriendo nullã deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pau-

dus

us refugit, aliud quod mentis ratio diligenter enucleata cō-
uincit. Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesse-
rit. Neq; enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mor-
tem. Non itaque multum curandum est eis, qui necessariò
morituri sunt, quid accidat vt moriantur, sed moriendo, quò-
ire cogantur. Cùm igitur Christiani nouerint longè melio-
rem fuisse^b religiosi pauperis mortē inter lingentium canum
linguas, quàm impij diuitis in purpura & ^c bysso, horrēda illa
genera mortium quid mortuis obfuerunt, qui bene vixerunt?

L. V I V E S.

a **V**Nam perpeti. } *Sic Cæsar malle se mortem semel obire quàm
toties timere dixit.*

b Religiosi pauperis. } *Nota est historia ex Luca 16, de Lazaro
mendico, & locuplete luxurioso.*

c Bysso. } *Byssus genus est lini delicatissimi. Plinius xix.*

De sepultura humanorum corporum, quæ Christianis
etiam si fuerit negata, nil adimit.

C A P. X I L

AT enim in tanta strage cadauerum, nec sepeliri po-
tuerunt. Neque istud pia fides nimium reformidat,
tenens prædictum, nec absumentes bestias resurre-
cturis corporibus obfuturas, quorum capillus capitis non
peribit. Nec vilo modo diceret Veritas: Nolite timere eos
qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere,
si quicquam obesset futuræ vitæ, quicquid inimici de corpo-
ribus occisorum facere voluissent. Nisi fortè quispiam sic
absurdus est, vt contendat eos qui corpus occidūt non debe-
re timeri ante mortem nec corpus occidant, & timeri debere
post mortem, ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum
est ergo quod ait Christus, qui corpus occidunt, & postea non
habeant quid faciant: si habent tanta, quæ de cadaueribus fa-
ciant? Absit, vt falsum sit quod Veritas dixit. Dictū est enim a-
liquid eos facere cùm occidūt, quia in corpore sensus est oc-
cidēdo: postea verò nihil habere quod faciāt, quia nullus sen-
sus est in corpore occiso. Multa itaque corpora Christianorū
terra non texit, sed nullū eorum quisquā à cælo & terra sepa-
rauit, quam totā implet præsentia sui, qui nouit vnde resusci-
tet quod creauit. Dicitur quidem in Psalmo: Posuerunt^a mor- *Pf. 78.*
talia feruorum tuorum escam volatilibus cæli, carnes sancto-

rum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circumitu Hierusalem, & nō erat qui sepeliret, sed magis ad exaggerandam crudelitatem eorum qui ista fecerunt, non ad eorū infelicitatem qui ista perpeffi sunt. Quauis enim hæc in conspectu hominum dura & dira videantur: sed preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Proinde omnia ista, id est, curatio funeris, conditio sepulture, pōpæ exequiarum magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia mortuorum. ^b Si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio vilis aut nulla. Præclaras exequias in cōspectu hominum exhibuit ^c purpurato illi diuiti turba famulorum, sed multò clariore in conspectu domini hulceroso illi pauperi ministerium præbuit angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in Abrahamæ gremium sustulerunt. ^d Rident hæc illi, contra quos defendendam suscepimus ciuitatem Dei. Veruntamen sepulture curam etiam ^e eorum philosophi contempserunt: & sæpe vniuersi exercitus dum pro terrena patria morerentur, vbi postea iacerent, vel quibus bestiis esca fierent, non curauerunt. Licuitque de hac re ^g poetis plausibiliter dicere:

Cælo tegitur qui non habet urnam.

Quantò minus debent de corporibus insepultis insultare Christianis. quibus & ipsius carnis & mēbrorū omnium reformatio nō solum ex terra, verum etiā ex aliorum elementorū secretissimo sinu, quò dilapsa cadauera recesserunt, ^h in temporis puncto reddenda, & reintegranda promittitur?

L. V I V E S.

a **M**ortalia. } *Cadauera morticina θνητὰ.*

b **S**i aliquid prodest impio. } *Lucanus lib. 9.*

Et æternos animarū collegit in orbes.

Sepulchra Non illuc auro positi, nec thure sepulti.

Perueniunt.

c Purpurato illi diuiti. } *De quo superiore cap.*

d Rident. } *Sepultura magna cura apud Romanos: hinc multa de religione sepulchrorum, & pœna legibus addita, qui hoc vel illud commiserit, insepultus abiiciatur: sicut illud apud declamatores: qui parentes in calamitatibus deseruerit, insepultus abiiciatur: qui causas mortis in senatu non reddiderit, insepultus abiiciatur: homicida insepultus abiiciatur. Sic ad popularem sensum pro Milone loquitur Cicero, quum infelicius dicit cadauer Publii Clodij fuisse, quòd honore illo & consueta funeris pompa caruerit.*

Philoso-

e Philosophi. } *Gentilium philosophi, ut Diogenes Cynicus, qui se canibus anibusque exponi mortuum iussit: quumq; amici admonerent de laniatione cadaveris, apponite, inquit, mihi baculum, quo aues & canes abigam. Atqui nihil senties, inquit illi. Si nihil sentiam, respondit Diogenes, quid mihi oberit laniatio? Idem fecit Menippus, & penè fuit istud Cynicus omnibus commune. Theodorum Cyrenasum Cicero in Tusculanis scribit Lysimacho crucem trinanti respondisse: Terribilis sit hæc purpuratis tuis. mea nihil interest, humi ne an sublime putrescam. Eadem est Socratis sententia in Phædone Platonis.*

f Sæpe vniuersi exercitus. } *Loquitur forsitan de his legionibus, quas scribit in originibus Cato Maior, sæpe in eum alacres profectas locum, unde se nunquam redituras scirent. Quid quòd ante Herculem occisos in bello humare non fuit mos? Eos enim sepelire primus instituit Hercules, ut Aelianus in varia historia autor est.*

g Poëtis plausibiliter. } *Cum approbatione & plausu populi. Lucanus in vi. de occisis Pharsalica pugna loquens, quos Cæsar comburi aut humari vetuit, multas & graues sententias, ut solet, de eare dicit: inter cæteras verò illas ad Cæsarem conuersus:*

*Nil agis hac ira, tabesne cadavera soluat,
An rogos, haud refert: placido natura receptat.*

Cuncta sinu. & post:

Capit omnia tellus

Quæ genitrix: celo tegitur qui non habet urnam.

Idem declamator ille apud Senecam: Omnibus natura sepulturam dedit. Naufragorum idem fluctus, qui expulsi: suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt: eos qui vni vruntur, pœna funerat. Et Vergilius, qui pœnas apud inferos in sepultis statuit, tamen verbis antichrista facilem sepulchri iacturam esse dicit. Versiculus ille Mæcenatis.

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos:

In primis laudatur à veteribus. Porro urna vas erat, in quo reliquie cadaveris combusti seruabantur.

h In temporis puncto. } *Prima Corinth. 15.*

Quæ sit ratio sanctorum corpora sepeliendi.

C A P. X I I I.



N Ec ideo tamen contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximèque iustorum atque fidelium, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est Spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quia huiusmodi, tantò charius est posteris, quantò erga parentes maior affectus: nullo modo ipsa

ſpernenda ſunt corpora, quæ vtique multò familiaris, atque cõiunctis, quàm quælibet indumenta geſtamus. Hæc enim ^a non ad ornamentũ vel adiutorium quod adhibetur extrinſecus, ſed ad ipſam naturam hominis pertinent. Vnde & antiquorũ iuſtorum funera officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ, & ſepultura prouifa: ipſique dum viuerent, de ſepeliendis vel etiam transferendis ſuis corporibus filiis mādauerunt, ^b & Tobias ſepeliendo mortuos, Deum promeruiſſe, teſte angelo commendatur. Ipſe quoque dominus die tertio reſurrecturus, religioſæ mulieris ^c bonum opus prædicat, prædicandũque commendat, quod vnguentum præcioſum ſuper mēbra eius effuderit, atq; hoc ad eum ſepeliendũ fecerit. Et laudabiliter commemorantur ^d in Euangelio qui corpus eius de cruce acceptũ diligenter atque honorificè tegendũ ſepeliendũque curarũt. Verũm iſtæ autoritates non hoc admonent, quòd inſit vllus cadaueribus ſenſus: ſed ad Dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorũ pertinere ſignificant, propter fidem reſurrectionis aſtruendam. Vbi & illud ſalubriter dicitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro elemoſynis, quas viuentibus & ſentientibus exhibemus, ^e ſi neque hoc apud Deum perit, quod ex animis hominum membris officij diligentięque perſoluitur. Sunt quidem & alia, ^f quæ ſancti patriarchæ de corporibus ſuis vel condendis vel transferendis prophetico ſpiritu dicta intelligi voluerunt. Non autem hic locus eſt, vt ea pertractemus, quũ ſufficiant iſta quæ diximus. Sed ſi ea quæ ſuſtentandis viuentibus ſunt neceſſaria, ſicut victus & amictus, quanuis cũ graui afflictione deſint, non frangunt in bonis perferendi tolerandique virtutem, nec eradicant ex animo pietatem, ſed exercitatam faciunt ſœcundiorẽ: quanto magis quum deſunt ea quæ curandis funeribus condendisq; corporibus defunctorum adhiberi ſolent, non efficiunt miſeros in occultis piorũ ſedibus iam quietos? Ac per hoc quando iſta cadaueribus Chriſtianorum in illa magnæ vr̄bis, vel etiã aliorum oppidorum vaſtatione defuerunt, nec viuorum culpa eſt, qui nõ potuerunt iſta præbere, nec pœna mortuorum, qui non poſſunt iſta ſentire.

L. V I V E S.

Non ad ornamentũ. } *Platonici ſolum animum dicebant eſſe hominem, corpus animo tanquam indumentum circumdatum,*

datum, vel carcerem potius. August. tamen ex veriore opinione corpus partem hominis esse dicit.

b Et Tobias. } *Tobia* 2. & 12.

c Bonum opus. } *Matthæi* 26. de *Maria Magdalena*.

d In Euangelio. } *Ioannis* 19. *Ioseph & Nicodemus*.

e Si neque hoc apud Deum perit. } *Nec haustus aquæ frigide nomine Dei datus carei prædico. Matth. 10.*

f Quæ sancti patriarchæ. } *Iacob moriens iniunxit Ioseph filio, ut in monumentum maicrum suorum inferretur, nec relinqueretur in Aegypto. Gen. 47. Ipse quoque Ioseph fratribus mandavit, ut & ipsi mitterent. Et ita posteris traderent, cum migrarent in terram illam patribus à Deo promissam, & sua in eam uti transferrent. Genesis ultimo.*

De captiuitate sanctorum, quibus nunquam diuina solatia defuerunt.

C A P. XIII.

SED multi, inquit, Christiani etiam captiui ducti sunt. Hoc sanè miserrimum est, si aliquò duci potuerunt, ubi Deum suum non inuenerunt. Sunt in scripturis sanctis huius etiam cladis magna solatia. ^a Fuerunt in captiuitate tres pueri, fuit Daniel, fuerunt ^b alij prophetæ, nec Deus defuit consolator. Sic ergo nõ deseruit fideles suos sub dominatione gentis, licet barbaræ, tamen humanæ, qui prophetam non deseruit nec ^c in visceribus beluæ. Hæc quoque illi cum quibus agimus malunt irridere, quàm credere: qui tamen in suis literis credunt ^d Arionem, Methymnæum nobilissimum citharistam, cum esset eiectus de nauis, exceptū Delphini dorso, & ad terras peruectum. Verùm illud nostrum de Iona incredibilius est. Planè incredibilius, quia mirabilis: & mirabilis, quia potentius.

L. V I V E S.

a **F**uerunt in captiuitate. } *Danielis primo: Ananias, Misael, & Azarias cum Danie captiui fuerunt Nabuchodonosoris.*

b Alij prophetæ. } *Ut Hieremias, Ezechiel, & alij.*

c In visceribus beluæ. } *Ionam intellige, qui triduum fuit in ventre ceti, imago hæc est Christi seruatoris resurgentis è morte ad vitam.*

d Arionem Methymnæum. } *Arionis fabula & Delphini vulgata est apud scriptores, Herodotus eam primus scripsit, libro Musarum primo hinc Ouidius in Fastis, & Plinius libro nono, & Gellius lib. xvi, & Felianus De animalibus, & alij permulti. Fuit Arion citharædus ex Methymna Lesbi insula oppido, temporibus septē Gra-*

cie sapientum, nam Periandro fuit charissimus. Sunt qui putent eum tragici carminis fuisse inuentorem, chorumque instituisse, & cecinisse carmen dithyrambicum. Hic cum ex Italia magno facto questu domum rediret, videretque pecunie gratia coniurare in suam perniciem nautas, rogauit ut sibi ceteris captis, vitam solam relinquerent: cumque id non impetrasset, lacrimis exorauit, ut fidibus paulisper liceret canere, quo mortem suam cantu illo consolaretur. Ad suauitatem sonitus congregatos ferunt Delphinos aliquot, ipsiisque Ariona non ignarum nature illius animalis, antequam inde dilaberetur, cum cithara & toto cultu desilisse in dorsum unius ex illis, qui eum placide ad Tænarum deuexit: ibique visitur simul horum delphini uehementis, & hominis insidentis. Plinius asserit esse delphinum amicum homini animal, idque multis exemplis confirmat.

e Quia mirabilius. } *Intra viscera seruatum esse tam diu.*

De Regulo, in quo captiuitatis ob religionem etiam sponte tolerandæ extat exemplum, quod tamen illi Deos colenti prodesse non potuit.

C A P. X V.

HAbent tamen isti de captiuitate religionis causa etiã sponte toleranda, & in suis præclaris viris nobilissimum exemplum.^a Marcus Attilius Regulus Imperator populi Romani captiuus apud Carthaginenses fuit. Qui cum sibi mallent à Romanis suos reddi, quam eorum tenere captiuos, ad hoc impetrandum etiam iustum præcipue Regulum cum legatis suis Romam miserunt, prius iuratione constrictum, si quod volebant minimè peregisset, rediturum esse Carthaginẽ. Perrexit ille, atque in senatu contraria persuasit: quoniam non arbitratur utile esse Romanæ reip. mutare captiuos. Nec post hanc persuasionem à suis ad hostes redire cõpulsus est: sed quod iurauerat, id sponte impleuit. At illi cum excogitatis atque horrèdis cruciatibus necauerunt.^b Inclusum quippe angusto ligno ubi stare cogeretur, clauisque acutissimis vndiq; cõfixo, ut se in nullam eius partem sine pœnis atrocissimis inclinaret, etiam vigilando peremerunt. Meritò certè laudant virtutem, tam magna infelicitate maiorem.^c Et per deos ille iurauerat, quorum pro cultu prohibito, has generi humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo propterea colebantur, ut istam vitam prosperam redderent, si verum iuranti has irrogari pœnas seu voluere, seu permisere, quid periuro grauius irati facere potuerunt?

Sed

^d Sed cur ratiocinationem meam nō potius ad vtrunque concludam? Deos certē si ille coluit, vt propter iurisiurādi fidē, nec remaneret in patria, nec inde quolibet ire, sed ad suos acerrimos inimicos redire minimē dubitaret: hoc si huic vitæ vtile existimabat, cuius tam horrendum exitum meruit, proculdubio fallebatur. Suo quippe docuit exemplo, nihil Deos ad istam temporalem fœlicitatem suis prodesse cultoribus, quandoquidem ille eorum deditus cultui, & victus & captiuus abductus est: & quia noluit aliter quàm per eos iurauerat facere, nouo ac prius inaudito nimiūmque horribili supplicij genere cruciatus extinctus est. si autem cultus deorum post hęc vitam velut mercedem reddit fœlicitatem, cur calunniatur temporibus Christianis, ideo dicētes Vrbi accidisse illam calamitatē, quia deos suos colere destitit, cum potuerit etiam illos diligentissimē colens tam infœlix fieri, quàm ille Regulus fuit? Nisi fortē contra clarissimam veritatem, tāta quisquam dementia miræ cœcitatē obnitiatur, vt cōtendere audeat vniuersam ciuitatē deos colentem infœlicē esse non posse, vnū verò hominē posse: quòd videlicet potentia deorum suorum multos potius sit idonea cōseruare, quàm singulos, ^e cū multitudo constet ex singulis? Si autem dicūt M. Regulum etiam in illa captiuitate, illisq; cruciatibus corporis, animi ^f virtute beatum esse potuisse, virtus potius vera quærat, qua beata possit esse & ciuitas. Neq; enim aliunde beata ciuitas, aliunde homo: cum aliud ciuitas nō sit, quàm concors hominū multitudo. Quamobrem nondum interim disputo, qualis in Regulo virtus fuerit. Sufficit nūc quòd isto nobilissimo exēplo coguntur fateri, nō propter corporis bona, vel earū rerum quæ extrinsecus homini accidunt, colēdos Deos: quandoquidem ille carere his omnibus maluit, quàm deos, per quos iurauit, offendere. Sed quid faciemus hominibus qui gloriātur talem se habuisse ciuem, qualem timent habere ciuitatem? Quòd si non tinēt, tale ergo aliquid, quale accidit Regulo, etiam ciuitati tam diligenter, quàm ille, deos colenti accidere potuisset fœreantur, & Christianis temporibus non calumnientur. Verum quia de illis Christianis orta quæstio est, qui etiam captiui ducti sunt: hoc intueantur & taceant, qui saluberrimæ religioni hinc impudenter atque imprudenter illudunt: quia si diis eorum probro non fuit, quòd attentissimus cultor illorum, dum eis iurisiurandi fidem seruaret, patria caruit, dum

aliam nõ haberet, captiuũsq; apud hostes lōga morte & supplicio nouæ crudelitatis occisus est, multò minus nomen criminandum est Christianum, in captiuitate sacrorum suorum, qui supernam patriam veraci fide expectantes, etiam in suis sedibus peregrinos se esse nouerunt.

L. V I V E S.

*Atilius
Regulus.*

Marcus Atilius Regulus. } *Historia hæc est etiam celebris: scribunt eam plurimi. M. Atilius Regulus primo Punico bello consul cum L. Manlio Volsone factus est: utrique consuli Africum bellum est mandatum: quod si lum ea tempestate gerebat po. Ro. Atilius primus omnium Romanorum exercitum in Africam transportauit. ibique victos aliquot præcis Carthaginienses implorare aliena auxilia coëgit. Accitus est è Lacedæmone Xanthippus homo in bellis exercitatusissimus. cuius virtute reparatum est bellum, & commissa pugna. in qua Ro. exercitus est cæsus, & ipse Imperator Atilius in potestatem hostium uiuus uenit. Quis cum per aliquot annos esset inter alios captiuos Carthaginis seruatus. anno belli quarto decimo, à condita Roma quingentesimo tertio, ad senatum legatus de commutandis captiuis missus est. fide data rediit uerũ se, si non impetrasset, cuius gratia mittebatur. Romam cum uenisset, senatusque illi datus esset. sententiam est à consule consulari rogatus loco, quam dicere primùm recusauit. Deinde iussus à senatu dicere, dissuasit quod Carthaginienses petebãt, quod captiuos Carthaginienses qui Romæ erant, iuuenes essent, & bello boni: Romani uerò, qui essent Carthagine, senes, bello iam inutiles, nec consilium magnopere necessariũ. Itaque ei cunctus senatus assensus est. Cũque à liberis, consanguineis, gentilibus, propinquis, necessariis, clientibus, quæ maxima pars populi erat, retineretur, fidẽ hosti datam liberare prorsus uoluit, non ignarus infecta re, & quidem se dissuadente insensissimos sibi Afros habiturum, moriendũque sibi per exquisitissima supplicia esse. Ita Carthaginem reuersus, legatione renunciata, per longa & noua cruciamenta interiiit.*

b Inclusum. } *Alij alio dicunt eum mortis genere perisse: in perpetua uigilia consentiant omnes Valerius libro nono de machina in qua undique præacuti stimuli eminebant, meminit, quem Augustinus sequitur.*

c Et per Deos. } *Significantius fuisset, si addidisset quod emphasis haberet: Et per illos Deos ille iurauerat, quorum, &c.*

d Sed cur ratiocinationem meam. } *Dilemma. si præmium bene cultæ religionis illorum Deorum est in hac uita, cur sic obiit Atilius eius obseruantissimus? si est post hanc uitam, cur prosperitatem huius tanquam mercedem expectans?*

e Cùm multitudo constet ex singulis. } *Si sint ergo singuli mi-*
seri, qui poterit esse multitudo fœlix?

f Virtute beatum. } *Sic Cicero sentit multis in locis, sic Seneca, sic*
docti & sapientes omnes, qui de Regulo loquuntur.

g In suis sedibus. } *T'errestribus.*

An stupris, quæ etiam sanctorum forte virginum est
 passa captiuitas, contaminari potuerit vic-
 tus animi, sine voluntatis assensu.

CAP. XVI.

Magnam sanè crimen se putant obicere Christianis,
 cùm eorum exaggerantes captiuitatem, addunt et-
 iam supra commissa, non solum in aliena matrimo-
 nia virginèsq; nupturas, sed etiam in quasdam sanctimonia-
 les, Hic verò non fides, non pietas, nõ ipsa virtus quæ castitas
 dicitur, sed nostra potius disputatio^a inter pudorem atque ra-
 tionem quibusdam coarctatur angustiis. ^b Nec tantum cura-
 mus hinc alienis responsionem reddere, quantum ipsis nostris
 consolationem. Sit igitur in primis positum atque firmatum,
 virtutem qua rectè viuuntur^c ab animi sede membris corporis
 imperare, sanctumque corpus vsu fieri sancte voluntatis. Qua
 inconcussa ac stabili permanente, quicquid alius de corpore,
 vel in corpore fecerit, ^d quod sine peccato proprio non valeat
 euitari, præter culpam esse patientis. Sed quia non solum
 quod ad dolorem, verum etiam quod ad libidinem pertinet,
 in corpore alieno perpetrari potest, quicquid tale perpetra-
 tum fuerit, & si retentam constantissimo animo pudicitiam
 non excutit, pudorem tamen incutit: ne credatur factum cum
 mentis etiam voluntate, quod fieri fortasse sine carnis aliqua
 voluptate non potuit. Ac per hoc & quæ se occiderunt, ne
 quicquam huiusmodi paterentur, quis humanus affectus eis
 nolit ignosci? Et quæ se occidere noluerunt, ne suo facino-
 re alienum flagitium deuitarent, quisquis eis hoc crimini de-
 derit, ipse crimine insipientiæ non carebit.

L. VIVES.

a **I**nter pudorem atque rationem. } *Pudor enim prohibet etiam*
corporis violationem non vocari malam, ratio id iubet.

b. Nec tantum. } *Erunt hæc quæ dicentur nostris Christianis mulieri-*
bus, quarum corpora violata sunt, vice cuiusdam consolationis.

c Ab animi sede. } *Sic Platonici in capite, tanquam in arce, ratio-*
Aug. de ciuit. Dei. Tom. j.

nem cum virtute statuunt, mandatricem operum prospecturamque labori, ut Claudianus inquit.

d Quod sine peccato. } Nam a'io modo, si sine peccato nostro vitare possumus, anniti pro viribus debemus, ut vitetur.

De morte voluntaria ob metum pœnæ siue dedecoris.

CAP. XVII.

Nam vtique si non licet priuata potestate alicui hominem occidere vel nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit, profectò etiam qui se ipsum occidit, homicida est. Et tantò fit nocentior cum se occiderit, quantò innocētior in ea causa fuit, quæ se occidendum putauit. ^aNam si Iudæ factū meritò detestamur, ^beumque veritas iudicat, cum se laqueo suspendit, sceletatæ illius traditionis auxisse potius quàm expiasse commissum, quoniam Dei misericordiam desperando ^cexitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentiæ locum reliquit: quantò magis à suâ nece se abstinere debet, qui tali supplicio, quid in se purgat non habet? Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit: & tamen non solùm Christi, verumetiam suæ mortis reus finiuit hanc vitam, quia licet propter suum scelus, aliò scelere suo occisus est.

L. VIVES.

a Nam si Iudæ factum. } Hoc notum est omnibus ex Euangelio.

b Eumque veritas iudicat. } Actuum primo Petrus, & quòd dominum inprodiderit, & quòd se suspenderit impiè & nefariè fecisse promittit.

c Exitiabiliter: } Ita enim pœnituit eum, ut non satis se posse pœnitere tanti sceleris desperarit.

De aliena violentiarum libidine, quam in oppresso corpore mens inuita perpetit.

CAP. XVIII.

Nam vt autem homo qui mali nihil fecit, sibi malefaciat, & seipsum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocētem: atque in se perpetret peccatum propriam, ne in eo perpetretur alienum? At enim, ne vel aliena polluat libido metuitur. Non polluet si aliena erit. Si autem polluet aliena non erit. Sed cum pudicitia virtus sit animi, ^a comitēque habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire decernat. ^bNullus autem magnanimus & pudicus in potestate habeat,

„ habeat, quid de sua carne fiat, sed tantum quid annuat men-
 „ te, vel reuatur : Quis tandem sana mente putauerit se per-
 „ dere pudicitiam, si forte in apprehensa & oppressa car-
 „ ne sua exerceatur & expleatur libido non sua? Si enim hoc
 „ modo pudicitia perit, profecto pudicitia virtus animi
 „ non erit: nec pertinebit ad ea bona quibus bene uiuitur, sed
 „ in bonis corporis numerabitur: qualia sunt, vires, pulchritu-
 „ do, sana integrâque valetudo, ac si quid huiusmodi est,^d
 „ quæ bona, etiam si minuuntur, bonâ iustamque vitam omnino
 „ non minuunt. ^e Quod si tale aliquid est pudicitia, ut quid pro
 „ illa ne amittatur, etiam cum periculo corporis laboratur?
 „ Si autem animi bonum est, ^f etiam oppresso corpore non a-
 „ mittitur. Quinetiam sanctæ continentiæ bonum est, cum im-
 „ munditiæ carnalium concupiscentiarum non cedit, & ipsam
 „ corpus sanctificatur: & ideo cum eis non cedere incōcussa
 „ intentione persistit, ^g nec de ipso corpore perit castitas, quia
 „ eo sanctè vtendi perseverat voluntas, & quantum in ipso est
 „ etiam facultas. Neque enim eo corpus sanctum est, quod e-
 „ ius membra sunt integra, aut eo quod nullo contrectantur
 „ attactu, cum possint diuersis etiam casibus, vulneratæ vim
 „ perpeti: & medici aliquando salutis opitulantes, hæc ibi fa-
 „ ciant, quæ horret aspectus. ^h Obstetrix virginis cuiusdam in-
 „ tegritatem manu velut explorans, siue maleuolentia, siue in-
 „ scitia, siue casu dum inspicit, perdidit. Non opinor quenquam
 „ tam stultè sapere, ut huic perisse aliquid existimet, etiam de
 „ ipsius corporis sanctitate, quamuis membri illius integritate
 „ iam perditâ. Quocirca proposito animi permanente, per quod
 „ etiam corpus sanctificari meruit, ⁱ nec ipsi corpori aufert
 „ sanctitatem violentia libidinis alienæ, quam seruat perseue-
 „ rantia continentæ suæ. An verò si aliqua fœmina mente cor-
 „ rupta, violatôque proposito, quod Deo vouerat, pergat vi-
 „ tianda ad deceptorem suum, adhuc eam pergentem sanctam
 „ vel corpore dicimus, ea sanctitate animi per quam corpus
 „ sanctificabatur amissa atq. destructa: absit hic error. Et hinc
 „ potius admoneamur, ita nō amitti corporis sanctitatem, ma-
 „ nente animi sanctitate, etiam corpore oppresso, sicut amit-
 „ titur corporis sanctitas violata animi sanctitate, etiam cor-
 „ pore intacto. Quamobrem quia non habet quod in se mor-
 „ te spontanea puniat fœmina, sine vlla consensione sua vio-
 „ lenter oppressa, & alieno compressa peccato: quantò minus

antequam hoc fiat, ne admittatur homicidium certum, cum ipsum flagitium quamuis alienum adhuc pendet incertum? An fortè huic perspicuæ rationi, qua dicimus corpore oppresso, nequaquam proposito castitatis vlla in malum consensione mutato, illius tantum esse flagitiū qui opprimens concubuerit. non illius quæ oppressa concumbenti nulla voluntate consenserit, contradicere audebunt hi, contra quos feminarum Christianarum in captiuitate oppressarum, nō tantum mentes, verum etiam corpora sancta defendimus?

L. VIVES.

a **C**omitēmq; habeat fortitudinem. } *Connexæ namque sunt virtutes omnes. & inter sese complexæ, ut philosophi docent. Sed est nonnullis maior int. r se cognatio & coniunctio, quam cum aliis.*

b Nullus autem magnanimus. } *Hic Plutarchus, nisi memoria faller, ex Menandro dicit, non esse boni ac fortis viri dicere: Hoc non patiar, esse verò eius dicere: Hoc non faciam.*

Bona tri-
plicia.

c Ad ea bona. } *Ad virtutes: nam triplex genus bonorum fecerunt Platonicæ & Peripateticæ, quos populus secutus est: bonorum animi, bonorum corporis, bonorum fortune siue externorum.*

d Quæ bona etiam si. } *Hoc non modo ex sententia Stoicorum, sed etiam Platonis & Peripateticorum: qui externa & corporis bona, tametsi ad beatitudinem non nihil, ad bonam tamen sanctamque vitam nihil dicebant pertinere.*

e Quòd si tale aliquid. } *Si ex bonis est corporis, non est tanti, ut corporis iactura fiat propter eam: præstantius enim debet censeri corpus quam ipsa.*

f Etiam oppresso corpore } *Sic egram animi Brutus & Colatinus Lucretiam consolabantur, de qua proximo loquetur capite, auertendo noxam à coacta in autorem delicti, ut inquit Lilius, mentem peccare, non corpus. Et unde consiliū absuerit culpam abesse: Et nutrix vlla apud Senecam in Hippolyto: Mens impudicam facere, non casus solet.*

g Nec de ipso. } *Castitas corporis ex illa manat, quæ in mente est.*

h Obiitrix virginis cuiusdam. } *Videtur rem factam narrare, quoniam cuiusdam dicit.*

i Nec ipsi corpori. } *Quam ad vulgarem sensum illud dictum est, siue à Bruto, siue à Lilio, homine utroque ingenij & prudentiæ non vulgaris, de sanguine Lucretiæ iam occise loquente: Per hunc castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, quasi verò post regiam iniuriam non etiam fuerit castissimus, si libido omnis ab animo absuerit, ut abfuisse putant.*

De Lucretia, quæ se ob illatum sibi stuprum peremit.

CAP. XIX.

Lucretiam certè matronam nobilem veteremque Romanam, pudicitia magnis efferunt laudibus. Huius corpore cum violenter oppresso, Tarquinij regis filius libidinosè potitus esset, illa scelus improbissimi iuuenis marito Colatino, & propinquo Bruto, viris clarissimis & fortissimis indicauit, eosque ad vindictam còstrinxit. Deinde fœdi in se commissi sceleris egra atque impatiens se peremit. Quid dicemus? Adultera hæc, an casta iudicanda est? quis in hac controuersia laborandum putauerit? Egregiè quidam ex hoc veraciterque declamans ait: Mirabile dictu, duo fuerunt, & adulterium vnus admisit. Splendidè atque verissimè. Intuens enim in duorum corporum commixtione, vnus inquinatissimam cupiditatem, alterius castissimam voluntatem: & non quid coniunctione membrorum, sed quid animorum diuersitate ageretur, attendens: Duo, inquit, fuerunt, & adulterium vnus admisit. Sed quid est hoc, quod in eam grauius vindicatur, quæ adulteriũ non admisit? Ille patria etiam cum patre pulsus est: hæc summo est mactata supplicio. Si non est illa impudicitia, qua inuita comprimitur, non est hæc iustitia, qua casta punitur. Vos appello leges iudicèsq. Romani. Nempe post patrata facinora, nec quenquam scelestũ & indemnatum impunè voluistis occidi. Si ergo ad vestrũ iudicium quisquam deferret hoc crimen, vobisque probaretur: non solùm indemnatum, verũ etiam castam & innocentem interfectam esse mulierem: nõne eum qui id fecisset, seueritate congrua plecteretur? Hoc fecit illa Lucretia, illa sic prædicata Lucretia innocentem, castam, vim perpeßam Lucretiam insuper interemit. Proferre sententiam. Quòd si propterea non potestis, quia non astat, quam punire possitis, cur interfectricem innocentis & castæ tanta prædicatione laudatis? Quam certè apud infernos iudices, etiam tales, quales poetarum vestrorum carminibus cantitantur, nulla ratione defenditis. & constitutam scilicet inter illos.

Qui sibi letum

Infantes p̄perere manu, lucẽmque perosi,

Proiecere animas.

Cui ad superna redire cupienti

Fata obstant, tristique palus innabilis unda *Alligat.*

An forè ideo ibi non est, quia non infontē, sed malè tibi consciam se peremit? Quid si enim ^h quod ipsa tantūmodo, nosse poterat, quamuis iuueni violenter irruenti, etiam sua libidine illecta consensit? Idq; in se puniens ita doluit, vt morte putaret expiandum? quanquam ne sic quidem occidere se debuit, si fructuosam posset apud deos falsos agere pœnitentiam. Verūtamen si forè ita est, falsūque est illud, quod duo fuerunt, & adulterium vnus admisit, sed potius ambo adulterium cōmiserunt, vnus manifesta inuasiōe, altera latente consensione, non se occidit infontem, ⁱ & ideo potest à literatis eius defensoribus dici non esse apud inferos inter illos qui sibi letum infontes peperere manu. Sed ita hæc causa ex vtroque latere coarctatur, vt si extenuatur homicidium, adulterium cōfirmetur: si purgatur adulterium, homicidium cumuletur. ^k Nec omnino inuenitur exitus, vbi dicitur: Si adultera, cur laudata? si pudica, cur occisa? Nobis tamē in hoc tā nobili fœminæ huius exemplo, ad istos refutandos, qui Christianis fœminis in captiuitate compressis, alieni ab omni cogitatione sanctitatis insultant: sufficit quod in præclaris eius laudibus dictum est: Duo fuerunt, & adulterium vnus admisit. Talis enim ab eis Lucretia magis èredita est, quæ se nullo adulterio potuerit maculare cōsensu. Quod ergo seipsam quoniam adulterium pertulit, etiam non adultera occidit, non est pudicitæ charitas, sed pudoris infirmitas. Pudit enim eam turpitudinis alienæ in se cōmissæ, ^l etiā si nō secum: ^m & Romana mulier laudis auida nimium verita est, ne putaretur quod violenter est passa cū viueret, libèter passa, ⁿ si viueret. Vnde ad oculos hominū mentis suæ testem illā pœnā adhibendam putauit, quibus conscientiam demonstrare non potuit. Sociam quippe facti se credi erubuit, si quod alias in ea fecerat turpiter, ferret ipsa patienter. Non hoc fœminæ Christianæ fecerūt, quæ passæ similia viuūt. Tamē nec in se vltæ sunt crimen alienū, ne aliorū sceleribus adderent sua, si quoniam hostes in eis concupiscendo supra cōmiserant, illæ in seipsis homicidia erubescenda committerent. Habent quippè intus gloriam castitatis, ^o testimonium conscientæ: habent autem coram oculis Dei sui, nec requirunt amplius: vbi quid rectè faciant, non amplius habent. ne deuent ab autoritate legis diuinæ, cū malè deuant offensionem suspicionis humanæ.

L. V I V E S.

a Lucretiam certè. } *Hæc Lucretia historia vulgaris est quam-
Luis eam Dionysius paulum aliter, quam Linius tradat, sed in sum-
ma rei consentiunt.*

b Ad vindictam constrinxit. } *Linius verbis Lucretie, Sed date
dextras fidemque laud impune adultero fore. cã: ordine omnes fidem.*

c Egregiè quidam. } *Nondum quis in se fuerit legi. Scholasticus no-
ster & ergilius dicit esse, ac se à magno quodam viro, qui historias
multas legerat, scriptum inuenisse. Quasi verò qui multas legit histo-
rias, possit ex se nouam de rebus antiquis confingere. Sed nec Vergilius
declamauit unquam, nec causam egisse nisi unam, idque semel tradi-
tur, ac forsitan in illa una, quæ nunquam extitit, magnus ille histo-
riarum lector diuinavit hoc dictum esse. Cuius rei affirmandæ licen-
tiam habebat, quia multas legerat historias, & eò maiorem, si vel li-
centibus erat, vel doctor.*

d Ille patria. } *Expulsus Tarquinius rex cum regia stirpe, de hoc li-
bro tertio.*

e Sceleratum & indemnatum. } *Cicero scribit de capite ciuis Roma-
ni legibus esse cautum, ne iudicium ferretur, nisi à toto populo magni
co mitus quæ dicuntur Centuriata. Modum & ordinem iudi yponit in
oratione Pro domo sua, & Plutarchus in Gracchis.*

f Lucretiam insuper. } *Hoc enim auget rem, Lucretiam fuisse: hoc
est, patriam & primariam ciuitatis sceminam.*

g Constitutam scilicet inter illos } *Vergilius in sexto, nouem cir-
culis inferna contineri narrat: in quorum tertio dicit.*

Proxima deinde tenent mœsi loca, qui sibi letum,

Infantes peperere manu lucis, que perosi,

Proseceri animas: quàm uellent æthere in alto

Nunc & pauperiem & duros perferre labores?

Fata obstant, tristiciæ palus inna, ilis unda

Alligat, & nonies Styx inter, sa coarctat.

*Inferarum
nouem cir-
culi.*

h Quod ipsa tantummodo. } *Neque enim alius scire potest, an &
ipsa voluptate aliqua delimita tantè consenserit.*

i Et ideo potest non literatis eius defensoribus. } *Melius sic:
Ideo potest à literatis eius defensoribus, uel à non literatis eius defen-
soribus.*

k Nec omnino inuenitur exitus. } *Dilemma est hoc: Si adulte-
ra, cur laudata: si pudica, cur occisa? Hoc genus argumenti veteres,
qui de rhetorica præceperunt arte, uel infirmatione alterius partis, Antistro-
folui dicunt, uel conuersione, quam αἰτίσ ἐσθῶ vocant. Exempla sunt phe,*

apud Ciceronem in Rhet. Neutrum inueniri posse huic conclusioni exitum Augustinus dicit:

Romani
laudis au-
di,

l Etiā si non secum. } Nam aliena ipsa fuit à consensu turpitudinis.
m Et Rom. mulier. } Romana enim gens auidissima fuit laudis, de
qua dictum est:

Vincit amor patriæ, laudūque immensa cupido.

Quis & ipsa Lucretia, ut Ouid. de ea inquit in Fastis.

Succubuit famæ victa puella metu.

n Si viueret. } Post adulterium in se perpetratum.

o Testimonium conscientia. } Paulus 2 ad Corinth. 1. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra. Idem Stoici & cuncti ex gentibus sapientes dixerunt.

Nullam esse autoritatem, quæ Christianis in qualibet causa ius voluntariæ necis attribuat. CAP. XX.

NEque enim frustra in sanctis canonicis libris nusquam nobis diuinitus præceptum permissumve reperiri potest, ut vel ipsius adipiscendæ immortalitatis, vel vilius carendi cauendive mali causa, nobismetipsis necem inferamus. Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, ubi lex ait: Non occides: præsertim: quia non addidit, proximum tuum: sicut falsum testimonium cum vetaret: Falsum, inquit, testimonium non dices aduersus proximum tuum. Nec ideo tamē si aduersus seipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc crimine se putauerit alienum, quoniam regulam diligēdi proximum à semetipso dilector accepit: quandoquidē scriptum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Porro si falsi testimonij non minus reus est, qui de seipso falsum fatetur, quam si aduersus proximum hoc faceret: cum in eo præcepto, quo falsum testimonium prohibetur, aduersus proximum prohibeatur, possitque non rectē intelligentibus videri non esse prohibitū, ut aduersus seipsum quisquam falsus testis assistat: quanto magis intelligendum est, non licere homini seipsum occidere, cum in eo quod scriptū est: Nō occides: nihilo deinde addito, nullus, nec ipse utique cui præcipitur, intelligitur exceptus? Vnde quidam hoc præceptum etiā in bestias ac pecora conantur extendere, ut ex hoc nullum etiam eorū liceat occidere. Cur nō ergo & herbas, & quicquid humo radicatus alitur ac figitur? Nam & hoc genus rerum, quāuis non sentiat, dicitur tamē viuere: ac per hoc potest & mori: proinde etiam cum vis adhibetur, occidi, Vnde & Aposto-
lus

lus cùm de huiuscemodi seminibus loqueretur: Tu, inquit, quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et in Psal- *Pf. 77.* mo scriptum est: Occidit vites eorum in grandine. Nunquid igitur ob hoc cùm audimus: Non occides, virgultum vellere nefas dicimus, & Manichæorum errori insanissimè acquiescimus? His igitur deliramentis remotis, cùm legimus, Non occides: si propterea non accipimus hoc dictum esse de fructibus: quia nullus est eis sensus: nec de animantibus irrationalibus, volatilibus: natatilibus, ambulatilibus, reptilibus: quia nulla nobis ratione sociantur, quam non eis datum est nobiscum habere communem: vnde iustissima ordinatione creatoris & vita & mors eorum nostris vsibus subditur: restat ergo vt de hominibus intelligamus, quod dictum est, Non occides: non alterum, ergo nec te. Neque enim qui se occidit, aliud quàm hominem occidit.

L. V I V E S.

a **Q** Vanuis non sentiat, dicitur viuere. } *Aristoteles animatos dicit stirpes, & viuentes, insensibiles tamen. Plato ex Empedoclis sententia animales illos ait, & sentientes. Vtrumcunque sit, mori minati, possunt, quia viuunt.*

De interfectionibus hominum, quæ ab homicidij crimine excipiuntur.

CAP. XXI.

Quædam verò exceptiones eadè ipsa diuina fecit auctoritas, vt nõ liceat hominem occidi. Sed his exceptis quos Deus occidi iubet, siue data lege, siue ad personam pro tempore expressa iussione. Non autem ipse occidit, qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius est videnti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum est, Non occides: ^a qui Deo autore bella gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis secundùm eius leges, hoc est, iustissimæ rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solùm non *Abraham,* est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est nomine pietatis, quòd voluit filium nequaquam sceleratè, sed obedienter occidere. Et meritò quæritur, vtrum pro iussu Dei sit habendum, quod ^b Iepte filiam quæ patri occurrit, *Iepte* occidit, cùm se immolaturum Deo id vouisset, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. ^c Nec Sam- *Samson* pson aliter excusatur: quòd seipsum cum hostibus ruina domus oppressit: nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per

illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ Deus specialiter occidi iubet, quisquis hominem vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur.

L. V I V E S.

Qui Deo autore. *Et Iudæi, qui gesserunt quidem bella, sed iubente deseritis verbis Deo. Quod si illi impij sunt habitij, quod ut Deo parerent contra humanitatem omnem bellum & eadem hostibus attulerunt, profecto non possumus nos non esse omnium maxime impij, qui tam multa millia etiam Christianorum vetante Deo contrucidemus.*
b Iepte. *Iud. II. cuius factum simile videtur ei quod de Agamemnone scribunt Tragici qui in Aulide filiam Iphigeniam immolauit Diana. Iepte sacrificium multi reprobant: nam votum de his rebus, que solent immolari cum bona Dei gratia, erat interpretandum, ut illud quoque Agamemnonis.*

c Nec Sampson *Iudicum de imo sexto.*

Quod nunquam possit mors voluntaria ad magnitudinem animi pertinere.

CAP. XXII.

Et quicumque hoc in seipsis perpetrauerunt, animi magnitudine fortasse mirandi, non sapientiæ sanitate laudandi sunt. Quanquam si rationem diligentius consulas, nec ipsa quidem animi magnitudo rectè nominatur, vbi quisque non valendo tolerare, vel quæque aspera, vel aliena peccata, se ipsū interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur, quæ ferre non potest, vel duram sui corporis feruitutem, vel stultam vulgi opinionem. Maiorque animus merito dicendus est, qui vitam ærumnosam magis potest ferre, quàm fugere, & humanum iudicium maxime vulgare, quod plerunque caligine erroris inuoluitur, præ conscientie luce ac puritate continere. Quamobrem si magno animo fieri putandum est, cum sibi homo ingerit mortem, ille potius Cleombrotus in hac animi magnitudine reperitur: quæ ferunt lecto Platonis libro, vbi de immortalitate animæ disputauit, se præcipitem dedisse de muro, atque ita ex hac vita migrasse ad eam, quam credidit esse meliorem. Nihil enim urgebat aut calamitatis, aut criminis, seu verum, seu falsum, quod non valendo ferre se auferret, sed ad capessendam mortem, atque ad huius vitæ suauia vincula rumpenda sola affuit animi magnitudo. Quod tamen magnè potius factum esset quàm

quàm bene, testis ei potuit esse Plato ipse, quem legerat : qui profectò id præcipuè potissimùmque fecisset, vel etiam fieri præcepisset, nisi ea mente qua immortalitatem animæ vidit, nequaquam faciendum, quin etiam prohibendum esse iudicaret.

L. V I V E S.

a **Q**uod plerunq; caligine erroris. } *Populum sapientes olim magnum erroris magistrum solus sunt appellare.*

b Theobrotus. } *Legendum Cleombrotus. Hic fuit Ambraciota, qui lectus Platonis Phedone de immortalitate animæ, ut ex hac vita, quæ est velut mors quædam, ad immortalitatem migraret, è muro se in mare d. dit præcipitem, cum nihil ei mali contigisset. Cicero est autor in primo Tusculanarum. In eum extat epigramma Callimachi Græcum.*

Latine memini me legere:

Ita vale, muro præceptus delapsus ab alto

Dixisti moriens Ambraciota puer:

Nullum in morte malum credens: sed scripta Platonis,

Non ita erant animo percipienda tuo.

Fuit et alius Cleombrotus Lacedæmoniorum rex, quem Epaminondas Thebanus vicit.

c Quinetiam prohibendum. } *Et quidem in eodem Phedone in principio, nefas esse dicit homine sibi nec manus afferre: nec aliter irasci Deum si id fiat, quàm dominum, si quod se mancipiorum occiderit: aliisque multis in locis ait migrare ex hac vita nulli hominum licere in iussu Dei. Sumus enim hic omnes velut in acie, loco unicuique suo ab imperatore Domino assignato: maiorique supplicio afficiendum desertorem vite, quàm desertorem militiæ.*

Quale exemplum sit Catonis, qui victoriã Cæsaris non ferens, se interemit.

C A P. X X I I I.

AT enim multi se interemerunt, ne in manus hostium peruenirent. Non modò querimus vtrum sit factum, sed vtrum fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteposenda est, cui quidem & exempla concordant: sed illa quæ tantò digniora sunt imitatione, quantò excellentiora pietate. Non fecerunt Patriarche, non Prophete, non Apostoli: quia & ipse dominus Christus, quando eos in persecutionem paterentur, fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem, potuit admonere ut sibi manus inferrent, ne in manus persecutorum peruenirent. Porro si hoc ille non

iussit, aut monuit, vt hoc modo sui ex hac vita migrarent, quibus migrantibus mansiones æternas se præparaturum esse promisit, quælibet exempla opponant gentes quæ ignorant Deum, manifestum est hoc non licere coeptibus vnum verum Deum. Sed tamē illi etiā præter Lucretiā, de qua supra satis quod videbatur diximus, non faciliè reperiunt de cuius autoritate præscribant, nisi illum Catonem, qui se Vtiçæ occidit: ^b non quia solus id fecit, sed quia ^c vir doctus ^d & probus habebatur, vt meritò putaretur recte etiam fieri potuisse vel posse quod fecit. De cuius facto quid potissimum dicam, nisi quòd amici eius etiam ^e docti quidam viri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant, imbecillioris quàm fortioris animi facinus esse censuerunt? quo demonstraretur non honestas turpia præcauens, sed infirmitas aduersa non sustinens. ^f Hoc & ipse Cato in suo charissimo filio indicauit. Nam si turpe erat sub victoria Cæsaris viuere, cur autor huius turpitudinis pater filio fuit, quem de Cæsaris benignitate omnia sperare præcepit? Cur non & illum secum coegit ad mortē? ^g Nam si eum filium qui contra imperium in hostem pugauerat etiam victorem, laudabiliter Torquatus occidit, cur victus victo filio pepercit Cato, qui non pepercit sibi? An turpius erat contra imperium esse victorem, quàm contra decus ferre victorem? Nullo modo igitur Cato turpe esse iudicauit sub victore Cæsare viuere, alioquin ab hac turpitudine paterno ferro filium liberaret. Quid est ergo, nisi quòd filiū quantum amauit, cui parci a Cæsare & sperauit & voluit, tantum gloriæ ipsius Cæsaris, ^h ne ab illò etiam sibi parceretur, ⁱ vt ipse Cæsar dixisse fertur, inuidit: aut vt aliquid nos mitius dicamus, erubuit?

L. V I V E S.

Catonēs.

Nisi illum Catonem } Catonēs sunt ex gente Porcia è Tusculo Latinorum oppido oriunda. Primus qui in ea gente Cato, hoc est cautus & prudens est dictus, fuit M. Porcius, homo nouus, sed maximos honores asequutus, consulatum, censuram, triumphum. Huius pronepos fuit M. Porcius Cato, vterque maximus & innocentissimus vir. ille M. i. r. hic Minor appellatus est. Minor prætorius adhuc bello civili Pompeiano, Pompeij, hoc est, ipsius reip. & libertatis partes aduersus C. Cæsaris tyrannidem secutus est: victo ad Pharsaliam à Cæsare Pompeio, & in Africa Scipione Metello Pompei socero, ipse fracta fortuna partium, cum omnia superata esse à Cæsare videret

videret, *Vtica*, que ciuitas est in *Africa*, perlecto prius bis eadem ipse nocte *Platonis Phadone De anima immortalitate*, gladio se transfixit.

b Non quia solus. } Nam a'ij aliis bellis permultis se occiderant, ne potestatem sui hostibus facerent. Et in eodem ciuili *Scipio, Metellus, & Afranius, & Iuba rex* se interemerunt.

c Vir doctus. } *Stoicus & Græcæ sapientia callentissimus.*

d Et probus. } *Catonis utriusq; & innocentia & sapientia etiam in Catonum prouerbum abierunt. Vnde & illud apud Iuuenalem: sanctitas.*

Tertius è calo cecidit Cato.

Hunc Catonem sic ad Viniciū describit Velleius Paterculus: Hic genitus proauo M. Catone principe illo familie Porcie, homo virtuti simillimus, & per omnia ingenio diu quam hominibus propior: qui nunquam rectè fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non poterat, cuiq; id solum visum est rationem habere, quod haberet iustitiam: omnibus humanis vitiis immunis, semper fortunam in sua potestate habuit. Hæc Velleius, ut & Seneca, & Lucanū, & Ciceronis, & Salustij, aliorūque amplissima de Catone testimonia prætermittam.

e Docti quidam. } *Vtica cum Catone dicuntur fuisse Apollonides Stoicus, & Demetrius Peripateticus, & Cleantes Medicus. Nam Cato Græcos philosophos multum in comitatu habebat, quantumque oderat eos proauus, tantum dilexit pronepos. Et nocte qua se occidit, Plutarchus refert, disputationem super cænam ortam de his rebus, que ad veram hominis libertatem pertinerent: in qua Demetrius multa dixisset aduersus ea que constantissimè affirmabat Cato, de laude eorum qui se occiderent, aded ut suspicionem aliis faceret, eum sua se manu statuisse tollere.*

f Hoc & ipse. } *Plutarchus scribit, cum Cesar Vticam accessisset, Catonem eos, quos sicū habebat nauigio dimisisse, suasisseque vehementer filio, ut & ipse cum aliis nauigaret, qui nunquam adduci potuit, ut patrem relinqueret. Huic si iuueni Cesar, ut *Liuius lib. cxiiij.* & Cesar ipse *Catonis* in bello *Africo* scribunt, ignouit: fuitque in *Venere* intemperans, ut *Plutarchus* in *uita patris* tradit. Sed pro patria in acie *Philippi*: si in partibus *M. Bruti* consobrini sui fortiter pugnans interiit, nec excedere ex acie voluit fugientibus iam primoribus.*

g Nam si eum filium. } *T. Manlius Torquatus consul, filium, quod Manlius contra edictum pugnaverat, tamen si prosperè, securi percussus: de hoc Torquatus alibi.*

h Ne ab illo. } *Catonem tradit Plutarchus, nec voluisse quicquam à Casa. e petere, nec pro se peti permisisse.*

i Ut ipse Cesar. } *Nota est illa Cesaris vox ad nuntium mortis*

Catonis: Inuideo Cato gloriae tuae. nam & tu inuidisti meae: ne inter caetera mea praecclare facti numeraretur & illud, me Catonem seruasse. Libros scripsit Caesar Antonines duos contra Catonem, ut Cicero ipse & Suetonius meminerunt. Ea volumina vir clarissimus Cardinalis Leodiensis confirmauit se in antiqua quadam bibliotheca Leodij uidisse, & curaturum ut ad me mitterentur. Quod si fecerit, non inuidebo studiosis hominibus lectionem eorum.

Quòd in ea uirtute, qua Regulus Catone praestantior fuit, multò magis eminent Chriſtiani. CAP. XXXIII.

Nolunt autem isti contra quos agimus, ut sanctum virum Iob, qui tam horrenda mala^a in sua carne perpeti maluit, quàm illata sibi morte omnibus carere cruciatibus: vel alios sanctos ex nostris literis summa auctoritate celsissimis, fidèque dignissimis, qui captiuitatem dominationemque hostium ferre, quàm sibi necem inferre maluerunt, Catoni praeferamus: sed ex literis eorum, eidem illi Marco Catoni Marcum Regulum praeferamus. Cato enim nunquam Cesarem vicerat, cui victus dedignatus est subiici, & ne subiiceretur, à seipso elegit occidi: Regulus autem Pœnos iam vicerat, imperiòque Romano Romanus imperator non ex ciuibus dolendam, sed ex hostibus laudandam victoriam reportauerat: ab eis tamen postea victus, maluit eos ferre seruiendo, quàm eis se auferre moriendo. Proinde serauit & sub Carthaginensium dominatione patientiam, & in Romanorum dilectione constantiam: nec victum auferens corpus ab hostibus, nec inuictum animum à ciuibus. Nec quòd se occidere noluit, vitæ huius amore fecit. Hoc probauit, cum causa promissi iurisque iurandi ad eosdem hostes, quos grauius in senatu verbis, quàm in bello armis offenderat, sine vlla dubitatione remeauit. Tantus itaque vitæ huius contemptor, cum saeuientibus hostibus, per quolibet pœnas eam finire, quàm se ipse perimere maluit, magnum scelus esse, si homo se interimat, proculdubio iudicauit. Inter omnes suos laudabiles, & virtutum insignibus illustres viros non proferunt Romani meliorem, quem neque fœlicitas corrumperit, nam in tanta victoria^b pauperrimus permansit, nec infœlicitas fregerit: nam ad tanta exitia reuertit intrepidus. Porrò si fortissimi & praeclearissimi viri terrenæ patriæ defensores, deorùmque licet falsorum, non tamen fallaces cultores, sed veracissimi etiam iuratores, qui hostes vi-

Etos more ac iure belli ferire potuerunt, hi ab hostibus victi seipfos ferire noluerunt, & cum mortem minimè formidarent, victores tamen dominos ferre, quàm eam sibi inferre maluerunt: quantò magis Christiani verum Deum colentes, & supernæ patriæ suspirantes, ab hoc facinore temperabunt, si eos diuina dispositio vel probādos, vel emendādos ad tempus hostibus subiugauerit, quos in illa humilitate non deserit, qui propter eos tam humiliter venit Altissimus: ^c præfertim quos nullius militaris potestatis, vel talis militiæ iura constringunt, ipsum hostem ferire superatum?


L. V I V E S.

a **I**N sua carne. *Ulcere enim pessimo est afflicus,*
 b **P**auperrimus. *Luius libro 18 & Valerius in Exemplis de paupertate. Cum Attilius prorogatum in proximum annum impernum cognouisset, consulibus de successore sibi mittendo scripsit. Inter causas cur prouinciam illet decedere illam attulit præcipuam, quòd a ellus suus septem iugerum, qui in solum habebat, à mercenario vastaretur, quòd si ita pegeret facere, non fore unde uxor & liberi sui alerentur: senatus dato adhibus negotio, patrimonio Attilij prospexit.*

c **P**ræfertim quos. *Alienam facit hanc pugnandi rationem à Christiana pietate, id est, inhumanitatem sensissimam à mansuetissima humanitate.*

Quòd peccatum non per peccatum debeat declinari.

C A P. X X V.

 Vis ergo tam malus error obrepit, ut homo se occidat, vel quia in eum peccauit, vel ne in eum peccet inimicus, cum vel peccatorem vel peccaturum ipsum occidere non audeat inimicum? At enim timendum est & canendum, ne libidini hostili subditum corpus illecebrofissima voluptate animum alliciat consentire peccato. Proinde, inquit, uò iam propter alienum, sed propter suum peccatum, antequam hoc quisque committat, se debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciet animus, ut consentiat libidini carnis suæ, aliena libidine concitata, qui Deo potius eiusque sapientiæ, quàm corporis concupiscentiæ subiectus est. Verum tamen si detestabile facinus & damabile scelus est etiam seipsum hominem occidere, sicut veritas manifesta proclamat, quis ita desipiat, ut dicat: Iam nunc peccemus, ne postea forte peccemus: iam

nunc perpetremus homicidium, ne fortè postea incidamus in adulterium? Nónne si tantum dominatur iniquitas, vt non innocentia, sed potius peccata eligantur, fatius est incertum de futuro adulterium, quàm certum de præfenti homicidium? Nónne fatius est flagitium cõmittre, quod pœnitendo sanetur, quàm tale facinus vbi locus salubristalis pœnitentiæ non relinquitur? Hæc dixi propter eos vel eas, quæ nõ alieni, sed proprij peccati deuitandi causa, ne sub alterius libidine etiam excitatæ, suæ forte consentiant, vim sibi qua moriantur inferendam putant. Cæterùm absit à mête Christiana, quæ in deo suo fidit, in eõq; spe posita, eius adiutorio nititur: absit, inquã, vt mens talis quibulibet carnis voluptatibus ad consensum turpitudinis cedat. ^a Quodd si illa concupiscentialis inobedientia, quæ adhuc in membris ^b moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem quasi lege sua mouetur: quantò magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis?

L. V I V E S.

^a **Q**uod si illa concupiscentialis. *Monetur enim ex se libidinis corporis etiam voluntate resistente ac repugnante. hinc victa voluntate à carne, nascitur pudor: vt aliàs dicitur fufius.*

^b **M**oribundis. *Membra hæc nostra morti subdita quotidie moriuntur, & tamen vitam quandam videntur per se habere aliam à vita animi: quantò magis absq; culpa est, si motus illi libidinis inter dormiendum excitantur sine culpa, quia natura illos agit absque assensu voluntatis, quantò minus erunt sine culpa, vbi non solum quiescit voluntas, sicut in somno, verum etiam aduersatur, & obsistit?*

De his quæ fieri non licet, cùm à sanctis facta noscuntur, quæ ratione facta credenda sint. CAP. XXVI.

Sed quædam, inquiunt, sanctæ fœminæ tempore persecutionis, vt insectatores suæ pudicitæ deuitarent, in rapturum atque necaturum se flumen proiecerunt: eoque modo defunctæ sunt, earumque martyria in catholica ecclesia veneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temerè audèo iudicare. Vtrum enim ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, vt earum memoriam sic honoret, diuina persuaferit autoritas, nescio, & fieri potest vt ita sit. Quid si enim hoc fecerunt non humanitus deceptræ, sed diuinitus iussæ: nec errantes, sed obediētes: sicut de Sampsonè aliud nobis fas non est credere?

Cùm

Cum autem Deus iubet, seq. iubere sine vllis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset? Sed nō ideo sine scelere facit, quisquis Deo immolare filiū decreuerit, quia hoc Abrahā etiam laudabiliter fecit. Nam & miles cum obediens potestati sub qua legitimē constitutus est, hominem occidit, nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij: imò nisi fecerit, reus est imperij deserti atque contempti. Quòd si sua spōte atque autoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque vnde punitur si fecerit iniussus, inde punietur nisi fecerit iussus. Quòd si ita est iubente imperatore, quātò magis iubēte creatore? **Qui** ergo audit non licere se occidere, faciat si iussit cuius non licet iussa contemnere. Tantummodo videat, vtrum diuina iussio nullo nutet incerto. ^bNos per aurem conscientiam conuenimus, occultorum nobis iudicium non vsurpamus. Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias tēporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quem non polluebat alienum: neminē propter sua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus est, vt possint pœnitēdo sanari. Neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.

L. VIVES.

S Ed quædam inquirunt. *¶ Pelagiam scribit Ambrosius libr. iij. De Pelagia, virgibus, cum matre & sororibus precipitem se dedisse in flumē, ne à persequenti milite violaretur: eam tamen, vt idem inquit, martyrum numero ecclesia ascripsit. Item Sophroniam, quæ se occidit, ne Sophroniam à Maxentio Casare pateretur: vt Eusebius in Ecclesiastica historia perhibet.*

b Nos per aurem. *¶ Ab exterioribus iudicium de interioribus facimus: in occulta enim acies nostra non penetrat.*

An propter declinationem peccati mors spontanea appetenda sit

CAP. XXVII.

R Estat vna causa, de qua dicere cœperam, qua vtile putatur vt se quisquam occidat, scilicet ne in peccatum irruat, vel blandiente voluptate, vel dolore sequente. Quam causam si voluerimus admittere, eò vsque progressa

perueniet, vt hortandi sint homines tunc se potius interimere, cùm lauacro sanctæ regenerationis abluti, vniuersorum remissionem acceperint peccatorum. Tunc enim tempus est cauendi omnia futura peccata, cùm omnia sunt deleta præterita, quòd si morte spontanea rectè sit, cur non tunc potissimum sit? Cur baptizatus sibi quisque parcat? Cur liberatum caput tot rursus vitæ huius periculis inferit, cùm sit facillimæ potestatis illata sibi nece omnia deuitare, scriptumque sit. Qui amat periculum, incidit in illud? Cur ergo amantur tot & tanta pericula, vel certè etiam si non amantur, suscipiuntur? Cur manet in hac vita, cui abscedere licitum est? An verò tam insulsa pueritas cor euertit, & à consideratione veritatis auertit: vt si se quisquam interimere debeat, ne vnus captiuantis dominatu corruat in peccatum, viuendum sibi existimet, vt ipsum perferat mundum per omnes horas tentationibus plenum, & talibus qualis sub vno domino formidatur, & innumerabilibus cæteris, sine quibus hæc vita non ducitur? Quid igitur causæ est, cur in eis exhortationibus tempora cõsumamus: ^a quibus baptizatos alloquendo studeamus accendere, ^b siue ad virginalem integritatem, siue ad continentiam vidualem, siue ad ipsam thori coniugalis fidem, cùm habeamus meliora, & ab omnibus peccandi periculis remota compendia, vt quibuscunque post remissionem recentissimam peccatorum, ad arripiendam mortem, sibi que ingerendam persuadere potuerimus, eos ad dominum saniores purioresque mittamus? Porro si quisquis hoc aggrediendum atque persuadendum putat, non dico desipit, sed insanit, qua tandem fronte homini dicit: Interfice te, ne paruis tuis peccatis adicias grauius, dum viuis sub domino barbaris moribus impudico, qui non potest nisi sceleratissimè dicere: Interfice te, peccatis tuis omnibus absolutis, ne rursus talia vel etiam peiora committas, dum viuis in mundo tot impuris voluptatibus illecebroso, tot nefandis crudelitatibus furioso, ^c tot erroribus & terroribus inimico? Hoc quia nefas est dicere, nefas est profectò se occidere. ^d Nã si hoc sponte faciendi vlla causa iusta esse posset: Quia verò nec ista est, ergo nulla est. Non itaque vobis, ô fideles Christi, sit tædio vita vestra, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Habetis magnam veramque consolationem, si fidam conscientiam retinetis, non vos consensisse peccatis eorum, qui in vos peccare permitti sunt.

L. VIVES.

Quibus baptizatos alloquendo. *Ne quis fallatur hoc loco, nemo olim sacro admittatur baptisterio, nisi aduirta iam etate, & cum idem ipse & sciret quid sibi mystica illa vellet aqua & se abluere illa peteret, nec semel peteret. Cuius rei imaginem adhuc in nostris infantium baptismis videmus. Nam rogatur etiam, num infans eo die natus, vel pridie, velit ne baptizari, idque ter: pro quo susceptores respondent, velle. Audio in quibusdam Italiae urbibus morem veterem magna ex parte adhuc conseruari hæc dicta sunt mihi tantum, ut Augustini sensus fiat apertior.*

b Stue ad virginalem. *Tangit tres status bene viuentiũ in ecclesia.*

c Tot erroribus & terroribus. *Septimi casus.*

d Nam si hoc (ponte). *Clausulus in commodus arguendi modus per repugnantiam, cum sublato annexo, & id quoque cui annexum est, necesse est auferri. meminit in Topicis Cicero,*

Quo iudicio Dei in corpora continentium libido hostilis
peccare permissa sit.

CAP. XXVIII.

Vod si fortè cur permissi sint quæritis, alta quidem est prouidentia creatoris mundi atque rectoris, & inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Veruntamen interrogate fideliter animas vestras, ne fortè de isto integritatis & continentiae vel pudicitiae bono vos inflatus extulistis, & humanis laudibus delectatae, in hoc etiam aliquibus inuidistis? Non accuso quod nescio, nec audio quod vobis interrogata corda vestra respondent. Tamen si ita esse responderint, nolite mirari hoc vos amisisse, vnde hominibus placere gestiistis: illud vobis remansisse, quod ostendi hominibus non potest. Si peccantibus non consensistis diuinæ gratiæ, ne amitteretur, diuinum accessit auxilium: humanæ gloriæ, ne amaretur, humanum successit opprobrium. In utroque consolamini pusillanimes: illinc probatae, hinc castigatae: illinc iustificatae, hinc emendatae. Quarum verò corda interrogata respondēt, nunquam se de bono virginitatis vel viduitatis vel coniugalis pudicitiae superbisse, sed humilibus consentiendo, de dono dei cum tremore exultasse, nec inuidisse cuiquam paræ excellentiam sanctitatis & castitatis: sed humana laude postposita, quæ tantò maior deferri solet, quantò est bonum rarius, quod exigit laudem, optasse potius, ut earum amplior numerus esset,

quàm vt ipsæ in paucitate amplius emerent. Nec istæ, quidē que tales sunt, si earū quoque aliquas barbarica libido cōpres sit, permillum hoc esse^f causentur: neq̄ ideo credant Deum ista negligere, quia permittit quod nemo impunē committit. Quædam enim velut pondera malarum cupiditatum, & per occultum præsens diuinum iudicium relaxantur, & quædam manifesto vltimo reseruantur. Fortassis autem istæ, quæ bene sibi sunt conscia, non se ex isto castitatis bono cor inflatum extulisse, & tamen vim hostilem in carne perpeffæ sunt, habebant aliquid latentis infirmitatis, quæ posset in superbiæ factum, ^ssi hanc humilitatem in vastatione illa euassissent, extolli. ^hSicut ergo quidam morte rapti sunt, ne malitia mutaret intellectum eorum, itaⁱ quidam ab istis vi raptum est, ne prosperitas mutaret modestiam earum. Vtrisque igitur quæ de carne sua, quòd turpem nullius essent perpeffæ contactum, vel iam superbiebant, vel superbire, si nec hostium violentia contrectatæ essent, forsitan poterant: non ablata est castitas, sed humilitas persuasa. Illarum tumori occursum est^k immanenti, istarum occursum est imminente. Quanquam & illud non sit tacendum, quòd quibusdam quæ ista perpeffæ sunt, potuit videri continentia bonum in bonis corporalibus deputandum: & tunc manere, si nullius libidine corpus attrecta retur: non autem esse positum in solo adiuto diuinitus robore voluntatis, vt sit sanctum & corpus & spiritus: nec tale bonum esse, quod inuito animo non possit auferri. Qui error eis fortasse sublatus est. Cùm enim cogitant qua conscientia Deo seruiert. & fide inconcussa non de illo sentiunt, quòd ita sibi seruiertes, eumque ita inuocantes deserere vllò modo potuerit, quantumque illi castitas placeat, dubitare non possunt, vident esse consequens, nequaquam illum fuisse permillum, vt hæc acciderent sanctis suis, si eo modo perire posset sanctitas, quam contulit & diligit in eis.

L. VIVES.

ET inuestigabiles. } Sic enim vulgò legitur ad Romanos vndecimo. pro contrario, id est, minimè inuestigabiles. Inuestigabilia enim sunt ea, quæ vestigando inueniuntur: via autem domini humana mentis inuestigari non possunt. Græce ἀνεξιχνίασται ὁ δὸς αὐτοῦ.

b Hoc vos amisisse. } Famam & integrum nomen amisisse, pudicitiam retinuisse.

c Placere gestiistis. } Hoc est, placere cupiistis.

d Sed humilibus cōsentiendo. } *Ad Rom. 12. Non altum sapien-*
tes, sed humilibus consentientes. ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς σὺνταπεινῶσι.

e Cum tremore exultasse. } *Psal. 2. Servite domino in timore, &*
exultate ei cum tremore.

f Causentur. } *Non in eo significatu quo nunc philosophi in scholis, id*
est, causa sint, sed causam afferant: ut apud Vergil.

Causando nostros in longum ducis amores.

g Si hanc humilitatem. } *Puto hic accipi pro humiliatione, qua*
quis deicitur calamitate aliqua, nisi quis malis legere: Quæ posset in
superbie factum si hanc humilitatem in vastatione illa enassissent, exc-
tollere.

h Sicut ergo quidam. } *Verba sunt Sapientie quarto, de Enoch:*
sed hic non de illo intelligendum: nam is vivens ad dominum translatus
est sed de aliis, qui mortui sunt, & ad dominum è vita traducti eadem
causa, quæ ille vivens assumptus.

i Quidam. } *Et erat pudor dicere, quid illud sit.*

k Immanenti. } *Non ut philosophi, id est, per aliquod tempus mo-*
ranti, sed iam intus manenti: quod verbum posuit Augustinus, figu-
ram agnominis captans in illis duobus, immanens & imminens, Agnomi-
quod in aliis multis facit. natio.

Quid familia Christi respondere debeat infidelibus cùm exprobant
 quòd eam in furore hostium non liberauerit Christus.

CAP. XXIX.

Habet itaque omnis familia summi & veri Dei con-
 solationem suam, non fallacem, nec in spe rerum nu-
 tantium vel labentium cōstitutam, vitamque etiam
 ipsam temporalem minimè pœnitendam, in qua eruditur ad
 æternam bonisque terrenis tanquam peregrina vititur, nec
 capitur, malis autem aut probatur, aut emendatur. Illi
 verò qui probitati eius insultant, eique dicunt, cùm fortè
 in aliqua temporalia mala de venerit: ^a ubi est Deus tuus?
 Ipsi dicant: Vbi sint dii eorum, quum talia patiuntur? pro
 quibus euitandis eos vel colunt, vel colendos esse contē-
 dunt? Nam ista respondet: Deus meus vbique præsens est,
 vbique totus, nusquam inclusus: qui possit adesse secretus,
 abesse non motus. Ille cùm aduersis rebus exagitat, aut meri-
 ta examinat, aut peccata castigat, mercedemque mihi æter-
 nam pro toleratis piè malis temporalibus seruat. Vos autem
 qui estis, cum quibus loqui dignum sit, saltem de diis vestris,
 quantò minus de Deo meo, qui ^b terribilis est super omnes

deos: quoniam omnes dii gentium demonia, Dominus autem
caelos fecit.

L. V I V E S.

a **V**bi est Deus tuus? } *Psal. 41. Fuerunt mihi lachryma mea: pa-
nes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus?*

b **Q**ui terribilis. } *Psalmo nonagesimo quinto,*

Quod pudendis prosperitatibus affluere velint qui de Chri-
stianis temporibus conueruntur.

C A P. . X X X.

a **S**I Nasica ille Scipio vester quondam pontifex vi-
ueret, quem sub terrore belli Punici in suscipien-
dis Phrygiis sacris, cum vir optimus quaereretur,
vniuersus senatus elegit, cuius os fortasse non auderetis as-
picere, ipse vos ab hac impudentia cohiberet. Cur enim af-
flicti rebus aduersis de temporibus querimini Christianis, ni-
si quia vestram luxuriam cupitis habere securam, & perditis
simis moribus remota omni molestiarum asperitate diffue-
re. Neque enim propterea cupitis habere pacem, & omni ge-
nere copiarum abundare, vt his bonis honeste vtamini, hoc
est modestè, sobriè, temperanter, pie, sed vt infinita varietas
voluptatum insanis effusionibus exquiratur: secundisque re-
bus ea mala oriantur in moribus, quae saeuientibus peiora sint
hostibus. ^b At ille Scipio pontifex maximus vester, ille iudi-
cio totius senatus vir optimus, istam vobis metuens calami-
tatem, nolebat æmulam tunc imperij Romani Carthaginem
dirui, & decernenti, vt dirueretur contradicebat Catoni, ti-
mens infirmis animis hostem, securitatem: ^c & tanquam pu-
pillis ciuibus idoneum tutorem, necessarium videns esse ter-
rorem. Nec eum sententia fefellit, re ipsa probatum est, quam
verum diceret. ^d Deleta quippe Carthagine, magno scilicet
terrore Romanæ reipublicæ depulso & extincto, tanta de re-
bus prosperis orta mala continuo subsequuta sunt, vt erupta
diruptaque concordia, prius sauis ^e cruentisque seditionibus,
deinde mox ^f malarum connexionem causarum, bellis etiam
ciuilibus tantæ strages æderentur, tantus sanguis effunderetur,
tanta cupiditate proscriptionum ac rapinarum ferueret
immanitas, vt Romani illi qui vita integriore mala metue-
bant ab hostibus, perdita integritate vitæ, crudeliora paterentur
a ciuibus, eaque ipsa libido dominandi, quæ inter alia vi-
tia generis humani immoderatio inerat vniuerso populo
Romano,

Romano, posteaquam in paucis potentioribus vicit, obtritos, fatigatosque cæteros etiam iugo seruitutis oppressit.

L. VIVES.

a **SIN**astica. } Filius fuit hic Gnei Cornelij Scipionis, qui cum P. Scipio fratre in Hispania ab Afris interemptus est, bello Punico secundo, eius belli anno xiiij. cum à decem viris librorum Sibyllinorum carmen esset inter Sibyllina inuentum, fore ut hostes ex Italia pellerentur, si mater deum ex Pesinunte ciuitate Phrygia Romam afferretur, legati sunt ad Attalum missi, qui tum ibi regnabat, ut senatus & pop. nomine matrem deum ab eo peterent. In via Delphicum Apollinem legati conuenere, sciscitantes ecquid spei possent de impetranda matre deum ab Attalo habere. Oraculo bonum sunt animum habere iussu, impetraturos ab Attalo quod peterent: ceterum curarent, ne ab optimo totius ciuitatis viro Roma exciperetur. Cum iam ergo Ostiam appulisset nauis, cum simulachro dea, à iuratis patribus de optimo ciuitatis viro sententias dicere. P. Cornelius Scipio Nastica adolescens, nec dum questura primo dignitatu gradu functus, vir optimus iudicatus est, qui & sacra ex S. C. excepit. *Liuius lib. xxix. & alij permulti.*

b **A**ttille Scipio. } Anno ab Vrbe condita D. C. cum legati Rom. Belli Punico Carthaginem iuerant, renunciaissent ingentem se naualis materiae vim Carthagine inuenisse, consultatum est in senatu de bello Carthagini ex suspitione inferendo M. Porcius Cato censorius, ut securus aliquando tandem viueret pop. Ro. non modò bellum Carthagini faciendū esse censebat sed omnino excid. ndū terrorem. Nastica d. quo sum locutus, nolebat nimio otio po. Rom. luxuriare, & diffluere: volebat aliquid esse, quod velut frenum esset effusa multorum virorum libidini, ideo non modò non esse delendam Carthaginem, sed ne bellum quidem sine legitima & magna causa inferendum ducebat, *Liuius & alij.*

c Et tanquam pupillus ciuibus. } Appium Claudium dicere solitum scribit Valerius, melius popul. Rom. negotium quàm otium commendari: quòd is po. nimia quiete in desidiam resoluatur, & negotium nomen horridum ciuitatis Roman. morès in suo statu continuit, blanda appellationis quies plurimis vitis infecit. *Negotium quam otium*

d **D**eleta quippe Carthagine. } Salustius in bello Iugur. nam ante Carthaginem deletam pop. & senatus Rom. placidè modèstèque remp. inter se tractabāt: neque gloriæ certamē, neque dominationis inter ciues erat, metus hostis in bonis artibus ciuitatem continebat. sed ubi illa for- *Rom e- lius. m*

mido à mentibus discessit, scilicet ea quæ res secunda amant, lasciuia atque superbia incessere.

e Cruentisque seditionibus. & Tiberij Gracchi, deinde C. fratris, in quibus primùm vsque ad sanguinem ciuilem ventum est, quorum prior fuit decem annis post delatam Carthaginem.

f Malarum connexionè causarum. & Nam ex seditione C. Gracchi ortus est tribunatus Livi Drusi, quem patres equitibus, qui ex lege Gracchi iudicabant, opposuerunt. Ex hoc bellum sociale, quòd promissa à Lio Druso ciuitas non præstaretur: ex hoc Mithridaticum, cum Mithridates rex Ponti confusus discordiæ Italia multa ciuium millia quæ in suo regno negociabantur iussit interfici. Ex hoc bella ciuilia Mariana, cum Marius prouinciam & bellum Mithridaticum L. Sylla uellet eripere. Ex huius seminibus Sertorianum, Lepidanum, coniuratio Catulinæ, postremò Pompeianum. Hinc Cesaris regnum, quo occiso bella ciuilia, Antonianum, Philippense Bruti & Casij: Siculum Sexti Pompeij, Aeliacum. Tandem res publica in monarchiam & tyrannidem uersa est.

Quibus vitiorum gradibus aucta sit in Romanis cupido regnandi.

C A P. X X X I.

NAm quando illa quiesceret in superbissimis mentibus, donec continuatis honoribus ad potestatem regiam perueniret? Honorum porrò continuandorum facultas non esset, nisi ambitio præualeret. Minimè autem præualeret ambitio, nisi in populo auaritia luxuriæque corrupto. Auarus verò luxuriosusque populus secundis rebus effectus est, quas Nasica ille prouidentissimè cauèdas esse censebat, quando ciuitatem hostium maximam, fortissimã, opulentissimãmq; nolebat auferri: ut timore libido premeretur: libido pressa non luxuriaretur, luxuriãq; cohibita nec auaritia grassaretur. Quibus vitiis obseratis: ciuitati utilis virtus floreret & cresceret, eiq; virtuti libertas cõgrua permaneret. Hinc etiam erat, & ex hac prouidentissima patriæ charitate ueniebat, quod idè ipse uester p̄t̄ifex maximus à senatu temporis illius, quod sæpe dicendum est electus, sine vlla sententiarum discrepantia vir optimus^a caueam theatri senatum cõstruere molientem, ab hac dispositione & cupiditate compescuit: persuasitque oratione grauissima ne^b Græcã luxuriã virilibus patriæ moribus pateretur obrepere, & ad virtutem labefactandum eneruandãmq; Romanam peregrinẽ consentire nequitia: tãtũmq; autoritate ualuit, ut eius uerbis com-

Bella ciuilia.

motā senatoria prouidentia etiā subsellia quibus^c ad horam congestis in ludorum spectaculo iam vti ciuitas cœperat, deinceps prohiberet apponi. Quanto studio iste ab vrbe Roma ludos ipsos scenicos abstulisset, si autoritati eorum, quos deos putabat, resistere auderet, quos esse noxios dæmōnes nō intelligebat: aut si intelligebat, placandos etiam ipse potius, quā cōtēnendos deos existimabat. Nōdū enim fuerat declarata gētibus superna doctrina, quæ fide cor mundās ad cęlestia vel supercęlestia capessenda, humili pietate humanū mutaret affectum, & à dominatu superborū dæmonum liberaret.

L. V I V E S.

a **C**AUEAM theatri. } *Liuius lib. xlviij. & Valerius De instit. Theatrum Antiquis Vale. Messala & Cassius censores theatrum faciendum locauerant, in quo populus Ro. sedens spectaret ludos. Nāscia id ne fieret in senatu obtinuit, tanquam publicis moribus nociturum. Ita S. C. totus ille theatricus apparatus destructus est, cautūque eodem S. C. ne quis in vrbe aut propius mille passus subsellia imponeret, sedensue ludos spectaret. P. nullo ante Punicum bellum tertium pop. Ro. per aliquot annos spectauit stans vsque ad deletam Corinthum, quo tempore L. Mummius ludis, quos in triūpho fecit theatrum erexit. sed temporarium. Primum mansurum theatrum Pompeius Magnus Romę extruxit lapide quadrato, auctore Corn. Tacito lib. xiiij. ad exemplum illius quod Mitylenis viderat bello Mithridatico.*

a **C**AUEA. } *Alibi alia, in teatro locum medium significat, in quo postea fuerūt equitum sedes per cuneos distincte: interdum etiam pro consensu totius pop. accipitur, ut Seruius viij. Æneid. ait.*

b **G**RÆCAM luxuriam. } *Græci multis seculis antè Romanos theatra habuerant, & nomen ipsum Græcum rem ex Græcia deductam ostendit. Dicitur enim à θεᾶ δειᾶ, quod est spectare.*

c **A**D horam. } *Ad tempus. nam theatra Romę antè fuerunt temporaria, quā mansura, & sicut Tacitus inquit, subitariis gradibus, & scena in tempus structa.*

d **L**UDOS ipsos scenicos. } *Qui in scena exhibebantur: de quibus proximo libro.*

De scenicorum institutione ludorum. C A P. XXXII.

VEruntamen scitote qui ista nescitis: & qui vos ista scire dissimulatis aduertite, qui aduersus liberatorem à talibus dominis liberati murmuratis: ludi scenici, spectacula turpitudinum, & licentia vanitatum, non ho-

minum vitiis, sed deorum vestrorum iussis Romæ instituti sunt. ^b Tolerabilius diuinos honores deferretis illi Scipioni, quam deos eiusmodi coleretis. Neque enim erant illi dii suo pontifice meliores. Ecce attēdite, si inens tam diu potatis erroribus ebria, vos aliquid sanum considerare permittit: Dij propter sedandam corporum pestilentiam ludos sibi scenicos exhiberi iubebant, pontifex autem vester propter animorum cauendam pestilentiam, ipsam scenam construi prohibebat. Si aliqua luce mētis animū corpori præponitis, eligite quem colatis. ^c Neque enim & illa corporum pestilentia, ideo conqueiuit, quia populo bellicoso, & ^d solis antea ludis Circensibus assueto, ludorum scenicorū delicata subintravit insania: sed astutia spirituum nefandorum præuidens illam pestilentiam iam sine debito cessaturam, aliam lōgè grauiorem, qua plurimum gaudet, ex hac occasione non corporibus, sed moribus curauit immittere: quæ animos miserorum tantis obcæcauit tenebris, tanta deformitate fœdauit, vt etiam modo, quod incredibile forsitan erit, si à nostris posteris audietur, Romana vrbe vastata quos pestilentia ista possedit, atque inde fugientes, Carthaginem peruenire potuerunt, in theatris quotidie certatim ^e pro histrionibus insanirent.

L. V I V E S.

a Spectacula turpitudinum. } Nam fœdissima & visu fiebant, & auditu dicebantur.

Viri præstantes.

b Tolerabilius diuinos honores. } Tertullianus in Apologetico dicit satius fuisse deos fieri, sapientiæ Socratem, iustitiæ Aristidem, militiæ Themistoclem, eloquentiæ Ciceronem, fœlicitatis Syllam, opum Crassum, sublimitatis Pompeium, grauitatis Catonem. hi enim dijs ipsi præstant hisce rebus. Non dissimularunt multi veterum bonos viros n. eliores dijs suis esse. Sic Seneca libro De tranquillitate vitæ secundo: Catonem Vticensem certius viri sapientis fuisse exemplum, quam Herculem, aut Vlyssē affirmat. Eundem Lucanus verum patriæ parentem in nominat, dignissimum aris Romanis.

c Neque enim & illa corporum. } Linius lib. viij. Neque tamen ludorum primum initium procurandis religionibus institutum, aut religione animos, aut corpora morbis leuauit.

Circenses Iudi.

d Solis antea ludis Circensibus assueto. } Circenses ludos primus Romæ fecit Romulus, quarto mense ab Vrbe condita, vt scribit Fabius Pictor, quo die Sabinas rapuit. Longius tempus alij tradunt, quod magis crediderim. Circenses dictos scribit Sernius, quod sensibus circundarentur.

cundaretur. Nam cum rudis vetustas non loca huiusmodi ludis apta edificasset, inter enses & flumina eos agebant, ut ignavis utrinque presens esset periculum. Postea Tarquinio Prisco rege locus est designatus Circo, qui postmodum Maximus est dictus ut Livius refert singulis annis isti ludi sunt celebrati. & Magni, ac Romani, & Circenses varie dicti. Equi & iugiles certabant. Saxi fuerunt Conso, quem Greci *ἰσποποσειδῶνα* vocant, id est Neptunum equestrem, cuius *ἰσποποσειδῶνα* *Consensus.* templum Dionysius aut ab Euandro in Latio erectum, diemque festum statuitur. quod in *ἰσποποσειδῶνα*, Latini Consualia nominant: quo die cessabant ab operibus equi & muli, feris que redimebantur.

d Solis antea ludis. } *Valer. De insti. & Liu. lib. 7. autores.*

e Pro histrionibus. } Non se pro histrionibus gerabant, nec sic intelligendus Augustinus, quod non admonerem, nisi quidam sic existimarent, sed quod studio spectandi histriones insamebant.

De vitis Romanorum, quos patriæ non correxit eversio.

C A P. XXXIII.



Mentes amenes, quis est hic tantus non error, sed furor, ut exitium vestrum, sicut audiuius, plangentibus Orientalibus populis, & maximis ciuitatibus in remotissimis terris, publicum luctum mœrorémque ducentibus, vos theatra quæreretis, intraretis, impleretis, & multò infauora quàm fuerant antea faceretis? Hanc animorum labem ac pestem, hanc probitatis & honestatis eversionem vobis Scipio ille metuebat, quando constitui theatra prohibebat: quando rebus prosperis vos facile corrumpi atque euerti posse cernebat: quando vos ab hostili terrore securos esse nolebat. neque enim cesebat ille fœlicem esse rem. statibus mœnibus, reuentibus moribus: sed in vobis plus valuit quod dæmones impij seduxerunt, quàm quod homines prouidi precauerunt. Hinc est quod mala quæ facitis, vobis imputari non vultis: mala verò quæ patimini, Christianis temporibus imputatis. Neque enim in vestra securitate pacatam rempub. sed luxuriam quæritis impunitam, qui deprauati rebus prosperis, nec corrigi potuistis aduersis. Voiebat vos ille Scipio terreri ab hoste, ne in luxuriam flueretis, a vos nec cõtriti ab hoste luxuriam repressistis: b perdidistis vtilitatem calamitatis, & miserimi facti estis, & pessimi permanistis. Et tamen quod viuitis Dei est, qui vobis parcendo admonet, ut corrigamini pœnitendo: qui vobis etiã ingratis præstitit, ut vel sub nomine seruorum eius, vel in locis martyrum eius hostiles manus euaderetis.

L. V I V E S.

a **V**Os nec contriti. } *Quia Carthagine effusissimo studio ludos spectabatis.*

b **P**erdidistis vtilitatem calamitatis. } *Qua homines emendantur, & icli sapiunt, & pro merito eis deputatur, cum patienter aduersa tolerant. Plato in Gorgia calamitates ac supplicia, & ipsis qui perferunt, & spectatoribus vtilia esse ait: utriusque enim redduntur meliores, illi dolore, hi exemplo.*

De clementia Dei, quæ Urbis excidium temperauit.

C A P. XXXIII.

Romulus & Remus a² asylum constituisse perhibentur, quò quisquis confugeret, ab omni noxa liber esset, augere quærentes creandæ multitudinem ciuitatis. Mirandum in honorem Christi præcessit exemplum. Hoc constituerunt euerfores Urbis, quod instituerant antea conditores. Quid autem magnum si hoc fecerunt illi, vt ciuium suorum numerus suppleretur, quod fecerunt isti, vt suorum hostium numerositas seruetur? Hæc & talia, si qua vberius & commodius potuerit, respondeat inimicis suis redempta familia domini nostri Iesu Christi, & peregrina ciuitas regis Christi.

L. V I V E S.

a **A**sylum. } *Locus est sacer, unde fas non erat quenquam rapere. nam inde habet nomen. συφεζιον namque est rapio, & ἀστυφυγιον, id est priuatiuum. Hinc per lambdacismum factum est asyllum pro asyrum, Seruius lib. 8. Æneid. Tametsi συλαῖν. est etiam ἀρραπειδων, hoc est, tollere auferre: vt apud Homer. ἰσυλα τεύχεα καλὰ: abstulit pulchra arma. Postquam Hercules migravit è terris, nepotes eius timentes insidias eorum, quos auus afflixerat, Athenis sibi primum asyllum, hoc est, templum misericordie collocarunt: unde nullus posset abduci: quod etiam Statius dicit: Herculeos fama est fundasse nepotes. Asylum Romulus & Remus struxerunt inter arcem & Capitolium, loco Intermonio nominato, vt multitudo facinorosorum spe impunitatis eò conflueret, ad nouam urbem incolendam. Cui diuo diuæve templum sit pro asylo erectum, non constat, & Dionysius ignorare se dicit. Sunt qui Veioni tradant: celebrabatur tamè asyli locus 4. Nonas Feb. Ouid. 2. Fastorum. In Græcia & Asia multa fuerunt asyla. Tiberius Cesar pertæsus nimiam illorum licentiam, iura omnibus ferè illis ademit, vt Suetonius & Tacitus perhibent.*

De latentibus inter impios ecclesie filiis, & de falsis
intra ecclesiam Christianis.

C A P. XXXV.

MEmerit sane in ipsis inimicis suis latere ciues fu-
turos, ne infructuosum vel apud ipsos putet, quod
donec perueniat ad confessos, portat infensos: sicut
ex illorum numero etiam Dei ciuitas habet secum, quandiu
peregrinatur in mundo, connexos communionem sacra-
mentorum, nec secum futuros in æterna sorte sanctorum, qui
partim in occulto, partim in aperto sunt. Qui etiam cum ipsis
inimicis aduersus Deum, cuius sacramentum gerunt, mur-
murare non dubitant: modò cum illis theatra, modò ecclesias
nobiscum replentes. De correctione autem quorundam etiam
talium multò minus est desperandum, si apud apertissimos
aduersarios prædestinati amici latitant, adhuc ignorati etiam
sibi. Perplexæ quippe sunt istæ duæ ciuitates in hoc seculo,
inuiçemque permixtæ, donec ultimo iudicio dirimantur: de
quarum exortu & proçursu & debitis finibus, quod dicen-
dum arbitror, quantum diuinitus adiuuabor, expediam pro-
pter gloriam ciuitatis Dei, quæ alienis à contrario compa-
ratis clarius eminebit.

L. V I V E S.

a Donec perueniat ad confessos. } *Ad declarationem vlti-
mam, quid quisque confiteatur, quod tunc demum fiet, cum
aperti erunt conscientiarum libri: id est, in futura vita.*

b Nec secum futuros. } *Iuxta illud domini: Multi vocati, pauci e-
lecti.*

c Donec ultimo. } *Sic in Euangelio: Angeli separabunt malos de
medio iustorum in consummatione seculi.*

d Quæ alienis à contrario. } *Sic Aristoteles: Contraria inter se
collata liquidius dignoscuntur.*

De quibus causis sequenti disputatione fit differendum.

C A P. XXXVI.

Sed adhuc quædam mihi dicenda sunt aduersum eos,
qui Romanæ reipublicæ clades in religionem no-
stram referunt: quia diis suis sacrificare prohiben-
tur. Commemoranda enim sunt quæ & quanta occurrere po-
tuerint, vel satis esse videbuntur mala, quæ illa ciuitas per-
tulit, vel ad eius imperium pertinētes prouinciæ, antequam

eorum sacrificia prohibita fuissent, quæ omnia proculdubio nobis tribuerent, si iam vel illis clareret nostra religio, vel ita eos à sacris sacrilegis prohiberet. Deinde monstrandum est, quos eorum mœurs, & quam ob causam verus Deus ad augendum imperium adiuuare dignatus est, ^a in cuius potestate sunt regna omnia: quàmque nihil eos adiuuerint hi, quos deos putant: quin potius quantum decipiendo & fallendo nocuerint. Postremò aduersus eos dicetur, qui manifestissimis documentis confutari atque conuicti conantur asserere, non propter vitæ præsentis utilitatem, sed propter eam quæ post mortem futura est, colendos esse deos. Quæ nisi fallor, quæstio multò erit ^b operosior, & sublimiori disputatione dignior, vt & cõtra philosophos in ea disseratur: ^c non quoslibet, sed qui apud illos excellētissima gloria clari sunt, & nobiscum multa sentiunt: scilicet de animæ immortalitate, & quòd Deus verus mundum condiderit, & de providentia eius, qua vniuersum quod condidit, regit. Sed quoniam & ipsi in illis quæ contra nos sentiunt, refellendi sunt, deesse huic officio non debemus: vt refutatis impiis contradictionibus pro viribus, quas Deus impartiet, asseramus ciuitatem Dei, veràmque pietatem, & Dei cultum, in quo vno veraciter sempiterna beatitudo promittitur. Hic itaque modus sit huius voluminis, vt deinceps disposita ab alio sumamus exordio.

L. V I V E S.

a IN cuius potestate sunt regna omnia. } Sic Matth 28. Christus loquitur: Data est mihi omnis potestas in calo & in terra.

b Operosior. } Difficilior, maioris operæ.

c Non quoslibet. } Non vulgares aut extrema note, id est enim quilibet interdum, vt apud Græcos ἡ τύχη frequens. Hoc capite Augustinus quid hæcenus fecerit, quidque facturus posthac sit, breuiter exponit.

D I V I-



D I V I

AVRELII AVGV-
STINI EPISCOPI AD
MARCELLINVM DE
ciuitate Dei

LIBER SECVNDVS.

De modo, qui necessitati disputationis adhibendus est.

C A P. I.



I rationi perspicuæ veritatis infirmus humanæ consuetudinis sensus non auderet obsistere, sed doctrinæ salubri languorem suum tanquam medicinæ subderet, donec diuino adiutorio fide pietatis impetrante sanaretur, non multo sermone opus esset ad conuincendum quemlibet vanæ opinionis errorem, his qui rectè sentiant, & sensa verbis sufficientibus explicant. Nunc verò quoniam ille est maior & tetrior insipientium morbus animorum, quo irrationabiles motus suos etiam post rationem plenè redditam, quanta homini ab homine debetur, siue nimia cæcitate, qua nec aperta cernuntur, siue obstinatissima peruicacia, qua & ea quæ cernuntur, non feruntur, tanquam ipsam rationem veritatèque defendunt, ^a fit necessitas copiosius dicendi plerunque res claras, vel eas non spectantibus intuendas, sed quodam modo tangendas, palpantibus & conuiuentibus offeramus. Et tamen quis disceptandi finis erit & loquendi modus, si respondendū esse respondentibus semper existimemus? Nam qui vel non possunt intelligere quod dicitur, vel tam duri sunt aduersitate mentis, vt etiã si intellexerint, nõ obediunt, respondent vt scriptū est, & loquuntur iniquitatem atq; infatigabiliter vani sunt. Quorū dicta contraria si toties velimus refellere, quoties obnixa frõte statuerunt non curare quid dicant, dum quocunq; modo nostris disputationibus contradicant, quàm sit infinitum & arduum & infructuosum vides. Quamobrem nec te ipsum mi fili Mar-

celline, nec alios quibus hic labor noster in Christi charitate vtiliter ac liberaliter seruit, tales meorum scriptorum velim iudices, qui responfionem semper desiderent, cum his quæ leguntur audierint aliquid contradici, ne fiant similes earum muliercularum, quas commemorat Apostolus: Sæper discentes, & ad veritatis scientiam nunquam peruenientes.

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
SECUNDVM LIBRVM DE
ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.

F It necessitas. } *Figura Græca ἐ τὸ πὶ συμπάρειν ἀνάγκη apud Demosthenem, quod est apud illos frequentissimum: tametsi apud Latinos sit hæc loquendi forma. Necessitas est vt labores, sicut apud Quintilianum.*

De his quæ primo volumine expedita sunt.

C A P. II.

Superiore itaque libro, cum de ciuitate Dei dicere instituissem, vnde hoc vniuersum opus illo adiuuante in manus sumptum est, occurrit mihi respondendum esse primitus eis, qui hæc bella, quibus mundus iste conteritur, maximèque Romanæ vrbs recentem à barbaris vastationem Christianæ religioni tribuunt, qua prohibentur nefandis sacrificiis seruire dæmonibus: cum potius hoc deberet tribuere Christo, quod propter eius nomen contra institutum morèmq; bellorum cis quò confugerent, religiosa & amplissima loca barbari libera præbuerunt, atq; in multis famulatū debitum Christo: non solum verum, sed etiam timore confictum sic honorauerūt, vt quod in eos belli iure fieri licuisset, illicitū sibi esse iudicarent. Inde incidit quæstio, cur hæc diuina beneficia etiam ad impios ingratosque peruenerint? & cur illa iridè dura, quæ hostiliter facta sunt, pios cū impiis pariter afflixerint? Quam quæstionem per multa diffusam, in huius æui quotidianis, vel Dei muneribus, vel hominum cladibus: quæ quoniã vtraq; bene vel malè viuentibus permixtè atque indiscretè sæpe accidūt, solèt multos mouere: vt pro suscepti operis necessitate dissoluerem: aliquantum immoratus sum, maximè

maximè ad consolandas sanctas fœminas & piè castas, in quibus ab hoste aliquid perpetratum est, quod intulit verecundię dolorem, & si non abstulit pudicitię firmitatem, ne pœniteat eas vitę, apud quas nõ est vnde possit pœnitere nequitię. Deinde pauca dixi in eos, qui Christianos aduersis illis rebus affectos, & præcipuè pudorẽ humiliatarum fœminarum, quãuis castarum atq; sanctarum, proteruitate impudentissima exagitant, cum sint nequissimi & irreuerentissimi, & longè ab eis ipsis Romanis degeneres: quorũ præclara multa laudantur, & literarũ memoria celebrãtur, imò illorum glorię vehementer aduersi. ^bRomã quippe curã partã veterũ auctãmq; laboribus, fœdiorẽ stantẽ fecerant quã ruentem: quando quidem in ruina eius lapides & ligna, in istorũ autẽ vita omnia, non murorũ, sed morum munimenta atq; ornamenta ceciderunt, cum funestioribus eorum corda cupiditatibus quã ignibus tecta illius vrbs arderent. Quibus dictis, primũ terminavi librum: deinceps itaque dicere institui, quanta mala ciuitas illa perpeffa sit ab origine sua: siue apud seipsam, siue in prouinciis iam sibi subiectis, quę omnia Christianę religioni tribuerent, si iam tunc Euangelica doctrina aduersus falsos & fallaces eorum deos testificatione liberrima personaret.

L. VIVES.

a *Q*uam quæstionem. } *Illam erat præcipua quæstio eorum philosophorum, qui Dei prouidentia mundum negabant regi, ut Plinius scribit libro De placitis philosophorum primo.*

b *Roman quippe.* } *In vetusto exemplari, quod mihi vir & literarum & literatorum amantissimus M. Laurinus sancti Donatiani Brugensis decanus accommodauit, sic scribebatur: Romam quippe partam veterum auctãmq; laboribus, alibi paratam.*

*Marc.
Laurinus,*

De assumenda historia, qua ostenditur, quę mala acciderint Romanis cum deos colerent, antequam religio Christiana cresceret.

CAP. III

Memento autem me ista cõmemorantein adhuc contra imperitos agere, ex quorũ imperitia illud quoque ortum est vulgare prouerbum: ^aPluuia defecit, causa Christiani nominis. Sunt nanque qui eorũ studiis liberalibus instituti amant historiam, qua facillimè ista nouerunt. Sed ut nobis ineruditorum turbas infestissimas reddant se nosse dissimulant, atque hoc apud vulgus affirmare nituntur, clades quibus per certa interualla locorum & temporum genus ha-

manum^b oportet affligi, causa accidere nominis Christiani, quod contra Deos suos ingenti fama & præclarissima celebritate per cuncta diffunditur. Recolant ergo nobiscum, antequam Christus venisset in carne: antequam eius nomen ea cui frustra inuident, gloria populis innotesceret: quibus calamitatibus res Romanæ multipliciter varièq; contrite sunt, & in his defendât si possunt deos suos, si propterea coluntur, ne ista mala patiantur cultores eorum, quorum si quid nunc passi fuerint nobis impuranda esse contendunt. Cur enim ea quæ dicturus sum permiserunt accidere cultoribus suis, antequam eos declaratum Christi nomen offenderet, eorumq; sacrificia prohiberet?

L. VIVES.

Christiani
nomen quæ
olim
Rom. exo-
sum,

Pluuia defecit. *Significat ita dictum illud fuisse ab impiis hominibus iactatum, ut quicquid mali accideret, imputandum esse Christianis iudicarent. Tertullianus: Prætexentes s. nē ad odij defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse causam. Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arua, si cæsum stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim Christianus ad leonem acclamatur. Cyprianus contra Demetrianum: Sed enim cum dicas plurimos conqueri, quod bella crebrius surgât, quod lues, quod fames seuiât, quod imbres, quod pluias serena longa suspendant, nobis imputari, ultra tacere non oportet.*

b Oportet affligi. *Ita ferente sorte rerum humanarum mirè vicissitudinaria, & fato illo, que ipsa est omnipotentis Dei voluntas.*
Quod cultores deorum nulla vnquam à diis suis præcepta probitatis acceperint, & in sacris eorum turpia quæque celebrauerint.

CAP. IIII.

Rimò ipsos mores ne pessimos haberent, quare dij eorum curare noluerunt? Deus enim verus eos, à quibus non colebatur, merito neglexit: Dij autem illi, à quorum cultu se prohiberi homines ingratisissimi conqueruntur, cultores suos ad bene viuendum quare nullis legibus adiuuerunt? Vtique dignum erat, ut quomodo isti illorum sacra, ita illi istorum curarent facta. Sed respondetur, quod voluntate propria quisque malus est. Quis hoc negauerit? Veruntamen pertinebat ad cōsultores deos, vitæ bonæ præcepta non occultare populis cultoribus suis, sed clara prædicatione præbere: per vates etiã conuenire atque arguere peccantes, palam

minari

minari pœnas malè agentibus; præmia rectè viuentibus pol-
 liceri. Quid vnquam tale in deorum illorum tēplis, prompta
 & eminenti voce concrepuit? Veniebamus nos etiam aliquā-
 do adolescētes ad spectacula^a ludibriāq; sacrilegiorum: spe-
 ctabamus^b arreptitios, audiebamus^c symphonicos, ludis tur-
 pissimis, qui diis deabusque exhibebantur; ^d oblectabamur.
 Cælesti virgini, & Berecynthiæ matri deorum omnium ante
 eius lecticam^e die solenni lauationis eius, talia per publicum
 cantitabantur; à nequissimis scenicis, qualia non dico matrē
 deorum, sed matrem qualiumcunq; senatorum, vel quorum-
 libet honestorum virorum, imò verò qualia nec matrem i-
 pforum scenicorum deceret audire. Habet enim quiddam er-
 ga parentes humana verecundia, quod nec ipsa nequitia pos-
 sit auferre. Illam enim turpitudinem obscœnorum dictorum
 atque factorum, scenicos ipsos domi suæ^f proludendi causa
 coram matribus suis agere puderet, quàm per publicum age-
 bant, coram deorum omnium matre, spectante & audiente
 vtriusq; sexus frequentissima multitudine. Quæ si illecta cu-
 riositate adesse potuit circūfusa, saltem offensa castitate de-
 buit abire confusa. Quæ sunt sacrilegia, si illa erant sacra? aut
 quæ inquinatio, si illa lauatio? ^h Et hæc fercula appellabantur,
 quasi celebraretur conuiuium, quo velut suis epulis immun-
 da dæmonia pascerentur. Quis enim non sentiat cuiusmodi
 spiritus talibus obscœnitatibus delectentur: nisi vel nesciens
 vtrum omnino sint vlli immundi spiritus deorum nomine de-
 cipientes: vel talem agens vitam, in qua istos potius quàm
 Deum verum & optet propitios, & formidet iratos?

L. VIVES.

a **L** Vdibria sacrilegiorum. } *Inuertit illud, sacra ludorum, vel lu-
 dos sacros.*

b **S**pectabamus arreptitios. } *Locus hic postulat, ut de matre deum Mater
 nonnulla dicam. Diodorus Siculus libro sua Bibliothecæ quarto, de deum
 matre deum non vno modo narrat fabulam. Primum enim scribit,
 Calum ex Tisæa coniuge liberos suscepisse quinque & quadraginta,
 muliebri sexus duos, Reginam, & Opem: quarum Reginam atate &
 prudentia præstantiorem, in gratiam matris fratres omnes educasse,
 ideo dictam matrem deum, nupsisseque Hyperioni fratri, ex quo
 Solem & Lunam genuerit: qui cum scelere auunculorum interissent,
 ipsam in furorem versam, cum tympanis cymbalisque terram sua di-
 sionis peragrassè, morèque eiusmodi mansisse post eius fatum.*

Addit Diodorus aliam fabulam: Menoem vetustissimum Phrygia regem, ex uxore Dindymene filiam procreasse, quam exponi iusserit in monte Cybelio, infantem à feris enutritam euasisse in admirabilem pulchritudinem: inuentamque à muliere pastoria educatam pro sua, dictamque à monte in quo esset exposita Cybelem, multas artes ingenij

Cybele
quas artes
iuuenerit:
 1977

acumine & inuenisse & edocuisse mortales: sicut cantum tibia, lusus choreas, cymbalorum tympanorumque sonitus, artem præterea veterinariam, & infantum morbis lenimenta: quibus quod multi curarentur pueri, idcirco eam magnam matrem nominatam esse. Quæ cum adoleuisset, iuuenem amatit terræ illius, nomine Atym, ex eoque gravidam esse, à Menoe patre, qui famam de virtute factisque eius acceperat. reuocatam pro virgine, cuius flagitio cognito, Atym & nutrices iussu regis affectos esse supplicio: Cybelem amore incensam ex desiderio Atys insanisse, domoque paterna egressam solam cum fistula & tympano, passis cruibus totam regionem peragrasse dementatam, venisseque in Nysam ad Dionysium: aliquot. uero annis post eam iam mortuam, cum & difficultate annonæ, & morbo in Phrygia laboraretur, oraculo iussi sunt Phryges Atym & Cybelem venerari: hinc sacra ceremoniasque magna matris deum ortas. Hæc ex Diodoro, haud dubiè quin originem reuattulerit. Sed hanc alij Iouis, Innonis, Neptuni, & Plutonis matrem fuisse autismant, ideo Rheam & Latine Opem dictam: eandem esse Cybelem & Vestam. Nec dubito quin hæc res gesta confundatur, ut nusquam ferè non sit in deorum fabulis, virginemque haberi, nempe Vestam, eamque ob causam excisum esse: Atym iuuenem formosissimū, quem cum illa adamasset, præcepissetque ne cum muliere se ulla unquam commisceret, illæque præcepto dea neglecto, nympham. Sangruidem adamasset. à Cybele uirilitate diminutus est: idcirco & sacerdotibus gaudet in eum modum deformatis. Et quoniam hanc Phrygy plurimam in monte Ida coluerunt, hinc nomen Idae matris inuenit, & Berecynthiæ, à monte etiam eiusdem Phrygiæ. Sacerdotes Gallos nuncupant à Gallo amne Phrygiæ, cuius aqua phanaticos potantes reddit. Ipsi quoque Galli insani caput per furorem rotant, cultrisque faciem & musculos corporis totius dissectant, morsibus quoque seipos impetunt, cum maiore se correptos furore, vel simulant, vel reuera sentiunt. Deam istam, hoc est, ingens in Ida saxum, quam incola deum matrem vocabant, Romam legati aduoxerunt, pridie Idus Aprileis, eoque die feræ eius celebrantur & ludi, quæ Megalesia dixerunt. Linius lib. xxxix. sic de matre Idaea loquens, inquit: In eadem Victoria, quæ est in Palatio, pertulere deam pridie Idus Aprileis. Isque dies festus fuit. Populus frequens dona deæ in Palatium tulit, lecti sterniumque & ludi fuerunt Megalesia

*Atys**Galli sacerdotes.**Megalesia.**Megalesia*

Megalesia appellata & lib. xxxvi. Per idem fere tempus ades matris magna *Idea* dedicata est, quàm deam is P. Cornelius aduectam ex Asia, P. Cornelio Scipione, cui postea *Africano* fuit cognomen, P. Licinio Coss. in Palatium à mari detulerat, locauerant adem faciendam M. Linius, C. Claudius censes, M. Cornelio, T. Sempronio Coss. tertio decimo anno postquam locata erat, dedicauit eam M. Iunius Brutus: ludiq. ob dedicationem eius facti, quos primos scenicos fuisse *Antias Valerius* est auctor, *Megalesia* appellatos, *Hec Linius*, cum quibus *Varro* consentit lib. De lingua Latina. 3.

b Abreptitios. } *Lymphatos*, furore correptos, quales erant Galli *Berecynthiæ*, hos abreptitios *Augustin.* super Gen. areptos spiritus nominat.

c Symphoniacos. } *Modulatores*, ὁμοῦ τῆς συμφωνίας, id est concentu & modulatione. In festo *Cybeles* multi adiebantur sonitus compositi, & ad numerum: ut tibus & tympanis. *Ouid.* lib. 4. *Festorum*:

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu

Flabit, & Idea festa parentis erunt.

Ibunt seminares, & inania tympana tudent,

Aerâque tinnitus, ære repulsa dabunt. Et post.

Tibia dat Phrygios, ut dedit antè, modos.

Et tibiã *Diodorus* inuentum dicit esse *Cybeles*, à qua doctus est *Marfyas*, qui cum *Apolline* certauit.

d Oblectabantur. } *Locus non videtur carere mendo*: sic, ut puto legendus: *Ludis turpissimis oblectabamur*, qui diis deabusque exhibebantur, celestique virgini *Berecynthiæ* matri deorum omnium. *Hanc enim tanetsi prolibus abundantem*, tamen virginem dicebant esse, ut quæ esset etiam *Vesta*, tum quòd talis voluit à patre *Menoe* videri & credi.

e Die solenni lauationis eius. } *Pridi Idus Aprilis*, mater deum *Matris* magna pompa à Gallis ad *Almonem* fluiuium producebatur, qui non pro deum cul ab Urbe *Tiberis* miscetur, ibique ad confluentem duorum amnium ablutio abuebatur veteri instituto. Nam quo primum die ex Asia illuc est aduecta à sacerdote lota est, isque mos postea per singulos annos est seruatus. *Lucan.* in primo:

Et lotam paruo reuocant Almonè Cybelem.

Apertius Ouidius in quarto:

Est locus in Tiberim quo lubricus influit Almon,

Et nomen magno perdit in amne minor.

Illic purpurea canus cum veste sacerdos,

Almonis dominam sacrâque lauit aquis.

Prudentius in martyrio Romani:

Nudare plantas atque carpentum scio

Lapis nigellus euehendus effedo,

Quem ad lauachrum præuendo ducitis,

Almonis usque peruenitis riuulum.

Proceres togatos matris Idææ sacris,

Muliebris oris clausus argento sedet,

Pedes remotis atterentes calceis.

FA nequissimis scenicis. } Primi anni singulis ludi scenici erāt Me-
galeſia in quibus hiſtriones ad nouum opus egredientes, mira laſcinia
ſpurciſſima & turpiſſima queque in matrem deum, & Atym dictita-
bant: tum & alij per id temporis etiam honeſtiſſ. Romanorum cultu diſ-
ſimulato, ut noſci nō poſſent, licentiſſimè per urbem vagabatur, nullis
verbis factiſq; fœdis parcentes, ut autor eſt Herodianus in Commod.

g Proludendi. } Exercendi ſui gratia, & meditando artem.

Fercula.

h Et hæc Fercula. } A ferendo, quid in ſoleni, ſiue ſacrorum, ſiue
triumphi ferrentur, ac geſtarentur reuerenter, ut in ſacrificiis ludique
deorum ſimulachra, clarorum virorum ſtatue: in triumphis imagines
urbium deuictarum, arma hoſtibus detracta, pecunie captiue, & reli-
qua ſpolia. Sic Cicero, & Suetonius, & ceteri. At quæ ſacris menſe
apponuntur, quoniam lancitus feruntur ſolicitè, & quaſi reuerenter,
fercula nominantur.

De obſcœnitatibus, quibus mater deorum à cul-
toribus ſuis honorabatur.

C A P. V.

NEquaquam iſtos, qui flagitiſſimè conſuetudinis
vitiis oblectari magis quàm obluſtari ſtudent, ſed
illum ipſum Naſicam Scipionem, qui vir optimus à
ſenatu electus eſt, cuius manibus eiufdem dæmonis ſimula-
chrum ſuſceptum eſt, in urbemque peruectum, habere de
hac re iudicem vellem. Diceret nobis vtrum matrem ſuam
tam optime de rep. vellet mereri, ut ei diuini honores decer-
nerentur: ſicut & Græcos & Romanos aliâſque gentes con-
ſtat quibuſdam decreuiſſe mortalibus, quorum erga ſe bene-
ſicia magnipenderant, eôſque immortales factos, atque in
deorū numerum receptos eſſe crediderant. Profectò ille tan-
tam fœlicitatem ſuæ matri, ſi fieri poſſet, opraret. Porrò ſi ab
illo deinde quæreremus, vtrū inter eiſus diuinos honores vel-
let illa turpia celebrari: nōne ſe malle clamaret ut ſua ma-
ter ſine vilo ſenſu mortua iaceret, quàm ad hoc dea viueret,
vtilia

vt illa libenter audiret? Absit vt senator populi Romani ea mente præditus, qua theatrum ædificari in vrbe fortium virorum prohibuit, sic vellet coli matrem suam, vt talibus dea sacris propitiaretur, qualibus matrona verbis offenderetur. Nec vlllo modo crederet verecundiam laudabilis fœminę, ita in contrarium diuinitate mutari, vt honoribus eam talibus aduocarent cultores sui: qualibus conuitiis in quempiam iaculatis, cùm inter homines viueret, nisi aures clauderet, seseque subtraheret, erubescerent pro illa & propinqui, & maritus, & liberi. Proinde talis mater deum qualem habere matrem puderet quemlibet etiam pessimum virum, Romanas occupatura mētes quæsiuit optimum virum, non quem monendo & adiuuando faceret, sed quem fallendo deciperet: ei similis^a de qua scriptum est: Mulier autem virorum preciosas animas captat, vt illæ magnæ indolis animus hoc velut diuino testimonio sublimatus, & verè se optimum existimās, veram pietatem religionemque nõ quæreret, sine qua omne quanuis laudabile ingeniū superbia vanescit & decedit. Quo modo igitur nisi insidiosè quæreret dea illa optimum virum, cùm talia quærat in suis sacris, qualia viri optimi abhorrent suis adhiberi conuuiis?

L. V I V E S.

DE qua scriptum est. } *Prover sexto, nos Capit legimus: Augu-*
stinus Capiat. iuxta Septuaginta, & γπέσει, quasi venatur.
 Deos paganorum nunquam bene viuendi sanxille doctrinam.

CAP. VI.

Hinc est, quòd de vita & moribus ciuitatum atque populorum, à quibus colebantur illa numina, non curarunt, ut tam horrendis & detestabilibus malis, non in agro & vitibus, non in domo atque pecunia, non denique in ipso corpore, quod menti subditur, sed in ipsa mente, in ipso rectore carnis animo, eos impleri ac pessimos fieri sine vlla sua terribili prohibitione permetterent. Aut si prohibebant, hoc ostendatur potius, hoc probetur. Nec nobis nescio quos susurros paucissimorum auribus anhelatos, & arcana velut religione traditos iactant, quibus vitæ præbitas castitāsque discatur: sed demonstrentur atque commemorentur loca talibus aliquando conuenticulis consecrata: non vbi ludi agerentur obscœnis vocibus & motibus histrionum, ^a nec

vbi Fugalia celebrarentur, effusa omni licentia turpitudinū,
& verè Fugalia, sed pudoris & honestatis: sed vbi populi au-
dient quid dii præciperēt de cohibenda auaritia, ambitione
frangenda, luxuria refrēnanda: vbi discerent miseri, quod di-
scendum^b Perſius increpat, dicens:

*Discite que o miseri, & causas cognoscite rerum,
Quid sumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quàm mollis flexus, & unde:
Quis modus argenti, quid fas optare, quid asper
Vtile nummus habet: patriæ charisque propinquis,
Quantum elargiri deceat, quem te Deus esse
Inſit, & humana qua parte locatus es in re.*

Dicatur in quibus locis hæc docentium deorū solebant præ-
cepta recitari, & à cultoribus eorum populis frequenter au-
diri, sicut nos ostēdimus ad hoc ecclesias institutas, quaqua-
uerſum religio Christiana diffunditur,

L. V I V E S.

Fugalia

NEC vbi Fugalia. } De Fugalibus nihil me apud alios memi-
ni legere. Nec dubitarem aliquid ex coniectura admonere, &
lectori permittere, ut aliud pro eo verbum substituere, nisi idem Au-
gustinus adderet. & verè Fugalia, scilicet pudoris & honestatis. Et
quanquam non ignoro coniecturas veritate occulta bonas, eadem pa-
tescunt ridiculas plerunque esse, tamen tentabo, si hac quoque parte pro-
desse studiis possim: si non afferendo verum, certè excitando, ut quæra-
tur. Primum Varroli. De lingua Latina quinto sic scribit: Iunio men-
se populi Fugia videtur nominatus, quòd eo die repente tumultu fuge-
rit populus. Non multò enim post hic dies fuit, quàm Gallorum deces-
sus ex Vrbe. Et qui tunc sub Vrbe populi. ut Ficulneates ac Fidenates,
& finitimi alij contra nos coniuauerunt, aliquot huius diei vestigia
fuge in sacris apparent. De quibus rebus antiquitatum libri plura re-

Fugia dea ferunt. Hactenus Varronis verba, hoc est Fugia dea festum, quæ est
letitiæ dea, à fugatu hostibus nominata. Nam postridie eius diei vicini
populi sunt deuicti à Romano, magnæque celebritate & letitiæ omnium
agere ferias illas, quòd periculum fuerit ne à finitimis gentibus reliquæ
Romani nominis, quæ Gallicæ cladi superfuerant, tollerentur. Quam
deam Hyginus libro de diis Vitulam vocat. Piso Vitulam victoriam diei
scribit, sicut Macrobius testatur in Saturnalibus. Erant ergo Fuga-
lia, vel Fugalia postridie Nonas Iunias Letitiæ dea letissimus dies,
In quo credibile est populum in omnem licentiam solutissimum, atque
effusissimum fuisse. Hac nolim cuiquam esse præiudicij loco, sed solum

dicta,

dicta, ut alij acutius & diligentius rem vestigent, si modò tanti aestimabunt.

b Persius. } Satyra tertia ex praecepto veteri, quod pro foribus templi Apollinis Delphici Amphictyones scripsere: Nosce teipsum, hæc Persius dicit.

c Aut metæ quàm mollis flexus. } Metæ erant in Circo septem. Metæ Domitianus ludis quibusdam, ne curreretur nisi usque ad quintam in Circo dixit, ut citius peragi possent ludi apparatus quos aebat. Suetonius in eius vita. Septies ille omnes attingebantur metæ. Arsque erat & industria non parua in equis rotisque flectendis ad finem metarum, ne posterior dexteritate flectendi priorcm anteueriret. Propertius:

Aut prius infecto deposeit præmia cursu,
Septima quàm metam triuerit ante rota.
Huc spectat illud Horatij principij Odarum.

Sunt quos curriculo pulcrem Olympicum
Collegisse iuuat, metæque feruidus Euitata rotis.

Erant & cursores quidam in Græcia certaminibus, quibus non sit erat ex lege certaminis peruenisse ad metam: nisi recurrerent unde venerat, & circumactû celerrimo ubi metam pertigerant, διαδρομὸς vocât. διαδρομὸν nam διαδρομή est spatij circuitio, ut scribit Vitruuius lib. 5. qui sexies spatium circubant διαδρομοὶ sunt dicti. Hic est proprius significatus flexus & metæ. Persius aut recte sentit esse mollem flexum à virtute ad vitium: aut obliquè non esse facilem à vitio ad virtutem, ubi illud assuetudine in humana mente inualuerit, tyrannidemque occuparit. Idcirco ne vitio assuscamus monet, quoniam non sit in manu nostra iugum eius semel admissum excutere, quoties & quando velimus. Aut de flexu etatis intelligit, cum ab adolescentia in virilem etatem transimus, quo tempore mores mutari decet. Sicut ille apud Terentium ait: aut à virili & actiuosa etate ad senioem & quietiorem. De quo flexu Cicero in primo De oratore: Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio. de cursu honorum etiam etatis flexu contigisset. Sed apertius pro M. Calio & per eandem metaphoram: In hoc flexu quasi etatis, nihil enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra, fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia muliebris & infœlici vicinitate. Et Seneca lib. De tranquill. vitæ primo: Non in cursu tantum Circoque certamine, sed in spatij vitæ interiori flectendum est.

c Et vndæ. } Genitiuus est ab vnda, simili genere metaphora. In nau machia sunt metæ constitutæ, ad quas subitò nauis esset conuertenda. Vergil. in quinto.

Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam.

Constituit signum nauis pater: unde reuertii

Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.

In uetusto exemplari legebatur: *Qua mollis flexus, & unde, quod non est usque ad eò absurdū. Sic legit Antonius Nebrissenſis noſter grammaticus diligentiff.*

d Quis modus argenti. } *Ex Platone, ex quo Persius omnia que de moribus differit. In Phadro Socrates sic precatur: O amice Pan, & ceteri dij date obsecro, ut intrinsecus pulcher efficiar, queq; mihi extrinsecus addita sunt, interiorum sint amica, solum sapientem diuitem existimem: huius uerò auri tantum elargimini, quantum, nec sustinere, nec gestare alius, quàm uir temperans queat. Et ec ille. Sunt enim faciles opes magis optanda, quàm immodica.*

e Quid fas optare. } *Et hoc ex Alcibiade secundo Platonis De uoto: in quo Plato docet quid optandum à diis. Eandem Socratis sententiam ponit Valerius in septimo. Iuuenalis de uotis:*

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Nisi intelligatur, quid fas optare in argento, nam & prius est de ea re, & quod sequitur: Quid asper utile numus habet.

Asper numus.

f Asper. } *Numus expresso signo & extanti asper est tactu, usu tritus fit leuis. Sic uasa argentea celata in quibus aliquid eminent, Plinius aspera nominat. Suetonius numum asperum dixit in Nerone: Aurum obryzum & numum asperum ingenti fastigio exegit. An pro nouiter percusso, an quia meliores erant asperi, quàm qui plana erant nota, quales fuerint ne olim, non scis. Inaequalem numum dici asperum ostendit asperitatis definitio in Timæo Platonis: Asperitas, inquit, est durities inaequalitati permixta.*

Asperitas.

g Quem te Deus esse iussit, & humo. } *Etiam ex Platone qui Deum facit Imperatorem generis humani, assignantem suum uniuersum in statione hac & reluti militia locum, à quo non licet discedere iniussu illius. Facit hoc ad relictum officium uitæ, ut quisq; sciat, que pars sit generis humani, ut iuxta illam uiuat, satisfaciâtque muneri suo, sit ne agricola an urbanus, seruus an liber, tum cerdo, sartor, philosophus, sacerdos, miles, princeps magistratus, priuatus.*

Inutilia esse inuenta philosophica sine autoritate diuina, ubi quenquã ad uitia pronum magis mouet, quod dij fecerint, quàm quod homines disputauerint.

C A P. VII.



Nobis forte philosophorum scholas disputationesque memorabunt? Primò hæc non Romana, sed Græca sunt: aut si propterea iam Romana, quia & Græcia facta est Romana prouincia, non deorum præcepta sunt,

sunt, sed hominum inuenta, qui vtcunque conati sunt ingenii acutissimis præditi ratiocinando vestigare, ^a quid in rerum natura latitaret: ^b quid in moribus appetendum esset, atque fugiendum: ^c quid in ipsis ratiocinandi regulis certa connectione traheretur, aut quid non esset cōsequens, vel etiam repugnaret. Et quidam eorum quædam magna quantum diuinitus adiuti sunt, inuenerunt: quantum autem humanitus impediti sunt, errauerunt: maxime ^d cū eorum superbix iustè prouidentia diuina resisteret, vt viam pietatis ab humilitate in superna surgentem, etiam istorum comparatione monstraret. vnde postea nobis erit in Dei veri & domini volūtate disquirendi ac differendi locus. Veruntamen si philosophi aliquid inuenerunt, quod agendæ bonæ vitæ beatæq; ad ipiscendæ satis esse possit: quantò iustius talibus diuini honores decernuntur? Quantò melius & honestius in Platonis templo libri eius legerentur, quàm in templis dæmonum Galli abscinderentur, ^e molles consecrarentur, infani secarentur, & quicquid aliud, vel crudele, vel turpe, vel turpiter crudele, vel crudeliter turpe in sacris taliū deorum celebrari solet? Quārto satius erat ad erudiendam ad iustitiam iuuentutem publicè recitari leges deorum, quàm laudari inaniter leges atque instituta maiorum? ^f Omnes enim cultores alium deorum, mox vt eos libido perpulerit, ^g feruenti, vt ait Persius, tincta veneno, magis intuentur quid Iupiter fecerit, quàm quid docuerit Plato, vel censuerit Cato. ^h Hinc apud Terentium flagitiosus adolescens spectat tabulam quandam pictam in pariete, vbi inerat pictura hæc, Iouem quo pacto Danaë misisse aiunt in gremium quondam imbrem aureum: atque ab hac tanta autoritate adhibet patrociniū turpitudini suæ, cū in ea se iactat imitari Deum. At quem Deum? inquit: Qui templa cæli summo sonitu concutit, ego homuncio id non facerem? Ego verò illud feci ac lubens.

L. V I V E S.

a **Q**uid in rerum natura. } *Triplitem philosophiæ partem attingit hic naturalem.*

b **Q**uid in moribus. } *Moralem.*

c **Q**uid in ipsis. } *Rationalem seu dialecticam: de quibus alibi.*

d **C**ū eorum superbix. } *Quòd suis ingenis, quæcunque inuenirent, referebant accepta, nihil beneficio Dei tribuentes. De qua re fuse disputat Lactantius.*

e Molles consecrarentur. } Erant omnes isti Galli patbici homi-
nes, spurcissimis flagitijs obruti. De quibus Apuleius multa narrat ne-
fanda lib 8. & 9. sui Asini. Item Lucianus, unde Apuleius sumpsit ar-
gumentum.

f Omnes enim cultores talium deorū. } Eorum quos colimus e-
xemplis plurimum mouemur. Similes enim illis euadere studemus, siue
homines sint, siue dij. Populus principis similis esse affectat: discipuli
praeceptoris, quem colunt: & mortales, eorum quos pro immortalibus ve-
nerantur. Hinc nobis & Christi & sanctorum nostrae religionis propo-
sita ad imitationem exempla. Plato lib. De repu. 2. eam causam inter ca-
teras affert, cur poetas nolit in sua ciuitate, quod quae de dijs sint com-
menti, pessimum sint legentibus exemplum: sicut bella, rapinae, seditiones,
adulteria, furta, & similia. Ex quo loco sumpta sunt illa verba, qui-
bus loquentem Menippum Lucianus facit & νενομαλία: Ego igitur,
inquit, cūn puer adhuc essem, audiremque Homerum & Hesiodum se-
ditiones ac bella canentes, non semideorum modò, sed ipsorum etiam deo-
rum adulteria quoque, violentias, rapinas, supplicia, patrum expulsio-
nes, & fratrum & sororū nuptias. Haec me hercle omnia bona pulchrā-
que putabam, & studiosè erga ea afficiebar. Neque tēnim deos unquam
putaui mœchaturus, aut seditiones inuicem fuisse moturos, nisi de his re-
bus perinde ac bonè iudicassent. Haec ille. Quae nos maluimus Thomae
Mori verbus dicere, quā nostris: cuius laudes obiter atque aliud agen-
tem attingere penè sit nefas. Grandibus enim voluminibus vix adhuc
totae queant explicari. Quis enī de illius ingenij acumine, de iudicij a-
crimonia, de varietate eruditionis atque praestantia, de facunda lin-
guae eloquentia, de suauitate morum ac probitate: in providendis rebus
consilio, in exequendis dexteritate, in omnibus moderatione, integrita-
te, equitate, fide, satis pro dignitate dixerit? nisi uno verbo summa,
perfecta, undique absoluta, suis omnibus consummata numeris dixerit:
nisi id quod res est, exemplariis, specimina, sui quòdque generis affirma-
rit? Magna loquor, & mirabuntur qui Morum non norunt: sed sciunt
verame loqui, qui norunt, qui libros ligerint, qui actus vel viderint,
vel audierint, fidem facillimè habebunt. Caterum in huius viri laudi-
bus velut in latissimo pelago erit aliud tempus, quo liceat vela pande-
re, & nos totos prosperrimè aurae committere, scriberèque tum multa,
tum maxima, idque secundis lectoribus.

g Feruenti tincta veneno. } Persius Satyra tertia:

Cūm dira libido.

Mouerit ingenium feruenti tincta veneno.

De omni bili intelligitur, quod est feruens venenum: sed hic pro semi-
ne gen-

Thomas
Morus.

ne genitali posuit *Augustinus*, sicut virtus apud alios.

Hinc apud *Terentium*. } In Eunuchis, Cherea qui pro Eunuchis ad Thaidem à Parmenone erat deductus, flagrans amore virginis Thaidi dono à Thrasone milite data, de stupro, quod ipse virginis obtulerat, Antiphoni socio narrans sic inquit: Dum apparatus, virgo in conclavi sedet suspectans tabulam pictam, ubi ierat pictura hæc, Iouem quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. Ego met quoque id spectare cœpi. & quia consimilem luserat iam olim ille ludum, impendito magis animus gaudebat mihi. Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. At quem Deum? qui templi cœli summa sonitu concutit. Ego homuncio hoc non facerem? ego illud verò ita feci, ac lubens. Hactenus verba *Vilius*. Danae formosa virgo à patre *Danae*. Acrisio seruabatur in turri, nec ulli virorum ad eam erat accessus: quam Iupiter cum adamaret, aurea pluuia per impluuium turri illapsus vitiauit: hoc est muneribus aureis, quibus nihil est satis occisum, atque obseptum, & ipsius virginis & custodum animos corrupit.

De ludis scenicis, in quibus dii non offenduntur edictione suarum turpitudinum, sed placatur.

C A P. VIII.

AT enim non traduntur ista sacris deorum, sed fabulis poetarum. Nolo dicere illa mystica quæ ista theatra esse turpiora. Hoc dico quod negantes conuincit historia, eosdem illos ludos in quibus regnant figmenta poetarum, non per imperitum obsequium sacris deorum suorum intulisse Romanos, sed ipsos deos, vt sibi sollemniter æderentur, & honori suo consecraretur acerbè imperando, & quodammodo extorquendo fecisse. Quod in primo libro breui commemoratione perstrinxit. ^a Nam ingrauescente pestilentia ludi scenici autoritate pont. Romæ primitus instituti sunt. Quis igitur in agenda vita non ea sibi potius sectanda arbitraretur, quæ actuantur ludis autoritate diuina institutis, quam ea quæ scriptitantur legibus humano consilio promulgatis? Adulterum Iouem si poetæ fallaciter prodiderunt, dii hi utriusque quia casti quibus tantum nefas per humanos ludos confictum est, non quia neglectum est irasci ac vindicare debuerunt. ^b Et hæc sunt scenicorum tolerabiliora ludorum, comœdiæ scilicet, & tragœdiæ, hoc est fabulæ poetarum agendæ in spectaculis, multa rerum turpitudine, sed

nulla saltem sicut alia multa verborum obscœnitate cõpositæ: quas etiã inter studia quæ honesta ac liberalia vocantur, pueri legere & discere coguntur à senibus. L. VIVES.


a **N**Am in grauefcete. Quoniam & hoc libro, & aliis sequentibus August. de ludis scenicis plerumque meminit, iocus postulare videtur, ut de illis nonnulla dicam: & quæ sparsim multis capitibus essent dicenda, hic omnia una serie contexam, quo melius intelligantur. Et primum de eorum origine apud Græcos, postmodum à Fabularum pud Romanos. Nam imitatio ex Græcia manauit in Italiam. Vete-
 theatri ori- res igitur in Græcia agricole, cum sacrum Libero pro anni proventus
 go. facerent incensis altaribus primum aliquid vice precum cantillabant: deinde quod propitiorem sibi redderent Liberum, eius gesta, victorias, si bactosque reges, illius triumphos, & regum calamitates concinnebant. Cæpit præmium industriæ proponi caper, vel capri sacrificati corium vini plenum. Et ingenia tum premio non parui apud rusticos homines & tenues pretij, tum ostentandi sui gratia carmina confinxerunt, incondita primum paucaque: deinde, ut fit, plura & elimatiora: cumque in deuictis à Libero regibus, parum esset in singulos annos materia, ad reliquos reges illis calamitatibus similes itum est, deque ipsis multa sunt cantata. Atque hæc est nuncupata trogædia, vel δῶρ τῷ ἥρῳ, hoc est hirco, quem accipiebat victor in certamine: vel à facibus vindemiarum, quibus ora perungebantur, quas Græci ἥρῳαε vocant. Comædiam, sunt qui eisdem cæptam sacris velint: aliis sacris Apollinis Nomj, hoc est pastorum vicorumque præsidis: quidam per idem tempus utrique deo sacrificari tradunt. Dicam quod est vulgatius: Atheniensibus per pagos adhuc dispersis, necdum coactis in urbem à Theseo, agricola peractis sacris, tum eos qui in sacrificio fuerant, tum etiam viatores falsis dictis impetebant, risumque excitabant spectatoribus. Vrbe constructa, solenni & stato tempore, veteri more in urbem agricole plaustris veli veniebant, faceta dicacitate modo, rusticos modo etiam plerosque de urbanis incessentes, præcipuè si à quoquam erant iniuria affecti. Et hæc quidem comædia est dicta, vel δῶρ ἡ κομῶν, id est, à vicis pagisque in quibus agebatur, vel ἡ πῖς ἐς τὰς ὁδοὺς, ἐκώμῳτος, quod in viis lasciuirent, & dictis petulantioribus luderent. Nam eo tempore nondum villas & vicos Athenienses κῶμας dicebant, sed δῶμας. Placuit hic mos urbano populo, & eos qui dicendo valebant, ad eruditius scribendum de eo argumenti genere carmen sunt adhortati. Ita sensim rustici sunt exclusi, qui simplicitate sua, siue odio, siue inuidia monarde- runt quidem, sed non cruento morsu. Poetæ urbani primum actiua

cum taxassent civium facta, profuerunt nonnihil, quod à sceleribus multos metu retrahebant: ceterum cœperunt affectibus vel suis, vel amicorum seruire, similitates asperè exercere, stylis pro telu abuteutes, principes viros interdum nihil commcritos in scena proscindere, idque nominatim. Quod cum esset passus Alcibiades ab Eupolide in Ba- **Eupolis**
 ptis fabula, illum corripit iussit, ac mergi in mare. nam tum fortè Al-
 cibiades imperator erat, classèque habebat in Piræ: cumque nerge-
 retur poëta, illud subinde Alcibiades ingerebat: Tu me in scena sepe
 merxisti Eupoli, ego te in mari. Huius exemplo satis territis poëtis. suc-
 cessit lex opera Alcibiadis lata, ne quem liceret nominatim in scena ta-
 xare: ita genus illud comæ dia abolitum est, dictaque est vetus comæ- **Comædia**
 dia, hoc est ἀρχαία. Succesit media, qua obliquis dictis perstringeban- **vetus,**
 tur multi tacitis nominibus: & eo in suspicionem venit nobilitati, tan- **media,**
 quam sua facta notarentur. Ita in totum est sublata, repertaque est **& noua**
 noua, que de mediocribus personis lusit consiliis nominibus, & argu-
 mento tam alieno ab iis que faciebat nobilitas, ut manifestum esset,
 quosuis potius quam nobiles perstringi: deinde affectibus tam moderatis,
 ut nemo de se dici etiam nominatim egre admodum tulisset. Huius
 princeps fuit Menander, qui cum Alexandro Macedone vixit
 paulo minor eo. Vetus bellis Peloponnesiacis vixit, in quo Aristophani
 plurimi deferunt palmam: quamuis in media quoque multum
 eum valuisse dicant. Sed haud dubiè Antiphanes Larissæus fuit in hoc
 genere facile primus. Atque hæc quidem in Græcia. Romæ verò cum
 anno ab Vrbe condita circiter quadringentesimum, T. Sulpitio Pothi-
 to. C. Licinio Stolone Coss. & superiore anno pestilentia latè oratum es-
 set, & eodem laboraretur, ex libris Sibyllinis ludi scenici sunt voti noua
 res in populo bellicoso. Ludionis sunt ex Hetruria asciti, qui gentis
 nomine histriones nuncupantur, hi que ad tibicinis cantum taciti sal-
 tarunt, motibus non omnino, ut illi etate, inconcinnis, neque versum
 dixere ulli. Rustici in Italia vetusto Græcia more peractis sacris,
 post messem, gratulati que deis de bono anni prouentu, hilariore, opere
 perfecto, rusticana quadam dicta in se inuicem iactabant ad risum
 mouendum: interim spurcis verbis non abstinentes: interim paulo mer-
 daciùs attingentes, idque alternis versibus, qui dicebantur Fescenini,
 à Fescenina ciuitate Hetrurie. Hos cœperunt Romani histriones im-
 mitari, sed parcentes nominibus. nam id iam antea Duodecim tabulis
 erat cautum ne fieret. Fescenini sensum ex scena abierunt, relictis nu- **Fescenina**
 piis & triumphis, fabuleq; cœpta sunt introduci, que delectarent sine
 cuiusquam offensione. quod Horatius epistola ad Augustum attingit.
 Ita cum nominatim lædi quemquam in scena non liceret, ex Græco

illoti spurciora iactabant & sædiora dictu & audituque. In Minis licentia maxima, nulli parcebant turpibus. Et tamen hac tolerabiliora erant præ aliis rebus, quæ in Bacchanalibus agebantur, quæ propter incredibilem turpitudinem ex Italia senatusconsulto sunt eiecta: vel in Saturnalibus, vel in Floralibus, quos ludos per meretrices & perditissimorum *Floralium* hominum genera celebrabant. Quorum Floralium actores cum deam ipsam non reuererentur, unum hominem Catonem sunt reuersi, quo præsentè agere recusarunt.

Quid Romani veteres de cohibenda poetica licentia senserint, quam Græci deorum secuti iudicium, liberam esse voluerunt.

CAP. IX.

 Vid autem hic senserint Romani veteres, ^a Cicero testatur in libris, quos de Republica scripsit, ^b ubi Scipio disputans ait: Nunquam comœdiæ nisi consuetudo vitæ pateretur, probare sua theatris flagitia potuissent. Et Græci quidam antiquiores vitiosæ suæ opinionis quandam conuenientiam seruauerunt, apud quos fuit etiam lege concessum, ^c ut quod vellet comœdia nominatim, vel de quo vellet, diceret. Itaque sicut in eisdem libris loquitur Africanus, quem illa non attigit, vel potius quem nõ vexauit, cui pepercit? Esto: populares homines improbos, in repub. seditiosos, ^d Cleonem, ^e Cleophótem, ^f Hyperbolum læsit. Patiamur, inquit, & si huiusmodi ciues, ^g a censore melius est quam a poeta notari: ^h sed Periclem cum iam suæ ciuitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuisset, violari versibus, & eos agi in scena non plus deuit, ⁱ quam si Plaurus, inquit, noster voluisset, aut Nænius, ^k Publio & Cneo Scipioni, ^l aut Cæcilius ^m Marco Catoni maledicere. Deinde paulò post nostræ, inquit, contrà duodecim tabulæ ⁿ cum per paucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sancendam putauerunt, si quis ^o actitauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri. Præclare. Iudiciis enim ac magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam, non poetarum ingeniis habere debemus, nec probum audire, nisi ea lege ut respondere liceat, & iudicio defendere. Hæc ex Cicéronis quarto De republica libro ad verbum excerpta arbitratus sum, nonnullis propter faciliorem intellectum vel prætermisissis, vel paululum commutatis. Multum enim ad rem pertinet quam molior explicare, si potero. Dicit deinde

alia, & sic cōcludit hūc locū, vt ostēdat veteribus displicuisse Romanis, vel laudari quenquā in scena viuū hominē, vel vituperari. Sed vt dixi, hoc Græci quanquam inuerecundius, tamen conuenientius licere noluerunt, cū viderent diis suis accepta & grata esse opprobria, non tārūm hominū, verūm & ip̄orum deorum in scenicis fabulis: siue à poetis essent illa conficta: siue flagitia eorum vera commemorarentur & agerentur in theatris, atque ab eorum cultoribus vtinam solo risu ac non etiam imitatione digna viderentur. Nimis enim superbum fuit famæ parcere principum ciuitatis & ciuium, vbi suę famæ parci numina noluerunt. nam quod affertur pro defensione, non illa vera in deos dici, sed falsa atque conficta: id ipsum est scelestius, si pietatem cōsulas religionis: si autem malitiam dæmonum cogites, quid attutius ad decipiendum atq; callidius? Cū enim probrū iacitur in principem patrię bonū atq; vtilem, nōne tantō est indignius, quantō à veritate remotius, & à vita illius alienius? Quæ igitur supplicia sufficiunt, cū deo fit ista, tam nefaria, tam insignis iniuria?

L. VIVES.

Ciceronis libri De republica a **C**icero testatur in libro quarto De rep. } Si quos antiquorum libros ex eis, qui vel omnino amissi sunt, vel certè non extant, velle extare, sunt isti sex Ciceronis De republica: neque enim dubito quin opus fuerit admirabile: facio ex his fragm. ntis quæ vidi coniecturam. Audio apud quosdam tanquam aurica mala esse uari, int. rim dum non predeunt, coniecturæ ex aliis ipsius Ciceronis locis collectæ nos decet.

Scipiones b Vbi Scipio. } Gens Cornelia inter cetera cognomina, & illud Scipionum sumpsit, ab eo qui patri cæco & senecta infirmo vice Scipionis erat. Clari ex ha fami. ta fuerunt complures, de quibus diuam suo loco. Hic, quæ in libris De rep. ub. loquentem facit Cicero, fuit L. Aemilij Pauli, qui Persæu Mac. donie regem vicit. filius: quem Scipio Africani maioris filius adoptauit, ideo à gente in qua est natus Aemilianus cognominatur. Carthaginem & Numantiam deleuit.

Veteres comædiæ Nebule Astophanis c Vt quod vellet comædia. } ἄχαζ, hoc est verus: dixi iam de hac re. si. b. at, vt ciues metu ne in scena traducerentur, vel pergerent bene viuere, si sic instituerant, vel à scelerum via retraherentur. Socrates expedit. dicebat se ipsum de industria comicis offerre. Nam si merū quidem reprehenderint, eniendabimus: sin falsò tum illa nihil ad nos attinebunt. Et ipse Socrates innocentissimus & sanctissimus vir, irrisus erat ab Aristophane in Nebulis, fabula nebulonica, quam poeta

in hoc solum ediderat. Quod fuit vel maximum argumentum, scriptores veteris comæ dia linguam iam tum habuisse venalem, vel perturbationibus animi transuersos agi.

d Cleonem. } Cleon Byrsopola homo seditiosus, Nicia, Demostheni, Cleon
& bonis ferè omnibus inimicus fuit: bello tamen nõ malus, ut Thucydes & Plutarchus scribunt, In hunc scripsit Aristophanes fabulam, Equites quam in æcis nominauit, hoc est, equites: cuius quum peculatum & tyrannicas opes vellet populo patefacere, opifex personam Cleonis se fanis Eturum negauit, veritus illius potentiam. Poeta fecibus histriones unxit, qui quum in scenam prodire reformidarent, Aristophanes ipsi personam Cleonis solus sustinuit, tanta rabie in illum erat accensus. Propter quod factum accusatus à Cleone, talentis quinque multatus est, ut ipse in Acharnensibus comæ dia qua. itur, hoc est, reuocuit quantum hauserat. Nam fortasse pretio à Nicia & Demosthene accepto ad scribendam fabulam erat adductus, ut in Nephelis fecit pecunia ab Antio & Melito Socratis inimicis accepta. Homo qui per ebrietatem multa conscripsit. Cleonis meminuit etiam Plutarchus in Poluica.

e Cleophontem. } Hunc etiam Plutarchus similem Cleonis fuisse Cleophontem dicit.

f Hyperbolum. } Et huius tãquam improbi ciuis meminuit Thucydes, Hyperbo-
& Plutarchus, & Lucianus ex ἡυερβόλιος ostracismo, quod genus lus
erat suffragiorum, ex urbe est electus, non metu pœnitentiæ vel dignitatis, ut alij, sed tanquam publicum ciuitatis dedecus & opprobrium. Cicero in Bruto de Glaucia loquens: Homo, inquit, simillimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem veteres Atticorum comæ dia n. tarunt. Ab Eupolide Hyperbolum notatum sub significat Quintilianus in primo Institutionum de musica loquens. De hoc scripsit etiam Cælius in faragine Antiquarum lect. libro nouo.

g A censore } Quinto quoque anno duo creabantur, qui censu, hoc Censor
est, æstimationi opum faciendæ, & iudicio de moribus, de quæ existimatione uniuscuiusque ciuis præessent. Censores sunt dicti à censu. Nam, ut Festus inquit, tanti quisque sua bona faciebat, quanti illi æstimassent, & magistris morum. Sic Cicero ad Appium Pulchrum.

h Sed Periclem } Hic eloquentia & magnis ciuilibus artibus popu- Pericles
lum Atheniensem ita sibi conciliauit, ut princeps in ea republica per multos annos fuerit: domi & foris consilio bonus, & fœlicitatè par. In huius labijs sessitasse ætẽ hoc est, persuadendi deam, & ut Cicero in tertio De oratore interpretatur, leporem: ut Ennius Suadam, Horatius diminutiuum huius Suadelam dixit, Eupolis antiquæ comæ dia

autor scripsit. Eorum versuum sententia est apud Ciceronem saepe & Quintilianum, Graeci aliquot versus, nam Eupolis comædia, ut alia permulta interciderunt: sunt apud Plinium Cæcilium libro Epistolarum primo, pars etiam apud Suidam. Neutrius istorum meminisse Politiannum in capite Centuriae suae, ubi de hoc agit, miror. Sed versus ipsos petit ab interprete quodam Aristidis Graeci, eoque innominato: tametsi non negari in plures illic esse, quam vel apud Suidam, vel Plinium. Aristophanes etiam comædia veteris scriptor fulgura Periclem ore misisse & tonitrua dicit, misuisseque totam Graciam. Et hoc quidem Aristophanes, & Eupolis dicebant, quum illi conuiciarentur, ac malè dicerent: sicut Cicero libro de oratore tertio, & de perfecto Oratore, & Quintilianus libro duodecimo inquit. Inciscebatur quoque Pericles à comicis, quòd capite esset oblongo, idcirco galeatus semper depingebatur.

Plautus

i Quàm si Plautus inquit, noster.} Primus poeta Latinus fuit Linius. ut dixi, hunc secutus est Næuius: qui bello primo Punico militauit. Deinde Plautus Næuius ferè equalis: qui reliquit comædias, quarum maxima pars adhuc extat, quo poeta nemo magis & sua & proximæ ætatis hominibus placuit. Scipio nostrum appellat, quem nunquam uiderat, sed quia Latinus fuit, nam de Gracis erat loquutus antea.

Scipionis fratres

k P. & C. Scipioni.} Fratres hi fuerant, & si Seruio credimus, gemini, quorum P. genuit Africanum superiorem, C. Nasicam virum optimum, de quo diximus. Vterque in Hispania occubuit à Pœnis, occisus secundo Punico bello, quod cæptum est P. Cos. Hos duos fratres Cicero pro Cornelio Gallo, duo fulmina imperij appellat. Sunt qui putent de eisdem intelligi illud Verg. liij in sexto: Duo fulmina belli Scipiadas, ex Lucretio mutuatum: Scipiades b. lli fulmen. Carthaginis horror. Horum ergo tempore illi poetae vixerunt.

Cæcilius

l Aut Cæcilius.} Cæcilius Statius bello Macedonico & Asiatico floruit cum Ennio, cuius fuit consubernalis. Vnde Cæcilius Sedigi us palmæ ei de comicis tribuit, Horatius grauitatem. Eius nihil superest, sermonem non admodum videtur Cicero probare.

Cato senior

m M. Catoni.} Senii, qui primus ex familia Porcia gessit honores, is Tusculi natus est, & usque ad consulatum, triumphum & censuram peruenit. Homo nouus, toti nobilitati inuidiosus, maxima fuit in republica autoritatis. Vixit cum Ennio & Cæcilio.

n Cùm perpaucas res capite sanxissent.} Paucissima fuerant apud Róm. veteres crimina, quorum pœna esset capitalis, multò adhuc pauciora apud sequentes iam lex Porcia vetabat condemnatis ciuibus vitam

vitam adimi, sed exilium permitti. Ita capite puniri eos, qui carmen in alium scripsissent, incredibiliter exhoruisse infamiam Romanos significat. Sed videat lector, an de capitis diminutione lex ista intelligatur, de qua inquit Festus: Capite diminutus appellatur, qui civitate multatus est: qui liber alteri mancipio datus est, cui aqua & igni interdictum est, diminutio que à iureconsultis maxima capitis diminutio nominatur. Nam capitis diminutio est illis triplex: maxima, minor, minima. Hoc admonendi gratia dixerim, non interposita sententia mea. Horatius in epistola ad Augustum: Quinetiam lex pœnâque dicta, malo que nollet carmine quenquam Describi, vertère modum formidine fustis. Porphyrio fustuariam dicit supplicium esse constitutum in autorem carminum infamium Acron in metaphoram vertit dictum.

o Actiraussit. } Codex vetustus occentaussit, credo melius Festus: Occentaussent antiqui dicebant, quod nunc conuivium fecerint dicimus: quod id clarè & cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit, quod turpe habetur. Occentare

Qua nocendi arte dzmones velint vel falsa de se crimina, vel vera narrari.

C A P. X.

Sed maligni spiritus, quos isti deos putant, etiam flagitia, quæ non admiserunt, de se dici volunt: dum tamen humanas mentes his opinionibus velut retibus induant, & ad prædestinarum supplicium secum trahant: siue homines ista commiserint, quos deos haberi volunt, qui humanis erroribus gaudent, pro quibus etiam se colendos mille nocendi fallendique artibus interponunt: siue etiam nullorum hominum illa crimina vera sint, qua tamen de numinibus fingi libenter accipiunt fallacissimi spiritus, ut ad scelestas ac turpia perpetranda, velut ab ipso cælo traduci in terra, satis idonea videatur autoritas. Cum igitur Græci talium numinum seruos se esse sentirent, inter tot & tanta eorum theatra opprobria parcendum sibi à poetis nullo modo putauerunt: vel diis suis etiam sic consimilari appetentes: vel metuentes, ne honestiorem famam ipsi requirendo, & eis se hoc modo præferendo, illos ad iracundiam prouocarent. Ad hanc conuenientiam pertinet, quòd etiam scenicos actores earundem fabularum, non paruo ciuitatis suæ honore dignos existimarunt. Siquidem quod in eo quoque De republica libro commemoratur, Æschines Atheniensis, vir eloquentissimus, cum adolescens

tragœdias actitauisset, rempublicam capessuit: & Aristodemum^d tragicum item actorem maximis de rebus pacis ac belli, legatum ad Philippum Arhenienses sæpe miserunt. Non enim consentaneum putabatur, cum easdem artes eisdemque scenicos ludos, etiam diis suis acceptos viderent, illos per quos agerentur in infamium loco ac numero deputari.

L. V I V E S.

a Scenicos actores earundem fabularum. } *Aemilius Pro-*
Sbus de Græcis loquens, In scenam verò prodire, & populo esse
spectaculo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini; quæ omnia a-
pud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honestate remota
ponuntur.

Aeschines b *Aeschines.* } *Atheniensis orator, Demosthenis inimicus, tragœdias*
egit in scena. Ideo Demosthenes in oratione De corona, τῶν κωμῶν
eum vocat. Quintilianus hypocritam eum fuisse dicit: id est, histrionem.
Plutarchus in 10. rhetoribus exercuisse eum tragœdias scribit. Idem
Philostratus in Sophistis, qui eum non coactum vertisse solum exilij
gratia scribit, sed quum iudicio de Ctesiphonte victus esset, ad Ale-
xandrum contendisse, qui tunc Asia imperabat: ubi verò de eius mor-
te in itinere intellexit, flexisse cursum Rhodum, captumque insula a-
mœnitate studij apta, resedisse in eo loco. Aeschines ipse epistola qua-
dam ad populum Atheniensem videtur affirmare historicam se artem
desuisse, antequam ad rempublicam accederet.

c *Vir eloquentissimus.* } *Eloquentissimum fuisse satis constat, &*
quidem ampla & decorata voce, nec desunt qui proximum ei post De-
mosthenem locum assignent, natura magis valuit, quàm arte. Quidam
illum nullius fuisse discipulum tradunt, sed repente è scriba factum ora-
tores, dixisseque primum aduersus Philippum Macedonia regem:
hinc famam popularem gratiamque aspiciunt, ideo & missum ad
eundem regem legatum. Alij magistros ei dant Platonem: & Isocra-
tem, quidam Leodamanta. Genus illud dicendi Rhodium, inter Asia-
num & Atticum medium Aeschines Rhodi in secessu instituit, cum
ibi aperuisset scholam.

Aristode-
mus d *Aristodemum.* } *Hic, ut Demosthenes scribit, legatus ad Philip-*
pum profectus est cum Demosthene ipso & Aeschine. Hic est Aristo-
demus, quem cum rogasset Demosthenes, quid mercedis accepisset, ut a-
geret, illeque talentum respondisset: At ego, inquit Demosthenes, plus ac-
cepi ut tacerem. Autor Critolaus.

De scenicis apud Græcos in reipub. administrationem receptis, eo quòd placatores deorum iustè ab hominibus spernerentur.

C A P. X I.

HÆc Græci turpiter quidem, sed sanè diis suis omnino congruenter,^a qui nec vitam ciuium lacerandam linguis poetarū & histrionum subtrahere ausi sunt, à quibus cernebant deorum vitam eisdem ipsis diis volentibus & libentibus carpi: & ipsos homines, per quos ista in theatris agebantur, quæ numinibus quibus subditi erant, grata esse cognouerant, non solùm minimè spernendos in ciuitate, verùm etiam maximè honorandos putauerūt. Quid enim causæ reperire possent, cur sacerdotes honorarèt: quia per eos victimas diis acceptabiles offerebāt, & scenicos probrosos haberent, per quos illam voluptatem siue honorem diis exhiberi petentibus, & nisi fieret irascentibus, eorum admonitione didicerant: cùm præsertim^b Labeo, què huiusmodi rerum peritissimum prædicant, numina bona à numinibus malis, ista etiam cultus diuersitate distinguat:^c vt malos Deos propiciari cædibus & tristibus supplicationibus asferat, bonos autem obsequiis lætis atque iucundis: qualia sunt, vt ipse ait, ludi, conuiuia, ^d lectisternia. Quod totum quale sit, postea, si Deus iuuerit, diligētius differemus. Nunc ad rem præsentem quod attinet, siue diis omnibus omnia tanquā bonis permixte tribuātur, neq; enim esse decet deos malos, cùm potius isti quia immundi sunt spiritus, omnes sint mali: siue certa discretione, sicut Labeoni visum est, illis illa, istis ista distribuuntur obsequia: competentissimè Græci utrosque honore dignos ducunt, & sacerdotes per quos victimæ ministrantur, & scenicos per quos ludi exhibentur. Ne vel omnibus diis suis, etsi ludi omnibus grati sunt, vel quod est indignius his quos bonos putant, si ludi ab eis solis amantur, facere conuincantur iniuriam.

L. V I V E S.

Qui nec vitam ciuium. } *Sisithus cùm populo comæ d'ami exhiberet, quæ Cleanthem Stoicum cõuiciis profundeabat, cæteris indignantibus ferunt philosophum dixisse, iniquum esse, cùm Hercules & Dionysius maledictis histrionum passim in. essantur, nec irascentur, homines irasci.*

b Labeo } *Labeones fuerunt tres, maxima iuris ciuiliis scientia præ- Labeones diti: sed vnus omnium doctissimus Antistius Labeo, qui cum Cesare*

Augusto vixit. Trebatij Teste discipulus: non iuris modo, sed totius quoque antiquitatis omniumque artium peritissimus, & planè polyhistor: ut refert Gellius. Augusto non admodum charus propter magnam ingenij linguæque libertatem. Opinio hæc eius ex Platonica & Stoica disciplina videtur manasse, quamuis nonnullis immutatis. Nam Platonici deos omnes bonos dicebant: inter demones verò, & heroes quosdam bonos, quosdam malos. Porphyrius in sacrificiis ait, verum & pium cultorem nunquam sacrificaturum aliquod animal diis, sed demonibus. Idem in libro De via intelligibilium fufius explicat, qui boni demones, qui mali, sed de hoc alibi.

Sacrificia
tristitia

c Ut malos Deos. } Quo peiores dij sunt, & inferiores, eo tristiore genere supplicationum volunt propiciari, ut dij inferi, Pluto, Proserpina, & alij. Lucanus verbis Enclitus ad inferna numina:

Si vos satis ore nefando

Pollusque voco: si nunquam hæc carmina fibris

Humanis ieiuna auo: si pectora plena

Sæpe dedi, & lau calido profecta cerebro.

Si quis, qui vestris caput ext. aqua lancibus infans.

Imposuit, victurus erat.

d Lectisternia. } De his libro tertio.

Quòd Romani auferendo libertatem poetis in homines, quam dedunt in deos, melius de se, quàm de diis suis senserunt.

C A P. XII.

AT Romani sicut in illa De repub. disputatione gloriatur Scipio, probris & iniuriis poetarum subiectam vitam famamque habere noluerunt, capite etiam puniri facientes tale carmen condere si quis auderet. Quod erga se quidam satis honestè constituerunt, sed erga deos suos superbè & irreligiøsè. Quos cum scirent non solum patienter, sed etiam libenter poetarum probris maledictisque lacerari, se potius quàm illos huiuscemodi iniuriis indignos esse duxerunt, seque ab eis etiam lege munierunt, illorum autem ista etiam sacris solennitatibus miscuerunt. Itane rãdem Scipio laudas hanc poetis Romanis negatam esse licentiam, ut cuiquam opprobrium infligeret Romanorum cum videas eos nulli deorum pepercisse vestrorum: Itane pluris tibi habenda est existimatio vestræ^a curiæ, quàm Capitolij, inò Romæ vnus quàm cæli totius: ut linguã maledicam in ciues tuos exercere poetæ etiam lege prohiberetur, & in deos tuos securi, tanta cõuitia nullo senatore, nullo cõsore, nullo principe,

cipe, nullo pontifice prohibente iacularentur? Indignum videlicet fuit vt Plautus, aut Næuius Publico & Cneo Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni malediceret: & dignum fuit vt ^b Terentius vester flagitio Iouis optimi maximi adolescentium nequitiam concitaret.

L. V I V E S.

a **C**uriae vestrae quàm Capitolij. } *Curia locus in quo senatus habebatur, pro senatoribus ponitur: Capitolium pro ijsis diis.*

b Terentius vester. } *Nam familiarissimus Scipioni & Lelio dicitur fuisse, quin & adiutari ab illis in scribendis fabulis poetam putauerunt multi: quod Terentius ipse in prologo Adelporum subsignificat. De Scipione Memmius opinatur, in Oratione pro seipso, Et Quintilianus meminit in x. Institut. De Lelio Corn. Nepos, & Cicero in epistola quadam ad Atticum, licet ex aliorum sententia.*

Debuisse intelligere Romanos, quòd dii eorum qui se turpibus ludis coli expetebant, indigni essent honore diuino.

C A P. X I I I.

Sed responderet mihi fortasse si viueret: Quomodo nos ista impunita esse nollemus, quæ ipsi dii sacra esse voluerunt, cum ludos scenicos vbi talia celebrantur, dictantur, actantur, & Romanis moribus inuenerunt, & suis honorib. dicari exhiberique iusserunt? Cur ergo non hinc magis ipsi intellecti sunt non esse Dei veri, nec omnino digni, quibus diuinos honores deferret illa respublica? Quos enim coli minimè deceret minimèque oporteret, si ludos expeteret agēdos cōuitiis Romanorū, quomodo quæso dii colēdi putati sunt, quomodo non detestandi spiritus intellecti, qui cupiditate fallēdi inter suos honores sua celebrari crimina poposcerunt? Irēmque Romani, quāuis iam superstitione noxia premerentur, vt illos deos colerēt, quos videbant sibi voluisse scenicas turpitudines cōsecrari, suæ tamen dignitatis memores ac pudoris, actores talium fabularū nequaquam honorauerunt more Græcorum, sed sicut apud Ciceronem idem Scipio loquitur: ^a Cū artem ludicram scēnāmq; totam probro dicerent, genus id hominum nō modò honore ciuium reliquorum carere, sed etiam tribu moueri ^b notatiōne censoria voluerunt. Præclara sanè, & Romanis laudibus annumerāda prudentia. Sed vellem seipsa sequeretur, se imitaretur. Ecce enim rectè quisquis ciuiū Romano-

rum esse scenicus elegisset, non solùm ei nullus ad honorem dabatur locus, verum etiam in cēforis nota tribū tenere propriā minimè sinebatur. O animū ciuitatis laudis auidum^c germanéq; Romanum. Sed respódeatur mihi, qua consentanea ratione homines scenici ab omni honore pelluntur, & ludi scenici deoru honoribus admiscētur? Illas theatricas artes^d dīu virtus Romana non nouerat, quæ etsi ad oblectamentum voluptatis humanæ quærerētur, & vitio morū irreperēt humanorū, dij eas sibi exhiberi petiuerūt? Quomodo ergo abiicitur scenicus, per quem colitur deus? Et theatricæ illius turpitudinis, qua fronte notatur actor, si adoratur exactor? In hac cōtrouersia Græci Romaniq; concertāt. Græci putāt rectè se honorare homines scenicos, cū colant ludorum scenicorū flagitatores deos. Romani verò hominibus scenicis nec^e plebeiam tribum, quantò minus senatoriam curiam de honestari sinunt? In hac disceptatione huiuscemodi ratiocinatio summam quæstionis absoluit:^f Proponūt Græci. Si dij tales colēdi sunt, profectò etiam tales honorandi sunt. Assumunt Romani: Sed nullo modo tales homines honorādi sunt. Concludunt Christiani: Nullo igitur modo dij tales colendi sunt.

L. V I V E S.

Histrionū infamia

a **C**VM artem ludicram. } *N ciss. erat histriones perditissimis fuisse moribus & deplorata nequitia, cū in ea ciuiate pro ciuibus non haberentur, cuius erant tam multa millia hominum flagitiosorum & facinosorum ciues. Mouerit tribu, & stipendia non facere histriones, autores sunt Liuius & Valer. nisi potestas roget. Nam tum videtur cogere, quod Decimo Laberio cōiugit, rogante Cesare, ut mimum suum ageret in scena, qui nihilominus fuit post histricam artē eques Romanus: nam qui inuita cōmittit in legem, non videtur committere. Excipiuntur ab ea lege actores Atellanarum, quæ sunt fabulæ seueriores, iocis Italicam præscam disciplinā redolentibus condita. Liu. & Valer. Idco nec deponunt in scena personam, aut alij histriones. Festus.*

Atellane

b Notatione cen. } *Quæ de moribus & fortunis uniuscuiusque fiebat quinto quoque anno.*

Germani

c Germanéque Rom } *Germanum, inquit Thomas Valois, id est, immane: nam Germani immania habent corpora. ô hominem germane nugatorem: quid enim aliud possim dicere? Mihi nequaquā potuit illud declarari: quo pacto librum quis intelligat, quacunque de re su ille cōposuit, qui lingua qua scriptus est, ignoret. Sæpe hac de re cum hominibus*

meo iudicio non imperitis, suo peritissimis, disputant: ne non intelligere dicebam, quemadmodum Scotus, Occam, & similes sacres scriptores intelligere atque enarrare possuerint. Accur. Bar. & Bol. iura, cum Latine nesciant: quo sermone & hæc & illi iratus essent. Requegnabant illi mihi, & fieri posse contendebant, ac si intelligere dicebant quæ me ipse negarem. Cedo illis, & quod nõ capiam stupori mei ingenij imputo quãquam hic veli me docerent, num mysterium aliquod predicatorum isti occluserint, cum germanum exponunt, id est, immanè: & Romanum, id est, Germanis altum. Quid si sic est, clamabo insidias nobis simplicibus à callidis hominibus fieri. Nec esse rem ferendam, maiore commentatore indigere commentatorem, quàm eum quem enarret, nisi forte sensus hic aliquis est eruendus anagogicus vel tropologicus, relicto literali. Nos homines crassi, germanum pro vero, nativo expresso, genuino accipi in Latina lingua scimus. Sic Cicero, ut unum exemplum pro multis tribus offeram, *Act. in Verrem* 5. Tum multa, tum hoc nemini me dicere, facile esse perspicuum, quantum inter hunc, & illum Numidicum verum ac germanum Metellum interesset. Ita germanè Romanum, id est, verè Romanus: Romanus verè Augustinus pro generoso, & in omni honestum erecto dixit. Acutiores isti homines & solidioris eruditionis, verbis relictis, res ipsas & corpora apprehendunt, nec quævis corpora, sed humana, & eadem immania. Eiusdem farinae, sicut dicunt, est & illud, quod tertio post capite. *Apicem quem si mem in capite gestat, historiographum quemdam esse dicit, quasi verò parum esset, hominem repente ex lino fecisse, maiore artificio quam Prometheus ex luto finxerit, nisi etiam historicus crearetur mira & plus quam divina artificis dexteritate, qui suam facturam eruditam produxerit, cum Deus nos rerum omnium rudes edat.*

d Diu virtus Romana. } Quadringentos ferè per annos.

e Plebeiam. } O dies Romæ erant tres, senatorius, equester, plebeius, qui erat infimus, de quibus alibi Plebeiam dixit tribum, non quòd nulla esset tribus plebeia, sed in unaquaque essent homines plebei & de fece vulgi.

Romæ ordines

f Proponunt Græci. } Dialectici & eos sicuti rhetores, tres partes faciunt perfectæ argumentationis, qui Græcè dicitur syllogismus, Latine ratiocinatio. Prima, qua exponitur summa argumentationis: hæc est expositio, sive propositio. Altera, cum propositione assumpta rem continet speculatus, de qua aliquid volumus colligere: hæc est assumptio. Tertia, quæ ratio: inationem claudit, complexio. Nec refert quibus hæc distincta sint locis. Interim complexio est prima, sæpe assumptio secunda, vel ultima. Pseudodialectici hæc omnia confundunt, ut sunt bonarum omnium artium expertes, & locum existimant natu-

ras mutare rerum, ex seipsis omnia metientes, qui cum in scholis plus sint quam viri, extra scholas in vita communi minus quam infantes.

Melioem fuisse Platonem, qui poetis locum in bene morata vrbe non dederit, quam hos deos, qui se ludis scenicis voluerint honorari. CAP. XIII.

DEinde quærimus, ipsi poetæ talium fabularum compositores, qui Duodecim tabularum lege prohibentur famam lædere ciuium, tam probrofa in deos cõuitia iaculantes, cur non vt scenici habeantur inhonesti? Et qua ratione rectum est, vt poeticorum figmentorum & ignominiosorũ deorum ^a infamentur actores, honorètur autores? ^b An fortè Platoni Græco potius palma danda est, qui cum ratione formaret, qualis esse ciuitas debeat, tanquam aduersarios ciuitatis poetas censuit vrbe pellendos. Iste verò & deorum iniurias indignè tulit, & fucari corrumpique figmentis animos ciuium noluit. Confer nunc ^c Platonis humanitatem à ciuibus decipiendis poetas vrbe pellentem, cum deorum diuinitate honori suo ludos scenicos expetete. Ille, ne talia vel scriberentur, ^d etsi non persuasit, disputando tamen suasit leuitati lasciuixq; Græcorũ. Illi vt talia etiam agerentur iubendo extorserũt grauitati & modestiæ Romanorũ. Nec tantum hæc agi voluerunt, sed sibi dicari, sibi sacrari, sibi sollemniter exhiberi. Cui tandem honestius diuinos honores decerneret ciuitas, vtrũ Platoni hæc turpia & nefanda prohibenti, an demonibus hac hominum deceptione gaudentibus, quibus ille vera persuadere non potuit? ^e Hũc Platonem Labco inter semideos commemorandũ putauit: sicut Herculé, sicut Romulum. Semideos autem heroibus anteponit, ^f sed vtrosq; inter numina collocat. Verũtamen istũ quem appellat semideum, non heroibus tantum, sed etiam diis ipsis præferendum esse non dubito. Propinquant autem Romanorũ leges disputationibus Platonis, quando illè cuncta poetica figmenta condemnat, isti autem poetis adimunt saltem in homines maledicendi licentiam: ^g illic poetas ab vrbis ipsius habitatione repellit, isti saltem actores poeticarũ fabularũ remouent à societate ciuitatis: & si contra deos ludorum scenicorum expetitores aliquid auderent, fortè vndiq; remouerent. Nequaquã igitur leges ad instituendos bonos, aut corrigendos mores malos à diis suis possent accipere, siue sperare Romani, quos legibus suis vincunt atque cõuincunt. Illi enim honori suo deposcunt ludos

Iudos scenicos, isti ab honoribus omnibus repellunt homines scenicos: illi celebrari sibi iubent figmentis poeticis opprobria deorū, isti ab opprobriis hominum deterrent impudentiam poetarū. Semideus autem ille Plato, & talium deorum libidini restitit, ^h & ab indole Romanorū quid perficiendum esset, ostēdit: qui poetas ipsos vel pro arbitrio mentientes, vel hominibus miseris, quasi deorū facta pessima imitanda proponentes, omnino in ciuitate bene instituta viuere noluit. Nos quidē Platonem, nec deū, nec semideū perhibemus: nec vlli sancto angelo summi Dei, nec veridico prophetae, nec apostolo alicui, nec cuilibet Christi martyri, nec cuiquā Christiano homini cōparamus, cuius nostræ sententię ratio Deo prosperante suo loco explicabitur. Sed eum tamen, quandoquidem ipsi volunt fuisse semideum, præferendum esse censemus, si non Romulo & Herculi: ⁱ quauis istum nec occidisse fratrem, ^k nec aliquod perpetrasse flagitium ^l quisquam historicorum ^m vel poetarum ⁿ dixit, aut ^o finxit: ^p certē vel Priapo, vel alicui ^q cynocephalo. postremò vel ^r Febri, quę Romani numina ^t partim peregrina receperunt, ^u partim sua propria sacrauerūt. Quomodo igitur tanta animi & morum mala, bonis præceptis & legibus, vel imminetia prohiberent, vel insita extirpanda curarent dii tales: qui etiam seminanda & augenda flagitia curauerunt, talia vel sua, vel quasi sua facta per theatricas celebritates populis innotescere cupientes: vt tanquam autoritate diuina sua sponte nequissima libido accederetur humana: frustra hoc exclamante Cicero-
ne, ^u qui cū de poetis ageret, ad quos cū accessisset, inquit: Clamor & approbatio populi, quasi magni cuiusdam & sapiētis magistri, quas illi obducunt tenebras? quos inuehunt metus? quas inflammant cupiditates?

L. V I V E S.

- a **I**nfametur actores. } *Actores ab agendo, histriones qui agunt fabulam in scena. Autores, qui eam scribunt poete: quamuis auctor latissimè pateat, quæ sunt literarj ludi.* Actor
Autor
Poetas
Plato è
rep. expulsus
Quos poetas non expellit Plato
- b An fortè Platoni } *Plato lib. De rep. 2. Poetas ex ea ciuitate, quam optimam instituit, expellit. propter flagitia & scelera, quæ diis canunt. Et in decimo volumine eiusdem operis, cū multa dixisset in eos Socrates, locum totum claudit, vt sentiat expellendam poesim, quæ affectus inducit parum viriles: illam verò retinendam, quæ mascula est & casta. Itaque non omnem poesiam ille damnat: nam poetas*

interdum diuinum genus vocat, cum scilicet sacros concinunt hymnos. Quod si cecinerint poetæ virum bonum, tamen si pauperem fœlicem esse: contra malum & diuitem & infœlicem: si non nimis corrumpantur licentia, nec rabie percellantur. nec impellantur assentatione, neque ea canant, quæ bonos mores corrumpant, vtilis sunt reipublicæ Platonica.

Humanitas

c Platonis humanitatem. } Hic humanitas non accipitur vel pro ingenita quadam animi mansuetudine, hominumque beneuolenti, quæ φιλαδελφία dicitur, nec pro eruditione in artes bonas, quæ παιδεία, sed pro hominis natura, qua homines sumus: sicut bonitas, qua boni, Ostendit id quod sequitur, nam diuinitati comparatur, in hoc significatu est etiam reperire apud alios, ut apud Cicer. 1. De Orat.

Suadere. Persuadere

d Etli non persuasit. } Miror vel ex hoc loco non admonitos esse nostros philosophos & theologos, quid inter persuadere & suadere interesset. Sed illi quod à miraculo non procul abest, Latini sine Latinitate intelligunt, Græcitate peritiores, cum ne legere quidem sciant Græcè. Apud hanc enim gentem πείθει utrunque est, & suadere, & persuadere.

e Hunc Platonem Labeo. } Ordines deorum ex Varrone, deinde ex Platonis aliis libris ponam. Romani quosdam deos summos nominabant, mediocrem alios, alios heroes infimos, quasi terrestres, ab ætæ, quam veteres terram dicebant: ut Capella perhibet. Mediocrem dixere, quos merita in cælum vocarunt, ut scribit Cicero in Leg. hoc est semideos, velut hybridas quosdam ex mortali & immortalis progenitos: ut Romulum, Herculem Aesculapium, Tyndaridas, & similes. Heroes sunt ex utroque mortali parente nati, qui meritis fœliciores quamdam nati sunt sortem, quàm vulgus generis humani. Addunt quidam Semoines, de quibus alio loco.

Heroes

f Sed utrosque inter numina. } Eos qui sanctè vixissent, & ex hac vita migrassent, in deorum numero veteres Romani esse censuerunt, eorumque festa Necia sunt appellata. Cicer. 2. De leg.

Necia

g Ille poetas ab vrbis. } In vetustis codicibus, Brugenſi & Coloniensi sic legitur: Ille poetas ab vrbis ipsius habitatione. isti saltem actores talium fabularum remouent à societate ciuitatis, & si contra deos.

Indoles

h Et ab indole Romanorum. } Ab inchoata virtute, ab initiis, ab specimine, quauis & plenam virtutem interdum significat. sed hic, id quod dixi, declarat quod sequitur, quid perficiendum esset, ostendit.

i Quauis istum nec occidisse fratrem. } Quod fecit Romulus, qui occidit Remum.

k Nec aliquod perpetrasset. } Ut Herculem, qui stupris, libidinibus,

rapinis,

rapinis, latrocinis, homicidiis totum inquinavit orbem: quem illi purgatum ab eo existimabant.

l Quisquam historicorum. } *Vt de Romulo faciunt.*

m Vel poetarum. } *Vt de Hercule.*

n Dixit. } *Historicus.*

o Finxit. } *Poeta.*

p Certè vel Priapo. } *Diodorus initium colendi Priapi hoc tradit: Priapus Cùm Osiris Aegyptiorum rex à Typhone fratre impij & facinoroso homine esset casus, corpus eius inter conscios coniurationis est dissimulatum: viri'ia cum nemo vellet recipere, in Nilum flumen sunt abiecta Typhone ab Isid. Osiridis coniuge deuicta, cetera Osiridis partes sunt inuenta prater pudenda, quæ Isis sacravit, colique multis ceremoniis instituit, eique qui in Aegypto initiabantur, prima sacra faciebant: nominatisque est Priapus: occulto nomine, quòd veteres honestiore vocabulo sic nominarent inhonestà. Hunc Græci Phallum & Ityphallum nunciant: ex Latinis Columella lib. II.*

Ityphallus

Sed truncum fortè dolatum.

Arboris antiquæ numen venerare Ityphalli,

Terribilis membri: medio qui semper in horto

Inguinibus puero prædoni falce numerat.

Et æniam hortorum custos. Diodorus Typhonem quoque nominatum eam perhibet. Idem autor est filium hunc fuisse Veneris & Dionysij natum, ut inquit Servius & Valerius Flaccus Lampfaci, quæ ciuitas est Hellepontica. adeo Lampfacenus est dictus, & Hellepontiacus, Verg. 4. Geor.

Et custos furum atque auium, cum falce saligna

Hellepontiaci seruet tutela Priapi.

Et in opere obsceno loquitur Priapus:

Patria multalabor, & olim

Ille tuus ciuis Lampface Gallus ero.

Alij in Priapo urbe natum putant, haud procul à Lampfaci propter vineas: esse ad Helleponticam sacra Priapi ortum Strabo putat. Recens est hic deus, & ab Hesiodo ignoratus: quem Fulgentius inter Semones collocat, & celo receptum nondum esse perhibet, propter tenuitatem meritum.

q Cynocephalo. } *Ad verbum canicipiti. Diodorus lib. 4. Cynocephalos corpore humano voceque dicit esse, caninus capitibus, feræ animalia præalus atque indomita, multosque in insulis Nilus. Osiris Anubin habuit filium, qui Anubis patrem in peregrinatione secutus, canis imagine pro insignibus usus est: idcirco & huius animalis forma in Aegypto est cultus, & latrator à Verg. dicitur lib. 8. tum etiam quòd significabatur custos corporis Osiridis & Isis. Sunt qui putent hunc esse Mercurium, à sua divinitate sic dictum.*

Febris
dea

r Febris. } Romani aras multas Febræ erexerunt. Veteris cuiusdam in Palatio meminit Cicero 2. De leg. eiusdem Valerius in Antiquis instit. & 1. lin. lib. 2. tum & alterius in area Marianorum monumentorum, tertia quoque in summa parte vici longi.

s Partim peregrina. } Lucanus ad Aegyptum:

Nos in templa tuam Romam accipimus Isum,
Semicanesque deos, & sinistra mouentia luctum.

t Partim sua propria. } Vt Febrim.

v Qui cum de poeticis agens. } In antiquis codicibus sic legitur: Qui cum de poetis ageret, ad quos cum accessisset, inquit, clamor, &c. Puto hæc esse ex libris De repub. In tertio Tusculan. sic ait de causis, quæ virtutis semina à natura nobis indita corrumpunt, loquens: Accedunt etiam poëtae, qui cum magnam speciem doctrinæ sapientiæq; præseulerint, audiuntur, leguntur, ediscuntur, & inherescunt penitus in mentibus. Cum verò accedit eodem maximus quidam magister, populus atque omnis undique ad vitia consentiens multitudo, tum planè inficimur opinionum prauitate, à naturâ que ipsa desciscimus. Similia lib. 2. & 4. plurima, quæ velut digito indicasse sat fuerit, ne verbositate librum & lectorem oneremus.

Quod Romani quosdam sibi deos non ratione, sed adulatione instituerunt.

C A P. XV.



Væ autem illis eligendorum deorum etiam ipsorum falsorum ratio, ac non potius adulatio est? quando istum Platonem, quem semideum volunt, tantis disputationibus laborantem, ^a ne in animis malis, quæ præcipuè cauenda sunt, mores corrumperentur humani, nulla ædicula sacra dignum putarunt, & Romulum suum diis multis prætulerunt: ^b quanuis & ipsum semideum potius quàm Deum, velut secretior eorū doctrina commendat? ^c Nam etiam flaminem illum instituerunt, ^d quod sacerdotij genus adè in Romanis sacris ^e testante apice excelluit, ^f vt tres solos flamines haberent tribus numinibus institutos: Dialem, Ioui: Martialem, Marti: Quirinalem, Romulo. ^g Nam beneuolentia ciuium velut receptus in cælum Quirinus est postea nominatus: ac per hoc & Neptuno & Plutoni fratribus Iouis, & ipsi Saturno patri eorum isto Romulus honore prælatus est: vt pro magno sacerdotium quod Ioui tribuerant, huic etiam hoc tribueret, & Marti tanquam patri eius, forsitan propter ipsum.

L. V I V E S.

a NE in animis malis. } Sunt qui legant: Ne in animi malis aliq

li, alij: Ne à malis optimè omnium, Ne anima malis.

b Quamuis & ipsum semideum potius. } Cicero in Leg. Divos
& eos qui caelestes semper sunt habiti, colunt. Illos quos in calum merita
vocarunt, Herculem, Liberum, Aesculapinum, Castorem, Pollucem, Qui-
rinum.

c Nam etiam flaminem. } De flamine qua dicam, erunt ex V ar- Flamen
rone, Dionysio, Festo, Plutarcho, Gellio, Servio. Inter sacerdotum ordi-
nes Numa Pompilius quosdam fecit, dixitque flamines, quorum insigne
erat galerus, ut pontificibus, sed filum in eo inerat lana alba, hinc fla-
mines appellatos, quasi pilanines. Sunt qui dicant à pileo, quod non
procedit: nam & pontifices pileos habebant. Alij quasi flamines à filo,
tum etiam quòd per astatem. cum propter calorem galerum gestare non
possent, lins filis caput amiciebant. Nam nudis esse capitibus sub dno re-
ligio erat. festis tamen diebus inter sacra pileo eos uti erat necesse. Ap-
pianus Alexandrinus flaminem Dialem semper velo & galero festis
profectisque diebus uti solere, scribit. Sunt qui à flammeo, quod genus
est tegminis capitis, quamvis mulierum potius quam virorum hoc genus.
Sacerdotes primum Numa tres creavit: Ioui unum, qui dicitur Dialis, à
Dios, quod est Iouis: Marti unum, qui Martialis: Quirino unum, qui
Quirinalis. Pluribus diis eundem esse flaminem, vel eidem deo plures
non licebat. Auctus est sensim hic numerus, & xv. tandem fuerunt, sine
iis qui consecratis Caesaribus per adulationem sunt dati, ut C. Casari
dictatori lege Antoniana, quod Cicero 2. Philipp. indignatur, & Au-
gusto, & aliis permultis. Verum praecipui semper fuerunt, quos Numa insti-
tuit, inter quos maximus fuit Dialis, qui Ioui sacra faciebat: galeroque
solus utebatur albo, maximeque dignationis est dictus. Cuius ceremonias
& leges scribunt, cum Plutarchus in Problematis, tum Gellius lib. x. ex
Fabio Pictore: Massurio Sabino, Varrone, & aliis. Minimus inter om-
nes flamines erat Pomonalis, quòd leuissima esset Pomona dea, qua po- Pomona
mis praest. Alij erant mediocris maiestatis, ut Volcanalis Vulcani, Fu dea
rinalis Furidae, Falacer Falacris patris, Palatualis dea, in cuius tute-
la erat Palatium, Floralis Florae matris.

d Quod sacerdotij genus adeò in Ro. sacris. } Flamines sa-
met si maxima auctoritatis, tamen pontificis maxim. dicto audientes e-
rant. Sic populus iussit primo bello Punico, cum L. Metellus, pont.
max. Posthumium flavum, Martialem consulem non est passus à sa-
cris discedere. Sic bello Asiatico primo, cum P. Licinius pont. idem
max. iter in Sardiniam Q. Fabij Pictoris praetoris flaminis Quirinalis
impediuit.

e Testante apice. } Apex fastigium, & summum aliquid alicui ad-
Aug. de civ. Dei, Tom. j.

ditū rei. In flamino est id, quod in capite gestat, piteus scilicet, vel filalanea. Lucanus lib. 1. Et tollens apicem generoso vertice flamen. Valer. lib. 1. At Sulpicio inter sacrificandum apex prolapsus eidem sacerdoti abstulit. Apicem non dabant Romani, nisi principibus sacerdotibus, ut nunc intras. Seruius lib. 8. Aeneid. Et vocabant apicem ab apendo, quod est vincire: unde aptus. & apiculum filum, quo flamines velatum apicem gerunt. Festus de his apicibus loquitur. Vergil. in 8.

Hinc exultantes salios, nudosque Lupercos
Lanigerosque apices.

¶ Ut tres solos. & Præcipuos & veros flamines, qui que præ se illa erant flaminum autoritate.

Romulus
deus

¶ Nam beneuolentia ciuium, & Mortuo Romulo senatus in suspicionem populo venit, tanquam illum in consilio lacerassent. Licitā est multitudo testimonio Iulij Proculi, qui iurauit se Romulum vidisse euntem in caelum. Lilius lib. 1. Ennius his verbis inducit populum Romanum lamentantem:

O Romule Romule dic,

Qualem te patria custodem diu gesserunt.

Tu produxisti nos intra luminis oras.

O pater. o genitor patriæ, o sanguine diu oriunde.

Quirinus

¶ Quirinus est postea. & Multis mutata nomina post deificationem, ut augustiores videantur relicto humano nomine, sic quæ mulier Leda, Nemesis dicta est dea: quæ Circe, Maria: quæ prius Ino, post factam deam Matuta: qui Aeneas, postea Iupiter indiges Quirinus nominatus est in gratiam Sabinorum, propter quos Romani homines Quirites appellati. à Curibus Sabinis, sive, ut Ouidius inquit:

Quod hasta quiris præcis est dicta Sabinis,

Bellicus à telo venit in astra Deus.

Sive suo regi nomen posuere Quirites,

Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.

Quod si diis vlla esset cura iustitiæ, ab eis Romani accipere debuerunt præcepta viuendi potius, quam leges ab aliis hominibus mutuari.

CAP. XVI.



I autem à diis suis Romani viuendi leges accipere potuissent, nõ aliquot annos post Romanam conditam ab Atheniensibus mutuarentur leges Solonis, quas tamen vt non acceperunt, tenuerunt, sed meliores & emendationes facere conati sunt: quanuis Lycurgus Lacedæmonii leges ex Apollinis autoritate se imitaturis confluxerit. Quod prudenter

denter Romani credere noluerunt, propterea non inde acceperunt. ^dNuma Pompilius, qui Romulo successit in regnū, quasdam leges, ^e quæ quidem regendæ ciuitati nequaquam sufficerent condidisse fertur. Qui eis etiam in multa sacra cōstituit: ^f non tamen perhibetur easdem leges à numinibus accepisse. Mala igitur animi, mala vitæ, mala morum: quæ ita magna sunt, ^g vt his doctissimi eorum viri etiam stantibus vrbibus respublicas perire confirmant? dij eorum ne suis cultoribus acciderent minimè curarunt, imò verò vt augerentur, sicut suprâ disputatum est, omnino curauerunt.

L. VIVES.

a **A** Atheniensibus mutuarentur leges. *§ Anno ccc. ab Vr. Leges xij. abe condita, post multas inter plebem, & patres dissensiones, tres tabularum legata missi sunt in Græciam, iussu legis Solonis describere, & incres atque instituta reliqua Græciæ cognoscere: vt componi status ciuitatis Romanæ exemplo Græcorum possent. Athenis Chærephanes erat Archon, Olympiade lxxxij Gnaute negotium est à legatis transactum,*

& proximo anno redierunt, creatique sunt decemviri legum ferendarū, qui primū decem tabulas iuris civilis Ro. scripserunt, deinde addiderunt duas, approbatæque sunt omnes comitiis centuriatis: atque hæc sunt nobilissimæ leges Duodecim tabularum. Liu. l. 3. & Dionys. 10. & alij.

b **Q**uanuis Lycurgus. *§ Inclytæ sunt Lycurgi leges, quas ille Lacedæmonius dedit, ex Apollinis Delphici, vt finxit, oraculo. Pleni sunt Græcorū & Latinorū libri Lycurgi huius legumq. prædurarum, quas Sparta Lycurgi lenis tulit. Est & libet à Xenophonte de illis ipsis legibus editus, multa ge quales etiam à Plutarcho de iis conscriptæ: ideo in re nota nō ero lectori fastidio.*

c **P**ropterea non inde. *§ Adde quod magis ad ciuilem vitam, & mansuetudinem faciebant Solonis, quàm Lycurgi leges agræstes & sanguinaria, vt Plato & Arist. notarunt. Finis enim earum non erat alius, quàm vt optimos bellatores facerent Spartanos.*

d **N**uma Pompil. *§ Curibus Sabinis natus est vir sue ætatis optimus. De hoc Liu. lib. 1. & Dionys. & Plutarch. in eius vita, & alij quamplurimi.*

e **Q**uæ quidem regendæ ciuitati. *§ Hoc satis notum est: nam leges aliunde petierunt.*

f **N**on tamen perhibetur. *§ At Aegeria congressus simulauit, sed nymphea potius quàm deæ, & fabulam esse constabat. De hoc alias.*

g **V**t iis doctissimi eorum viri. *§ Facere non possum quin festi. Plauti diuissimum quoddam Plauti dictū ex Persa huc adducam: rogat vir. Etum ex gineem Sagaristio seruus, vs munitum tibi usum est oppidum? respondet Persa*

illa: Si incola bene sunt morati, pulchrè munitum arbitror: perfidia & peculatus ex urbe & auaritia si exulant, quarta inuidia, quinta ambitio, sexta abtrectatio. Septima periurium, octaua indiligentia, nona iniuria, decima, quod pessimum aggressu, scelus. Hac nisi vnde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parust.

De raptu Sabinarum, aliisque iniquitatibus, quæ in ciuitate Romana etiam laudatis viguere temporibus.

CAP. XVII.

AN fortè populo Rom. propterea leges non sunt à nūminibus constitutæ, quia, sicut Salustius ait, Ius bonumque apud eos, non legibus magis quàm natura valebat? ^b Ex hoc iure ac bono credo ^c raptas esse Sabinas, Quid enim iustius & melius, quàm filias alienas fraude spectaculi inductas, nō à parentibus accipi, sed vi vt quisque poterat auferri? Nam si iniquè Sabini facerent negare postulas, quantò fuit iniquius rapere non datas? Iustius autem bellum cum ea gente geri potuit, quæ filias suas ad matrimonium corregionalibus & confinalibus suis negasset petitas, quàm cum ea quæ repetebat ablatas. Illud ergo porius ibi fieret, vbi Mars filium suum pugnantem iuaret, vt coniugiorum negatorum armis vlcisceretur iniuriam, & eo modo ad fœminas quas voluerat, perueniret. Aliquo enim fortasse iure belli iniuste negatas, iuste victor auferret, Nullo autem iure pacis non datas rapuit, & iniustum bellum cum earum parentibus iuste succensentibus gessit. ^d Hoc sanè vtilius feliciusque successit. ^e Quod etsi ad memoriã fraudis illius Circensium spectaculum mansit, facinoris tamen in illa ciuitate & imperio non placuit exēplum: faciliusque Romani in hoc errauerunt, vt post illam iniquitatem deum sibi Romulum consecrarent, quàm vt in fœminis rapiendis factum eius imitandum, lege vlla vel more permitterent. Ex hoc iure ac bono post expulsam cum liberis suis regem Tarquinium, cuius filius Lucretiam stupro violenter opprresserat, Iunius Brutus consul, & Lucium Tarquinium Collatinum maritum eiusdem Lucretiæ collegam suum, bonum atque innocentem virum, propter nomē & propinquitatem Tarquiniorū coegit magistratu se abdicare, nec viuere in ciuitate permisit. Quod scelus fauēte vel patiente populo fecit, à quo populo consulatū idē Collatinus, sicut etiā ipse Brutus acceperat. Ex hoc iure ac bono ^h Marcus Camillus illius temporis vir egregius, qui

Veientes

Veietes, grauissimos hostes populi Rom. post decennale bellū, quo Romanus exercitus toties malè pugnādo grauiter afflētus est, iā ipsa Roma de salute dubitāte atq; trepidāte, facillimè superauit, eorūmq; urbem opulentissimam cepit, inuidia obrectatorū virtutis suæ, & insolētia tribunorū plebis reus factus, tam ingratham sensit quam liberauerat ciuitatem, vt de sua damnatione certissimus in exilium sponte discederet: ⁱ & decē milibus æris absens etiam damnaretur: ^k mox iterum à Gallis vindex patriæ futurus ingratiæ. Multa commemorare iam piget fœda & iniusta, quibus agitabatur illa ciuitas: ^l cū potētes plebē sibi subdere conarētur, plebsq; illis subdi recusaret, & vtriusq; partis defensores magis studiis agerent amo revincendi, quàm æquum & bonum quicquam cogitarent.

L. V I V E S.

à **Q**uia sicut Salustius. } In bello Catilinario de veteribus Romanis loquitur: Ius est ciuili equitas vel scriptū legibus scripta, vel institutis aut moribus recepta. Bonum est iuris ipsius origo & Bonum temperatio atque emendatio, quæ fit ex prudētia iudicis accommodantis se rationi causæ, & flexilis legē ad causam, non causam ad legē, vt in hoc proposito Aristoteles de Lesbia norma dicit, quinto Ethicorum. Hoc bonum solet etiā bonū & æquum nominari, vt apud eūdem Salustium in Jugurt. Fit reus Bomilchar magis ex æquo & bono, quàm ex iure gentium Cic. in Bruto: Ita enim Crassus multa tum contra scriptū pro æquo & bono dixit. Dicitur etiā æquū, siue equitas. Cicero pro Cecinna: Iste locū fugis, & reformidas, & me ex hoc, vt ita dicā, campo equitatis, ad istas verborū angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas. Quintil. in 4. Quo loco tamen iudicis natura noscenda est, iuri magis an æquo sit opposita Idem in 6. Iure pugnandum an æquo? De his nos quedam in nostra Legum eade diximus: plura & exactissima Gulielmus Budæus in Annot. Pandect. explicans illud à iureconsultis non satis intellectum: Ius est ars equi & boni Quo viro Gallia acutiore ingenio, acutiore iudicio, exactiore diligentia, maiore eruditione nullum unquam produxit: hac verò etate nec Italia quidem. Nihil est vsquam vel Grecorum, vel Latinorum scriptorum, quod ille non euoluerit, legerit, excussit. Græca & Latina iuxta & summè callet. Tam facillè vtraq; lingua loquitur, quàm Gallica, quæ est ei vernacula, haud scio an etiam facilius. De libro Græco quæ sunt scripta, leget Latinè de Latino Græcè. Hac quæ videamus tam elaboratè, tã excultè ab eo conscripta, ex tēporali sunt ei facultate parata. Facilius tñ Græcè scribit, tñ Latinè, quàm etiam earum linguarū peritissimi intelligant. Nihil est tã reconditū, tã abstrusum in

Gulielmi
Budæus

his linguis quod non peruestigarit, adierit, inspexerit, & velut Cerberum è tenebris produxerit in lucem. Infinitæ sunt seu uocum significaciones, seu loquendi figura, ac proprietates, quas unius Budæ operæ sciunt homines studiosi prioribus seculis ignoratas. Et hæc quidem omnia cuncta & tam admirabilia ipse per se sine magistro ullo perdidit. Fælix ac fœcundum ingenium, quod in se uno inuenit & doctorem, & discipulum, & docendi uiam, rationemque. Et cuius decimam partem alij sub magnis magistris uix discunt, ipse id totum à se magistro edoctus est. Nihil dixi de scientia iuris, quæ per ipsum instaurari collapsa iam cœpit, nihil de philosophia, cuius ipse in libris De asse id specimen edidit, quod edere non quuisset nisi homo, qui in omnium philosophorum libris assiduo uersatus esset, maximisque in eis progressus haberet. Accedit huic omnibus, quod haud dubie ceteras res uniuersas antecellit, probitas tanta doctrinæ congrua decensque iam rara, tamquam admirabilis, ut sine ceteris ingenij dotibus monumentisque miraculum posset uideri: ut eruditione, ita & probitate superior em non habet. Qui in omni uita actibusque tam variis primas semper religioni partes attribuit. Qui uir coniugatus liberorum plenus, nunquam commodis ullis & in familiaris incrementis transuersus est actus, semper seque suamque fortunam rexit, & moderatus est: nec à fortuna quantumuis magna spe proposita, abripisse permittit, semper seipsum habuit in sua potestate. Homo uersatus in legationibus in aula, inter principes uiros nihil unquam gratiæ dedit, nulli assentari in animum induxit, patrimonium nunquam auxit, quod à recto uel pilum latum deflectere non sustinuit, in seipsum acrior quam in alios inuadens: munibus inuidiosissimus functus, non inuenit à quo labecula spargeretur ulla, uel suspitione criminis quamlibet perstringeretur etiam in libera gente, nec omnino muta, & satis suspicaci. Sentio me modum destinata breuitatis egressum, dum me loquendi de amico longè optimo dulcedo tenuit. Nunc ad institutum reuertar. Est ergo Salustij sensus, aq̄uitatem illam tum ciuilem, quam Ius appellat, tum etiam naturalem, quæ ingenita est à natura animus bene sentientium & iudicantium, quæ nihil cum sit melius, idcirco bonum nominatur, non magis ualuisse apud Romanos lais legibus, quam naturalibus iudiciis hominum sapientium.

b Ex hoc iure ac bono. } Acerba ironia.

Sabinæ
raptæ

c Raptas esse Sabinas. } Cum fœminas ad coniugium non posset à vicinis populis impetrare Romulus, ex consilio Numitoris auis & senatus, ludas se facturum simulauit Neptuno equestri: ita euocatis fœminis uicinarum gentium, eas omnes potissimum Sabinas medio spectaculo Romæ raperunt. Sic enim inter Romulum & suos conuenerat, quarto mense post conditam Romam, ut Dionysius perhibet ex Fabio Pictore. Plutarchus xiiij. Cal. Septemb. dicit. Conuenit numerus; nam Roma xij. Cal.

Maias est cepta edificari, Palidum die. T ametsi Gellius, non Aulus ille Nocturnus, sed antiquus quodam scriptor, quarto anno id scribit contigisse, quod est verosimilius. Et rapta sunt, ut Dionysius tradit, sexcenta & octoginta, quod magis credo, quam quod de triginta scribunt alij, unde manarit Curiarum numerus. Iuba tres addit ad numerum.

Dionys. Antias Valerius quingentas viginti septem produ. Sunt qui velint Thalaßum non fuisse virum, sed signum, quod Romulus militibus Thalaßus direptioni dedit. Festus ex Varrone signum lanificij fuisse ait, ceu quis dicat quasillum, vel calathum.

d Hoc fanè vtilius. } Et hi populi, qui raptas amiserant, & alij, quos Vicinorum bellū cum Romulo. vel isti suis lachrymis, vel exemplum ad multos pertinens inouit, contra Romanos ceperunt arma, Sabini, Ceninenses, Crustumery, Attenates. Romulus cum tantum in se parari bellum videret, ad Ethruscorum opes, quæ tunc plurimum valebant, confugit. Celius quidam Vibennus Ethruscus princeps suppetias tulit Romulo, à quo Celius mons in Vrbe est dictus. Aulus quoque subsidium nepoti misit. Ceninenses, Crustumery, & Attenates Romulus non magnis nec difficilibus praelijs superauit, cum Sabinis, cum vario & periculoso pugnaretur Marte, repente raptarum precibus fœdus & amicitia coit.

e Quod et si ad memoriam. } Ludi quotannis Neptuno equestris celebrabantur: variè nominati: Circenses, Magni, Romani, apud priscos Consualia, cui deo sacrificabatur, quem præesse consilio existimabant, à Cōsus deus quo opem consilijque Romulus in difficultate coniugiorum petierat. Eius ara sub terra est defossa, quoniam consilium non sacra modò res est ut ait Plauto, sed occulta quoque esse debet.

f Post expulsum. } Rursum ironia.

g Lucium Tarquinium. } Expulsis regibus comitiū centuriatis, ut Seruus Tullius populū descripserat, consules creantur L. Iunius Brutus, & L. Tarquinus Collatinus Lucretie maritus. Aegerij fratris Tarquinij Prisci filius, ut dicit Linius: nepos verò, ut Dionysius. Brutus Consules Primus cum non modò regem, sed ne regium quid in nomen vellet in Vrbe suæ peresse, magistratum collegæ abrogauit, quod Tarquinium vocaretur usq; bonis suis sumptis ultrò Collatiam habitatum migravit. Hoc factum Cicero tertio Officiorum subindicat non admodum fuisse coniunctum cū honestate, sed quia utilissimum fuit patriæ, idcirco honestum etiam videri. Obseruatum esse ait Iulius Obsequens, neminem qui magistratum collegæ abrogasset, annum vixisse: quorum primus fuit Brutus, deinde T. Gracchus, & P. Tarquinus.

h Marcus Camillus. } Hic Veios opulentissimam Ethrusia ur- Camillus bem cepit, qui decennali obsidione erant oppugnati. Tunc enim primū

populus Ro. cepit in castris sub pellibus hybernare odio illius gentis, ne illinc discederent, quousque bellum esset confectum. Iam inde enim à Romulo rege per trecentos annos propè continenter cum Veientibus bellum gesserant. *Liuius lib. 5. & Plutarch. in V. ita Camilli: hinc Camillo quod mala fide prædam Veientanam populo dicebatur diuisisse. L. Apuleius trib. pleb. diem ad populum dixit: Camillus vitanda inuidia gratia, tamen si falsò accusabatur, Ardeam exulatum iuit duobus annis ante Romam à Gallis captam.*

i Et decem milibus. } *Liuius quindecim milibus aris grauis multatum dicit Camillum absentem. Plutarchus quindecim milibus assum. asses & era grauia idem fuisse ostendit Budæus meus.*

As & es
grauis idè.

k Mox iterum à Gallis. } *Capta à Gallis Roma, Camillus coactò ex his qui Alliensis cladi super fuerant, exercitu, solutus exilio & comitiis curiatis dictator creatus ab eis, qui in Capitolio obsidebantur, Gallos primùm ex Vrbe leui prælio exegit: deinde via Gabina ad Oetaunum lapidem ingenti affectu cade. Liu. lib. 5. Maluit ergo hic tantus vir afflicte patriæ, quàm sua iniuria memor esse, ideo alter Romulus appellatus est.*

l Cum potentes. } *Hoc malum post expulsos reges penè per annos quingentos durauit, ut plebes & nobiles dissensionibus etiam odiis inter se certarent, utrisque uolentibus alteris imperare: quæ studia factionum per paucos seditiosos tribunos plebis ex parte plebis, & senatores ex nobilitate accedebatur. Hinc Lucan. Et cùm òsulib. turbâtes iura tribuni.*

Quæ de moribus Romanorum, aut metu compressis, aut seueritate resolutis Salustij probat historia. CAP. XVIII.

NTaque habebò modum, & ipsum Salustium testem potius adhibebò, cùm in laude Romanorum dixisset, vnde nobis iste sermo ortus est. Ius bonumque apud eos non legibus magis quàm natura valebat, prædicans illud tempus, quo expulsis regibus incredibiliter breui ætatis spatium ciuitas plurimum creuit. ^a Idem tamen in primo historiæ suæ libro, atque ipso eius exordio fatetur, etiam tunc cùm ad consules à regibus esset trãslata respublica. ^b post paruam interuallum, iniurias validiorum, & ob eas ^c discessionem plebis à patribus, aliàsque in vrbe dissensiones fuisse. Nam cùm optimis moribus & maxima concordia populum Romanum ^d inter secundum & postremum bellum Carthaginienſe commemorasset egisse: causamque huius boni non amorem iustitiæ, sed stante Carthaginè metum pacis in fide fuisse dixisset, vnde & Nafica ille ad reprimendam nequitiam, seruandòsq; istos

istos mores optimos, vt metu vitia cohiberentur, Carthaginem nolebat euerti, continuò subiecit idem Salustius, & ait: ^e At discordia, & auaritia, atq; ambitio, & cætera secūdis reb. oriri sueta mala, post Carthaginis excidium maximè aucta sunt: vt intelligeremus etiam antea & oriri solere & augeri. Vnde subnectēs cur hæc dixerit: Nam iniuriæ, inquit, validiorum, & ob eas discessio plebis à patribus, aliæq; dissensiones domi fuere: iam inde à principio, neq; amplius quàm regibus exactis, dum metus à Tarquinio, & ^f bellum graue cū Ethruscia positum est, æquo & modesto iure agitatum. Vides quemadmodum illo etiam breui tempore vt regibus exactis, id est eiectis, aliquantulum æquo & modesto iure ageretur, metū dixit fuisse causam, quoniam metuebatur bellum, quod rex Tarquinius regno atq; vrbe pulsus, Ethruscis sociatus contra Romanos gerebat. Attende itaq; quid deinde cõtexas: Dein, inquit, seruili imperio patres plebem exercere, ^g de vita atq; tergo regio more consulere, ^h agro pellere, & cæteris ex partibus soli in imperio agere. Quibus sæuitiis & maximè fœnoris onere oppressa plebs cum assiduis bellis tributum simul & militiam toleraret, armata ⁱ montem Sacrum atque Auentinum insedit. Tūmq; tribunos plebis, & alia sibi iura parauit, discordiarum & certaminis vtrinq; finis fuit secundum bellum Punicum. Cernis ex quo tēpore, id est paruo interuallo post reges exactos, quales Romani fuerint, de quibus, ait: Ius bonūmq; apud eos non legib. magis quàm natura valebat. Porrò si illa tēpora talia reperiūtur, quibus pulcherrima atque optima fuisse prædicatur Romana respublica: quid iam de consequenti ætate dicēdum aut cogitandum arbitramur, cū paulatim mutata, vt eiusdem historici verbis vtar, ex pulcherrima atque optima, pessima ac flagitiosissima facta est, post Carthaginis videlicet, vt commemorauit, excidium? Quæ tempora ipse Salustius, quemadmodum breuiter recolat, & describat, in eius historia legi potest, quantis malis mōrum, quæ secūdis rebus exorta sunt ^k vsque ad bella ciuilia demonstrat esse peruentum. Ex quo tempore, vt ait, maiorum mores non paulatim vt antea, sed torrens modo præcipitati, adeò iuuentus luxu atq; auaritia corrupta est, vt merito dicatur gentes esse, qui ^l neque ipsi habere possent res familiares, neque alios pati. Dicit deinde plura Salustius de Syllæ vitiiis, cæteraque fœditate reipublicæ: & alij scriptores

in hæc consentiunt, quamuis ^m eloquio multum impari. Cernis tamen, vt opinor, & quisquis aduerterit, facillimè perspicit colluuiem morum pessimorum, quò illa ciuitas prolapsa fuerit, ante nostri superni regis aduentum. Hæc enim gesta sunt non solum antequam Christus in carne præsens docere cœpisset, verum etiam antequam de virgine natus esset. Cùm igitur tot & tanta mala temporum illorum vel tolerabiliora superius, vel post euersam Carthaginem intoleranda & horrenda diis suis imputare non audeat, opiniones humanis mentibus vnde talia vitiaⁿ syluescerent, maligna astutia inferentibus, cur mala præsentia Christo imputant, qui doctrina saluberrima & falsos ac fallaces deos coli vetat, & istas hominum noxias flagitiosasque cupiditates diuina autoritate detestans atque condemnans, his malis, tabescenti ac labenti mundo vbique familiam suam sensim subtrahit, qua condatur æternam, & non plausu vanitatis, sed iudicio veritatis gloriosissimam ciuitatem?

L. V I V E S.

a Idem tamen in primo historiæ. } *Et hos libros historiarum Salustij de bellis ciuilibus amisimus. Pauca quedam restant orationes.*

b Post paruum interuallum. } *Post quindæcim annos. Liuius libro secundo: Ap. Claudius deinde, & P. Seruilus consules facti: insignis hic annus est nuncio Tarquinij mortis. Mortuus est Cumis, quò se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti patres, erecta plebs, sed patribus nimis luxuriosa fuit lætitia. Plebi, cui ad eam diem infernum erat, iniuriæ à primoribus fieri cœpta.*

c Discessionem. } *Discessit plebs à patribus primum propter sœnus nes plebis à decimo septimo anno à parta libertate. Iterum propter tyrannidem de emirorum legibus ferendis, anno cccij. Tertio propter es alienum & longi inter tribunos plebis & patres certamina, aliquot annis ante bellum Pyrrhi.*

d Inter secundum. } *Tria fuerunt bella inter Romanos & Carthaginenses gesta. Primum per xxij. annos in Sicilia, post in Africa: cœptum anno ab Vrbe condita cccxc. App. Claudio Caudace & Q. Fulvio Flæco Coss. tot anni sunt in Plinio libr. xxxij. in cuius rodie pro quingentesimo octogesimo quinto, legendum, quadringentesimo octogesimo quinto. Liuius & Eutropius huic summae tredecim annos adimunt. Alterum post xxij. annos, cœptum P. Scipione, T. Sempronio Coss. in*

Coss. in Hispania, Sicilia, Italia, in Africa gestum. & ibi perfectum à Scipione Africano maiore decimosextimo postquam cæperat. Tertium post undequinquaginta annos Manilio & Marcio Cæsario Coss. Tertio anno perfectum à Scipione Africano Minore, totum in Africa ipsa gestum: cuius finis excidium fuit urbis Carthaginensis. De his bellis fufius aliàs.

e At discordia. } Idem in Iugurthino.

f Bellum graue cum Ethruria. } Cum Porfenna rege. Ethrusco-Porfennarum potentissimo, qui volebat Tarquinius in regnum restitui. & obsidio-bellum ne ingenti premebat Romanos, & expugnasset eos, ni territus esset à Q. Mutio Scauola. *Liuius lib. 1.*

g De vitâ atque tergo. } De verberibus. Cadebatur virgis morti ad dictus apud Romanos, deinde necabatur. Interim cum facinus nouerat graue, satis habebant virgis cadere. Tum etiam qui creditoribus propter debita à iudicibus addicebantur, multa turpia & miseranda patiebantur nexi apud creditores, multasque seruili more in tergo piagas: huic malo subuenere leges Porcia & Sempronie, quæ liberum corpus Romani cuius virgis aut aliis verberibus cædi vetant. *Supplicia noxiarum Romæ Leges Porcia & Sempronie*

h Agro pellerere. } Nã diuites quos agros populi Romani manu ceperant, primum tanquam precio respub. nomine à senatu colendos accipiebant: deinde alii ad aliorum facinora coniuuentibus dominos se faciebant. exclusa plebe. Hinc leges agrarie de agris populo diuidendis toties tentata magna indignatione nobilitatis, nec unquam sine tumultibus agrarie. *Leges agrarie*

i Montem sacrum. } Prima secessio fuit in Sacro monte, qui est trans Anienem amnem: vel, ut Piso scribit in Auentino, qui pars est urbis. Ibi tribuni plebis primum sunt plebi dati velut tutores eius, qui pro com- modis ex- cubarent intercederentque patriciorum in ipsam iniuriis: essent- que sacrosancti. quas qui violasset, eius caput Ioui sacrum esset, bona & familia ad Cereis venderentur. Secunda secessio fuit primum in Auentinum: deinde quò maior solitudo, & exinde terror esset in Vrbe, in Sacrum montem est itum. Rursus compositis cum senatu rebus in Auentinum, ibique tribunos recuperauit: ex Auentino ventum esse in Capitolium, ibi à Pont. Max. comitia habente creatos esse trib. pleb. Cicero pro Cornelio De maiestate.

k Usque ad bella ciuilia. } Inter patres & Gracchos, Tiberium primum, deinde Caium. ad bella ciuilia, inter Marium & Syllam.

l Qui neque ipsi. } Cum luxu perditissimi essent, & quæcunque rapere poterant, subito prodigerent, ita ad explendam effusionem hanc in aliorum bona impetum facere eos erat necesse, doliũque per-

terebratum implere laborabant.

in Eloquentia. *Placuit omnibus etatibus astricta illa, & tamen culta uiuidaque Salustij dictio, eumque Thucididi scriptori Græco nostris visum est opponere: sicut Quintil. lib. 10.*

in Syluescerent. *In modum syluæ diffunderetur & propagaretur. Sic apud scriptores rerum rusticarum, Catonem, & Columellam, Græci ὄλοματιν vocant, quasi luxuriare arbores, quod est in herbis ἔξυριζεν.*

De corruptione Romanæ reipub. prius quam cultum deorum Christus auferret. C A P. X I X.



Cæcæ Romana respublica: quod nõ ego primus dico, sed autores eorum vnde hæc mercede didicimus, tãtõ antè dixerunt ante Christi aduentum, paulatim mutata, & ex pulcherrima atque optima, pessima atque flagitiosissima facta est. Ecce ante Christi aduentum, post deletam Carthaginem, maiorum mores, non paulatim vt antea, sed torrentis modo præcipitati, ad eum iuentus luxu atque auaritia corrupta est. Legant nobis cõtra luxum & auaritiam præcepta deorum suorum populi Romani data. Cui vtinam tantum casta & modesta reticerent, ac non etiã ab illo probrosa & ignominiosa deposcerent, quibus per falsam diuinitatem perniciosam conciliarent, auctoritatem. Legant nostra, & per Prophetas, & per sanctum Euangelium, & per apostolicos Actus, & per Epistolas, tã multa contra auaritiã atque luxuriam, vbique populis ad hoc congregatis, quam excellenter, quam diuine, non tanquam ex philosophorum cõcertationibus strepere, sed tanquam ex oraculis & Dei nubibus intonare: & tamẽ luxu atque auaritia, sæuisque ac turpibus moribus ante aduentum Christi respublica pessimã ac flagitiosissimam factã, non imputant diis suis: afflictionem verò eius quamcunque isto tempore superbia deliciaeque eorum perpeßæ fuerint, religioni increpitant Christianæ. Cuius præcepta de iustis probisque moribus, si simul audirent atque curaret reges terrarum, & omnes populi, principes & omnes iudices terrarum, iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, ætas omnis capax, & vterque sexus, & quos Baptista Ioannes alioquitur exactores ipsi atque milites: & terras vitæ presentis ornaret sua felicitate respublica, & vitæ æternæ culmen beatissime regnatura conscenderet. Sed quia iste audit, ille contemnit, pluresque vitiiis malè blandientibus, quam vtili virtutum asperitati sunt amiciores, tolerare Christi famuli iubentur: siue sint reges, siue principes, siue iudices, siue milites,

siue

Salustij
phrasis
Syluescere

siue prouinciales, siue diuites, siue pauperes, siue liberi, siue serui vtriuslibet sexus: pessimā etiā, si ita necesse est, flagitiosissimāmq; rempub. & in illa angelorū quadā sanctissima atque augustissima curia, cælestiq; repub. vbi Dei voluntas lex est, clarissimum sibi locum etiam ista tolerantia comparare.

L. V I V E S.

a **Exactores.** } *Lucæ 3: sic vulgò legitur: Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, facite. Pro facite est Gracè πειρασθε, quod primus annotauit Erasmus vertendum exigit. Hinc Augustinus rectè exactores nominat, qui dicuntur τελωναι.* Exactores

b **Vitiis malè blandient.** } *Alludit ad duas illas vitij & virtutis vias, quas Hesiodus finxit: quem Virgilius imitatus est in litera Pythagoræ: seu, vt alij volunt, Ausonius.* Carmen de litera Pythagoræ

c **Augustissima.** } *Certum est ita debere legi: & non angustissima. Sed præmittendum non est quod annotauit frater. penè nomen mihi ore excidit, angustam hic dici cal: stem curiam, quod via sit ad illam arctā, & pauci eam ingrediantur, iuxta dictum Christi seruatoris. Et quo rem possent auditores melius memoria mādare, versiculo sanè quàm festino signauit:*

Arctā est via verè qua ducit ad gaudia vitæ.

De ratione metri sollicitum se magnopere esse negabat, vt bene timiret.

Quali velint scèlitate gaudere, & quibus moribus viuere, qui tempora Christianæ religionis incusant.

C A P. X X.

Verùm tales cultores & dilectores deorum istorum, quorum etiam imitatores in sceleribus & flagitiis esse lætantur, nullo modo curant pessimam ac flagitiosissimam esse rempublicam. Tantùm stet, inquit, tantùm floreat copiis referta, victoriis gloriosa, vel quod est scèlicius, pace secunda sit. Et quid ad nos? imò ad nos magis pertinet, si diuitias quisque semper augeat, quæ quotidianis effusionibus suppetant, per quas sibi etiam infirmiores subdat, quisque potentior. Obsequantur diuitibus pauperiores causa sataritatis, atque vt eorū patrociniis quieta inertia perfruantur. diuites pauperibus ad clientelas & ad ministerium sui factus abutantur. Populi plaudant non consultoribus utilitatum suarum, sed largitoribus voluptatum. Non iubeantur dura, non prohibeantur impura: reges non curent quàm bo-

„ nis; sed quàm subditis regnent: prouinciæ regibus non tan-
 „ quam rectoribus morum, sed tanquã rerũ dominatoribus, &
 „ deliciarum suarũ prouisoribus seruiant, eosque nõ synceriter
 „ honorent, sed nequiter ac seruiliter timeant: Quid alienę vi-
 „ neæ potius, quàm quid suæ vitæ quisq; noceat, legibus aduer-
 „ tatur. Nullus ducatur ad iudices, nisi qui alienæ rei, domui, sa-
 „ luti, vel cuiquã inuitò fuerit importunus, aut noxius. Cæterũ
 „ de suis, vel cum suis, vel cum quibuscunq; uolentibus faciat
 „ quisque quodlibet. Abundent publica scorta, uel propter om-
 „ nes quibus frui placuerit, uel propter eos maxime, qui priua-
 „ ta habere non possunt. Extruantur amplissimæ atque ornatif-
 „ simæ domus, opipara conuiuia frequententur, ubi cuique li-
 „ buerit, & potuerit die noctuq; ludatur, bibatur, vomatur, dif-
 „ fluatur.^a Saltationes undique concrepent, theatra inhonestæ
 „ lætitiæ uocibus, atq; omni genere siue crudelissimæ, siue tur-
 „ pissimę uoluptatis exæstuent. Et ille sit publicus inimicus, cui
 „ hæc foelicitas displicet. Quisquis eam mutare uel auferre ten-
 „ tauerit, eũ libera multitudo auertat ab auribus, euertat e sedi-
 „ bus, auferat à uiuentibus. Illi habeantur dij veri, qui hanc ad-
 „ piscendam populis procurauerunt, adeptamque seruauerunt.
 „ Colatur ut uoluerint, ludos exposcant quales uoluerint, quos
 „ cum suis uel de suis possint habere cultoribus: tantũ efficiant
 „ ut huic foelicitati nihil ab hoste, nihil à peste, nihil ab ulla cla-
 „ de timeatur. Quis hanc reimp. sanus, non dicam Romano im-
 „ perio, sed^b domui Sardanapali comparauerit? qui quondam
 „ rex ita fuit uoluptatibus deditus, ut in sepulchro suo scribi fe-
 „ cerit, ea sola se habere mortuum, quæ libido eius etiam cum
 „ uiueret, hauriendo consumpserat: quem regem isti si haberet
 „ sibi in talibus indulgentem, nec in eis cuiquam ulla seueritate
 „ aduersantem, huic libentius quàm Romani ueteres Romulo
 „ templum & flaminem consecrarent.

L. V I V E S.

Salutatio-
nes Romæ

a **S**altationes undique. } In codice Brugensi est, Salutationes, in
 Coloniensi erat, Salutationes, sed abrasum est u. Studium certè sa-
 lutandi magnum erat Romæ, & inter magnos honores erat salutari, in-
 ter præcipua uerò officia salutare. V. traquæ res erat mirè plausibilis, &
 popularis, multumque faciebat ad potentiam. Salustius in Iugurt. Certè
 quibus magna industria uidetur salutare plebem. De salutationibus ple-

Sardanapali sunt omnium Latinorum libri.

lus

b Domui Sardanapali. } Thonos concoloros, Græci Sardanapa-
lum

Innuncuparunt, rex fuit Assyriorum ultimus, ad omne voluptatum genus abiectissimus: qui cum ab Arbace Medo parari aduersum se bellum cognouit, praelio fortunam re tentare statuit: sed victus muliebri homo & imbellis in aulam refugit, quam secum & cum cinni gaza regia incendit, mulio antea cum voluptatibus dementatus insaniret, suo in sepulchro tale ut incidere tur epitaphium insit:

Καὶ ἔχω, ὅσ' ἴραρον, καὶ ἐφύβριστα καὶ σὺν ἔρωτι

Ἰτ' ἔπιν' ἔπαρον, τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὄλβια πάντα ἀλώμεται.

Quos Cicero in 5. Tuscul. sic versit:

Haec habeo qua edi, quaeq; exaturata libido

Haesit: ut illa iacent multa & praecleara relicta.

Addit idem Cicero: Quid aliud inquit Aristoteles, in bonis non in regis sepulchro inscriberes? haec habere se mortuum dicit, quae ne uiuus quidem diutius habebat, quam finebatur. Chrysippus ad suam Stoicitatem conuertit illos versus. Plura Athenaeus lib. 5.

III. Quae sententia fuit Ciceronis de Rom. rep. CAP. XXI.

Ed si contemnitur, qui Romanam rempublicam pessimam ac flagitiosissimam dixit: nec curant isti, quanta morum pessimorum ac flagitiosorum labe ac dedecore impleatur, sed tantummodo ut consistat & maneat, audiunt eam, non ut Salustius narrat pessimam ac flagitiosissimam factam, sed sicut Cicero disputat, iam tunc prorsus perisse, & nullam omnino remansisse rempublicam. Inducit enim Scipionem, eum ipsum qui Carthaginem extinxerat, de republica disputantem, quando praesentiebatur ea corruptione, quam describit Salustius, iam iamque peritura. ^bEo quippe tempore disputabatur, quo iam vnus Gracchorum occisus fuit, a quo scribit seditiones graues coepisse Salustius. Nam mortis eius fit in eisdem libris commemoratio. Cum autem Scipio in secundi libri fine dixisset, ut in fidibus ac tibiis atque cantu ipso ac vocibus, concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem inmutatum ac discrepantem aures eruditae ferre non possunt, isque concentus ex dissimillarum vocum moderatione concors tamen efficitur & congruens: sic ex summis, & mediis, & infimis interiectis ordinibus ut sonis, moderata ratione ciuitatem consensu dissimillarum concinere: & quae harmonia a musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam: arctissimum atque optimum omni in republica vinculum incolunitatis, eamque sine iustitia nullo pacto esse posse: ac deinde cum aliquantulum latius & vberius disse-

ruisset, quantum prodesset iustitia ciuitati, quantumque ob-
 esset si abfuisset, suscepit ^e deinde Pilus vnus eorum, qui dispu-
 tationi aderant, & poposcit vt hæc ipsa quæstio diligentius
 tractaretur, ac de iustitia plura diceretur, propter illud, quod
 iam vulgò ferebatur, ^d Rempubicam regi sine iniuria non
 posse. Hanc proinde quæstionē discutiendam & enodandam
 esse, assensus est Scipio: responditq; nihil esse, quod adhuc de
 republica putaret dictum, & quò possent longius progredi,
 nisi esset confirmatum, non modò falsum esse illud sine iniu-
 ria non posse: sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia
 rempublicā regi non posse. Cuius quæstionis explicatio, cum
 in diem consequentem dilata esset, in tertio libro magna cō-
 flictatione res acta est. Suscepit enim Pilus ipse disputationem
 eorum, qui sentirent sine iniustitia regi non posse rempubli-
 cam, purgās se præcipuē, ne hoc ipse sentire crederetur. Egit-
 que sedulò pro iniustitia contra iustitiam, vt hanc esse vtilem
 reipublicæ, illam verò inutilem verisimilibus rationibus & ex-
 emplis velut conaretur ostendere: ^e Tum Lælius rogantibus
 omnibus, iustitiam defendere aggressus, asseruit quātum po-
 tuit nihil tam inimicum quàm iniustitiam ciuitati, nec omni-
 no nisi magna iustitia geri aut stare posse rempublicam. Qua
 quæstione quantum satis visum est pertractata; Scipio ad in-
 termissa reuertitur, recoliturque suam atq; commendat breuem
 reipublicæ definitionē, qua dixerat eam esse rem populi. Po-
 pulum autem non omnem cœtum multitudinis, sed cœtum
 iuris consensu & vtilitatis communione sociatum esse deter-
 minat. Docet deinde ^f quāta sit in disputando definitionis vti-
 litas, atq; ex illis suis definitionibus colligit tunc esse rempu-
 blicam, id est rem populi, cum bene ac iustè geritur, ^g siue ab
 vno rege, siue à paucis optimatibus, siue ab vniuerso populo.
 Cum verò iniustus est rex, ^h quem tyrannum more Græco ap-
 pellauit; aut iniusti optimates, quorum consensum ⁱ dixit esse
 factionē; aut iniustus ipse populus, cui nomen vsitatū non re-
 perit, nisi vt etiā ipsum tyrannum vocaret, non iam vitiosam
 sicut pridie fuerat disputatū, sed sicut ratio ex illis definitio-
 nibus connexa docuisset, omnino nullam esse rempublicam:
 quoniam non esset res populi, cum tyrannus eam factione ca-
 pesseret, nec ipse populus iam populus esset, si esset iniustus;
 quoniā non esset multitudo, iuris consensu & vtilitatis com-
 munionē sociata, sicut populus fuerat definitus. Quando ergo
 respub.

respub. Romana talis erat, qualem illam descripsit Salustius, non iam pessima ac flagitiosissima, sicut ipse ait, sed omnino nulla erat: secundum istam rationem quam disputatio de rep. ^kInter magnos eius tū principes habita patefecit. Sicut etiam ipse Tullius non Scipionis, nec cuiusquam alterius, sed suo sermone loquens in principio quinti libri demonstravit, cum memorato prius^l Ennij poetæ versu, quo dixerat:

Moribus antiquis res stat Romana viri sque.

Quem quidē ille versum, inquit, vel breuitate vel veritate tāquam ex oraculo mihi quodā esse^m effatus videtur. nā neque viri, nisi ita morata ciuitas fuisset, neq; mores, nisi hi viri præfuissent, aut fundare, aut tā diu tenere potuissent tantā & tam iustē latēque imperantē remp. Itaq; ante nostrā memoriā, & mos ipse patrius præstātes viros adhibebat, & veterum morē ac maiorū instituta retinebant excellentes viri. Nostra verō ætas cū remp. sicut pictura accepisset egregiā, sed euanescentem vetustate, non modò eam coloribus iisdem quibus fuerat renouare neglexit, sed ne id quidem curauit, vt formā saltem eius & extrema tanquā lineamenta seruet. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rem stare Romanā, quos ita obliuione obsoletos videmus, vt non modò non collantur, sed etiam ignorētur? Nam de viris quid dicam? Mores enim ipsi interierunt^o virorum penuria, cuius tanti mali non modò reddenda ratio nobis, sed etiam tanquam reis capitis quodammodo dicenda causa est. Nostris enim vitiis, non casu aliquo remp. verbo retinemus, re ipsa verò iā pridem amissimus. Hæc Cicero fatebatur^p longè quidem post mortem Africani, quem in suis libris fecit de repub. disputare, adhuc tamen^q ante aduentū Christi. Quæ si^r diffamata & præualescente religione Christiana sentirentur atque dicerētur quis non istorum ea Christianis imputanda esse censeret? Quamobrem cur non curarunt dii eorum, ne tunc periret atque amitteretur illa resp. quā Cicero longè antequam Christus in carne venisset, tam lugubriter deplorat amissam? Viderint laudatores eius, etiam illis antiquis viris & moribus qualis fuerit, vtrum in ea viguerit vera iustitia: an fortè nec tunc fuerit viua moribus, sed picta coloribus. Quod & ipse Cicero nesciens, cum eā præferret, expressit: sed aliās. si Deus voluerit, hæc videbitus. Enitar enim suo loco, vt ostendam secundum definitiones ipsius Ciceronis, quibus quid sit respública, &

quid sit populus, loquente Scipione breuiter posuit, attestantibus etiam multis, siue ipsius, siue eorum quos loqui fecit in eadem disputatione sententiis, nunquam illam fuisse rempublicam, quia nunquam in ea fuit vera iustitia. Secundum probabiliores autem definitiones, & pro suo modo quædam respublica fuit: & melius ab antiquioribus Romanis, quam a posterioribus administrata est. Vera autem iustitia non est, nisi in ea republica, cuius conditor rectorque Christus est: si & ipsam rempublicam placet dicere, quoniam eam rem populi esse negare non possumus. Si autem hoc nomen, quod alibi aliter vulgatum est, ab usu nostræ locutionis est fortè remotius, in ea certè ciuitate est vera iustitia, de qua Scriptura sancta dicit: Gloriosa de te dicta sunt ciuitas Dei.

L. VIVES.

Quando præsciebatur. *Hunc locum sic lego: Quando presentiebát ea corruptione, quam describit Salustius. iam iam peritura.*
Tiberius Gracchus *Edo quippe tempore* **Cum Tiberius Gracchus** *aduersa & periculosa nobilitate legem agrariam trib. pleb. tulisset, vellétq. sibi tribunatū continuari, quo & tutior ab iniuria diuitum esset, & cæpta perficeret, ne quis plura quam quingena agri iugera possideret, à Scipione Nasica sequente senatu fustib. occisus est, corpusque eius in Tiberim proiecitur, Scipione Africano, de quo hic loquitur, bellum ad Numantiam gerente: qui introducit à Cicerone in hortis suis cū Lelio & Furio disputas de Scipionis repub. paucis diebus antequam moritè obiret: occisus ut creditur, opera Aemilianæ C. Gracchi Tiberij & Sempronie Gracchorum sororis, quam Scipio mors habebat uxorem.*

Legati Athenienses *Deinde Pilus* **Cum inter secundum & tertium Punicum bellum Athenienses Romam legatos misissent Carneadem Academicum, & tres doctissimos Critolauro Peripateticum, & Diogenem Stoicum, tres nobiliss. illius ætatis philosophos, Carneades vel exercendi sui, vel ostendendi ingenij gratia, pro iustitia elegantem & acutam habuit orationem, Catone prisco, Galba. & alijs plerisq. principibus, uiris presentibus: postmodum pro iniustitia orauit eisdem audientibus: diluitq. omnia prædiana argumenta. aliaque attulit pro iniustitia fortiora, quod fecit ex more sectæ, cuius institutum est nihil ipsos affirmare. tantum consutare aliena. ex hac posteriore disputatione decerpit suã.** **L. Furius Pilus**, homo qui perbene Latine loqui putabatur, literatiusq. quã ceteri, aggressusq. est accuratiss. oratione iustitiam vituperare, ut eloquentiam Lelij excitaret ad laudes illius virtutis: eadem mente qua Glaucio lib. De repub. Platonis 2. iniustitiam laudat, ut Socratem de iustitia differentem audiret.

d Remp. regi sine iniuria non posse. *¶* *Vetus est illud: Sine iusti- Remp. sine*
tia ne Iouem quidem posse principem agere, ut Plutarchus docet in li- iniuria re-
bro de Doc. principum. cumq. res publica ad se suamque libertatem tu- gi nō posse.
 tandam sepe cogeretur cum ciuibus agere iniquè, tum ad augendam po-
 tentiam multà contra ius ac bonum patraret, qua propter deinde succe-
 dabant. Romani homines antiquum illud dictum inuetererūt, dixerunt-
 que sine iniuria regi rempublicam non posse. Istud idem attingebat Car-
 neades, ut Lactantius refert, & Romanis quoque ipsis dicebat, qui tot-
 tius orbis potirentur domino, si iusti velint esse, hoc est, si aliena resti-
 tuant, ad casus esse redeundum, & in necessitate ac miseriis iacendum.

e Tum Lælius *¶* *Huius concertationis meminit Cicero in Lælio.*

f Quanta sit in disput. d. vtil. *¶* *Plato, Aristoteles: & omnes vete- Definitio-*
res philosophi in omni disputatione à definitione incipiunt esse consue- nis utilitas
runt, & ita tradiderunt. Neque enim facile de re quapiam differas, ni
prius quid ea sit posueris. Rodolphus Agricola in 1. libr. De dialectica
inventione. Vtilis est, inquit, hæc definitio di ratio, cum propter rerum co-
gnitionem, que definitione explicata, mirum est quo pacto velut certum
quoddam signum destinanda rum cogitationum proponat animo: tū quod
pārit auctoritatem differenti: neque enim rem melius noscere videtur,
quàm qui quid ea sit, breuiter & aptè possit explicare. Hæc Agricola,
quem hominem laudauit in Præuerbis Erasimus meritisimo: & qui v-
nus exemplo potest esse fortunam in omni re dominari sicut Salustius in-
quit, eamq. res omnes ex libidine magis celebrare obscurareque quàm ex
vero. Vix & hac nostra, & patrum memoria fuit vnus atque alter di-
gnior, qui multum legeretur, multumq. in manib. haberetur, quàm Ro-
dolphus Agricola Phrysius. Tantum est in eius operib. ingenij, artis, iu-
dicij, grauitatis, dulcedinis, eloquentiæ, eruditionis: at is paucissimis nos-
citur, vir non minus qui ut ab omnib. cognoscere dignus quàm Poli-
tianus, vel Hermolaus Barbarus, quos mea quidem sententia, & maie-
state & suauitate dictionis non æquat modò, sed etiam vincit.

g Siue ab vno rege. *¶* *Triplitem speciem tangit administranda Regimen*
reip. Nam vel resp. à populo ipso regitur: hanc Græci ἀριστοκρατία di- ciuitatis
cunt, id est populi imperium: siue à paucis. hæc ὀλιγαρχία, id est, princi- triplex
patus paucorum, que sub se habet ἀριστοκρατία. id est, optimatum ad- Optimates
ministrationem. Optimates nobiles appellant: sed re vera quicumque
dignitate & opibus plurimum in repub. possunt, ij sunt optimates.
Idcirco ἀριστοκρατία non multum videtur ab ἀριστοκρατία differre:
quod & Cicero significat, cum secundam partem dicit paucorum
optimatum. Tamen paulò diuersius idem de optimatibus pro Se-
stio, causa videlicet inseruiens, ut solet. Regitur ciuitas interdum

ab uno, ea est monarchia principatus unius.

Tyrannus

h Quem tyrannum. } Olim veteres reges omnes principesque etiam iustissimos tyrannos appellabant, ut apud Verg. & Horatium nam & ipsum nomen quod Græcorum est, principatum tantum modo significat. Plato qui vnus recte administrat ciuitatem, vocatur τύραννος. etiam Pa-saldis, tyrannus & rex. Festus lib. 18. tyrannos dictos putat à Turthe-norum præcipua crudelitate. Sed illinc puto potius, quod introducto ab Atheniensibus populari administratione, & eos multa postea ciuitati-bus amulatis cepit tyranni nomen in odium adduci. Et tyranni vocati sunt, qui suis commodis imperarent, non publicis: tum & à Romanis istud profectum, apud quos ingēs fuit odium regis regnique, sed & in Græcia quisquis in ciuitate dominabatur, quæ soleret esse libera, tyrannus dice-batur, non rex.

i Dixit esse factionem. } Memmius de optimatibus loquens apud Salustium: Metum à scelere suo ad ignorantiam vestram transtulere, quos omnis eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in vnum coegit: sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est.

**Amicitio
Factio**

k Inter magnos eius principes. } Finguntur sermoni illi interfuisse Scipio Africanus, C. Lælius qui cognominatus est Sapiens, L. Furrius, tres per idem tempus, ut ait Porcius, qui agitabant nobiles: tum etiam, iuuenes C. Fannius, Q. Scauola augur, gener Lælij, Q. Tubero ex clarissimis familiis.

Ennius

l Ennij poetæ } Huius præter fragmenta quadam, quæ ex variis antiquis scriptoribus colligere, & in vnum velut corpus dispersa redigere, in animo habeo, nihil extat. Rudis natus est, ut Mela & Syllius sunt autores, quæ urbs est Sal. ninorum. Tarenti primùm, dehinc Romæ familiariter vixit cum Catone, Galba, Flaminio, & aliis principibus, donatus ciuitate ab eodem Flaminio

m Effatus. } Aptissimo usus est verbo religionum.

n Extrema tanquam lineamenta. } Similundo à pictoribus dedu-cta, qui primùm picturam lineis solis describunt, quæ dicitur monogramma: deinde colorem addunt & velut spiritum ac vitam corpori mortuo tribuunt.

o Virorum penuria. } Idem Salustius in Catilina dicit, temp. tanquam effectam iam omnium, nullum clarum virum producere.

p Longè quidem } Annos circiter septuaginta.

q Ante aduentum Christi. } Annos sexaginta: tot enim sunt à Ci-cerone Cos. quo anno ipse liberis De repub. scripsit, ad quadragesimum secundum annum imperij Augusti, quo natus est Christus.

Diffamata

r Diffamata. } Fama exarsa, diuulgata. In hoc sensu & alij videntur.

Apuleius

Apuleius 4. Asini: Et salutis communis admonens diffamat incendio repetens domum suam possideri. Illud est lepidum, quod Remigius interpretes Epistolam Pauli, in Epistola priore ad Thessal. ubi interpretes verberat: A vobis diffamatus est sermo domini dicit pro manifesto & divulgato Paulum parum de verborum proprietate sollicitum diffamatum dixisse. Quid facias principibus istis scholarum, qui nondum sciunt Paulum non Latine, sed Græcè scripsisse? Tum etiam nimis est arrogans homines ignorantissimos huius rationis loquendi, toties de significatibus vocabulorum ineptè disputare & ineptius definire: quod passim in dialectica & philosophia faciunt, cum nihil minus videri velint quàm grammatici, & indignissimè ferant, si quis paulo literatior de vocabulis in hisce artibus vel meminerit.

s Si autem hoc nomen. *3 An hoc dicit quia respub. popularis est civitas, ubi populus imperat. regnum Christi unius est?*

Quod diis Romanorum nulla vnquam cura fuerit. ne malis moribus respub. deperisset. CAP. XXII.

Sed quod pertinet ad præsentem quæstionem, quamlibet laudabilem dicant istam fuisse, vel esse remp. secundum eorum doctissimos autores, iam longè ante Christi aduentum pessima ac flagitiosissima facta erat: imò verò nulla erat, atque omnino perierat perditissimis moribus: vt ergo non periret, dii custodes eius populo cultori suo dare præcipuè vitæ ac morum præcepta debuerunt, à quo tot templis, tot sacerdotibus, & sacrificiorum generibus, tam multiplicibus variisque sacris, tot festis solennitatibus, tot tantorumque ludorum celebritatibus colebantur, vbi nihil dæmones nisi negotium suum egerunt: non curantes quemadmodum illi viuerent, imò curantes vt etiam perditè viuerent, dum tamen honori suo illa omnia metu subditi ministrarent. Aut si dederunt, proferatur, ostendatur, & legatur, quas deorum leges illi ciuitati datas cõtempserint^a Gracchi, vt seditionibus cuncta turbarent: quas^b Marius, & ^cCinna, &

^dCato vt in bella etiã progredere tur ciuilia, ^ecausis iniquissimis suscepta, & crudeliter gesta, crudeliùsque finita: ^f quas deniq; Sylla ipse, cuius vitam, mores, facta describentè Salustio. aliisque historiæ scriptoribus, quis non exhorreat? Quis illam remp. non tunc perisse fateatur? An fortè propter huiusmodi ciuium mores Vergilianam illam sententiam, sicut solent pro defensione suorum deorum opponere audebunt,

Carbo

Dij quibus imperium hoc steterat.

Primū si ita est, non habent cur querantur de religione Christiana, quòd hac offensi eos dij sui deseruerint, quoniam quidem maiores eorū iam pridem morib. suis ab vrbis altaribus tam multos ac minutos deos, tanquam muscas abegerunt. Sed tamen hæc numinum turba, vbi erat, cum lōgē antequā mores corruerentur antiqui, à Gallis Roma capta & incensa est? An præsentis fortè dormiebant? Tunc enim tota vrbe in hostiū potestate redacta, solus collis Capitolinus remanserat: qui etiam ipse caperetur, nisi saltem anseres diis dormiētib. vigilarent. Vnde penē in superstitionem Ægyptiorū bestias auēsque colentium Roma deciderat, cum anseri solēstia celebrarent. Verūm de his aduentitiis, & corporis potius quā animi malis: quę vel ab hostibus, vel alia clade accidunt nondum interim disputo. Nunc ago de labe morum, quibus primū paulatim decoloratis, deinde torrētis modo præcipitatis, tanta, quanuis integris rectis mœnibusque facta est ruina reipublicę, vt magni autores eorum eam tunc amissam non dubitent dicere. Rectē autem abscesserant vt amitterentur omnes adytis, arisque relictis dij, si eorum de bona vita atque iustitia ciuitas præcepta cōtempserat. Nunc verò quales quæso dij fuerunt, si noluerunt cum populo cultore suo viuere, quem malē viuentem non docuerunt bene viuere?

L. V I V E S.

Gracchi

a **G**Racchi. } *T. Graccho qui bis Cos. b. triumphalis, censor & auctor fuit, ex Cornelia minore Africani superioris filia geniti, maxima & admirabili indole iuuenes: quorum vterque cum legem agrariā tueretur, de agris diuidēdis, ab irritata nobilitate, in tribunatu cæsus est, Tiberius à Nascia priuato, Caius à L. Opinio consule nouem annis post: ille fustibus, hic iam ferro: quod fuit primum civile bellum in quo, ad ferrum vsque ventum est, anno à Roma condita DCXXVII.*

Marius

b **Marius.** } *Hic Arpinas fuit, nouus homo, ad septimum consulatum euectus: Iugurtham primū, deinde Cymbros & Teutonas, vicis, de quę his omnibus triumphauit: ad extremum inuidia & odio L. Syllæ, qui bello Iugurthino legatus ipsius fuerat, bellum civile cum Syllæ inquit, in quo ipse Marius est victus, & in Africam fugit.*

Cinna

c **Cinna.** } *Visto Mario cum ad bellum Mithridaticum Syllæ proficisceretur, C. Cornelium Cinnam, & Octauum Coss. in vrbe reliquit. Cinna studio rerum nouarum à collega dissenfit, pulsusque est ab eo, & à factione bonorum ex vrbe, quam iniuriā cum omni genere crudelitatis*

Cinna

Cinna vindicare statuisset, reuocato ex Africa Mario, bellum patriae fecit: in quam cum magnis copiis ingressus, multosque mortales trucidauit, & se secundum, Marium vero septimum consulē sine populi suffragiis creauit: quo in magistratu Marius decessit post multa fœdē & crudeliter perpetrata.

d Carbo. } Carbo, ut Cicero ad Papyriū Petum scribit, multo fuerunt ex Papyriā gente, sed non illa patritia. Hic, de quo Augustinus loquitur, Cneus Papyrius Carbo fuit partium Marianarū, qui uictus à Sylla, in Sicilia fugit, ibique à Pompeio magno interfectus est Lilybei, e Causis iniquissimis. } L. Sylla, & Q. Pompeio Coss. Asia prouincia & bellum Mithridaticum Syllae obuenerat. Hoc agrè ferebat Marius, propter antiquas cum Sylla similitudines, iam inde à bello Inguinthino: itaque per P. Sulpitium tribunum pleb. sediciosissimum & sceleratissimum hominem, efficere conatus est, ut populus Mithridaticum bellum sibi mandaret. Populus tametsi ingenti tumultu trib. ferente sciuit tandem, ac iussit. Hanc contumeliam non tulu Sylla, & implorato à suo exercitu auxilio, legatos Marū, qui ad accipiendas legiones Capuā ierant, uolauit, infestāsque legiones ad urbem aduouit, vim & fraudem inimicorum uicturus. Hinc semina bellorum omnium ciuiliū. Nam Marius cum sua factione in urbe ad Esquilias occurrit, & iusta acie decertatum atrociter est.

f Quas denique Sylla. } Fuit hic patritius ex gente Cornelia, cumq; Sylla strenuam operam bello sociali nauasset reip. Coss. factus est. In eo magistratu bello ciuili prostrigato, victoq; deinde Mithridate, & superatis Mario iuene, Carbone, Norbano, Sertorio, Domitio, Scipione, & alijs Marianis, dictatura n. perpetuam lege Valeria inuasit, in qua milia ciuium Rom. crudelissimè proseripit, homo immanissimus, & in omnes voluptates proiectissimè libidinos.

g Non tunc periisse. } Lucanus uerbis Catonis.

Olim uera fides Sylla Marioque receptis Libertatis obit.

h Discessere omnes adytis. } Carmen est Vergily 2. Aeneid. quod Seruius & Macrobius putant pertinere ad euocationem deorum. Nam cum oppugnabatur ciuitates, eratque in animo imperatoribus eas demones deorū liri, ne cōtra deos gerib. illud uideretur, tique suis sedibus moueri inuitis, quod nefas erat, euocabantur ex obsessa ciuitate ab imperatore possidere, ut in urbem uictricem uolentes migrarent. Sicut V. iis fecit Camillus, & Carthagini atque Numantie Scipio, & Mummius Corinthi.

i A. Gallis Roma. } Galli transalpini saepe in Italiam migrarunt magna manu: postremi eorum fuere Senones: hi Clusium petierunt, hinc Romam, quam & ceperunt anno ab ea condita cccc. x. solime an capta

teris Gallis cisalpinis adiuncti, incertum.


Anseres k Nisi saltem anseres. } Historia est, & apud historicos, & apud
Capitolini poetas vulgarissima, cum Galli explorata ad arcem via silentio noctis
 ad eam ascenderet, obdormissentq; vigiles, clangore anserum, qui in Ca-
 pitolio seruabantur Iunoni sacri, producti, Ita M. Manlius correptus ar-
 mus quem primum Gallum iam in summo consistentem offendit, virbone
 deturbauit, Hic alios secum pondere corporis traxit in ruina: interea
 Romani ad tumultum accurrerunt, & Galli magna vi repulsi sunt.

Aegyptio- l In superstitionem Aegyptiorum } Hi quisdam beluas propter
rum dy be- utilitatem consecraunt, tanquam deos, ut Cicero in primo De nat.
luini deorum inquit. Et fuse Diodorus lib. sue Biblio. 2. velut canem, felem,
 ibim, bouem, crocodilum, ancipitrem, & alia.

Anserum a m Cum ans. } Propter illud beneficium Rome quot annis, ut Plutar-
pu d Rom. chus in Fortuna Romanorum scribit. dicam Latine Budei verbus, qui-
honor bus enim possem elegantius? Cais in crucem sibiatus visitur, anser que
 in eleganti grabatulo, gestariolove, quam decentissime sedens. Plinius
 libro vig si. o nouo: Eadem de causa supplicia annua canes pendunt in-
 ter eadem iumentis & summani, viui in furcas sambucea arbore fixi.
 Quin & Censores primum omnium, que pro magistratu faciunt, sacro-
 rum anserum cibos locant.

Varietates rerum temporalium, non ex fauore, aut impugnatione
 demonum, sed ex veri Dei pendere iudicio.

C A P. X X I I I.

 Vid quod etiam videntur eorum affuisse cupiditati-
 bus implendis, & ostenduntur non præfuisse refræ-
 nandis? ^a Qui enim Marium nouum hominem &
 ignobilem. cruentissimum autorem bellorum ciuiliū, at-
 que gestorem, vt septies consul fieret adiuerunt, atque vt in
 septimo suo consulatu moreretur senex, nec in manus Syllæ
 futuri mox victoris irrueret: cur nõ etiam iuuerunt, vt à tan-
 torum se compesceret immanitate facinorù? Si enim ad hæc
 eum dij eorū non iuuerunt, nõ paruum est, quod & fatentur
 etiam nõ propitiis diis suis posse accidere homini istam tem-
 poralem, quam nimis diligunt tãtam foelicitatem, & posse ho-
 mines sicut fuit Marius, salute, viribus, opibus, honoribus, di-
 gnitate, longæuitate cumulari, & perfrui diis iratis: posse etiã
 homines, sicut fuit Regulus, captiuitate, seruitute, inopia, vigi-
 liis, doloribus excruciarì & emori diis amicis. Quod si ita ef-
 se concedunt, ^b cõpendio nihil eos prodesse, & coli superfluo
 confitentur. Nam si virtutibus animi & probitate vitæ, cuius
 præmia

præmia post mortem speranda sunt, magis cōtraria vt populus disceret: instituerunt: si nihil etiam in his transeuntibus & temporalibus bonis, vel eis quos oderunt nocent. vel eis quos diligunt profunt. vt quid coluntur, vt quid tanto studio colēdi requiruntur? Cur quia laboriosis tristibusq; temporibus tanquam offensi obceserint murmuratur, & propterea Christiana religio conutiis indignissimis læditur? Si autem habent in his rebus, vel beneficij. vel maleficij potestatem, cur in eis affuerunt pessimo viro Mario, & optimo viro Regulo defuerunt? An ex hoc ipsi intelligūtur iniustissimi & pessimi? Quòd si propterea magis timendi & colendi putantur, neque hoc putentur. Neque enim minus eos inuenitur Regulus coluisse, quàm Marius. Nec ideo vita pessima eligenda videatur, quia magis Mario quàm Regulo dii fauisse existimantur. ^c Metellus enim Romanorum laudatissimus, ^d qui habuit quinque filios consulares, etiam rerum temporalium fœlix fuit, ^e & Catilina pessimus oppressus inopia & in bello sui sceleris prostratus infœlix: & verissima atque certissima fœlicitate præpollent boni Deum colentes, à quo solo conferri potest, Illa igitur respublica malis moribus cùm periret, nihil dii eorum pro dirigendis vel corrigendis egerunt moribus, ne periret, imò deprauandis & corrupendis addiderunt moribus, vt periret. Nec sese bonos fingant, quòd velut offensi ciuium iniquitate discesserint. Prorsus ibi erant, produntur, conuincuntur, nec subuenire præcipiendo, nec latere tacendo potuerunt. ^f Omitto quod Marius à miserantibus Minturnensibus Maricæ deæ in loco eius commendatus est, vt ei omnia prosperaret, & ex summa reuersus desperatione incolumis in Vrben duxit crudelem crudelis exercitum. Vbi quàm cruenta quàm inciuilis, hostilisque immanior eius victoria fuerit: eos qui scripserunt legant qui volunt. Sed hoc, vt dixi, omitto, nec Maricæ nescio cui tribuo Marij sanguineam fœlicitatem, sed occultæ potius prouidetiæ Dei ad istorum ora claudenda, eosque ab erroribus liberandos, qui non studiis agunt, sed hæc prudenter aduertunt. Quia etsi aliquid in his rebus dæmones possunt, tantum possunt, quantum secreto omnipotentis arbitrio permittuntur: ne magnipendamus terrenam fœlicitatem, quæ sicut Mario malis etiam plerunque conceditur, nec eam rursus quasi malam arbitremur, cùm ea multos etiam bonos ac pios vnus

Dei veri cultores, inuitis dæmonibus præpolluisse videamus: nec eosdem immundissimos spiritus, vel propter hæc ipsa bona malæ terrena propiciandos, aut timendos existimemus. Quia sicut ipsi mali homines in terra, sic etiam illi nō omnia, quæ volunt facere possunt, nisi quantum illius ordinatione finuntur, cuius plene iudicia nemo comprehendit, iuste nemo reprehendit.

L. VIVES.

Marij cru
delitas

Qui enim Marium. } Hic ex Africa reuersus ad pileū seruos euocauit: Colonias, Hostiā, Antium, Lauinium, Aricia crudeliter diripuit atque vastauit: urbem ingrediens signum militibus dedit, ut quemcunque non resalutasset occiderent. Dicitur non potest, quā multi hoc modo interierint & nobiles & ignobiles. Lucanus optime paucis verbis Marij crudelitatem descripsit:

Vir ferus, & fato cupienti perdere Romam

Sufficiens.

Hic tamen septimum consul, ut dixi, in lecto suo interit. Sicut Lucanus inquit:

Fælix, & euersa consul moriturus in urbe.

Rediit paulo post Sylla ex Asia, & Marium filium omnēsque Marianarum partium duces sustulit.

b Compendio. } Lusit Augustinus antithetis, compendio & superfluo: vel compendio, id est, breuiter, vel compendio, id est, utilitati, cuius contrarium est dispendium.

Metelli
licitas

c Metellus. } Valerius lib 7. & Plinius itidem 7. **Q** Metellus Macedonicus felicissimus ab omnibus iudicatus est, quod omnibus corporis & animi dotibus præditus fuerit: idem consul & censor, idem magnum bellum feliciter gesserit, triumpharit, quatuorque filios reliquerit, tres consulares, duos triumphales, unum censorium, quartum prætorium & consulatus candidatum, ut scribit Velleius, quem magistratum adeptus est: tres filias clarissimis viris nuptas ex quibus nepotes viderit, & à tanta tamque illustri & honorata turba à se progenia, extrema senectæ facillimo vitæ curriculo usus, rogo sit impositus.

d Quinque filios consulares. } Hæc historia ab aliquo sciolo deprauata est, nec credo sic Augustinum eam scripsisse, nisi quis dicat quinque illos filios fuisse consulares, id est, consulatu dignos. quod acutissime & aspexit meus festiuissimus interpret, & plane nunquam tam acutè vidisset, nisi legisset, dialecticam, ita ut sint consulares, quasi consulabiles, vel consularificabiles, magistraliter loquendo, hoc est apti nati ad fiendum consules.

Catilina

e Et Catilina. } Mores & vita L. Sergij Catilinae notiores sunt, propterea

pterea quod Salustius qui de iis scripsit, frequens est in manibus hominum. Hunc ad conuersionem contra patriam inter cetera inopia rei familiaris stimulatam ferunt, cui profusissimo & sumptuosissimo nihil satis erat. Nam sub Sylla multa rapuerat, multa à Sylla dono acceperat. Quo Sylla cum in aliis permultis, et in occidendo M. Mario fuerat usus carnifice.

f. Omitto quod Marius. } C. Marius cum ex ciuili pugna prima Marij solus fuisset, Minturnas Campanie oppidum peruenit. Minturnenses gaucum, ut gratum Syllæ victori facerent, immisso percussore tollere decreuerant. Cūque is aspectu & increpatione Marij fugisset, in religionem oppidanus venit, tanquam in numinum protectione Marius esset, ita eum ad proximum oppido lucum produxerunt, qui Marica sacer erat, ut inde quæ liberet, abiret. Plutar. in Vita Marij. Velleius paludem Maricæ dicit. De Marica Lactantius: Quæ prius, inquit, Circe post factam deam Maricam vocatam. Seruius 7. Aeneid. & Maricam dicit uxorem fuisse Fauni, quæ est dea littoris Minturnensium iuxta Lyrin fluminem. Horatius:

Inuantem Maricæ

Littoribus tenuisse Lyrin.

Quod si voluerimus accipere uxorem Fauni, non procedit. Dii enim tonitri, id est, locales, ad alias regiones nunquam transeunt. Sed potest dictum esse per poeticam licentiam, Laurentino Marica, cum sit Minturnensis. Dicunt alij per Maricam Venerem intelligi debere, cuius fuit sacellum iuxta Maricam in quo erat scriptum, *uod tunc a cæcæ dicitur*. Sanè Hæstodius Latinum Circes & Vlyssus filium dicit, quod & Vergilius tangit dicendo:

Solis auispe imen.

Sed quia temporum ratio non procedit, illud accipiendum est Iginij, qui ait Latinos plures fuisse: ut intelligamus poetam abuti nominum similitudine Tantum Seruius.

De Syllanis actibus, quorum se dæmones ostentarent adiutores.

C A P. X X I I I I.



Sylla certe ipse, ^a cuius tempora talia fuerunt ut superiora, quorum vindex esse videbatur, illorum comparatione quærerentur, cum primum ad urbem contra Marium castra mouisset, ad eod lecta exta immolanti fuisse scribit Liuius, ut custodiri se ^b Posthumius haruspex voluerit capitis supplicium subiturus, nisi ea quæ in animo Sylla haberet, diis iuuantibus impleuisset. Ecce non discesserant adytis, arisque relictis dijs, quan-

do de rerū euentu prædicebant, nihilq; de ipsius Syllæ correctione curabant. Promittebāt præfagiendo fœlicitatem magnam, nec malam cupiditatem minando frangebant. Deinde cū esset in Asia bellum Mithridaticum gerens, per Lucium Titium ei mandatū est à Ioue, quòd esset c Mithridatem superaturus: & factū est. Ac postea molienti redire in urbē, & suas amicorūmq; subortas iniurias ciuili sanguine vlcisci, iterum mandatū est ab eodem Ioue per militem quendam legionis sextæ, prius sede Mithridate prænunciassse victoriam, & tunc promittere daturū se potestatem, qua recuperaret ab inimicis rempublicā non sine multo sanguine. Tum percōtatus Sylla, quæ forma militi visa fuerit, cū ille indicasset eā, recordatus eius est quam prius ab illo audierat, qui de Mithridatica victoria ab eodem mandata pertulerat. Quid hic responderi potest quare dii curauerint velut fœlicia ista nūciare, & nullus eorū curauerit Syllā monēdo corrigere, tanta mala facturū scelestis armis ciuilibus, qualia non solūm fœdarent, sed auferrent omnino rempublicam? Nēpe intelliguntur dæmones, sicut sæpe iam dixi. Notūque nobis est in literis sacris, resque ipsæ satis indicant negotium suū agere, vt pro diis habeantur, vt colātur, vt ea illis exhibeantur, quibus ij qui exhibent sociati, vnā pessimam causam cum eis habeant in iudicio Dei. Deinde cū venisset Tarentū Sylla, atq; ibi sacrificasset, vidit in capite vitulini iecoris similitudinem coronæ aureæ. Tunc Posthumius haruspex ille respondit præclarā ei victoriam significari. iussitq; vt extis illis solus vesceretur. Postea paruo interuallo d seruus cuiusdam Lucij Pontij, vaticinando clamauit: A Bellona nūcius venio, victoria tua est Sylla. Deinde adiecit, arsurū esse Capitolium. Hoc cū dixisset, continuo egressus ē castris, postera die concitator reuersus est, & Capitolium arsisse clamauit. Arserat autē reuera Capitolium. Quod quidem dæmoni & præuidere facile fuit, & celerrimè nuntiare. Illud sanè attende, quod ad causam maximè pertinet, sub qualibus diis cupiant esse. qui blasphemant Saluatorem, volūntates fidelium à dominarū demonū liberantē. Clamauit homo vaticinādo, victoria tua est Sylla, atq; vt id diuino spiritu clamasse crederetur, nunciauit etiā aliquid, & propē futurū, & mox factū, vnde longè aberat per quē ille spiritus loquebatur, non tamen ille clamauit, ab sceleribus parce Sylla, quæ ille victor tam horrenda commisit, cui corona au-

rēa ipsius victoriæ illustrissimū signū in vetulino iecore appa-
ruit. Qualia signa si dij iusti dare solerent, ac non demones
impij, profecto illis extis, nefaria potius atq; ipsi^a Syllæ gra-
uiter noxia mala futura monstrarent. Neque enim eius digni-
tati tantū profuit illa victoria, quantū nocuit cupiditati. Qua
factum est, vt immoderatis inhiis, & secūdis rebus elatus, ac
præcipitatus, magis ipse periret in moribus, quàm inimicos
in corporibus perderet. Iñc illi dij verè tristitia verèq; lugen-
da, non extis, non auguriis, non cuiusquam somnio vel vaticini-
o prænunciabant. Magis enim timebant, ne corrigeretur,
quàm ne vinceretur. Imò verò^e satis agebāt vt victor ciuium
gloriosus, victus atque captiuus nefandis vitiis: & per hæc ip-
sis etiam demonibus multo obitricius obsideretur.

L. V I V E S.

a SYLLA certè ipse. } *Cū tam saeuè atque impotēter Mariani in*
republica dormarentur, Sylla omnium votis desiderijsq; ad vin-
dictam expectabatur: tum ipse ex bonis inuitis in tantam crudelitatem e-
uasit, vt minutissimus tunc sit visus. Marius pro illo, Lucanus:
Sylla crua-
delitas

Sylla quoque immensis accessit cladibus ultor,

Ille, quod exiguum restabat sanguinis urbis

Hausit.

Et pōit:

Tunc data libertas odiis, resolutæque legum

Frenis ira ruit, non vni cuncta dabantur.

Sed fecit sibi quisque nefas, semel omnia victor

Iufferat.

b Posthumius. } *Cicero lib. 1. De diuinatione, hunc haruspicem etiam*
bello socii significat fuisse cum Sylla: quo bello Cicero ipse militauit.
Idem Valer lib. 1. De prodigijs.
Posthu-
mins.

c Mithridatem. } *Hic fuit fortissimus rex Ponti, cui bellum est à*
pop Rom. indictum, quod Nicomedia in Bithynia expulisset: ac bellum res
exarsit supra modum. postea quàm rex quicquid ciuium Romanorum in
suo regno negotiabat, uno die ussit occidi. Huius opes luxauit Sylla:
fregit L. Lucillus: extinxit Cn. Pompeius, qui totum eius regnum in po-
testatem Romanorum redegit, ipso occiso. Plutar in Vitis, & Appianus
Alexan in Mithridatico Florus & alij.
Mithrida-

d Seruus cuiusdam. } *Idem Plutar. in Sylla: Capitolium à Tar-*
quinio Superbo rege est extructum in rupe Tarpeia, templum Ioui
omnium pulcherrimum ab Horatio Puluillo Cos. dedicatum, primo
libertatis anno. Arsit beilo ciuili Mariano, Cn. Carbone, & L. Sci-
pione Cos. anno ab Vrbe condita dclxxi, restitutum à Sylla: restructum

verò & dicatum à Q. Catulo: hoc solum fœlicitati Syllæ negatum, ut ipse idem dicebat. Sunt qui putent opera Syllæ incensum Capitolium, à-ly Carbonis Coss. Appianus in bello ciuili fortuitam fuisse deflagrationem, & causam latere scribit.

e Satis agebant. } Diligenter & anxie curabant, quod & satagitare dicitur.

Quantum maligni spiritus ad flagitia incitent homines cum in committendis sceleribus quasi diuinam exempli sui interponunt auctoritatem, C A P. X X V.

Hinc verò quis non intelligat, quis non videat, nisi qui tales deos imitari magis eligit, quàm diuina gratia ab eorum societate separari, quantum moliantur maligni isti spiritus exemplo suo, velut diuinam auctoritatem præbere sceleribus? Quinetiam^a in quadam Capaniæ lata planicie, vbi non multò post ciuiles acies nefario prælio conflixerunt, inter se prius pugnare visi sunt. Nanque ibi auditi sunt primùm ingentes fragores, moxq; multi se vidisse nunciarunt per aliquot dies duas acies præliari. Quæ pugna vbi destitit, vestigia quoq; velut hominùm & equorùm, quanta de illa conflictione exprimi poterant, inuenerunt. Si ergo verae inter se numina pugnarunt, iam bella ciuilia excusentur humana: consideretur tamè quæ sit talium deorùm vel malitia, vel miseria. Si autem se pugnassem finxerunt, quid aliud egerunt, nisi vt sibi Romani bellando ciuilitate, tanquàm deorum exemplum nullum nefas admittere viderentur? Iam enim cœperat bella ciuilia, & aliqua nefandorum præliorum strages execranda præcesserat.^b Iam multos mouerat, c quod miles quidam dum occiso spolia detraheret, fratrem nudato caduere agnouit, ac detestatus bella ciuilia, & seipsum ibi perimès fraterno corpore adiunxit. Vt ergo tanti huius mali minimè tederet; sed armorum scelestorum magis magisq; ardor increfceret, mox hi demones, quos illi deos putabant, & colendos esse ac venerandos arbitrantur, inter se pugnantes hominibus apparere voluerunt, ne imitari tales pugnas ciuica trepidaret affectio, sed potius humanum scelus diuino excusaretur exemplo. Hac astutia maligni spiritus etiam ludos; vnde multa iam dixi, scenicos sibi dicari sacrariq; iusserunt, vbi deorum tanta flagitia theatricis canticis atque fabularum actionibus celebrata sunt, vt quisquis eos talia fecisse crederet, & quisquis non crederet, sed tamen illos libentissimè sibi talia velle exhiberi cerneret, securus

imitar

imitaretur. Ne quis itaque existimaret in deos conuitia potius quã eis dignũ aliquid scriptitasse, ^d vbicunq; illos inter se pugnasse poëtæ cõmemorarũt, ipsi ad decipiẽdos homines poëtarum carmina firmauerunt, pugnas videlicet suas non solũm per scenicos in theatrõ, verumetiã per seipsos in campo humanis oculis exhibẽtes. Hæc dicere cõpulsus sumus, quoniam pessimis moribus ciuium, Romanam remp. iam antea perditã fuisse, nullãmq; remansisse ante aduentum domini nostri Iesu Christi, autores eorũ dicere, & scribere minimẽ dubitauerũt. Quam perditionem diis suis non imputant, qui mala transitoria quibus boni, seu viuant, seu moriantur, perire non possunt, Christo nostro non imputant: cũm Christus noster tanta frequenter pro moribus optimis præcepta contra perditos mores: dii verõ ipsorum nullis talibus præceptis egerint aliquid cum suo cultore populo, pro illa repub. ne periret, imò eorũdem mores velut suis exemplis autoritate noxia corrupendo egerũt potius vt periret. Quam non ideo, vt arbitror, tunc periisse quisquam iam dicere audebit, quia

Discessere omnes adytis, arisque relictis

Dij: veluti amici virtutibus cum vitiis hominum offenderentur, quia tot signis extorum, auguriorum, vaticiniorum, quibus se tanquã præcios futurorum auditorẽsque præliorum iactare & cõmendare gestiebãt, conuincuntur fuisse præsentẽs: qui si verẽ abcessissent, mitius Romani in bellã ciuilia suis cupiditatibus, quã illorum instigationibus exarsissent.

L. V I V E S.

a **I**N quadam Campaniæ lata planicie. *Julius Obsequens: Lucius Scipione; C. Norbano Cæs. inter Capuam & Vulturnum indita intergens signorum sonus, armorumq; horrendo clamore auditus, ita vt vis concurrerentur duæ acies concurrere per plures dies. Rei miraculo intus consistentes. derantibus vestigia equorum, hominum, & recens protrita herba, & virgulta visa molem ingentis belli portendere. Hæc ille. Porro Scipio & Norbanus fuerunt primi consules, cum quibus Sylla reuersus in Italiam confixit. nam Marianarum erant partium.*

b **I**am multos mouerat. *Cũ enim in diuersa acie propinquisese conspiciunt, tunc demum bellum esse ciuile intelligunt. sic Lucanus in 4.*

Postquam spatio languentia nullo

Mutua conspicios habuerunt lumina vultus,

Et fratres natosq; suos videre patresq;,

Deprehensum est, civile nefas.

c Quod miles quidam, & c. † *Liuius lib. 79. Hæc contigit cum Cinna & Marius infesta signa ad urbem duxerunt, quibus occurrit C. Pompeius Magnus pater. Valer. lib. 5. dicit militem Pompeianum occidisse inter se fratrem, qui erat in exercitu Sertorij. Liuius pro Sertorio Cinna habet. Fieri utrinque potest: nam exercitus omnes ferè erant Cinna, qui tamen in quatuor partes erant diuisi, quarum unam Cinna ipse, alteram Marius ducebat, tertiam Quintus Sertorius, quartam Cn. Carbo. & Orofius concurrisse cum Sertorio Pompeium scribit, qua pugna contigisse hoc d. duobus fratribus refert.*

d Vbiunque illos inter se pugnasse. } *Homerus bello Troiano deos inter se facit pugnantes, Martem, Venerem, & Apollinem, contra Palladem, Iunonem, & Neptunum.*

De secretis dæmonum monitis, quæ pertinebant ad bonos mores, cum palam in facis eorum omnis nequitia disceretur.

C A P. X X V I.



Væ cum ita sint, cum palam aperièque turpitudines crudelitibus mixtæ, & opprobria numinum & crimina, siue prodita, siue conficta ipsis exposcentibus, & nisi herent irascentibus, etiam certis & stans solennitatibus consecrata illis, & dicata claruerint, atque ad omnium oculos ut imitanda proponerentur spectanda processerint: quid est quod iidem ipsi dæmones, qui se huiusmodi voluptatibus immundos spiritus esse confitentur, qui suis flagitiis & facinoribus, siue indicatis, siue simulatis, eorumque sibi celebratione expetita ab impudentibus, extorta à pudentibus, autores se vitæ scelestæ immundæque testantur: perhibenter tamen in adyris suis secretisque dare quædam bona præcepta de moribus, quibusdam velut electis sacratis suis? Quod si ita est, hoc ipso callidior aduertenda est, & conuincenda malitia spirituum noxiorum. Tanta enim vis est probitatis & castitatis, ut omnis vel penè omnis eius laude moueatur humana natura, nec vsque adeò sit turpitudine vitiosa, ut totum amittat sensum honestatis. Proinde malignitas dæmonum, nisi alicubi se, quemadmodum scriptum in nostris literis nouimus, transfiguret in angelum lucis, non implet negotium deceptionis. Foris itaque populus celeberrimo strepitu impietas impura circumsonat, & intus paucis castitas simulata vix sonat. Præbentur propatula pudendis, & secreta laudandis. Decus latet, & dedecus patet, quod malum geritur, omnes conuocat spectatores: quod bonum dicitur, vix aliquos inuenit audi-

tores.

tores: tãquam honesta erubescẽda sint, & inhonesta gloriãda, Sed vbi hoc nisi in dæmonũ rēplis: vbi nisi in fallaciæ diuerforiis? Illud enim fit, vt honestiores, qui pauci sunt, capiantur, hoc autem ne plures qui sunt turpissimi, corrigantur. Vbi & quando sacri cælestis audiebant castitatis præcepta, nescimus, ante ipsum tamen delubrũ, vbi simulachrum illud locatũ conspiciebamus, vniuersi vndiq; cõfluentes, & vbi quisque poterat stantes, ludos qui agebãtur intentissimi spectabamus, intuẽtes alternãte cõspectu, hinc meretriciam pōpam illinc virginẽ deam, illam suppliciter adorari, ante illam turpia celebrari. Non ibi pudibundos minus, nullam verecundiores scenicã vidimus: cũcta obscœnitatis implebãtur officia. Sciebatur virginali numini quid placeret, & exhibebatur quod de templo domũ matrona doctior reportaret. Nonnullæ prudentiores auertebant faciẽ ab impuris motibus scenicorum, & artem flagitij videre erubescerent, furtiua intẽtione discabant. Hominibus nanq; verecundabantur, ne auderent impudicos gestus ore libero cernere, sed multò minus audebãt sacra eius, quã venerabantur casto corde, damnare, Hoc tamen palàm discendũ præbebatur in tẽplo, ad quod perpetrandum saltẽ secretũ quærebatur in domo. Mirum nimiũ si vllus ibi erat pudor mortalium, quo humana flagitia non liberẽ homines cõmitterent, quæ apud deos etiã religiose discerẽt, iratos habituri nisi etiã exhibere curarent. Quis enim alius spiritus occulto instinctu nequissimas agit mentes, & instat faciendis adulteriis, & pascitur factis, nisi qui etiã sacris talibus oblectatur, constituẽs in tẽplis simulachra dæmonũ, amãs in ludis simulachra vitiorum, susurrans in occulto verba iustitiæ, ad decipiendos etiam paucos bonos, frequentans in aperto inuitamenta nequitix, ad possidendos innumerabiles malos?

L. VIVES.

Quid est quod idem ipsi. *Locus deprauatus, sic esset sensus apertior. quid est cum idem ipsi demones qui se huiusmodi voluptatibus immundos spiritus esse confitentur, & post: autores se vitæ scelestæ immundæq; testentur.*

b Ante ipsum tamen delubrũ vbi simulachrũ. *De Flora dea ludus sentit, qui à meretricibus turpissimis & impudentissimis celebrabantur, vt Plutarchus, & Ouidius, & alij scribunt: quippe cum fuerit & Flora ipsa meretrix. Lactantius lib. 1. Celebrantur Floræ ludis cum omni lascinia, conuenientes memoria meretricis. Nam præter veteres*

borum licentiam, quibus obscenitas omnis effunditur, exiunt etiam vestibus populo flagitante meretrices, quæ nunc mimorum funguntur officio, & in conspectu populi usque ad facietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur.

c Illinc virginem deam, illam suppliciter adorari. } Vestam.
 Pridie Calendas Maias festum erat Floræ, & Vestæ, & Apollinis. &
 Augusti in palatio, Ouidius quarto Fastorum.

Exit & in Maias festum Florale Calendas,
 Tunc repetam, nunc me grandius vrget opus.

Aufert Vestæ diem, cognati Vestæ recepta est

Linæ, sic iusti constituere patres.

Phœbus habet partem, Vestæ pars altera cedit,

Quod superest illis tertius ipse tenet.

State Palatine laurus, prætextæque quercus

Stet, idomus æternos tres habet una deos.

Quanta euerfione publicæ disciplinæ Romani diis suis placandis sacrauerint obscœna ludorum. CAP. XXVII.

V Ir grauis & philosophus Tertullius ædilis futurus, clamabat in auribus ciuitatis, inter cætera sui magistratus officia sibi Floram matrem ludorum celebritate placandam: qui ludi tantò deuotius, quantò turpius celebrari solent. Dicit in alio loco iam consul in extremis periculis ciuitatis, & ludos per decem dies factos: neque rem vllam quæ ad placandos deos pertineret prætermisam, quasi non satius erat tales deos irritare tēperantia, quàm placare luxuria: & eos honestate ad inimicitias prouocare, quàm tanta deformitate lenire. Neque enim grauius fuerant quamlibet crudelissima immanitate nocituri homines, propter quos placabantur, quàm nocebāt ipsi cum vitiositate foedissima placarentur. Quādoquidem vt auerteretur quod metuebatur ab hoste in corporibus, eo modo dij cōciliabantur, quo virtus debellaretur in mentibus. qui non opponerentur defensores oppugnatoribus mœnium, nisi prius fierent expugnatores morum bonorum. Hanc talium numinum placationem petulantissimam, impurissimam, impudentissimam, nequissimam, immundissimam, cuius actores laudanda Romane virtutis indoles honore priuauit, tribu mouit, agnouit turpes, fecit infames: hanc inquam pudendam veræque religioni aduersandam & detestandam talium numinum placationem, has fabulas in deos illecebrosas atque criminofas, hæc igno-

ignominiosa deorū facta sceleratè turpiterque conficta, vel sceleratius turpiusq; commissa, oculis & auribus publicis ciuitas tota discebat: hæc commissa numinibus placere cernebat, & ideo non solum illis exhibenda, sed sibi quoque imitanda credebat: non illud nescio quid vel bonum vel honestum, quod tam paucis, & tam occultè dicebatur, si tamen dicebatur, vt magis ne innotesceret quàm ne non fieret, timeretur.

L. VIVES.

a **V**ir grauis & philosophus Tertullius. } *Legendum esse Tullium certum est. Nam ea quæ hic ex eo adducit Augustinus. Sunt in eius Orationibus Dicendum ergo, vel: Vir grauis & philosophaster Tullius: vt irrideat Augustinus eius philosophiam, quæ à tam stultis religionibus nequiuertit ipsum liberare: vel: Vir grauis & philosophus Tertullius, vt non solum vulgus, sed principes didicos esse huiusmodi spurcitiis ostendat: nec quosuis principes, sed graues, & eosdem philosophos, nec infima notæ, sed præcipuos: vt ter ad augendam significationem eius philosophiæ facti. sicut ter maximus. Cicero ergo Actione in Verre 6. Nunc sum designatus ad illos, habeo rationem quid à populo Aedilis cum Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremonia Cæculi officium veri, Libero, Liberæq; faciendo, mihi Floram matrem populo, plebique Romanæ ludorum celebritate placandam.*

b Qui ludi. } *Tales erant vt præsentate Catone Minore actores agere noluerint, Seneca, Valerius, Iulianus, Martialis.*

c Dicit in alio loco iam consul. } *Actione in Catilinam 3.*

d Homines propter quos. } *Catilina cum suis conuersus.*

e Tributa amouit. } *In antiquis est, Tribu mouit: melius.*

De Christianæ religionis salubritate.

CAP. XXVIII.

A istarum ergo immundissimarum potestatum Tartareo iugo & societate pœnali erui per Christi nomen homines, & in lucem saluberrimæ pietatis ab illa perniciosissimæ impietatis nocte transferri quæruntur, & murmurant iniqui & ingrati, & illo nefario spū ita altius obstrictiusque oppressi, quia populi confluunt ad ecclesias casta celebritate, honesta vtriusque sexus discretione: vbi audiant, quàm bene hic ad tempus viuere debeant, vt post hanc vitam beatè sempèrque viuere mereantur. Vbi sancta scriptura iustitiæque doctrina, de superiore loco in cōspectu omnium personante, & qui faciunt, audiant ad præmium, & qui nō fa-

ciunt, audiant ad iudicium. Quò etsi veniunt quidam talium præceptorum irrisores, omnis eorum petulantia aut repentina immutatione deponitur, aut timore vel pudore comprimitur. Nihil enim eis turpe ac flagitiosum spectandum imitandumque proponitur, vbi veri Dei, aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur.

De abiiciendo cultu, Deorum cohortatio ad Romanos.

C A P. XXIX.

Hæc potius concupisce, ô indoles Romana laudabilis, ô progenies Regulorum, Scæuolarum, Scipionum, Fabritiorum: hæc potius concupisce, hæc ab illa turpissima vanitate & fallacissima dæmonum malignitate discerne. ^b Si quid in te laudabile naturaliter eminet, non nisi vera pietate purgatur atque perficitur, impietate autem dispergitur, & punitur. Nunc iam elige quid sequaris, vt non in te, sed in Deo vero sine vlllo errore lauderis. Tunc enim tibi gloria popularis affuit, sed occulto iudicio diuinæ prouidentia vera religio, quam eligeres, defuit. Expergiscere, ^c dies est, ^d sicut experrecta es in quibusdam, de quorum virtute perfecta, & pro fide vera etiam passionibus gloriamur, qui vsquequaque aduersus potestates inimicissimas confligentes, easque fortiter moriendo vincentes, sanguine nobis hanc patriam peperere suo. Ad quam patriam te inuitamus & exhortamur, vt eius adiciaris numero ciuium, cuius quodammodo asylum est vera remissio peccatorum. Non audias degeneres tuos Christo Christianisve detrahentes, & accusantes velut tempora mala, cum quærant tempora in quibus non sit quieta vita, sed potius secura nequitia. Hæc tibi nunquam, nec pro terrena patria placuerunt. Nunc iam cælestem arripe, pro qua minimum laborabis, & in ea veraciter sempèq. regnabis. Illic enim tibi non Vestalis focus, ^e nou lapis Capitolinus, sed Deus vnus & verus, ^f qui nec metas rerum, nec tempora ponet, imperium sine fide dabit. Noli deos falsos fallacesque requirere, abiice potius, atque contene in veram emicās libertatē. Non sunt dij, maligni sunt spiritus, quibus æterna tua felicitas pœna est. Non tam Iuno Troianis à quibus carnalē originē ducis, arces videtur inuidisse Romanas, quàm isti dæmones, quos adhuc deos putas.

omni

omni generi hominum sedes inuidēt sempiternas? Et tu ipsa non parua ex parte de talibus spiritibus iudicasti, quādo ludis eos placasti, & per quos homines eosdem ludos fecisti, infames esse voluisti. Patere asseri libertatem tuam aduersus immundos spiritus, qui tuis ceruicibus imposuerant sacrandam sibi & celebrādam ignominiam suam. Autores criminum diuinorum remouisti ab honoribus tuis, supplica Deo vero, vt à te remoueat illos deos qui delectantur criminibus suis, siue veris, quod ignominiosissimum est, siue falsis, quod malitiosissimum est. Bene quod tua spē histrionibus & scenicis societate ciuitatis patere noluisti, cuius plenus, nullo modo his artibus placatur diuina maiestas, quibus humana dignitas inquinatur. Quo igitur pacto deos, qui talibus delectantur obsequiis, haberi putas in omni numero sanctarum cælestium potestatum, cum homines per quos eadem aguntur obsequia, non putasti habendos in numero qualiumcunque ciuium Romanorum? Incomparabiliter superna est ciuitas clarior: vbi victoria, veritas: vbi dignitas, sanctitas: vbi pax, fœlicitas: vbi vita, æternitas, Multò minus habet in sua societate tales deos, si tu in tua tales homines habere erubuisti. Proinde si ad beatam peruenire desideras ciuitatem, deuita dæmonum societatem. Indignè ab honestis coluntur, qui per turpes placantur: sic isti à tua societate remoueantur purgatione Christiana, quomodo illi à tua dignitate remoti sunt notatione censoria. De bonis autem carnalibus, quibus solis mali perfrui volunt, & de malis carnalibus quæ sola perpeti nolunt: quod neque in his habeant, quam putantur habere isti dæmones potestatem, quanquam si haberent, deberemus potius etiam ista contemnere, quàm propter ista eos colere, & eos colendo ad illa quæ nobis inuidet peruenire non posse: tamen nec in istis eos hoc valere quod hi putant, qui propter hæc eos colere oportere contendunt: deinceps videbimus vt hic sit huius voluminis inodus.

L. VIVES.

F Abritiorum. } *Fabritius consul fuit bello Pyrrhi, quo tempore Fabritius maximè viguit Romana virtus, vir fortissimus, pauper contentus, ab omni vel opum, vel voluptatum, vel honoris cupiditate alienus.*

b Si quid in te laudabile. } *Semina in nobis esse virtutum, Stoici Semina dicebant à natura indita, aliis maiora, aliis minora, ea excoli, augeri, virtutum*

Dies

perfici disciplina, educatione, exercitatione.

c Dies est. } Ad illud Pauli ad Romanos 13. Nox præcessit, dies appropinquauit. Dies est clara notitia bonorum in cuius potestate est sol, sicut ait Psalmista, Nox obscura & tenebrosa.

d Sicut experrecta es in quibusdam. } Romanos aliquot ad Christum conuersos esse.

e Non lapis Capitolinus. } Iouis simulachrum in Capitolio erat lapideum: hinc per Iouem lapidem sanctissimum Romanis iusurandum, ut etiam in prouerbium cesserit.

f Qui nec metas } Verba sunt Iouis apud Vergilium 1. Aneid. promittentis imperium Romanis æternum. Quando Salustius sapientius in Oratione ad C. Cæsarem senem futurum aliquando populi Romani excidium ait: & Africanus minor cum incendium Carthagini spectaret, lachrymabundus Homeri versu significauit arsuram quoque aliquando suam Romam.

g Non tam Iuno. } Eodem primo Aeneidos.

D I V I



D I V I

A V R E L I I A V G V -
S T I N I E P I S C O P I A D
M A R C E L L I N V M D E
c i u i t a t e D e i

L I B E R T E R T I V S .

De aduersitatibus quas soli mali metuunt, & quas semper passus est mundus dum deos coleret.

C A P . I .

Am satis dictum esse arbitror de morum malis, & animorum, quæ præcipuè cauenda sunt, nihil deos falsos populo cultori suo, quo minus eorum malorum aggere premeretur, subuenire curasse, sed potius, ut maximè premeretur, egisse. Nunc de illis malis video dicendum, quæ sola isti perpeti nolunt, qualia sunt fames, morbus, bellum, exspoliatio, captiuitas, trucidatio, & si qua similia, iam in primo libro commemorauimus. Hæc enim mali sola deputant mala, quæ non faciunt malos: nec erubescunt inter bona quæ laudant, ipsi mali esse qui laudant: magisque stomachantur: ^a si villam malam habeant, quàm si vitam. Quasi hoc sit hominis maximum bonum habere bona omnia præter seipsum: sed neq; talia mala, quæ isti sola formidant, dii eorum quando ab eis liberè colebantur, ne illis acciderent, obstiterunt. Cum enim variis per diuersa loca temporibus ante aduētum Redemptoris nostri, innumerabilibus nonnullisque etiam incredibilibus cladibus genus contemneretur humanum, quos alios quàm istos deos mundus colebat, excepto vno populo Hebræo, ^b & quibusdam extra ipsum

populum, vbicunque gratia diuina digni occultissimo atque iustissimo Dei iudicio fuerunt? Verum ne nimium longum faciam, tacebo aliarum vsquequaque gentium mala grauissima, quod ad Romam pertinet, Romanumque imperium tantum loquar, id est, ad ipsam proprie ciuitatem, & quaecunque illi terrarum, vel societate coniunctae, vel conditione subiectae sunt, quae sint perpesse ante aduentum Christi, cum iam ad eius quasi corpus reipublicae pertinerent.

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
TERTIVM LIBRVM DE
ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.

C A P. I.

A Illa mala. } *In vetustis codicibus: Si villam malam: quod est acutius dictum per denominationem.*
B Et quibusdam extra ipsum populum. } *Vt Iob, & quidam inser gentiles alij ad naturae legem vitam suam dirigentes: de quibus alibi.*

An dij, qui & à Romanis, & à Graecis similiter colebantur, causas habuerint, quibus Ilium paterentur excidere.

C A P. I I.

Ilimum ipsa Troia vel Ilium, vnde origo est populi Romani, neque enim praetereundum, aut dissimulandum est, quod & in primo libro attigi, eosdem habens deos, & colens, cur à Graecis victum, captum, atque deletum est? ^a Priamo, inquit, sunt reddita Laomedontea paterna periuria ^b Ergo verum est quod Apollo atque Neptunus eidem Laomedonti mercenariis operibus seruiuerunt. Illis quippe promississe mercedem falsumque iurasse perhibetur. Miror Apollinem nominatum diuinatorem in tanto officio laborasse, nescientem quod Laomedon fuerat promissa negaturus. Quanquam nec ipsum Neptunum patrum eius, fratrem Iouis, regem maris decuit ignarum esse futurorum. ^c Nam hunc Homerus de stirpe Aeneae, à cuius posteris condita

dita Roma est, ^dcum ante illam urbem conditam idem poeta fuisse dicatur, inducit magnum aliquid diuinantem, quem etiam nube rapuit, vt dicit, ne ab Achille occideretur, cuperet cum vertere ab imo, ^equod apud Vergilium confitetur:

Structa suis manibus periura mœnia Troia. Nesciētes igitur tanti dij Neptunus & Apollo Laomedontem sibi negaturum esse mercedem, structores mœnium Troianorum gratis & ingratiss fuerunt, Videant ne grauius sit tales deos credere, quàm diis talibus peierare. Hoc enim nec ipse Homerus facile credidit ^f qui Neptunum quidem contra Troianos, Apollinem autem pro Troianis pugnantem facit, cum illo periurio ambos fabula narrat offensos. Si igitur fabulis credūt, erubescāt talia colere numina, si fabulis non credunt, non obtendant Troiana periuria, aut mirentur deos periuria punisse Troiana, amasse Romana. Vnde enim coniuratio Catilinæ in tanta tamque corrupta ciuitate, habuit etiā eorum grādem copiā, quos manus atque linguā periurio, aut sanguine ciuili alebat? ^gQuid enim aliud toties senatores corrupti in iudiciis, ^htoties populus in suffragiis, vel in quibusque causis, quæ apud eum concionibus agebantur, ⁱnisi etiā peierando peccabant? Nam corruptissimis moribus ad hoc mos iurandi seruabatur antiquus, non vt à sceleribus metu religionis prohiberentur, sed vt periuria quoque sceleribus cæteris adderentur.

L. V I V E S.

a **P**Riamo, inquit. } *Verg. primo Georgicôn:*

Satis iam pridem sanguine nostro

Laomedontæ lumen periuræ Troia.

b Ergo verum est, quod Apollo. } *Apollo & Neptunus cum Laomedontem Phrygiæ regem mœnibus Troiam circumdare viderent, opusque esse ingens, operam suam regi locauerunt magna auri mercede, quam perfecto opere Laomedon est inficiatus.*

c Nam hunc Homer. } *Cum Aeneas quondam prælio cum Achille manum conseruisset, superareturque ab eo, ac parum abesset, quo minus à fortiore Achille occideretur, Neptunus sic loquitur apud Homerum Iliados γ.*

ἀλλ' ἄγεθ' ἡμεῖς περ μὴ ἔσθ' ἐν θαλάτῃ ἀγέγωνι
μὴ πάρος κ' κρονίδης κεχολώσεται, ἀλλ' ἔχ' ἕλκευς
τὸν Ἰητακτεῖνα. μὲρσιμον ἴσι εἶς' ἀλίκαδαι,
ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἀφαντος ὄληται
θαλάτῃ, ὃν κρονίδης ἀπὲ πάντων φίλατο παῖδ' ὄν,

Vaticiniū
Neptuni.

οι δ' εὖν εἰς γέγοντο γυναικῶν τε θυγατρῶν
 ἄδ' ἢ γὰρ ἀπείραχ' ἄνευ ἡχθ' ἔπει χρόνιον.
 οὐδ' ἂν ἀπείραχ' βίη τρεῖσιν αὐαξή,
 καὶ παῖδες παίδων πῖ, καὶ εἰ μετ' ὁμοῦ γέγονται.

Quos versus sic utcumque Latinos fecimus, solum ut intelligi à Latinis possint:

Funere nos istum iam nunc reuocemus acerbo,
 Irarum saeuos ne astus Saturnius h. ros
 Colligat, hunc leto proles Pellæia forte
 Si dederit, tristi licet hunc subducere fato:
 Ne stirps tota cadat, cæcisque oppressa tenebris
 Intereat gens illa, fuit charus, cui Dardanus autor.
 Quem pater omnipotens reliquit plus omnibus unum
 Fæmina quos ipsi genuit, complexus amore est.
 At postquam priami gentem iam Iuppiter odit,
 Viribus Aeneas & maiestate verendus
 Iura dabit Phrygiis: matique & cunctâ propago
 Aeternum accipiet regnum, illa in gente uetustum.

Propter hos Homeri versus Dionysius Halicarnassus scribit prodidisse multos Aeneam relicto in Italia sociis ad Phrygiam redidisse, ibique instaurata Troia regnasse, ac regnum per manus filio tradidisse. Verum Homerus de regno & Troia Italica loquebatur, quæ Troia illa Phrygia manauerat, id est de Lavinis & Albanis, quorum origo fuit à Troianis Aeneæ sociis.

d Cùm ante illam urbem conditam. Nec de tempore urbis condite, neque de Homeri uatis ætate satis inter scriptores conuenit: tamen si de Roma minor ambiguitas. Plutarchus in Romulo fundamenta urbis Romæ à Romulo & Remo iacta scribit, anno tertio sextæ olympiads, quo die fuit lunæ defectus. Dionysius & Eusebius primo anno septimæ olympiads conditam uolunt, post dirutum Ilium anno quatercentesimo trigesimo secundo, Solinus in Polyhistore. Cincio Romam xij. olympiade placet conditam: Pictori octaua: Nepoti & Luclatio opiniones Eratosthenis, & Apollodori cõprobantibus olympiads vij. anno ij. Pomponio Attico & M. Tullio olympiads vij. anno ij Collatis igitur nostris & Græcorum temporibus incipiente olympiade vij. Romam conditam post Ilium captum ccccxixij anno. De Homeri temporibus & de patria & parentibus maxima contentio ex Græcis autoribus. Quidam Homerum interfuisse Troiano bello scribunt. Certè ipse in primo Od. lib. Phemium præceptorem suum psallentem in procorum conuiuio inducit: nisi hoc ambitio se nimis fecerit in gratiam magistri parum seruata ratione temporum.

Homeri
 tempora
 Phemius
 Homeri
 præceptor

temporū. Alij centum annis post confectum Troianum bellum affirmant vixisse. Non desunt qui huic numero quinquaginta annos adiciant. Aristarchus eo tempore vixisse Homerum est autor, quo in Ioniam colonia est deducta, post Heraclidarum descensum annis lx: à bello Troiano cxxx. Crates nondum lxxx. annos putat interesse inter dirutum Ilium & natum Homerum. quidam eum scribunt Tlemacho Vlyssis filio, & Polycastra Nestoris filia genitum. In libro verò chronicis Eusebii Casariensis pontificis sic scribitur: In Latina historia reperimus, Agrippa apud Latinos regnante Homerus in Græcia clarus, ut testatur Apollodorus grammaticus: & Euphorbus historicus, ante urbem conditam annis cxxvij. & ut ait Corn. Nepos, ante olympiadem primam annis centum. Quancunque igitur rationem temporum sequi liceat, Homerus erit urbe Roma antiquior. Quod & Cic. testatur in Tuscul. quæst.

e Quod apud Verg. § 5. *Aeneid.*

Pelidæ tunc ego forti.

*Congressum Aeneam, nec diis nec viribus æquis
Nube caua eripui: cuperem cum vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.*

e Gratis & ingratis. § Prius aduerbium est, posterius nomen.

f Qui Neptunum. § Postquam mercede iusta fraudatus est Neptunus, Troianis insensus semper fuit. Apollo facilius & clementior nihilo eis minus fauit quam antea. Verg. in sexto:

*Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxit tela, manusque
Corpus in Aecide.*

g Quid enim aliud toties seruatores. § Lege Sempronia quæ tulit C. Gracchus, equester ordo iudicauit per xx. annos sine infamia. Lege deinde Plautia ex singulis tribubus quini deni sunt creati comitiis populi, qui eo anno iudicarent. Id factum est altero anno Italici belli Cn. Pompeio Sexti filio & L. Catone Cos. Postea lege Cornelia, quam tulit L. Sylla, iudicia translata sunt ad senatum: iudicarunt x. annos turpissimè & corruptissimè. Cic. in Verrè. Cum adhuc amplissimus ordo iudicaret, de corruptis iudiciis multum queritur. Postremò lege Aurelia, quam tulit M. Aurelius Cotta prætor, uterque ordo iudicauit.

*Apollo
Troianus fa-
uit*

*Lex Sem-
pronia de
iudiciis
Lex Plau-
tia
Lex Cor-
nelia
Lex Aure-
lia*

h Toties populus. § Lucanus in primo:

*Hinc rapti fasces pretio, sectorque fauoris
Ipse sui populus, letalisque ambitus urbi.*

Annua venali referens certamina campo.

i Nisi etiam peierando. § Nam iudices iurati iudicabant, & populus cum in suffragium mittebatur, tacito iureiurando astringeba-

tur perfectis modo sacris, nec pretium, nec gratiam antiquius salute rei-
publica habiturum.

Non potuisse offendi deos Paridis adulterio, quod inter ipsos
traditur frequentatum. C A P. III.

N Vlla itaque causa est, quare dij, quibus, vt dicunt, ste-
terat illud imperium, cum à Græcis præuaientibus
probenur victi, Troianis peierantibus fingantur irati.
Nec adulterio Paridis, vt rursus à quibusdam defendun-
tur, vt Troiam desererent succensuerunt. Autores enim do-
ctoresque peccatorum esse assolent, non vltros. ^b Vrbem Ro-
mam, inquit Salustius, sicuti ego accepi, condidere atque ha-
buere initio Troiani: qui Ænea duce profugi, incertis sedi-
bus vagabantur. Si ergo adulterium Paridis vindicandum nu-
mina censuerunt, aut magis in Troianis, aut etiam in Roma-
nis puniendum fuit, ^c quia Æneæ mater hoc fecit. Sed quo-
modo in illo illud flagitium oderant, qui in sua socia Venere
non oderant, vt alia omittam, quod cum Anchise commise-
rat, ex quo ^d Æneam pepererat? An quia illud factum est in-
dignante Menelao, illud autem concedente ^e Vulcano? Dij e-
nim credo non zelant coniuges suas, vsque adeò vt eas etiam
cum hominibus dignentur habere communes. Irridere fabu-
las fortassis existimor: nec grauitè agere tanti ponderis cau-
sam. Non ergo credamus, si placet, Æneam fuisse Veneris fi-
lium. Ecce concedo, ^f si nec Romulum Martis. ^g Si autem il-
lud, cur non & illud? An deos fas est hominibus fœminis, ma-
res autem homines deabus misceri nefas? Dura, vel potius nõ
credenda conditio, ^h quod ex iure Veneris in cõcubitu Marti
licuit, hoc in iure suo ipsi Veneri non licere. At vtrunque fir-
matum est autoritate Romana. Neque enim minus credidit
recentior ⁱ Cæsar ^k auiam Venerem, quàm patrem ^l antiquior
Romulus Martem.

L. V I V E S.

^a **A** Dulterio Paridis. } Hoc opinor omnibus & lippis notum &
tonsonibus esse, vt inquit ille, Nemo nescit bellum Troianum
natum esse, quòd Alexander Paris Helenam Menelai uxorem ra-
puerit.

^b Vrbem Romam. } Quo tempore & à quibus condita fuerit Ro-
ma, Dionysius, Solinus, Plutarchus, & alij permulti, multa &
longè diuersissima referunt. Ab eis petat, qui hac fusè voluerit co-
gnoscere.

e Quia

c Quia Æneæ mater. } Veneris lenocinio vsus est Paris in Helena rapienda. Hoc enim munere Venus in iudicio deorum de forma Parisi dem iudicem corrupit.

d Æneam. } Anchise & Veneris fuit filius. Vergilius:

- Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisa

- Alma Venus Phrygiæ genuit Simoentis ad undas?

Et Lucretius:

Æneadum genitrix hominum, diuinumque voluptas

Alma Venus.

e Vulcano. } Qui maritus erat Veneris.

f Si nec Romulum Martis. } Dionys. Halicarnass. ad Martis lu- Romuli pa- cum cum Iulia Vestalis virgo isset aqua pura haurienda gratia, in tem- ter plo compressa est. Sunt qui putent ab aliquo ex prociis, alij ab Amulio ipso patruo dicunt armato, alij à genio loci. hæc ille. Ego verò & Romulum militis cuiuspiam fuisse filium credo, & Æneam alicuius scorti. Et quia milites sub Marte esse sunt existimati, & scorta sub Venere, idcirco Romuli pater Mars, Æneæ mater Venus est dicta. Quæ fue- Æneæ ma rit Æneæ mater vera, hæc est una ex ineptis illis & stultis grammaticorum questionibus, de quibus disputari in illis quatuor milibus Didymi voluminibus Seneca scribit.

g Si autem illud, cur non & illud? } Pro hoc & illud, Græco more, vel etiam Latino, sed poeticè magis quàm oratoricè.

h Quod ex iure Veneris. } Occulta derisio, sed faceta. Mars Venerem adulteratus est. hoc licuit Marti in iure Veneris, hoc est, in ratione concubitus & libidinis, quæ sunt sub Venere: cur non idem in libidine ipsa & luxuria licebit ipsi Veneri, quæ est earum domina? quod licet alienis beneficio Veneris, cur Veneri non permetteretur in suo libidinoso regno tam liberè versari, quàm aliis id quod est Veneris permittitur, & quidem à Venere ipsa?

i Cæsar. } Hic gentis erat Iuliæ, quæ in Iulum Æneæ filium genus Cæsaris refererebat, & per Iulum in Venerem. Iulia gens ex Alba longa in ur-nus bem à Tullo rege iraducta est, & inter patritias allecta. Idcirco Cæsar dictator templum Veneri struxit, quod Veneri genitricis appellauit. Idem Cæsar ipse apud Tranquillum: Amica, inquit, mææ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus coniunctum est. nam ab Anco Martio sunt Martij reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra.

k Auiam. } Pro quavis progenitricæ posuit, ut fit sæpe.

l Antiquior. } Antiquior Romulum, & recentior Cæsar, propter tempora quibus vixerunt: inter quos DC. anni & plures interfluxere.

De sententia Varronis, qua vtile esse dixerit, vt se homines ex diis
genitos mentiantur. C A P. I I I I.

DIxerit aliquis: Itáne tu ista credis? Ego verò ista non
credo. nam & vir doctissimus eorum Varro falsa hæc
esse, quanuis non audenter, neque fidenter, penè ta-
men fatetur. Sed^a vtile esse ciuitatibus dicit, vt se viri fortes,
etiam si falsum sit, ex diis genitos esse credant: vt eo modo a-
nimus humanus velut diuinæ stirpis fiduciam gerens, res ma-
gnas aggrediendas præsumat audacius, agat vehementius, &
ob hoc impleat ipsa securitate foelicius. Quæ Varronis sen-
tentia expressa vt potui meis verbis, cernis quàm latum locū
aperiat falsitati: vbi intelligamus plura iam sacra & quasi re-
ligiosa potuisse confingi: vbi putata sunt ciuibus etiam de i-
psis diis prodesse mendacia. Sed vtrū potuerit Venus ex con-
cubitu Anchisæ Æneam parere, vel Mars ex Syluiæ concubi-
tu^b filia Numitoris Romulum gignere, in medio relinqua-
mus. Nam penè talis quæstio etiam de scripturis nostris ob-
oritur, qua quæritur, vtrum præuaricatores angeli cum filia-
bus hominum concubuerint: vnde natis gigantibus, id est, ni-
mium grandibus ac fortibus viris, tunc terra completa.

L. V I V E S.

*Vtile existi a mari diui-
no semine
satum*

VTile esse ciuitatibus. & *Ipsis etiam qui fingunt vtilius, quo
populis vtantur secundioribus. Sic Scipio nunquam eleuari il-
lam hominum existimationem voluit, quòd diuino semine ortus esset:
& apud Lucianum Alexander vtile sibi ad res gerendas dicit fuisse,
quòd filius Iouis Ammonis sit habitus. Timebatur enim, nec aliquis
ipsi repugnare audebat, nempe quem crederet Deum, οἱ βάρβαροι, in-
quit, κατεπλάγησαν με, καὶ ἰδὲ εἰς ἔπαιθισατο, οἷο μὲνοι θεῶ
μοῦ χεῖραται.
ὄσε βάρβαροι ἐκράτην αὐτῶν.*

*Numitor
& eius li-
beri*

b Filia Numitoris. & *Numitor Proca Albanorum regis filius fuit,
Amulij frater. Et quidem natu maior, sed iniuria fratris priuatus vi-
xiz, Amulio regnum per vim & dolum occupante. Numitor filium ha-
buit Lausum, & filiam Rheam, siue Iliam Syluiam. Puer est occisus,
puella Vestalibus ab Amulio præfecta est, vt obtentu religionis prole
perpetuò careret, quæ tamen gemellos, vt dixi, Romulum & Remum
ex incerto patre edidit.*

Non probari, quod diu adulterium Paridis punierint, quod
in matre Romuli non vlti sunt. C A P. V.



Roinde ad vtrunq; interim modò nostra disputatio
referatur. Si enim vera sunt quæ apud illos de ma-
tre

tre Æneæ & de patre Romuli lectitantur, quomodo possunt diis adulteria displicere hominum, quæ in ipsis concorditer ferunt? Si autem falsa sunt, nec sic quidem possunt irasci veris adulteriis humanis, qui etiam falsis delectantur suis. Huc accedit, quoniam si illud de Marte non creditur, ut hoc quoque de Venere non credatur. Nullo igitur diuini concubitus obtentu matris Romuli causa defenditur. Fuit autem sacerdos Syluia Vestalis, & ideo dii magis in Romanos sacrilegum illud flagitium, quam in Troianos Paridis adulterium vindicare debuerunt. ^aNam & ipsi Romani antiqui in stupro detectas Vestales sacerdotes, viuas etiam defodiebant: ^badulteras autem foeminas, quanuis aliqua damnatione, nulla tamen morte plecebant: vsque adeo grauius quæ putabant adyta diuina, quam humana cubilia vindicabant.

L. V I V E S.

a **N**AM & ipsi Romani. } *Si qua Vestalis leuiter deliquerat, Vestalis*
verberibus à pont. Max. cedebatur: sin parum pudicè castita-
tem habuerat, stuprique conuicta erat, Sandapila ad portam Collati-supplicium
nam efferbatur tanquam mortua, cum lucis propinquorum & neces-
sariorum, sequentibus pontificibus aliisque sacerdotibus in mœsto silen-
tio. Iuxta portam locus est subterraneus, ad quem scals descenditur, in
eum virgo demittebatur sola, tollebanturque scale, & occludebatur locus
undique, ubi ne fame videretur enecla, panis, lactis & olei aliquantulum
poncbatur, simul & ardens lucerna: quibus perfectis discedebant
sacerdotes, atque eo die iustitium erat in urbe, & mæror pauor que non
exiguus, presertim quod magnum aliquod malum supplicium Vestalis
virginis ciuitati atque imperio portendere arbitrabantur. Qualis esse
Vestalis virgo, & quid facere debeat, cum alijs, tum Gellius recenset
fusè libro Noctium Atticarum primo.

b *Adulteras autem foeminas. } Ante Casarem Augustum Adul-*
terium legibus in adulteros est cautum. Nemo enim, quod equidem sciam, viorum lex
causam de adulterio dixit. Nam Clodius de pollutus sacris Bonæ deæ, nulla an-
non de adulterio est postulatus: non pratermissurus id crimen inimi te Cæsa-
ris, si lege esset aliquid de eo constitutum. Primus Augustus legem rem-
tulit de adulterio Iuliam, sed in viros, & de pudicitiam foeminas,
sed non ita graui adiecla pœna: quanquam postea in vtrumque sexum
dara est actio adulterii grauiore pœna addita, ut videre est ex re-
sponsis Casarum in Codice Iustiniani, & quadragesimo septimo Pan-
delectarum. Dionysius in Antiquitatibus scribit legem contra adul-

teros iam initio urbis ab ipso Romulo fuisse latam: quod credo dictum esse ab eo ut in historia *ad luisi*, ut alia non pauca.

De patricidio Romuli, quod dii non vindicarunt.

C A P. V. I.

Aliud adicio, quia si eò vsque peccata hominum illis numinibus displicerent, ut offensi Paridis facto deferretam Troiam ferro ignique domarent, magis eos contra Romanos moueret Romuli frater occifus, quàm contra Troianos Græcus maritus illusus: magis irritaret^a patricidium nascentis, quàm regnantis adulterium ciuitatis. Nec ad causam quam nunc agimus interest, ^b vtrum hoc fieri Romulus iusserit, aut Romulus fecerit, quod multi impudentia negant, multi pudore dubitant, multi dolore dissimulant. Nec nos itaque in ea re diligētius requirenda per multorum scriptorum perpensa testimonia demoremur. Romuli fratrem palàm constat occifum: non ab hostibus, non ab alienis. Si autem perpetravit aut imperavit hoc Romulus, magis ipse fuit Romanorum, quàm Paris Troianorum caput. Cur igitur Troianis iram deorum prouocauit ille alienæ coniugis raptor, & ^c eorundem deorum tutelam Romanis inuitauit iste sui fratris extinctor? Si autem illud scelus à facto imperioque Romuli alienum est, quoniam debuit utique vindicari, tota hoc illa ciuitas fecit, quod tota consensit: & non iam fratrem, sed patrem, quod peius est, occidit. Vterque enim fuit conditor, vbi alter scelere ablati non permissus est esse regnator. Non est, ut arbitror, quod dicatur quid mali Troia meruerit, ut eam dii defererent, quo posset extingui: & quid boni Roma, ut eam dii inhabitarent, quo posset augeri, nisi quòd victi inde fugerunt, & se ad istos quos pariter deciperent, contulerunt? Imò verò & illic manserunt, ad eos more suo decipiendos, qui rursus easdem terras habitarent, & hic easdem artes fallaciæ suæ, magis etiam exercēdo, maioribus honoribus gloriati sunt.

L. V I V E S.

Parricidium ^a **P**arricidium. *Non patris solum mors, sed patris quoque, nisi quis velit dicere, quasi patratio cadis. Lex est Numæ antiquissima: Si quis liberum hominem morti sciens duit, parricida esto.*

Remi mors ^b **V**trum hoc fieri. *Sunt qui tradant Remum in contentione de regno, cum utraq; pars suum ducem regem consalutasset, ventumq; esset ad manus, esse in pugna occifum, à Romulo an. à quoquam altero, parum constat.*

constat. Alij, & quidem plures, à Fabio tribuno scelerum Romuli casum aiunt quòd noua & humilia urbis mœnia etiã cum irrisione transfisset: peractãque eadem Romulo imperante. Quod factum Cicero impium & inhumanum fuisse indicat. Sic enim tertio Off. inquit: Atque in eo rege, qui urbem condidit, ita non est. Species enim utilitatis pepulit animam eius, cui cum visum esset utilius se solum, quàm cum altero regnare, fratrem interemit. Omisit hic & pietatem, & humanitatem: ut quod utile videbatur, neque erat, assequi posset: & tamen muri causam apposuit sp. ciem non statim, nec probabilem, nec sanè idoneam. Peccauit igitur pace vel Quirini vel Romuli dixerim.

c Eorundem deorum. } Quia à Troia Lauinium primùm per Aeneam hinc Albam per Ascanium sunt translati. Ex Alba Romanis per Romulum consensu Numitoris communicati. hinc per Tulum omnino traducti Romam.

De euerfione Ilij quod dex Marij Fimbria excidit.

CAP. VII.

Aertè enim^b ciuilibus iam bellis scatenibus, quid miserum commiserat Ilium, ut^c à Fimbria^d Marianarum partiũ homine pessimo euerteretur, multò ferocius atque crudelius, quàm olim à Græcis? Nam tunc & multi inde fugerunt, & multi captiuati saltem in seruitute vixerunt. Porrò autem Fimbria prius edictum proposuit, ne cui parceretur: atque urbem totam cunctosque in ea homines incendio concremavit. Hoc meruit Ilium, non à Græcis, quos sua irritauerat iniquitate, sed à Romanis, quos sua calamitate propagauerat: diis illis communibus ad hæc repellenda nihil iuuantibus: siue, quod verum est, nihil valentibus. Nunquid & tunc abscessere omnes adytis arisque relictis dij, quibus illud oppidum steterat, post antiquos Græcorum ignes ruinasque reparatum? Si autem abscesserant, causam requiro: & oppidanorum quidem quantò inuenio meliorem, tantò deteriore deorem. Illi enim contra Fimbriam portas clauserant, ut Syllæ seruarent integram ciuitatem: hic eos iratus incendit, vel potiùs penitus extinxit. Adhuc autem meliorum partium ciuiliũ Sylla dux fuit, adhuc armis reimp. recuperare moliebatur. Horum bonorũ initiorum nondũ malos euentus habuit. Quid ergo melius ciues illius urbis facere potuerunt? quid honestius? quid fidelius? quid Romana parentela dignius, quàm meliori causæ Romanorũ ciuitatem seruare, &

contra parricidam Romanæ reipub. portas claudere? At hoc eis in quantum exitium verterit, attendant defensores deorum. Deseruerint dii adulteros, Iliumque flammis Græcorū reliquerint, vt ex eius cineribus Roma castior nasceretur: cur & postea deseruerūt eandem ciuitatem Romanis cognatam, non rebellātem aduersus Romam nobilem filiam, sed iustioribus eius partibus fidem constantissimam piissimāque seruauentem, eāque delendā reliquerunt, non Græcorū viris fortibus, sed viro spurcissimo Romanorū? Aut si displicebat diis causa partiū Syllanarum, cui seruantes vrbe[m] miseri portas clauerant, cur eidem Syllæ tanta bona promittebant, & pre-nunciabant? An & hinc agnoscuntur adulescentes fœliciū, potius quā[m] infœliciū defensores? Non ergo Ilium etiā tunc ab eis, cum desereretur euersum est. Nam dæmones ad decipiēdū semper vigilantissimi, quod potuerunt, fecerunt. & Eueris quippe & incensis omnibus cum oppido simulachris, solum Mineruæ simulachrum sub tanta ruina templi illius, vt scribit Linius, integrum stetisse perhibetur. Non vt diceretur:

Dū patrū, quorum semper sub numine Troia

Est, Ad eorum laudem: sed ne diceretur: Excessere omnes adytis arisque relictis dii, ad eorum defensionem. Illud enim posse permissi sunt, non vnde probarentur potentes, sed vnde præsentem conuincerentur.

L. VIVES.

a **C**ertè enim. } *Mortuo etiam Mario in septimo suo consulatu, C. Cinnna P. V. alerius Flaccum sibi collegam subrogauit, cui & Asiæ provinciam, quæ tunc Sylla cum imperio tenebat, mandauit duabus legionibus attribuit. Hic Flaccus tum auaritia, qua nihil prius odit exercitus, tum aliis vitis militibus inuisus, à C. Fimbria legato Nicomedia interceptus est Imperioque ipse Fimbria consensu militum occupauit, bellumque cum a iuridate gestu satis fœlitate, ac parum absuit, quo manus obsessum Pergamæ reuertens: cumque in Phrygia ductaret exercitum, cognouissetque Ilienses Silla partes sequi, per dolum in urbem admissus, vt Appianus scribit, seu vt capta vrbe, vt Linius, ciues & urbem totam crudeliter perdidit nullus neque sacris, neque profanis parcens, annis illi & quinquaginta postea, nam à Græcis erat delet.*

b Ciuilibus iam bellis. } *Hoc primum bellum civile Marianum antequam Sylla in Italiam rediret & partes omnino deleret.*

c A Fimbria. } *Fuit hic perditissima audacia homo, & ad quoduis facinus*

facinus designandum accommodatissimus, qui Cr. ssum interemit, qui-
que in funere C. Marij. Q. Scauolam virum ornatissimum & sanctissi-
mum vulnerandum curauit. Et ubi ferrum non alte in corpus descend-
se accepisset, diem illi dixit. Admirantibus cunctis quid pontifex maxi-
mus optimum totius ciuitatis tuem accusaret, & crimen expectantibus,
dixit, se illum accusare, quod non totum telum corpore excepisset. Cicerō
est auctor pro Roscio Amerino.

d Marianarum. } Cinnanarum potius. Sed tota illa factio Syllæ ad-
uersa, dicta est Mariana.

e Ferocius. } Appianus scribit in Mithridatico, post die eius diei
quo illum conflagrauit, Fimbriam ipsum suis oculis omnia diligenter in-
se scrutatum, nunquid superesset integrum, ut illud quoque dirueret &
incenderet. Ita nullum illiense domicilium, nullum templum, ac ne stana
quidem vlla superfuit.

f Adhuc autem in meliorum partium. } Sallustius in Catilinario:
Nostra memoria victor Sylla, cum Damaspum, & alios huiusmodi,
qui malo reipublica creuerant, iugulari insit, qui nō factum eius lau-
dabat: homines scelestos, factiosos, qui seditionibus rempublicam exagi-
tauerant, merito necatos atque habuit. Sed ea res magna initium cladis fuit.
Et ante L. Syllæ armis recepta reipublica ex bonis inuis malos euentus
habuit. Quod dictum Augustinus tangit.

g Euerfis quippe. } Appianus etiam & Iulius Obsequens scribunt,
Palladium inuentum esse illatum post incendium. Seruius in secundo Ae-
neid. sensu nō dicit à Fimbria, & Roman aduictum. Equidem dem-
ror si istud idem est Palladium illud vetus Trojanū, quod ab Aenea in
Italiā portatū esse dicunt cum magnis diis, & post Albā uelatum colloca-
tum ab Hostilio rege in ade Veste, quæ cum deflagraret Metellus pōri-
fex maximus Palladium ex incendio rapuit: ob quod factū magni sunt
illi postea honores habuit, ut sub recentem Romæ & Carthaginem pax ē,
primo Punico perfecto bello, ante Fimbriam plus centū & quinquagin-
ta annis. Non desunt qui putent Aeneam relicto sociis Latinorum re-
gno in Phrygia uersasse cum Palladio: quorū opinio relicta est à nobis
alio loco. Verū Lacedæmonij quoque cred. bant se Palladium illud
Troianum prope Leucopidarū templum habere: quod Teion quidam
decepto Ergio uno ex profapia Diomedis, Argus surripuit detulitq. a
Lacedæmonem ad quod seruandum Lac. demones pro uulo admoniti. Vbi
heroiū erexerunt. Sed id Palladium est, quod diximus ab Ulyss. & Dio-
mede raptum bello Trojanō. Seruius multa Palladia similia esse à Ma-
murrio fabro facta, ne illud verū cognosceretur. Quæ in re ipsam me-
moriam Seruium non dubium est, & pro ancylibus possuisse Palladia.

An debuerit diis Iliacis Roma committi.

CAP. VIII.

Dis itaque Iliacis post Troiæ ipsius documentum, qua tandem prudentia Roma custodienda commissa est? Dixerit quispiam, iam eos Romæ habitare solitos, quando expugnante Fimbria cecidit Ilium. Vnde ergo stetit Mineruæ simulachrum? Deinde si apud Romam erant, quando Fimbria deleuit Ilium, fortasse apud Ilium erant, quando à Gallis ipsa Roma capta & incensa est. Sed vt sunt auditu acutissimi motuque celerrimi, ad vocem anseris citò redierunt, vt saltem Capitolinum collem qui remanserat tuerentur. Ceterum alia defendenda ferius sunt redire commoniti.

An illam pacem, quæ sub Numæ regno fuit, deos præstitisse credendum sit.

CAP. IX.

Etiam Numam Pompilium successorem Romuli adiuuisse creduntur, vt toto regni sui tempore pacem haberet, ^a & Iani portas quæ bellis patere assolent, clauderet: eo merito scilicet, quia Romanis multa sacra constituit. Illi verò homini pro tanto ocio gratulandum fuit, si modò id rebus salubribus scisset impendere, & perniciosissima securitate neglecta, Deum verum vera pietate perquirere. Nunc autem non ei dii contulerunt illud ocium, sed eum minus fortasse decepissent, si ociosum minime reperissent. Quantò enim minus eum occupatum inuenerunt, tantò magis ipsi occupauerunt. Nam quid ille molitus sit, & quibus artibus deos tales, sibi, vel ciuitati consociare potuerit, Varro prodit. Quòd si Domino placuerit, suo diligentiùs differetur loco. Modò autem quia de beneficiis eorum quæstio est, magnum beneficium est pax, sed ^b Dei veri beneficium est ple runque etiam sicut sol, sicut pluuia, viræque alia subsidia super ingratos & nequam. Sed si hoc tam magnum bonum dii illi Romæ vel Pompilio contulerunt, cur imperio Romano per ipsa tempora laudabilia id nunquam postea præstiterunt? An vtiliora erant sacra cum instituerentur, quam cum instituta celebrarentur? Atqui tunc nondum erant, sed vt essent, addebantur: postea verò iam erant, quæ vt prodesse, cultodiebantur. Quid ergo est, quod illi quadragintatres vel vt alij volunt, tringintanouem anni in tanta pace transacti sunt, regnante Numa: & postea sacris institutis, diisque ipsis qui eisdem sacris fuerant inuitati iam præsidibus atque tutoribus,

bus, vix post tam multos annos ab Vrbe condita vsque Augustum ^c vnus pro magno miraculo commemoratur annus post primum bellum Punicum, quo belli portas Romani claudere potuerunt?

L. V I V E S.

ET Iani portas. } Iani cuius aperta porta belli erat signum, clausa pacis undique cum populo Romano. Hunc ad infimum Argiletum Numa Pompilius constituit monumentum pugnae cum Sabinis, in qua magna vis a Iana per eam portam erumpens Romanis accedentibus auxiliata est. Ideo statutum, vt velut ad opem ferendam reueratus esset bello Ianus. Macrobius primo Saturnal. Eam portam primus ipse qui edificarat clausit. Secundo Manlius post primum Punicum bellum. Tertio Octavius Augustus. Linius lib. I.

b Dei veri beneficium est. } Ideo Christus seruator noster eam pacem suis discipulis impartitur, quam mundus dare non potest.

c Vnus pro magno miraculo. } T. Manlio Torquato, & C. Atilio Coss. si Eutropio creditur historico non malo. Hi consules postquam de Sardinia triumpharunt, pace undique terra & mari parata. Ianum Quirinum clauserunt. quod post menses aliquot est rursus reueratum; A. L. Posthumio Albino, & Cn. Fulvio Centimalo, vel vt alij, Sp. Carbilio Coss. bello Illyrico.

An optandum fuerit, quod tanta bellorum rabie Romanorum augeatur imperium, cum eo studio quo sub Numa auctum est, & quietum esse potuit & tutum.

C A P. X.

AN respondent, quod nisi assiduis sibi que continuo succedentibus bellis Romanum imperium tam longe lateque non posset augeri, & tam grandi gloria diffamari: Idonea verò causa, vt magnum esset imperium. cur esse deberet inquietum? Nonne in corporibus hominum satius est modicam staturam cum sanitate habere, quam ad molem aliquam giganteam perpetuis afflictionibus peruenire? nec cum perueneris requiescere: sed quanto grandioribus membris, tanto maioribus agitari malis? Quid autem mali esset, ac non potius plurimum boni. si ea tempora perdurarent, quae perstrinxit Salustius, ubi ait: Igitur initio reges, ^a nam in terris nomen imperij id primum fuit, diuersi: pars ingenium, alij corpus exercebant: etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur, sua quique satis placebant? Aut vt tam multum augetur imperium, debuit fieri quod Vergilius detestatur, dicens:

^b *Deterior donec paulatim ac decolor etas.*

Et belli rabies, & amor successit habendi?

Sed planè pro rãtis bellis susceptis & gestis iusta defensio Romanoꝝ est: quòd irruentibus sibi importunè iniunicis resistere cogebat, non auditas adipiscendæ laudis humanæ, sed necessitas tuendæ salutis & libertatis. Ita sit planè. Nam postquam res eorũ, sicut scribit ipse Salustius, legibus, moribus, agris aucta, satis prospera, satisque pollens videbatur, sicuti pleaque mortalium habentur, inuidia ex opulentiã orta est. Igitur reges populique finitimi bello eos tentare, pauci ex amicis auxilio esse. Nam cæteri metu perculsi longè a periculis aberant. At Romani domi militiæque intenti festinare, parere, alius aliũ hortari, hostibus obuiã ire: libertatem, patriam, parentésque armis te gere. Pòst vbi pericula virtute propulerant, socijs atque amicis auxilia portabant, magis que dandis quàm accipiendis beneficiis amicitias parabãt. Decenter his artibus Roma creuit. Sed regnante Numa, vt tam longa pax esset, vtrum irruerant improbi, bellòque tentabant, an nihil eorum fiebat, vt posset pax illa persistere? Si enim bellis etiã tum Roma lacebatur, ac armis arma obuia ferebãtur: quibus modis agebatur, vt nulla pugna superati, nullo Martio impetu territi sedarentur inimici: his modis semper ageretur, vt semper Roma clausis Iani portis pacata regnaret. Quòd si in potestãte non fuit, non ergo Roma pacem habuit quãdiu dij eorum, sed quãdiu homines finitimi circumquaque voluerunt: qui eam nullo bello prouocauerunt: nisi fortè dij tales etiam id homini vendere audebunt, quod alius homo voluit siue noluit. Interest quidem iam vitio proprio malas mentes quatenus sinantur isti dæmones vel terrere vel excitare. Sed si semper hoc possent, nec alia secretiore potestãte contra eorũ conatũ sæpe aliter ageretur, semper in potestãte haberent pacem bellicãque victorias, quæ semper ferè per humanorum animorum motus accidunt.

L. V I V E S.

a **N**Am in terris nomen imperij. } Sic etiam Iustinus in primo, Herodotus, & Pinius, Hoc institutum in Aegypto primum repertum: apud quos Menes primus rex fuerit, referunt. Quãquam ante hunc regnasse Osiridem & Horum, & alios nonnullos deos Diodorus perhibet. Nostra sacra litera Nembroth filium Chusi, primum

primum regem fuisse perhibent, & Babylone imperasse.

b Deterior donec. } Quinque hominū etates Hesiodus finxit in opere, cui titulus ἑρτα κ' ἡμέραι, quem locum in hunc modum orditur.

Ἰσοὶ θνητοὶ αἰθέροιοι.

χρυστοὶ μὲν ἀρ' ἴσα γένε' ἀερόσων ἀνθρώπων

ἀθάνατοι ποίησαν ὀλύμπια δαίματ' ἔχοντες.

οἱ μὲν ὅτι κρονὸν ἦσαν.

Hunc secuti sunt Vergilius, Ovidius, & reliqui poetæ. Primam etatem Hominum aiunt fuisse auream sub Saturno, sine bellis, magna concordia generis humani, sine litibus, sine querelis: quæ Saturnia tempora nominantur. Altera est argentea, sub Ioue: cū bella pullulascerent, & curæ, & fraudes, & odia. Tertia est ænea, cū genus mortalium totum undique bellis concuteretur, cruentaque essent omnia. Quarta heroum semideorum, quorū animi iustitia quidem erant dediti, sed insano amore belligerandi flagrabant. Quinta est ferrea in qua nullus malorum est modus, cuncta sese velut effractus carceribus in genus humanum simul effuderunt, aperte fraudes, aperta odia & bella capitalia, cedes, rapinae, incendia, vastationes.

c Nisi fortè dij tales vendere. } Nisi fortè tam mali ac impudentes sint illi dij, ut pro beneficio id vendant hominibus, quod ex voluntate cuiusquam est profectum, & pro eo tanquam à se dato gratiam reposcant: cū sit potius muneris alieni. Interpretes noster, quia figuram illam loquendi non intellexit, effudit quòd i. si primum verit in mentem, & super illo velut saxeo fundamento construxit mirū de vendendo ædificiū, & de potestate demonum, & de afflictibus humanis: ex similibus iniitiis maxima pars eorum quæ philosophi & theologi in scholis nugantur est orta. Commentisunt videlicet mira somnia super his locis vel Aristotelis, vel sacrorum scriptorum, quæ non intelligebant, sælices architecti, quorum structura ad cælum usque erecta elegantissima & fortissima creditur, cuius est funus pro fundamento.

De simulachro Cumanj Apollinis, cuius fletus creditus est eadem Græcorum, quibus opitulari non poterat, indicare.

C A P. X I.

Quas tamē plerunque cōtra eorū fieri volūtatē, nō solum fabulæ multa mentientes, & vix veri aliquid vel indicātes, vel significātes, sed etiā ipsa Romana confitetur historia, Neq; enim aliūde Apollo ille Cumanus, cū aduersus Achæos regemque Aristonicū à Romanis bellaretur.

quatrifido fleuisse nunciatus est. quo prodigio haruspices ter-
riti, cum id simulachrum in mare putauissent esse proiicien-
dum, Cumani senes intercesserunt atque retulerunt tale prodi-
giū, ^c & Antiochi, ^d & Persidis bello in eodem apparuisse si-
gmento: & quia Romanis feliciter prouenisset, ex senatuscō-
sulto eidem Apollini sua dona esse missa testati sunt. Tūc ve-
rò peritiores acciti haruspices responderunt, simulachri Apol-
linis fletum ideo prosperum esse Romanis, quoniam ^e Cumæ
colonia Græca esset, suisq; terris vnde accitus esset. id est ipsi
Græciæ luctum & cladem Apollinem significasse plorantem.
Deinde mox regem Aristonicū victum & captum esse nun-
ciatum est, quē vinci vtiq; Apollo nolebat & dolebat: & hoc
sui lapidis etiam lachrymis indicabat. Vnde non vsquequaque
incongruē, quanuis fabulosis, tamen veritatis similibus, mo-
res dæmonum describuntur carminibus poetarum. Nam Ca-
millam Diana doluit apud Vergilium & Pallantem moritur-
um Hercules fleuit. Hinc fortassis & Numa Pompilius pacē
abundans: sed quo donāte nesciens, nec requirens: cum cogi-
taret ociosus, quibusnam diis tuendam Romanam salutem
regnumq; committeret: nec verum illum atq; omnipotentem
summū Deū curare opinaretur ista terrena: atq; recoleret
Troianos deos, quos Æneas aduexerat: neq; Troianum, neq;
Lauiniense ab ipso Ænea conditum regnum diu conseruare
potuisse, alios prouidendos existimauit, quos illis prioribus,
siue qui cum Romulo iam Romam transierant, siue quādoq;
Alba euerfa fuerant trāsituri, vel tanquam fugitiuis custodes
adhiberet, vel tanquam inualidis adiutores.

L. V I V E S.

a **N**Equē enim aliunde Apollo ille Cumanus. *Attalus A-*
sia rex testamento populū Romanū heredem fecerat regni.
Id Aristonicus Eumenis Attali fratris filius ex concubina genitus
præoccupauit: hinc bellum est ei indictum: missus eō Licinius Crassus
Cos. & pont. max. victus est ab Aristonico. M. Perpenna consul in-
sequentis anni, audita Crassi fortuna, magnis itineribus in Asiam venit,
victūque acie Aristonicū fame domitū, in deditionem Strato-
nica, quō post prælium confugerat, cepit, Romamque misit. Romanis
Nicomedes Bithyniæ, Mithridates Ponti, Ariarathes Cappadocia,
Pylemenes Paphlagonia, reges fauebant. Aristonico Achæia.
b Regemq; Aristonicum, *Hæc Apollinis lachrymatio contingit*
Appio

Appio Claudio, M. Perpenna Coss. ut Iulius Obsequens narrat in fragmento libri De prodigiis. Inquit enim: Ap. Claudio, M. Perpenna Coss. Publius Crassus aduersus Aristonicum dimicans occisus. Apollinis simulachrum lachrymavit per quadriduum. Vates portenderunt Græcia fore exitium. unde ductum esset: sacrificatum tum à Romanis, donaque in templo posita. Hæc ille. Fletus simulachrorum malum aliquod prænuñciabant his quibus fauerent. ut fletus Iunonis Sospita Sudantes Laumi L. Aemilio Paulo, Cn. Bebio Pamphilo Coss. ingens pestilentia secuta. Sic Lucanus in Prodigis bellorum ciuilium:

Indigetes fleuisse deos, urbique laborem

Tesatos sudore lares.

e Et Antiochi. & Syria regis. quem L. Cornelius Scipio Africanus Antiochus frater vicit. Linius fuscè Decad. quarta.

d Et Persidis bello. & Alij Xerxis, melius Persæ Philippi filij Maccæonum regis, quem intra paucas horas deuicit L. Aemilius Paulus, bello Macedonico secundo. Plutarch. in Vita Aemilij Pauli, & alij.

e Quoniam Cumana Colonia. } Vel Cumæ colonia: Chalcidienses Cumæ & Cumæ, ut est apud Strabonem lib. 5. populi Græcia magna olim classe in Italiam nauigarunt, appalsiq; littori Campano, urbem ibi condidere: duces erant Cumæorum Hippocles, Chalcidensium Megasthenes: y pacti sunt inter se, ut alteri coloniam possiderent gentis: alteri nomen darent. Ita factum est: Cumæ dicuntur, & colonia est Chalcidica. Vero in sexto de Cumis:

Chalcidicæque leuis tandem superastitit arce.

Hanc urbem Strabo affirmat cunctas & Italia & Sicilia vrbes vetustate antecedere.

Quantos sibi deos Romani præter constitutionem Numæ adiecerint, quotum eos numerositas nihil iuuetit.

C A P. XII.

NEc his sacris tamen Roma dignata est esse cõtenta, quæ tam multa illic Pompilius constituerat: nam ipsius summum templum nondum habebat Iouis. Rex quippe Tarquinius ibi Capitolium fabricauit. Æsculapius autem ab Epidauro abiit Romam, ut peritissimus medicus in vrbe nobilissima artem gloriosius exerceret. Mater etiam deum nescio vnde à Pessimunte. Indignum enim erat, ut cum eius filius iam colli Capitolino præsideret, adhuc ipsa in loco ignobili latitaret. Quæ tamen si omnium deorum mater est, non est secuta solum Romam, quosdam

filios suos, verum & alios præcessit etiam secuturos. Miro sane, si ipsa peperit Cynocephalum, ^f qui longè postea venit ex Ægypto. ^s Vtrum etiam dea Febris ex illa nata sit, ^h viderit Æsculapius ⁱ pronepos eius. Sed vndecunque nata sit, non opinor audebunt eam ignobilem dicere dii peregrini ^k deam ciuem Romanam. Sub hoc tot deorum præsidio, quos numerare quis potest, indigenas & alienigenas, cælites, terrestres, infernos, marinos, fontanos, fluuiales: & vt Varro dicit certos atque ^l incertos, in omnibusque generibus deorum sicut in animalibus mares & foeminas? Sub hoc ergo tot deorum præsidio constituta Roma, non tam magnis & horrendis claudibus, quales ex multis paucas commemorabo. agitari affligique debuit. Nimis enim multos deos ^m grandi fumo suo, tanquam signo dato ad tuitionem congregauerat: quibus templa, altaria, sacrificia, sacerdotes instituendo atque præbendo, summum verum Deum, cui vni hæc ritè gesta cæbentur, offenderet. Et foelicior quidem cū paucioribus vixit: Sed quantò maior facta est, sicut naus nautas, tantò plures adhibendos putauit, credo desperans pauciores illos, sub quibus in comparatione peioris vitæ melius vixerat, non sufficere ad opitulandum granditati suæ. Primò enim sub ipsis regibus excepto Nuua Pópilio, de quo iam suprâ locutus sum, quantum malum discordiosi certaminis fuit, quòd fratrem Romuli coegit occidi?

L. V I V E S.

a **R** Ex quippe Tarquinius } *Tarquinius Superbus. Liuii libro primo.*

Æsculapius. } Bello Samnitico ex Epidaurò Romã est aduectus à Quinto Ogélnio legato anguis mansueti specie: transfrauitque in insula n Tiberis, ubi ei templum est extructum, & feria Calend. Ianuariis data. Porrò Epidaurus, que antè Epitaurus, vt scribit Strabo oppidum est in Achaia supra Corinthum Orientali littore: quod Saronium vocat Plinius, inelytum Æsculapij templo, quod suo in agro habet, quinque passuum milibus ab vrbe.

c Vt peritissimus medicus. } *Æsculapij tres fuerunt Ciceroni. Primus Apollinus filius, quem Arcades colunt. Secundus, secundi Mercurij, Valentis & Pheronidis filij frater, is fulmine percussus, dicitur humatus. esse Cynofuris. Tertius Arsiippi & Arsinoe, qui primus purgatione alui detis que euulsionem, vt ferunt, inuenit: cuius in Arcadia, nõ longè à Lusio flumine sepulchrum, & lucus ostèditur. Æsculapium*

pium illum nobilem medicum Tarquinius de Illustribus viris disse-
rens, sicut est apud Lactantium, ait incertis parentibus natum exposi-
tum, & à venatoribus inuentum, canino lacte nutritum, Chironi tra-
ditum, didicisse medicinam, fuisse autem Messeniam. sed Epidauri ha-
bitasse. Hippocrates Cous bellum cui nauicula nomen est, scripsisse illum
refert, ut nos in philosophiæ initio diximus. Cor. Celsus in deorum nu-
merum receptum tradit, cum medicinam à huc rudem paulo subtilius
excoluisset.

d Nescio unde nata. } Ignobile erat eius genus, ut Saturni fratris.
Nam Opem hanc dicunt fuisse, idcirco filij Cæli sunt habiti, quod co-
rum ignoraretur origo, cum tamen magni & in admiratione hominum
essent. Eos verò qui sunt tales, de cælo descendisse vulgus ferunt.

e Prænestinum montem. } Locus hic est in omnibus exemplaribus,
quæ quidem videre mihi contigit, mendosus. Alibi sic: Mater etiam
deum nescio unde à Pæstum monte. sed satius erit pro Prænestinum
legere Palatinum. Nam in Palatio locata est magna deum mater à ma-
tri aduectæ Romam. Liu lib. 36. & Victor in Urbis regionib.

f Qui longè postea. } ac. & Aegyptia Romam esse introducta tẽ-
poribus Syllæ significat Apuleius in Metamorphosi, hoc est, centum
amplius annis postquàm mater deum est Romam translata. Sed L.
Piso & A. Galinius Coss. edicto sanxerunt, ne in Capitolio essent:
tameñ hoc sequentibus temporibus est abolitum. Tertullianus in Apo-
logico.

g Vtrum etiam dea Febris. } Alibi, vtrum etiam deus Februus
ex illa natus sit: quod non congruit, cum Februus sit Pluto, cui Febru-
ario mense sacrificatur à purgatione dictus, de quo non dubitatur. Sed &
legendum esse Febrim ostendit, quod ilico additur, viderit Aesculapius,
& alia quæ sequuntur.

h Viderit Aesculapius. } Facetè, quia medicus.

i Pronepos. } Quia Apollinis filius, hic Iouis, Iupiter Opis.

k Deam ciuem Romanam. } Et hoc falsum. Nam Romani Fe-
brem deam finxerunt.

l Incertos. } Nam sunt quidam de quorum diuinitate non satis con-
stat, quales sunt Fauns, Syluani, Nympha, Ouidius in 1. Metam. ver-
bis Iouis:

Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni.

Et Nympha, Satyrique, & monticola Syluani.

Quos quonia nondum cæli dignamur honore,

Quas dedimus ceteras habitare sinamus.

Eiusmodi sunt & Hippolytus, & Corybantes, & Atys, & Sabba-


zuis quos Lucianus ἐν ὑπερβολῇ ἀμφοτέρους θεῶς & ἀμφιβόλους vocat: id est, inquilinos deos, & ambiguos.

in Grandi fumo suo. } *Sacrificiorum, vel vanitate, ut ad allegoriam, fumi alludat. nam fumus pro re vana atq; inani solet accipi: unde illud fumos vendere.*

n Tanquam signo dato. } *Bellicis aut suspectis temporibus in editis speculis fascies lignorum præueniunt, p̄r que siccorum ponunt speculatores, ut si quis vel subitus hostium aduentus emineat, vel terror aliquis existat, possint quàm primum fascibus incensis; & suos & vicinos certiores facere. φροντὶς Græci id genus fascium vocant, quibus interdum ad centesimum lapidem intra semihorulam significatur, ut amici ad propellendum periculum possint in tempore accurrere: potest etiam intelligi hoc signum quod Augustinus dicit, de signo quod in prælio solet dari.*

Quo iure, quo fœdere Romani obtinuerint prima coniugia. 173

C A P. XIII.

 Vomodo nec Iuno, quæ cum Ioue suo iam fouebat Romanos rerum dominos gentemque togatam, nec Venus ipsa Æneas suos potuit adiuuare: vt bono & æquo more coniugia mererentur, cladésque tanta irruit huius inopiæ, vt ea dolo raperent, mōxque compellerentur pugnare cum soceris: & miseræ fœminæ nondum ex iniuria maritis conciliatæ, iam parentum sanguine dotarentur. At enim vicerunt in hac conflictatione Romani vicinos suos. Quântis & quàm multis vtrinque vulneribus ac funebribus, tam propinquorum quàm confinium istæ victoriæ constiterunt? ^a Propter vnum Cæsarem socerum, & vnum generum eius Pompeium: iam inortua Cæsaris filia vxore Pompeij, quanto & quàm iusto doloris instinctu, Lucanus exclamat:

Bella^b per Emathios plus quàm ciuilia campos,

Iusq; datum scelere canimus.

Vicerunt ergo Romani, vt strage socerorū manibus cruentis ab eorum filiabus amplexus miserabiles extorquerent: nec illæ auderent flere patres occisos, ne offenderent victores maritos: quæ adhuc illis pugnantibus ^c pro quibus facerent vota, nesciebant. Talibus nuptiis populum Romanū non Venus, sed Bellona dotauit: ^d aut fortassis Alecto illa infernalis furia, iam eis fauente Iunone, plus in illos habuit licentiæ, quàm cum eius precibus contra Æneā fuerat excitata. ^e Andromache fœlicius captiuata est, quàm

quàm illa coniugia Romana nupserunt: licet seruales, tamen post eius amplexus nullū Troianorum Pyrrhus occidit. Romani autem foceros interficiebāt in præliis, quorū iam filias amplexabantur in thalamis. Illa victori subdita, dolere tantū suorum mortem potuit, non timere. Illæ sociatæ bellantibus, parentum suorum mortes procedentibus viris timebant, redeuntibus dolebāt, nec timorem habentes liberum, nec dolorem. Nam propter interitum ciuium, propinquorū fratrum, parentū, aut piè cruciabantur, aut crudeliter lætabantur, victoriis maritorū. Huc accedebat quod vt sunt alterna bellorum, aliquæ parentum ferro amiserunt viros, aliæque vtrorūmq; ferro & parētes & viros. Neq; enim & apud Romanos parua fuerunt illa discrimina. Siquidē ad obsidionē quoque peruentum est ciuitatis, clausisq; portis se tuebantur. ^f Quibus dolo apertis, admissisq; hostibus intra mœnia, ^g in ipso foro scelera ta & nimis atrox inter generos focerosq; pugna cōmissa est. Et raptores illi etiam superabantur, & crebrō fugientes intra domos suas, ^h grauius fœdabāt pristinas, quamuis & ipsas pudendas lugendāsq; victorias. Hic enim Romulus de suorum iam virtute desperans, ⁱ Iouem rogauit vt starent, ^k atque ille hac occasione nomen Statoris inuenit. ^l Nec finis esset tanti mali, nisi raptæ illæ laceratis crinibus emicarent, & prouolutæ parentibus iram eorū iustissimam, non armis victricibus, sed supplici pietate sedarent. Deinde T. Tatium regem Sabinorum, socium regni Romulus ferre compulsus est, germani consortis impatiens: ^m sed quando & istum diu toleraret, qui fratrem geminūque non pertulit? Vnde & ipso interfecto, vt maior deus esset, regnum solus obtinuit. Quæ sunt ista iura nuptiarum, quæ irritamenta bellorum, quæ fœdera germani tatis, affinitatis, societatis, diuinitatis? Quæ postremo sub tot diis tutoribus ⁿ vita ciuitatis? Vides quanta hinc dici & quàm multa possent, nisi quæ supersunt nostra curaret intentio, & sermo in alia festinaret.

L. V I V E S.

a **P**ropter vnum Cæsarem. *Julia unica C. Cæsaris filia, Cn. Pompeio Magno nupsit. ac grauida è partu obiit, patre bellum in Gallia gerente. Deinde focer & gener gesserunt bellum ciuile.*

b Per Emathios. *Emathiam antea, quæ postea Macedonia fuit, dictā esse, auctor est Plin. lib. 4. In hac Pōpeius & Cæsar occurrerunt.*

c Pro quibus facerent vota. *Ouidius 3. Fastorum de Sabinis,*

cum in prociñclu essent acies Romanorū & Sabinorum, Mars loquitur:

Conueniunt nuptæ dictam Iunonis in adem,

Quas inter mea sic est nurus ausa loqui:

O paruer raptæ, quoniam hoc commune tenemus

Non ultra lentæ possumus esse piæ.

Stant acies, sed vera dī sunt pro parte rogandi?

Eligite, hinc coniunx, hinc pater arma tenet.

Quarendum est, viduæ fieri malitis, an orbæ?

Alecto

d Aut fortassis Alecto. } Tres furia, Alecto, Tisiphone, & Megera Acheronis & Noctis fuisse filia dicuntur. Alecto iras, odia, turbas, seditiones rixas, bella, cades in genere humano excitat.

Quæ possit unanimes armare in prælia fratres,

Atque odii versare domos.

Hanc aduersus Troianos Iuno stimulat Aeneid. 7.

e Andromache. } Hectoris coniunx Tetionis Thebarum Ciiicia regis filia. Hanc post euersum Ilium uxorem duxit Pyrrhus Achilles filius.

Tarpeia
virgo

f Quibus dolo apertis. } Arci Romana præerat Sp Tarpeius: huius filiam Tarpeiam virginem magnis promissis corrupit Tatius rex Sabinorum: ut quum petitum aquam exiret, armatos in arcem admitteret. Ipsa se facturam promissu, si quod in leuis omnes gesta: ent, sui daretur. Accepit conditionem rex, & quum intus iam esset, virginem scutis obrutam interemerunt. Hæc enim in leuis gestabant, quum de aureis armillis sensisset, quas in sinistris brachiis habebant. Plutarchus in Paralielis hoc Albanis, non Sabinis, contigisse scribit, ex Arist. de Milesio. Sed ego Latinis scriptoribus Lino, Fabio, Pisoni, Cincio, etiam Dionysio Greco magis accedo.

g In ipso foro. } Inter colles Capitolinum & Palatinum est pugnatum.

h Grauius foedabant pristinas. } Non de Sabinis victorias, sed de Cinnensibus, Crustumis & Antematibus.

i Iouem rogarent vt starent. } Linius lib. 1. verbis Romuli, suis fugientibus: At tu pater d. ium hominumque hinc saltem arce hostes. deme terrorem Romanis fugamque foedam siste. Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum sui posteris, tua præsentis ope seruatum urbem esse uoueo. Hæc ille.

k Atque ille occasione Statoris. } A silendo, nisi fortè ab stando, id est, erigendo: quoniam conciderant Romanorum animi. Cicero Iouem hunc custodem imperij Romani frequenter nominat. Credo, quia eius templum erat sue domui vicinum. Diuus Hieronymus Iouem

Statorem

Statorem stare dicit, non quòd ideo dictum Statorem putet, quòd reclus flet, sed quòd Iupiter tonans, sicut annotauit Hermolaus Barbarus, sedens fingatur in antiquis monetis ac simulachris: stator u. r.ò stans tanquam erectus ad ferendam opem. Seneca in 4. De beneficijs libro, altior rem reddit causam cur Stator dicatur: Non, inquit, quem diuodum historici tradiderunt, ex eo quòd post votum susceptum acies Romanorum fugientium stetit, sed quòd stans beneficio eius omnia stator stabilitorq; est. Cicero non dissimiliter. Atque etiam Iouem cum opt. Max dicimus, cumq; eundem salutarem, h. s. fualem. statorem, h. u. intelligi volumus. salutem omnium in eius esse tutela, verum uterque Stoico more. Nam apud Ciceronem ea uerba que citauit, loquitur Cato Stoicus 3. De finibus. Stoici ad altiores intellectus hæc omnia de diis reuocabant.


l Nec finis esset tanti mali. } Media pugna rapta passis crinibus
inter duas acies se coniecerunt. Et hunc viros, inde parentes ad concordiam precibus & lachrymis adduxerunt. Ita intermisso prælio factus est ictum, Sabini in ciuitatem admissi, & Tati in partem regni.

m Sed quãdo & istum. } Laurens Titum Tatium Lauini interfecerunt, quinto anno postquam cæpisset regnare cum Romulo, quòd ab eius propinquis legati sui essent pulsati. Romulus eam rem lætus accepit.

n Iura ciuitatis. } In uetustis exemplaribus, in altero est uita, in altero uita ciuitatis: utrunque argutius quàm iura.

De impietate belli, quòd Albanis Romani intulerunt, & de victoria dominandi libidine adepta.

C A P. X I I I I.

 Vid deinde post Numam sub aliis regibus? Quanto malo, non solum suo, sed etiam Romanorum, in bellum Albani prouocati sunt? quia uidelicet pax Numæ tam longa uiluerat, quam crebræ strages Romani Albanique exercitus fuerunt, & utriusque comminutio ciuitatis. ^aAlba nanque illa, quam filius Æneæ creauit Ascanius, Romæ mater propior ipsa quàm Troia à Tullo Hostilio rege prouocata confligit. Conhigens autem & afflictæ est & afflixit, donec multorum ræderet pari defectione certaminum. Tunc euentum ^bbelli de Tergeminis hinc atque inde fratribus placuit experiri: à Romanis tres Horatij, ab Albanis autem tres Curiatij processerunt: à Curiatis tribus duo Horatij, ab vno autem Horatio tres Curiatij superati & extincti sunt. Ità Roma extitit uictrix, ea clade etiam in certamine extremo, ut de sex uinis vnus rediret domum. Cui damnum in utrisque? Cui luctus nisi Æneæ stirpi, nisi Ascanij

posteris, nisi proli Veneris, nisi nepotibus Iouis? Nam & hoc plus quàm ciuile bellum fuit, quando filia ciuitas cum ciuitate matre pugnavit. ^c Accessit aliud huic Tergeminorum pugnae vltimè atrox atq; horrendum malum. Nam vt erant ambo populi prius amici, vicini quippe atque cognati, vni Curiatorum despósata fuerat Horatorum soror: hæc postea quàm sponsi spolia in victore fratre cósperxit, ab eodem fratre quoniam fleuit, occisa est. Humanior huius vnus fœminæ, quàm vniuersi populi Romani mihi videtur fuisse affectus. Illa quem virum iam fide media retinebat, aut fortè etiam ipsum fratrem dolens, qui eum occiderat, cui sororem promiserat, puto quod non culpabiliter fleuerit. Vnde enim apud Vergilium ^d pius Æneas laudabiliter dolet, hostem etiam sua peremptum manu. Vnde Marcellus Syracusanam ciuitatem recolens, eius paulò ante culmen & gloriam sub manus suas subito concidisse, commune in cogitans conditionem flendo miseratus est. Quæso ab humano impetremus affectu, vt fœmina spósum suum à fratre suo peremptum sine crimine fleuerit, si viri hostes à se victos etiam cum laude fleuerunt. Ergo sponso à fratre illatam mortem quando fœmina illa flebat, tunc se contra matrem ciuitatem tanta strage bellasse, & tanta hinc & inde cognati cruoris effusione vicisse Roma gaudebat. Quid mihi obtenditur nomen laudis, noménq; victoriæ? Remotis obstaculis insanæ opinionis, facinora nuda cernantur, nuda pensentur, nuda iudicentur. Causa dicatur Albæ, sicut Troiæ adulterium dicebatur. Nulla talis, nulla similis inuenitur. Tantum vt desides moueret Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis Agmina. Illo itaque vitio tantum scelus perpetratum est socialis belli atque cognati. Quod vitium Salustius magnum transeunter attigit. Cùm enim laudans breuiter antiquiora commemorasset tempora, quando vita hominum sine cupiditate agitabatur, & sua cuique satis placebant: Postea verò; inquit, quàm ^e in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonij atque Athenienses, cœpere vrbes atque nationes subigere, libidinem dominandi causam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare, & cætera quæ ipse instituerat dicere. Mihi hucusque satis sit eius verba posuisse. Libido ista dominandi magnis malis agitatur & conterit genus humanum. Hac libidine Roma tunc victa Albam se vicisse triumphabat, & sui

sceleris

sceleris laudē gloriam nominabat. Quoniā laudatur, inquit scriptura nostra, peccator in desiderijs animæ suæ, & qui ini- qua gerit, benedicitur. Fallacia igitur tegmina, & deceptorie dealbationes auferantur à rebus, vt syncero inspiciantur examine. Nemo mihi dicat, magnus ille atque ille, quia cum illo & illo pugnavit, & vicit. Pugnant etiam gladiatores, vincunt & ipsi: ^fhabet præmia laudis, & illa crudelitas. Sed puto esse fatius cuiuslibet inertiae pœnas luere, quàm illorum armorū gloriam quærere. Et tamen si in arenā procederēt pugnatūri inter se gladiatores, quorum alter filius, alter pater esset, tale spectaculum quis ferret? quis non auferret? Quomodo ergo gloriosum alterius matris, alterius ciuitatis, inter se armorum potuit esse certamen? An ideo diuersum fuit, quòd arena vlla nõ fuit, & latiores cāpi non duorū gladiatorū, sed in duobus populis multorum funeribus implebātur: ^gnec amphitheatro cingebantur illa certamina, sed vniuerso orbe, & tunc viuis & posteris quousq; ista fama porrigitur, impium spectaculum præbebatur? Vim tamen patiebātur studij sui dij illi præfides imperij Romani, & taliū certaminum tanquam theatrici spectatores, donec Horatorū soror propter Curiatios tres peremptos, etiam ipsa tertia ex altera parte fraterno ferro duobus fratribus adderetur, ne minus haberet morriū etiam Roma quæ vicerat. ^hDeinde ad fructum victoriæ Alba subuersa est. Vbi post Ilium quod Græci euerterunt, & post Lauinium vbi rex Latinus Æneā regem peregrinū atq; fugitiuū constituerat, tertio loco habitauerāt numina illa Troiana, sed more suo etiā inde iam fortasse migrauerāt, ideo deleta est. Discesserant videlicet omnes adytis arisq; relictis dij, quibus imperiū illud steterat. Discesserāt sanè ecce iā tertio, vt eis quarta Roma prouidentissimè crederetur. Displicuerat & Alba, vbi Amulius expulso fratre, & Roma placuerat, vbi Romulus oc- ciso fratre regnauerat. Sed antequam Alba dirueretur, transfusus est, inquit, populus eius in Romam, vt ex vtraque vna ciuitas fieret. Esto, ita factum sit, vrbs tamen illa A scanij regnum, & tertium domicilium Troianorum deorum, ab vrbe filia mater euerfa est. Vt autem belli reliquæ è duobus populis vnum facerent miserabile coagulum, multus antè fusus vtriusq; sanguis fuit. Quid iam singulatim dicam sub cæteris regibus toties eadem bella renouata, quæ victoriis finita videbantur, & tantis stragibus iterum atque iterum confecta,

iterū iterūmq; post fœdus & pacē inter generos & foceros, & corū stirpem posterósq; repetita? Non paruū iudiciū calamitatis huius fuit, quòd portas belli nullus clausit illorū, nullus ergo illorum sub tot diis præsidibus in pace regnauit.

L. VIVES.

Alba a **A**lba namque. *Albae sunt multa. Est enim Alba in Hispania, quae & Virgo dicitur. Plin lib. 3. Est in Gallia Narbonensi Helvorum oppidum. Est in Italia ad locum Fucinum: unde Albenfes, Est in Gallia citeriore, quae cognominatur Pompeia Est in Latio in dorso montis Albani, quae Alba longa. Roma verò, non illa modò quam Romulus condidit, colonia est huius Alba, quam deduxerunt Romulus & Remus, sed etiam veterem illam, quae ante hanc fuit, sunt qui arbitrantur à Romulo Aeneae filio conditam. Deinde cum ob caelum pestilens, tum & incursiones hastium desereretur, ab Albanis miserantibus esse restitutam missis eò de suis ciuibus, qui lapsa repararent, & frequentem facerent urbem solitariam.*

b **Belli de Tergeminis** *Liuius lib. 1. Res est vulgaris, Metius Suffetius Albanorum dictator, hoc consilium & sibi cepit, & Tullo dedit Romanorum regi, ne strage utriusque populi res decideretur, sed transigeretur per paucos. Ita fœdere iclo commissum est fortune sex virorum, uter populus alteri imperaret Bini Tergemini erant in illis exercitiibus, illi commissi sunt, ut cuius populi ciues vicissent, penes eum esset imperium.*

c **Accessit aliud.** *Satis fuse Augustinus id narrat ut intelligi possit.*

d **Pius Aeneas.** *Lausum Mezenty filium in decimo Aeneid.*

Cyri e **In Asia Cyrus.** *Cyri duo fuerunt, Maior de quo hic loquitur, qui Asiam, Scythiam, totūque Orientem domuit, eo tempore quo Tarquinus Superbus regnabat Rome: Cræsum Lydorum opulentiss. regem cepit: à Thomiri Scytharum regina captus & interfectus est, capite in cacabum humani sanguinis plenum coniecto, ut sanguine se humano saturaret, quem tantopere sitiē at: Plutarchus, Strabo, Trogas: Herodotus, & alij quàm plurimi Greci. Herodotus hunc μεγάλον βασιλέα vocat. Unde & ceteri Persarum reges sic vocari voluerunt. Alter fuit Cyrus Minor Dary filius, Artaxerxis frater, cuius αὐτάρχων in Persia scriptus est X enophon.*

Magnus f **Habet præmia laudis.** *Coronas leminiscatas.*

rcx. g **Nec amphitheatro.** *Theatrum est in modum semicirculi, amphitheatrum in modum circuli, arena sternabatur, & in eo munus gladiatorum aedebatur.*

h Deinde ad fructum victoriæ. } *Linus primo bello Veienti. Cùm Metius Albanus cum exercitu medium se gessisset, nec Tullo Romano regi pugnantem ex fœdere affuisset, Tullus Metium quadrigis discerpi, Albam verò dirui iussit, Albanosque Romam migrare.*

Qualis Romanorum regum vita atque exitus fuerit.

C A P. XV.

Regum autem regū qui exitus fuerunt? De Romulo viderit adulatio fabulosa, qua perhibetur receptus in cælum. Viderint quidam scriptores eorum,^a qui eum propter ferocitatem à senatu discerptum esse dixerunt, ^bsubornatumque nescio quem Iulium Proculum, qui eū sibi apparuisse diceret, eūque per se populo mādasse Romano, vt inter numina coleretur, eoque modo populum qui contra senatū intumescere cœperat repressum atque sedatum. Acciderat enim & solis defectio, quam certa ratione sui cursus effectū imperita nesciēs multitudo meritis Romuli tribuebat. Quasi verò si luctus ille solis fuisset, non^d magis Deo credi deberet occisus, ipsumque scelus auersione, etiam diurni luminis indicatum: sicut reuera factū est, cū Dominus crucifixus est crudelitate atque impietate Iudæorum.^e Quam solis obscurationem nō ex canonico syderum cursu accidisse, satis ostendit, quòd tūc erat pascha Iudæorum: nam plena luna solenniter agitur.^f Regularis autē solis defectio non nisi lunæ fine contingit. Satis & Cicero illam inter deos Romuli receptionē purata magis significat esse quàm factā, quando & laudās eum in libris De rep. Scipionisq; sermone. Tantū est, inquit, consecutus, vt eum subito sole obscurato nō cōparuisset, deorum, in numero collocatus putaretur: quā opinionem nemo ynquam mortalis assequi potuit, sine eximia virtutis gloria. Quod autē dicit eū subito nō comparuisse profectò ibi intelligitur, aut violentia tēpestatis, aut cædis facinorisq; secretum. Nam & alij scriptores eorum, defectioni solis^g addūt etiam subitam tēpestatem, quę profectò aut occasionem sceleris præbuit, aut Romulum ipsa consumpsit.^h De Tullo quippe etiā Hostilio, qui tertius à Romulo rex fuit, qui & ipse fulmine absumptus est, dicit in eisdem libris idem Cicero, propterea & istū non creditum inter deos receptum tali morte, quia fortasse quod erat in Romulo probatū, id est persuasum, ⁱRomani vulgare noluerunt, id est, vile facere, si hoc & alteri, facile tribueretur. Dicit etiam apertè in inuectiuis: Illum qui

hanc urbem cōdidit Romulum, ad deos immortales beneuolentia famāq; sustulimus: vt non verè factū, sed propter merita virtutis eius beneuolentia iactatum diffamatūq; monstraret.^k In Hortensio verò dialogo cū de solis canonicis defectiōibus loqueretur: Vt easdem, inquit, tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli, qui in obscuratiōe solis est factus. Cerrè hic minimè timuit hominis interitum dicere, quia disputator magis quàm laudator fuit. Cæteri autē reges populi Romani, excepto Numa Pōpilio & Anco Marcio, qui morbo interierūt, quàm horrēdos exitus habuerunt? Tullus, vt dixi, Hostilius victor & euerfor Albæ, cūm tota domo sua fulmine concrematus est.^l Priscus Tarquinius per sui decessoris filios interēptus est. Seruius Tullius generi sui Tarquiniij Superbi, qui ei successit in regnū, nefario scelere occisus est. Nec discessere adytis arisq; relictiis dij, tanto in optimum illius populi regem patricidio perpetrato, quos dicunt vt hoc miseræ Troiæ facerent, eamque Græcis diruendam exurendamq; relinquerent, adulterio Paridis fuisse commotos. Sed insuper interfecto à se socero, Tarquinius ipse successit. Hūc illi dij nefarium parricidam soceri interfectione regnātem, insuper multis bellis victorisque gloriantem, & de bellorum manubiis Capitolium fabricātem, non abscedentes, sed præsentēs manētēsq; viderut, & regem suum Iouem in illo altissimo templo, hoc est in opere parricidæ, sibi præsidere atque regnare perpessi sunt. Neque enim adhuc innocens^m Capitolium struxit, & postea malis meritis vrbe pulsus est, sed ad ipsum regnum in quo Capitolium fabricaret immanissimi sceleris perpetratione peruenit. ⁿ Quod verò eum Romani regno postea depulerunt ac secluserūt mœnibus ciuitatis, non ipse de Lucretiæ stupro, sed filij peccatum fuit, illo non solum nesciēte, sed etiam absente commissum. Ardeam ciuitatem tūc oppugnabat, & pro pop. Rom. bellum gerebat: nescimus quid faceret, si ad eius notitiam flagitiū filij deferretur. Et tamen inexplorato eius iudicio & inexperto, ei populus ademit imperium: & recepto exercitu, à quo deserui iussus est, elausis deinde portis non sunt passi intrare redeūtem. At ille post bella grauissima, quibus eosdem Rom. concitatis finitimis attriuit, postea quā desertus ab eis quorum fidebat auxilio, regnum recipere non valuit, ° in oppido Tusculo Romæ vicino, quatuordecim, vt fertur, annos priuatam vitā quietus habuit,

habuit, & cum vxore consenuit, optabiliore fortassis exitu, quàm focer eius generi sui facinore, nec ignorante filia, sicut perhibetur, extinctus Nec tamen istum Tarquinium Romani crudelem, aut sceleratum, sed superbum appellauerunt, fortassis regio eius fastus alia superbia non ferentes. Nam scelus occisi ab eo focer optimi regis sui vsque adeò contempserunt, vt eum regem suum facerent: vbi miror si non scelere grauiore mercedem tantam tãto sceleri reddiderunt, nec discessere adytis arisque relictis dii. Nisi fortè quispiam sic defendat istos deos, vt dicat eos ideo mansisse Romæ, quo possent Rom. magis punire supplicis quàm beneficiis adiuuare, seducendo eos vanis victoriis, & bellis grauissimis conterentes. Hæc fuit Romanorum vita sub regibus laudabili tempore illius reip. vsque ad expulsionem Tarquinij Superbi per ducentos ferme & quadraginta & tres annos, cum illæ omnes victoriæ tam multo sanguine, & tantis emptæ calamitatibus. vix illud imperium intra viginti ab vrbe miliaria dilatauerint: quantum spatium absit vt saltem ad alicuius Getulæ ciuitatis nunc territorium comparetur.

L. VIVES.

Qui eum propter ferocitatem. } *Dionysius lib. 2. refert pa-* *Romulo*
tres discerpiss Romulum: ac unumquengue frustum aliquod mors
corp. ris sub t. ga oculuisse. ne quid vsquam compareret: ita quomodo
Romulus obierit à multitudine esse ignoratum.

b Subordinatum nescio quem. } *Legendum subornatum: nescio*
quem addit, vel propter obscuritatem auctoris, vel propter utilitatem
mendacij & periurij.

c Imperitia nesciens multitudo. } *Antequam ostensa esset vulgo*
à philosophis ratio def. Etiam solus & luna homines cum illa sydera de-
ficere viderent aut scelus aliquod ingens, aut inorte eorum metuebãt.
Hic paor non in rudi s. lum erat plebe. sed in eruditis qu que, velut
Stesichoro & Pindaro lyricis vatibus.

d Magis ideo credi deberet. } *Tota sententia est inuersa defectu*
negationis. Dicendum enim, non magis ideo.

e Quam solis obscurationem. } *Interuentu lune inter solem & nos*
auferuntur nobis solis radij, idque defectus solis dicitur. Interiecta verò
terra inter solem & lunam, illiusq. umbra in lunam ingruente, fit lune
deliquiũ: idcirco nec deficere sol potest nisi luna silente, cum ei subiici-
tur: hoc est, in coitu ipsorum syderum: nec luna ipsa, nisi cum est plena,
cum maxime videlicet à sole distat, tum demum enim terra solis splen-

dorem auferre ei potest.

f Regularis } Idem est regularis quod canonicus: à canone Græco: hinc quidam monachi diu Augustini nō non semel putentur regulares, bis hoc vocari gaudent.

g Addunt etiam subitam tempestatem. } Linius: Subitō coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque.

Tullas
Hostilius

h De Tullio. } Hunc quidam fulmine cum tota domo conflagrasset scribunt. Alij incensam eius domum ab Anco Martio, qui postea regnauit, affirmant.

i Romani vulgare noluerunt, id est, vilificare. } Quod Augustinus scripserat vilefacere parum erat scitè & doctrinaiuer dictum. Ideo vilefacere fuit pro eo substituendum, præsertim si Tullianus aliquis emendauit, quibus omnia in hanc formam cōuertuntur, hominificare, animalificare, accidentificare, asinificare.

k In Hortensio. } Hortensium amissus. Nam quem quidam Hortensium esse putant, quartus est Academicarum questionum. Marcus illis est testis in plerisque locis.

Priscus
Tarquinus

l Priscus Tarquinius. } Quintus Romanorum rex, Demaratis Corinthij filius, à pastoribus, quos filij Anco Martij subornarunt, occisus est, Huic successit Seruius Tullius gener, vir magnus & pace & bello, qui multis præclaris & utilissimis institutis urbem ornauit, atque adiuuit. Opera Tarquinij Superbi generi est occisus. Tarquinius in suos ciues asper & immitis, bello strenuus.

Capitolium

m Capitolium. } Id Saturnio colle, qui postea Tarpeius est dictus, Ioui regi opt. max. adificauit.

n Quod verò eum. } Septimus hic rex & ultimus fuit expulsus à Bruto, Collatino, Lucretio, Valesio, Horatio, & alijs, cum ob multas acceptas antea iniurias, tum ob recens Sexti eius filij facinus in Lucretiam. Ardeam oppugnabat rex, cum populus ei imperium abrogauit: ipse cum in urbem veniret, exercitu etiam spoliatus est à Bruto, qui alia via ad castra properauerat.

o In oppido Tusculo. } Vulgatiō opinio est, eū Cumis diē obysse, natum annos serè nonaginta apud Aristodemum tyrannum: tamen si haud negauerim aliquot annos eis Tusculi mansisse apud Octauium Manlium generum: quousque nobili illa ad laurum Regillum pugna, Manilius à T Hermimo legato occisus est. Quæ res forsā fecit, ut Augustinus memoria laboretur in re videlicet exigua, & que non multum intererat sic aut secus narrari.

p Necignorante filia. } Imò, ut scribunt, stimulante virum, ut id facinus tantum faceret.

¶ Fortassis regio eius fastus. } *Festium dictum, & aceti plenum.*
 r Intra viginti ab Vrbe. } *Sextus Ruffus octodecim miliaria ponit,*
vsque ad Ostiam ab Ancorege in portu positam, Europius non nisi
sedecim.

¶ Getulæ ciuitatis } *Getulia pars est Africa prope tractum inho-* *Getulia*
spitale & inhabitabile, sicut Mela Pomp. describit. De Getulis sic
Salust. in Iugurth. Africã habuere initio Getuli asperi inculti que qui-
buis cibus erat caro ferina, atque pabulum uti pecoribus. Hi neque mo-
ribus, neque lege aut imperio cuiusquam regebantur, vagi palantes, quò
nox coegerat sedes habebant. Hac & alia nonnulla idem Salustius de
Getulis. Eam gentem Mela frequentem multipli. emque esse scribit.

De primis apud Romanos consulibus, quorũ alter alterum patriade-
 pulit. moxque Romæ post atrocissima particidia à vulnerato
 hoste vulneratus interiit. CAP. XVI.

Hic tempori adiiciamus etiam tempus illud, quous-
 que dicit Salustius, æquo & modesto iure agitatum,
 dum metus à Tarquinio & graue bellum eum Etru-
 ria positum est. Quandiu enim Etrusci Tarquinio redire in
 regnum conanti opitulati sunt, graui bello Roma concussa
 est. Ideo dicit æquo & modesto iure gestam rempub. metu
 premente, non persuadente iustitia. In quo breuissimo tem-
 pore quàm funestus ille annus fuit, quo primi consules creati
 sunt, expulsa regia potestate. Annum quippe suum non com-
 pleuerunt. Nam Iunius Brutus ex honorum eiecit vrbe col-
 legam Lucium Tarquinium Collatinum. Deinde mox ipse in
 bello cecidit, ^a mutuis cum hoste vulneribus. ^b occisus à seipso
 primitus filiis suis & vxoris suæ fratribus, quòd eos pro resti-
 tuendo Tarquinio cõiurasse cognouerat. Quod factum Ver-
 gilius postea quàm laudabiliter commemorauit, continuo
 clementer exhorruit. Cùm enim dixisset,

Natosque pater noua bella mouentes

Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit,

Mox deinde exclamauit & ait:

Infelix, utcunque ferent ea facta minores.

Quomodolibet, inquit, ea facta posteri ferant, id est præferant
 & extollant, qui filios occidit, infelix est. Et tãquam ad con-
 solandum infœlicem, subiunxit.

Vicit amor patriæ laudumque immensa cupido.

Nõne hoc in Bruto, qui & filios occidit, ^c & à se percusso ho-
 sti filio Tarquinij mutuo percussus superuivere non potuit,

eique potius ipse Tarquinius superuixit, ^d Collatini collegæ videtur innocentia vindicata, qui bonus ciuis hoc Tarquinio pulso passus est, quòd tyrannus ipse Tarquinius? Nam & idem Brutus consanguineus Tarquinij, fuisse perhibetur. Sed Collatinum videlicet similitudo nominis pressit, quia etiam Tarquinius vocabatur. Mutare ergo nomen, nõ patriam cogere-
tur, ^f Postremò in eius nomine hoc vocabulum minus esset, si L. Collatinus tantummodo vocaretur. Sed ideo non amisit quod sine vllò detrimento posset amittere, vt & honore primus consul, & ciuitate bonus ciuis carere iuberetur. Etiam ne ista est gloria Iulij Bruti detestanda iniquitas & nihilo utilis reipublicæ? Etiam ne ad hanc perpetranda,

Vicit amor patriæ, laudumque imensa Cupido?

Iam expulso utiq; Tarquinio tyranno, cõsul cum Bruto creatus est maritus Lucretiæ L. Tarquinius Collatinus: quàm iustè populus mores in ciue, non nomen attendit, quàm iniustè Brutus collegam primæ ac nouæ illius potestatis, quæ posset, si hoc offende-
batur, nomine tantum priuare, & patria priuauit & honore. Hæc mala facta sunt, hæc aduersa acciderunt, quando in illa rep. æquo & modesto iure agitatum est. ^g Lucretius quoque qui in locum Bruti fuerat surrogatus, morbo antequam idem annus terminaretur, absumptus est. Ita P. Valerius qui successerat Collatino, & M. Horatius, qui pro defuncto Lucretio susceptus fuerat, annum illum funereum atq; Tartareum, qui consules quinque habuit, cõpleuerunt. Quo anno consulatus ipsius nouum honorem ac potestatem auspicata est Ro. resp. tunc iam diminuto paululum metu, non quia bella conqueuerat, sed quia nõ tam graui potere vrgebant. Finito scilicet tempore, quo æquo & modesto iure agitatum est, secuta sunt quæ idem Salustius breuiter sic explicat: Deinde seruii imperio patres plebẽ exercere, de vita atq; tergo regio more cõsulere, agro pellere, & cæteris expertib. soli in imperio agere. Quibus agitata sæuitiis, & maximè fœnore oppressa plebs, cum assiduis bellis tributum & militiam simul toleraret, armata montem Sacrum atque Auentinum infedit. Tuncq; tribunos plebis & alia sibi iura parauit, discordiarum, & certaminis vtriusque finis fuit secundum bellum Punicum.

L. V I V E S.

MVtuis cum hoste vulneribus. } Cum Arunte Tarquinio regis filio, mortuum matrona annum luxerunt: collega
Valerius

Valerius laudavit, eaque fuit prima funebris oratio Romæ.

b Occisis à seipso. } *De reducendis etiã Tarquinis V stelli fratres uxoris Bruti, cum legatis regis agebant, & ascuerant in consilium T. & Tib Junios Brutos consulis filios. Brutus re detecta, de filiis & uxoris fratribus supplicium sumpsit.*

c Et à se percusso hoste & filio Tarquinij. } *Sic legitur in vetustis libris, & à se percusso hosti filio Tarquinij mutuo percussus.*

d Collatini collegæ. } *Dixi observatum esse, qui collegæ magistratum abrogavit, annum non vixisse.*

e Nam & idem Brutus. } *Hic fuit M. Junij & Tarquinij regis sororis filius.*

f Postremò si in eius nomine. } *Melius si coniunctio, si aliò transferretur sic: Postremò in eius nomine hoc vocabulum minus esset, se Lucius Collatinus.*

g Lucretius. *Primus annus consularis quinque habuit consules. Brutum & Collatinum primum. Collatino abrogato magistratu suffectus est Publius Valerius Publicola. Bruto mortuo in bello, Valerius Spurius Lucretium Lucretiæ patrem substituit: huic morbo absumpto, successit N. Horatius Pulvillus.*

Post initia consularis imperij quibus malis vexata fuerit Romana respublica, diis non opitulantibus quos colebant.

C A P. X V I I.



Vid ita ego tantas moras vel scribens patiar, vel lecturis afferam? Quàm misera fuerit illa resp. tam longa ætate per tot annos vsque ad secundum bellum Punicum, bellis forinsecus inquietare nõ desistentibus, & intus discordiis seditionibusque civilibus à Salustio breuiter intimatum est. Proinde victoriæ illæ non solida beatorum gaudia fuerunt, sed inania solatia miserorum, & ad alia atque alia terribilia mala subeunda illecebrosa incitamenta minimè quietorum. Nec nobis quia hæc dicimus, boni Romani prudentesque succenseant: quanquam de hac re nec petendi sint nec monendi, quãdo eos minimè succensuros esse certissimè est. Neq; enim grauius vel grauiora dicimus autoribus eorum, & stylo & ocio multum impares. Quibus tamen ediscendis & ipsi elaborauerunt, & filios suos elaborare compellunt. Qui autem succensent, quando me ferrent, si ego dicerem, quod Salustius ait? Plurimæ turbæ seditiones & ad postremum bella civilia orta sunt, dum pauci potentes, quorum in gratiã plerique concesserant sub honesto patrum aut plebis nomine do-

minationes affectabāt: boniq; & mali ciues appellati, non ob
 merita ^b in remp. omnibus pariter corruptis, sed vti quisq; lo-
 cupletissimus & iniuria validior, quia præsentia defendebat,
 pro bono ducebatur. Porro si illi scriptores historiæ ad hone-
 stam libertatem pertinere arbitrati sunt, mala ciuitatis pro-
 priæ non tacere, quam multis locis magno præconio laudare
 compulsi sunt, cum aliam veriore quo ciues æterni legendi
 sunt non haberent: quid nos facere conuenit, quorū spes quā-
 tō in Deo melior & certior, tātō maior debet esse libertas cū
 mala præsentia Christo nostro imputant, vt infirmiores impe-
 ritioresque mētes alienētur ab ea ciuitate, in qua sola iugiter
 fœlicitérque viuendū est? Nec in deos eorū horribiliora nos
 dicimus, quā eorum identidem autores quos legūt & præ-
 dicant: quandoquidem & ex ipsis quæ diceremus accepimus,
 & nullo modo dicere, vel talia, vel cuncta sufficimus. ^c Vbi e-
 rant ergo illi dii, qui propter exiguā fallacémque huius mūdi
 fœlicitatem, colendi existimantur, cū Ro. quibus se colendos
 mendacissima astutia venditabant, tantis calamitatibus vexa-
 rentur? Vbi erāt quando Valerius cōsul & ab exulib. & seruis
^d incēsum Capitolium cū defensaret, occisus est? Faciliusq; ipse
 prodesse potuit ædi Iouis, quā illi turba tot numinū cum suo
 maximo atque optimo rege, cuius templū liberauerat, subue-
 nire. Vbi erant quādo densissimis fatigata ciuitas seditionum
 malis, cum legatos Athenas missos ad leges mutuandas pau-
 lulum quæta operiretur, graui fame pestilētiāque vastata est?
 Vbi erant quando rursus populus cum fame laboraret, præfe-
 ctum annonę primum creauit, atque illa fame inualecente,
^e Sp. Æmilius, qui esurienti multitudini frumēta largitus est,
 regni affectati crimen incurrit, & eiusdem præfecti instantia
 per dictatorem L. Quintiū ætate decrepitū, à Q. Seruilio ma-
 gistro equitū, cum maximo & periculosissimo tumultu ciuita-
 tis occisus est? Vbi erant quando pestilentia maxima exorta,
 diis inutilibus sine remedio populus diu multūque fatigatus,
 noua ^f lectiſterna, quod nunquā antea fecerat, exhibenda ar-
 bitratus est? Lecti autē sternebantur in honorem deorū, vnde
 hoc sacrum vel potius sacrilegium nomen accepit. Vbi erant
 quando per decē continuos annos malè pugnando crebras &
 magnas clades apud Veios exercitus Rom. acceperat, nisi per
 Furium Camillum tandem subueniretur, quem postea ciui-
 tas ingrata damnauit? Vbi erant quando Galli Romam cepe-
 runt,

runt, spoliauerunt, incenderunt, cædibus impleuerunt? Vbi erant cum illa insignis pestilentia tã ingentem stragem dedit, qua & ille Furius Camillus extinctus est, qui remp. ingratiã & à Veientibus antè defendit, & de Gallis postea vindicauit? Inde in hac pestilentia scenicos ludos aliam nouã pestem nõ corporibus Ro. sed, quod est multò perniciosius, moribus intulerunt. Vbi erant quãdo alia pestilentia grauis^e de venenis matronarum exorta credita est, quarũ supra fidem multarum atque nõbilitum mores deprehensi sunt omni pestilentia grauiores? Vel quando in Caudinas furcas à Samnitibus obsessi ambo cum exercitu cõsules fœdus cũ eis fœdum facere coacti sunt: ita vt equitibus Ro. sexcentis obsidibus datis, cæteri amissis armis aliisque spoliati priuatiq; tegminibus, sub iugũ hostium cum vestimentis singulis mitterentur? Vel quando graui pestilentia cæteris laborantibus, multi etiã in exercitu ic̃ti fulmine perierunt? Vel quando itidẽ alia intolerabili pestilentia Æsculapium ab Epidauro quasi medicũ Deum Roma aduocare atque adhibere cõpulsã est: quoniam regem omnium Iouẽ, qui iam diu in Capitolio sedebat, multa itupra, quibus adolescens vacauerat, nõ permiserãt fortasse discere medicinam? Vel cum conspirantibus vno tempore hostibus Lucanis, Brutiis, Sãnitibus, Etruscis & Senonibus Gallis, primò ab eis legati perempti sunt: deinde cum prætore oppressus exercitus, septem tribunis cum illo pereuntibus, & militũ tredecim milibus? Vel quando post graues & longas Ro. seditiones quibus ad vltimum plebs in Ianiculum hostili diremptione secesserat: cuius malitiam dita calamitas erat, vt eius rei causa, quod in extremis periculis fieri solebat, & dictator crearetur Hortensius, qui plebe reuocata in eodem magistratu expirauit, quod nulli dictatori antè contigerat, quod illis diis iam præsentẽ Æsculapio grauius crimen fuit. ^h Tum verò tam multa bella vbique crebuerũt, vt inopia militum proletarij illi, qui eo quod proli gignẽdæ vacabãt, ob egeitatem militare non valentes, hoc nomen acceperãt, militiæ conscriberentur. Accitus etiã à Tarentinisⁱ Pyrrhus rex Græciæ, tunc ingenti gloria celebratus Ro. hostis effectus est, ^k Cui sanè de rerum futuro euentu cõsulenti, satis vrbanè Apollo sic ambiguũ oraculum edidit, vt è duobus quicquid accidisset, ipse diuinus haberetur. Ait enim: Dico te Pyrrhe vincere posse Ro. atque ita siue Pyrrhus à Ro. siue Romani à Pyrrho vin-

ceretur securus fatidicus vtrunlibet expectaret euentū. Quæ tunc & quàm horrenda vtriusq; exercitus clades, ¹ in qua tamen superior Pyrrhus extitit, vt iam posset Apollinē pro suo intellectu prædicare diuinū: nisi proximè alio prælio. Rē abscederent superiores: ^m atque in tanta strage bellorum etiam pestilentia grauis exorta est mulierū. Nam priusquàm maturos partus æderent, grauidę moriebantur. Vbi se credo Æsculapius excusabat, quod ⁿ ἀρχίατρον se, non obstetricem profitebatur. Pecudes quoque similiter interibāt, ita vt iam defecturum genus animaliu crederetur. Quid hyems illa memorabilis tam incredibili immanitate sæuiens, vt niuibus horrenda altitudine etiam in foro per dies XL manētibus. Tiberis quoque glacie duraretur? Si nostris temporibus accidisset, quæ isti & quanta dixissent? ^o Quid illa itidem ingens pestilentia, quandiu sæuiuit, quàm multos peremit? Quæ cū in annum aliu multò grauius tenderetur, frustra præsentē Æsculapio aditum est ad libros Sybillinos. ^p In quo genere oraculorum, sicut Cicero in libro De diuinatione commemorat, magis interpretibus vt possunt siue volunt dubia coniectantibus credi solet. tunc ergo dictū est eam esse causam pestilentię, ^q quod plurimas ædes sacras multi occupatas priuatim tenerent: sic interim à magno imperitię vel desidię crimine Æsculapius liberatus est. Vnde autem à multis ædes illæ fuerant occupatę nemine prohibente, nisi quia tantę numinum turbę diu frustra fuerat supplicatum, atque ita paulatim loca deserebantur à cultoribus, vt tanquam vacua sine vllius offensione possent humanis saltem vsibus vendicari? Nam quæ tunc velut ad sedandam pestilentiam diligenter repetita fuerunt atque reparata, nisi postea eodem modo neglecta atque vsurpata latarent, non vtique imaginę peritię Varronis tribueretur, quod scribens de ædibus sacris tam multa ignorata commemorat. Sed tunc interim elegans non pestilentię depulsio, sed deorum excusatio procurata est.

L. V I V E S.

a **D**Vm pauci potentes. *Homines de plebe, qui vel odio nobilitatis, vel capianda popularis aura gratia temp. turbabant, vt eo pacto res sue meliores & potentiores essent: illud tamen actionibus suis prætendebant, se iura populi & communem libertatem defendere: patriiū verò contrā nisi. & multum de commodis vulgi detrabere, vt id sibi suisque apponerent, illo prætextu, quod dignitatem senatus tue-*

tus tuerentur, quàm esse quàm amplius è rep. foret: sed re vera pro sua potentia quisque certare atque contendere.

b In remp. inceserant. } In codice Colonienſi non habetur inceserant: & haud dubiè ſubiata ea voce ſenſus eſt integrior.

c Vbi erant ergo illi dii. } Hæc omnia quæ Auguſt. recenset ſunt ex Liviò, quæ ſatius erit ubi apud eum inueniri poſſint, indicare, ne longis narrationibus & oneri lectori ſimus & faſtidio.

d Incenſum. } Non ab incendo ſed ab inſcendo, quod eſt aſcendo. Neque enim incenderant, ſed aſcenderant: ideo aliti ſcribitur inſcenſum.

e Sp. Æmilius. } Certum eſt legendum eſſe Melius, ex hiſtoria.

f Lectiſternia. } Lectis olim cubantes epulabantur. At quoties in Lectiſternio templo aliquo publico placanda Deum iræ cauſa conuiuium exhibebatur, aut nocturnum erat ſacrum, diſque tanquam epulaturis aut cubituris lectiſternebantur, id lectiſternium vocabant. Liu. lib. 5. Laborante peſtilentia ciuitate, paucis annis ante Romam à Gallis captam, ex libris Sybillinis, primum lectiſternium in urbe factum per dies octo, tribus tunc lectis apparatus Apollini & Latone, Diana & Herculi, Mercurio & Neptuno. Lectiſternium illud fuiſſe primum, neſcio qui conſtet, cum ludis ſecularibus, quos primus P. Valer. Publicola, qui cum Bruto conſul fuit, fecit, lectiſternium per trinocium fuerit, ut apud Valerium legitur lib. 2. & Cenſorium de die Natali.

g De venenis matronarum. } Liviùs lib. 8 Cl. Marcello, T. Valer. Coſſ prima tunc de veniſſimis queſtio habita cum multi principes venenis mulierum interiſſent.

h Tum verò tam multa. } In Gallos Tarentinos, Samnites, Lucanos, Brutios, Hætruſcos: poſtremò his omnibus additus eſt Pyrrhus Epirotarum rex. De proletariis nonnulla dicam. Seruius Tullius ſextus Ro. rex, po. Ro. in ſex claſſes diuiſit: prima claſſis erat eorum qui centum milia aſſium in cenſu haberent, aut plura, tamè ſi illo rege cenſus maximus fuit CXX. ut tradit Plin. lib. 33. Secunda, qui cenſum intra centum & ſeptuagintaquinque grauis aris milia eſſent profeſſi. Tertia, eorum qui quinquaginta. Quarta, qui quinque & viginti milia. Quinta, qui undecim milia. Hic una cenſuria fuit immunis militia tenuium hominum proletariorum & capite cenſorum. Proletarij erant qui mille & quingentos aſſes in cenſum deferrebant, plus minus: qui ſolum in ciuitate ſufficiendæ proli nulli alteri viderentur vacare publico muneri. unde à prole proletarij nuncupati. Capite cenſi tenuiores erant, qui ccc. lxxv. aſſes haberent in cenſu, qui quoniam pecunia non viderentur cenſi, capite ſuo cenſebantur, numerum ciuium augentes. Hæc duo hominum genera immunia fecit militia Seruius Tullius, non quòd arma ipſis tutò

Proletarij

Capite cenſi

non committerentur, aut quod nullum haberent velut obsidem in patria, qui pro eorum forti opera sponderet, qualem putabant vel precipuam pecuniam. sed quia bellicos sumptus ferre non possent. Illis enim temporibus milites de suo se alebant. Fieri potest, ut post tributum institutum vetus mos remanserit, & cause cur illi homines non militarent, tales sint pop. Rom. vix, qui omnia pecunia metebatur. Nam eas Valerius & A. Gellius reddunt. Proletarij iam aliu temporibus militarunt, capite census primus arma dedit C. Marius bello Ingurthino, autores Salust. & Valer. Idem Quinilianus tangit in milite Mariano. hinc ipse Marius imperator capite census nuncupatus est.

Pyrrhus

i Pyrrhus, § Materno genere ab Achille, paterno ab Hercule progenitus, utroque à Ioue. Hic cum orbis imperium animo agigaret, à Tarentinis ad ferendam sibi contra Rom. opem aduocatus audius accurrit, occasionem sibi oblatam ratus. Italiam totumque orbem superandi, ut Alexander paulo antea fecerat.

k Cui sane de rerum f. e. § Cic. 2. De diuin. versum scribit esse Ennii. Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Quod poeta oraculum dicit ab Apolline Pyrrho datum roganti de belli euentu. idcirco Cic. sic scribit: Sed iam ad te venio ò sancte. Apollo, qui umbilicum terrarum certum obsides, unde superstitiosa primum seua euasit vox fera. Tuis enim oraculis Chrysisippus totum volumen impleuit, partim falsis. ut ego opinor. partim casu veris, ut fit in omni oratione sapissimè: partim flexiloquis & obscuris, ut interpres egeat interprete, & fors ipsa referenda sit ad sortes: partim amiguis, & que ad dialecticam referenda sint. Hec ille, qui versum ab Ennio fictum videtur asserere. Aeacides est Pyrrhus quoniam Achilles Pelei filius, hic Aeaci. Verg. in 6. Eruet ille Argos Agamemnonisque Mycenae: Ipsumque Aeacidem genus armipotenti Achilli. Pyrrhum significans.

Heraclia
victoria

l In qua tamen sup. § Vicit Pyrrhus P. Valerium consulem ad Heracliam, sed magna suorum cade. unde prouerbium, Heraclia victoria. deinde superatus est à P. Sulpitio, & P. Decio Cos. postremò victus fugatus est à Curio Dentato, & ex Italia pulsus.

m Atq; in t. f. b. § Hec que narrat, sunt ex P. Orofio accepta. li. 4. que scribitu contigisse Fabio Gurgite iterum, & C. Genutio Cos. bello Pyrrhi. n ἀρχιάτρος, § Principem medicum. iargos enim medicus est: obstetricæ que parturientibus adest perita infantis excipiendi. Fuerunt & ἀρχιάτροι medi i principum, ut in Codice Iusti. De comitibus & ἀρχιάτροις, q. primi medici, qui hodie protomedici nominantur ab Hispanis.

ἀρχιάτρος,

o Quid illa itidem ingens. § Orofius lib. 4. sub primum bellum Carthaginensium.

p In quo genere oraculorum. } *Cic. 2. De divin. De Sibyllinis lib.*
 & *Sibyllis alio loco fusé.*

q Quod plurimas ædes sacras. } *Idem responderunt aruspices,*
Cic. tempore; cum prodigia, quæ per eos dies contigerant procurarentur.
Cic. in Orat. de aruspicum responsis.

Quantæ clades Rom. sub bellis Punicis triuerint, frustra deorum
 præsidiiis expetitis. CAP. XVIII.

MAm verò Punicis bellis cum inter vtrunque impe-
 rium victoria diu anceps atque incerta penderet, po-
 pulique duo præualidi impetus in alterutrum fortif-
 simos & opulentissimos agerent, quot minutiora regna con-
 trita sunt? quæ vrbes amplæ nobilesq; deletæ? quot afflictae?
 quot perditæ ciuitates? quàm longè latèque tot regiones ter-
 ræque vastatæ sunt? Quoties victi hinc atque inde victores?
 quid hominum consumptum est, vel pugnantium militum,
 vel ab armis vacantium populorum? Quata vis nauium mari-
 nis etiam præliis oppressæ, & diuersarum tempestatum va-
 rietate submersa est, si narrare vel commemorare conemur,
 nihil aliud quàm scriptores etiam nos erimus hitorix. Tunc
 magno metu perturbata Rom. ciuitas, ad remedia vana & ri-
 denda currebat. ^a Instaurati sunt ex autoritate librorû Sibyl-
 linorum ludifeculares, quorum celebritas inter centum an-
 nos fuerat instituta, fœlicioribusque tēporibus memoria ne-
 gligente perierat. ^b Renouarunt etiam pontifices ludos sacros
 inferis, & ipsos abolitos annis retrorsum melioribus. Nimi-
 rum enim quando renouati sunt, tâta copia morientium dita-
 tos inferos etiam ludere delectabat: cum profectò miseri ho-
 mines ipsa rabida bella, & cruentas animositates funerea;sq;
 hinc atque inde victorias, magnos agerēt ludos dæmonum, &
 opimas epulas inferorû. Nihil sanè miserabilius primo bello
 Punico accidit, quàm quod ita Rom. victi sunt, vt etiam Regu-
 lus ille caperetur, cuius in primo & in altero libro mentionē
 fecimus, vir planè magnus & victor antea domitorq; Pæno-
 rum, qui etiam ipsum primum bellum Punicū cū fecisset, nisi
 auiditate nimia laudis & gloriæ duriores conditiones quàm
 ferre possent fessis Carthaginiensibus imperasset. Illius viri &
 captiuitas inopinatissima, & seruitus indignissima, & iuratio
 fidelissima, & mors crudelissima si deos illos nō cogit erube-
 scere, ^c verum est quòd ærei sunt, & non habēt sanguinē. Nec
 mala illo tempore grauissima intra incēnia defuerunt. ^d nam

exundante nimis ultra morem fluuio Tiberino, penè omnia vrbis plana subuersa sunt: aliis impetu quasi torrentis impulsis: aliis velut stagno diuturno madefactis atque sublapsis. ^c Istam deinde pestem ignis perniciosior subsecutus est, qui correptis circa forū quibusq; celsioribus, ^f etiam templo Vestæ suo familiarissimo non pepercit, vbi ei velut vitam perpetuam diligentissima substitutione lignorum, non tam ^h honoratæ quàm damnatæ virgines donare consueuerant. Tunc verò illic ignis non tantum viuebat, sed etiam sæuiebat. Cuius impetu exterritæ virgines, sacra illa fatalia ^h quæ iam tres in quibus fuerant presserant ciuitates, cum ab illo incendio liberare non possent, ⁱ Metellus pontifex, suæ quodammodo salutis oblitus, irruens ea semiuultatus abripuit. ^k Neque enim vel ipsum ignis agnouit. Aut verò erat ibi numen, quod non etiam si fuisset, fugisset. Homo igitur potius sacris Vestæ, quàm illa homini prodesse potuerunt. Si autem à semetipsis ignem non repellabant: ciuitatem, cuius tueri salutem putabantur, quid contra illas aquas flammâsq; poterat adiuuare, sicut etiam res ipsa nihil prorsus potuisse, patefecit? Hęc istis nequaquam obicere: entur à nobis, si illa sacra dicerent, non tuendis his bonis temporalibus instituta, sed significandis æternis: & ideo cum ea quæ corporalia visibiliâque essent perire contingeret, nihil his rebus minui, propter quas fuerant instituta, & posse ad eisdem vsus denuò reparari. Nunc verò cæcitate miserabili, eis sacris quæ perire possent fieri potuisse existimant, vt salus terrena, & temporalis fœlicitas ciuitatis perire non posset. Proinde cum illis etiam manentibus sacris, vel salutis contritio, vel infœlicitas irruisse monstratur, mutare sententiam, quam defendere nequeunt, erubescunt.

L. V I V E S.

Ludi se-
culares

Instituti sunt. ^z Puto non futurum ingratum studiosis antiquita-
tibus si de ludis secularibus nonnulla dixerò, altius repetitis principijs.
Valesius Sabinus homo vt illo tempore erant optimi quoque, rusticus,
agrotantibus tribus libris, ac prope modum moribundus, inter vota &
comprecationes vocem audiuit, filios fore saluos, si per pronum Tiberim
Terentum portasset, ibiq; ex Diis patris & Proserpina petita aqua ca-
lida, quam illi desiderassent, recreasset. Valesius de Tarento vrbe ratus
oraculum intelligendum, tametsi procul ea vrbs aberat, nec ullus erat ad
Tarentum Tiberis, tamen naue conducta, & in ea impositis pueris se-
cundo flumine Ostian contendit, ad campum Martium prope Romam,

cum pueros in sicco exponeret, ut tadium navigationis leuaret, uelletque ignem accendere, consuluit gubernatorem, unde ignis peti posset. Ille è proximo Terento respōdit, nam pastorium ignem uidebas ibi lucere, locus ille Terentus dicebatur, quod Tiberis annuum more ripam mollem tereret, uel quod ara Diti eo loco sub terra occuleretur. *Valesius* nomine audito latus illuc nauem appelli iubet, existimans de illo loco se esse diuina uoce admonitum: ac interim dum ipse in urbem ad aram emendam curriculo properat, iubet seruos altè fodere, ubi collocaretur, uiginti pedes alium fodere, & aram ueterem ibi inuenerunt cum inscriptione Diti & Proserpinae eam Rom. olim condiderant post peractum diis inferis sacrum, cum pugnaturi cum *Albanis* in acie iam iam concursuri starent, iussi à demone id facere, prius quàm manum consererent. Rediit ex urbe pater, & ad inuentam aram furuas hostias Diti & Proserpinae sacrificauit: & tres noctes, tot enim erant filij agroti, diis ibi facto lectisternio, exegit, cum cantibus & choreis, liberis iam morbo liberatis. Eundem morem in urbē induxit unus ex posteris *Valesii* *Luus*. *P. Vale. Publicola*, primo libertatis anno à maioribus suis acceptum, *Triduum* & *trinodium* sacris totus populus operabatur ad aras *Iouis* & *Apollinis*, quibus mactabatur candidus taurus, & huic canebatur carmen à pueris ac puellis matrisque patrisque. Deinde *Iunonis*, cui iuuenca itidem candida, & hæc quidem interdium, noctu uerò *Diane*, *Proserpinae*, *Terræ*, & *Parcarum* quibus furua hostia, luminæque accendebantur. Exhibebantur eo tempore ludi scenici in honorem *Apollinis* & *Diane*, & *circenses*, hæcque ludi tam celebres & magnifici seculares dicebantur, quod semel singulis agebantur seculis. *Seculum* porro spatium est uitæ humanæ longissimum, uarij uario annorum numero describitur, ut est apud *Censorinum*. *Romani* centum annis, idque inter uallum inter ludos seculares, ut *Valerius Antias* & *Varro* & *Lucretius* lib. 136. Sed ex commentariis xv uirorum & edicto *Cæsaris Augusti*, Carminèque *Horati* seculares decem anni huic numero adduntur, ut centesimo quoque & decimo anno fiant. *Tanetsi* carmen illud *Horati*, quo maxime *Censorinus* & alij nituntur, Certus undecies decies per annos: non uideo cur legi non possit. Certus ut denos decies per annos: & sic nonnulli legunt. Sed aliud carmen à *Zosimo* citatur *Græcum*, quod & ipse *Sibyllinum* esse dicit, in quo est εἰς ἑπτὰ ἰκατὸν δέκα κύκλον ὁδῶν, sine apicibus & notis pronunciationis. Porro præco cum ad hos ludos conuocabat, ad eos uti ludos uenirent dicebat, quos nemo ipsorum antea spectasset, nemo esset postmodum spectaturus. hinc illa *Vitellij* assentatio *Claudio* ludos seculares exhibenti, *Sæpe facias*. Primus hos ludos *Publicola*, ut diximus, fecit anno ab Urbe cond. ccxliij. secundi facti sunt

ex libris Sybillinis anno ab Vrbe condita quingentesimo & altero, P. Claudio Pulchro, L. Iunio Bruto Cos. undecimo anno primi belli Punici. Tertij primo anno tertij belli Punici. M. Manlio, Martio Censorio Cos. quarti non expectato iusto tempore, L. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreste Cos. Quintos Augustus & Agrippa fecerunt, Furnio & Syllano Cos. reductos ad æquum tempus. Sextos Cl. Cæsar anticipatos, se iij. & L. Vitellio principis patre iij. Cos. Septimos Domitianus uerore computatione, se xiiij. & L. Minutio Ruffo Cos. Octauos iusto tempore Septimius Seuerus, Chitone & Vibone Cæs. Nonos Philippus Västrensis anno ab Vrbe cond. M. Aemiliano & Aquilino Cos. ut tradit Cassiodorus. Hæc de ludis secularibus ex Varrone, Vale. Hor. L. Floro, Festo, Zosimo, Herodiano, Suet. Censori. Cassiodoro, Porphyrione, Acrone, Angelo Politiano. Nunc ad cetera pergamus.

b Renouarunt etiam Pontifices. } Alios uidetur uelle esse ludos Diuis & Proserpineæ, atque seculares, cum omnes eosdem esse dicant, nisi diuidat forè Augustinus ludos & sacrificia deorum inferorum, à ludis & sacris aliorum deorum, quæ per illos dies fiebant, & profectio

Tauri ludi ludi deorum inferorum aliam uidentur habuisse originem quàm seculares. Festus enim ad hunc modum scribit: Tauri appellabantur ludi in honorem deorum inferorum facti: iustituti autem uidentur hac de causa: Regnante Tarquimo Superbo cum magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas, quæ fuerat facta ex carne diu uendita populo taurorum, ludi ob hoc diis inferis instituti & Tauri uocati, hæc Festus. Adde quòd seculares ludi Apollini inter diu, & Diane fiebant noctu, Tauri uerò diis inferis.

c Verum est quòd ærei sunt. } Alibi aërii, & congruentius opinioni Augustini: nam Platonis demones aëreos esse dicebant, cum quibus Augustinus uidetur aliquot locis consentire, ut post disputabimus. porro in pudore sanguis rubore exornat faciem.

d Nam exundante. } Orosius lib. 4.

e. Ignis. } Ibidem, & Liu lib. 19. & Ouid lib. 6. Fast. De clamatores apud Senecam ficto se exercent argumento, priuandus ne sit Metellus sac. rdotio, quòd sit cæcus, postea lege, ut sacerdos integer sit.

f Etiam templo Vestæ suo familiariss. Quoniam in eo ignis celebratur. quòd mox August. declarat.

g Honoratæ. } Natus honos earum maximus apud omnes homines ordinisque erat sacerdoti Vestæ etiam magistratus uia cedebat.

h Quæ iam tres. } Ilium, Lavinium, Alban.

i Metellus pontifex. } L. Cecilius Metellus pontif. x. max. bis consul. dictator, magister equitum x. uir agris diuidendis. qui primus elephantos

Tiberis exundatio,
Romæ conflagratio

Metellus

phantos primo Punico bello in triumpho duxit, de quo Q. Metellus eius filius in ea oratione quam in funere ipsius habuit, scriptum reliquit, decem maximas res optimasque in quibus querendus sapientes aetatem exigerent, consummassi: eum ait voluisse primarium beliatorem esse, primum oratorem, fortissimum imperatorem, auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse, summum senatorum haberi pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere, & clarissimum in ciuitate esse. Plin. lib. 7. cap. 43.

k Neque enim vel ipsum ³ *Locus mendosus & qui varie legitur, alibi pro vero, verum, ut refertur a numen: alibi, quod non etiam si fugisset, effugisset: quasi non effugisset numen, etiam si fugisset Metellus.*

De afflictione belli Punico secundi, qua vires vtriusque partis consumptæ sunt. CAP. XIX.

Secundo autem bello Punico nimis longum est commemorare clades duorum populorum, tam longæ fecum latæque pugnantium, ita ut his quoque fatentibus qui non tam narrare bella Romana quam Romanum imperium laudare instituerunt, similior victo fuerit ille qui vicit. Hannibale quippe ab Hispania surgente, & Pyreneis montibus superatis, Gallia transcursa, Alpibusque diruptis, tam longo circumitu auctis viribus, cuncta vastando aut subigendo, torrentis modo Italiae faucibus irruente, quam cruenta bella gesta sunt, quam multa prælia: quoties Ro. superati, quam multa ad hostem oppida defecerunt, quam multa capta & oppressa, quam diræ pugnae, & toties Hannibali Ro. clade gloriosæ? ^b De Cannensi autem mirabiliter horrendo malo quid dicam, ubi Hannibal cum esset crudelissimus, tamen tanta inimicorum atrocissimorum cæde satius, ^c parci iussisse perhibetur? ^d Unde tres modios annulorum aureorum Carthaginem misit: quo intelligerent tantam in illo prælio dignitatem cecidisse Romanam, ut facilius eam caperet mensura quam numerus: atque hinc trages turbæ cæteræ, tanto utique numerosioris, quanto infrioris, quæ sine annullis iacebat coniicienda potius quam nuncianda putaretur. Denique tanta militum inopia secuta est, ^e ut Ro. reos facinorum proposita impunitate colligerent, ^f seruitia libertate donarent, atque ex illis pudendus, non tam suppleretur quam instrueretur exercitus. Seruis itaque, ^h imò ne faciamus iniuriam, iam libertis, pro Ro. rep. pugnaturis arma defuerunt. Detracta sunt templis, tanquam Romani diis suis di-

cerent: Ponite quæ tam diu inaniter habuistis, si fortè aliquid vtile inde facere possunt nostra mancipia, vnde vos nostra numina nihil facere potuistis. Tunc etiam stipendiis sufficiens cum defecisset ærarium, in vsus publicos opes vendere priuatæ, adeò vnoquoque id quod habuit conferente, vt præter singulos annulos aureos, singulâsque bullas miserabilia dignitatis insignia, nihil sibi auri senatus ipse, quanto magis cæteri ordines tribusque relinquerent. Quis ferret istos si nostris temporibus ad hanc inopiam cogerentur, cum eos modò vix feramus, quando pro superflua voluptate plura donantur histrionibus, quàm tunc legionibus pro extrema salute collata sunt?

L. VIVES.

a **V**T iis quoque fatentibus. } *Liuius in præmio tertiæ Decadis, & Silius Italicus libro primo: Propiusque fuere periculo. Queis superare datum. Qui duo scriptores, ille oratione soluta hic numerus astricta bellum hoc Punicum, multis libris persecuti sunt: alij quoque permulti, idcirco historia narranda supersedebo.*

Cannensis
clades

b de Cannensi. } *Ad Cannas Hannibal nobili clade Romanos affecit, tertio anno belli Punici, L. Aemilio Paulo, & P. Terentio Varrone Coss. Liuius libro duodecimo Cannæ, vt Sabellicus in Annotationibus sensit, non est Cannusium oppidum, sed vicus in Apulia prope Ausidum amnem, qui nunc vulgari sermone Cannelle nominantur.*

c Parci iussisse perhibetur. } *An hic Augustinus vocem illam subsignificat Hannibalis, qua A. aharbali præf. Eto equitum suadenti vt militem à pugna recentem & cruentum adhuc Romam duceret, respondisse fertur, præcedant hostes, lata res est, nos postea sequemur. nam Hannibalem in ipso prælio, vel post prælium confectum militibus Romanis qui aderant pepernisse nondum legi. Nisi sit illud, quod Liuius quoque narrat, post Cannensem pugnam, quod nunquam aliàs contigerit, vocatos esse ab Hannibale Romanos, quos mihi satis sermone sit allocutus: Non interne cione ciuium sibi esse cum Ro. bellum. de dignitate atque imperio certare, itaque redimendi se cas; tuius copiam facere pretium fore in capita equiti quingenos quadrigatos numos, tricenos peduti, seruo centum.*

d Vnde tres modios. } *Alij huic mensuræ dimidium addunt modium, alij vnicum dicunt fuisse modium, & hanc samam veriorem esse affirmat Liuius. Annulus insigne erat equestris ordinis, quo à plebe distinguebatur: vtebantur tamen eo senatus & nobilitas, Plin. lib. 33.*

pro-

promiscuum eius usum fuisse bello secundo Punico scribit: Nam alioqui, inquit, non potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Hannibale mitti. Porro modius cuiusmodi sit mensura, declarat Budæus in Asse suo: ubi alia mensurarum genera. Res est longa, illinc petat, qui desiderat.

e Ut Ro. reos facino. } Orosius lib. 4 hoc à Iunio Bubulco dictatore factum dicit, ad exemplum Romuli qui scelestus & facinorosis hominibus Asylia aperuit. Livijs idem libro 23. M. inquit, Iunius descendit equo, dixitque qui capitalem fraudem ausi quique pecunie indicati in vinculis essent, qui eorum apud se milites fierent: eos noxa pecunieque se exolui iussurum.

f Seruitia } Octo millia serui donati sunt libertate. & militarunt Volones nominati, quòd cum singuli togarentur, velle se militare responderunt. Livijs. Volones

g Quàm instrueretur exercitus. } Octo milia enim erant seruorum & sex milia facinorosum, quæ armanit spolijs Gallicis triumpho C. Flaminijs translatis.

h Imò ne faciamus. } Tametsi non fuerunt liberi, antequam Hannonem ad Beneuentum vicerunt, donati que sunt libertate à T. Graccho imperatore, sub quo fortè in militia operam nauarant.

i Tribusque. } Hoc verbum, an sit additum ab aliquo, nescio. Certè Tribus senatores ipsi erant ex tribubus, quas primum ex tota sua multitudine Romulus tres fecit: procedente deinde tempore auctæ, ad quinque & triginta peruenierunt. Senatores, equites, & plebei in has erant diuisi, neque erat quisquam ciuis Rom. qui non esset aliquis tribus. Cicero Antoniana sexta ad po. Ro. Num quisnam est vestrum, qui tribum non habet? atqui certè nemo. Illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. Quid ergo sibi vult, ceteri ordines tribusque, quasi ita essent distinctæ tribus à senatu, ut reliqui ordines, equester & plebeius: an fortasse hoc eodem dicitur modo, quo illud, Senatus populusque Rom. seu senatus populus plebsque Romana: cum in populo & Senatus intelligatur & plebs hoc potius crediderim.

De exitio Saguntinorum, quibus propter Romanorum amicitiam pereuntibus di) Romani auxilium non tulerunt.

C A P. XX.



Ed in his omnibus belli Punico secundi malis, nihil miserabilius ac miserabili querela dignius, quam exitium Saguntinorum fuit. Hæc quippe Hispaniæ ciuitas amicissima populo Romano dum eidem populo fidem ferat, euerfa est Hinc enim Hannibal fracto fœdere

Romanorum causas quæsiuit quibus eos irritaret ad bellum. Saguntum ergo ferociter obsidebat. Quod ubi Romæ auditū est, missi sunt legati ad Hannibalem, ut ab eius obsidione discederet, Contempti Carthaginem pergunt, querimoniāque reponūt fœderis rupti, infectoque negotio Romam redeunt. Dum hæ moræ aguntur, misera illa ciuitas opulentissima, suæ reip. Romanæque charissima, octauo vel nono à Pœnis mense deleta est. Cuius interitum legere, quantò magis scribere horroris est. Breuiter tamen eum commemorabo: ad rē quippe quæ agitur multum pertinet. Primò fame contabuit: nam etiam suorum cadaueribus à nonnullis pasta perhibetur. Deinde fessa omnium rerum, ne saltem captiua in manus Hannibalis perueniret, ingentem rogam publicè struxit, in quem ardentem, ferro etiam trucidatos omnes se suosque miserūt.

^b Hic aliquid agerent dii helluones atque nebulones sacrificiorum adipibus inhiantes, & fallacium diuinationum caligine decipientes: hic aliquid agerent ut ciuitati populi Ro. amicissimæ subuenirent, & fidei conseruatione pereūtem perire non sinerent. Ipsi utique medijs præfuerunt, cum Romanæ reip. interiecto fœdere copulata est. Custodiens itaque fideliter quod ipsis præsidibus placito iunxerat, fide vinxerat, iuratione constrinxerat, à perfido obsessa, oppressa, cōsumpta est. Si dii ipsi tempestate atque fulminibus, Hānibalem postea Ro. proximum mœnibus terruerunt, longēque miserunt, tūc primum tale aliquid facerent: audeo quippe dicere, honestius illos pro amicis Romanorum, ideo periclitātibus, de Romanis frāgerent fidem. & nullam opem tunc habentibus, quàm pro ipsis Romanis, qui pro se pugnabant atque aduersus Hannibalem opulenti erant potuisse tempestate sæuire. Si ergo tutores essent Roma. fœlicitatis & gloriæ, tam graue ab ea crimen Saguntinæ calamitatis auerterent. Nunc verò quàm stultè creditur diis illis defensoribus Romam victore Hannibale non perisse. qui Saguntinæ vrbi non potuerūt, ne pro eius periret amicitia subuenire? Si Saguntinorum Christianus populus esset. & huiusmodi aliquid pro fide Euangelicā pateretur, quanquam seipse, nec ferro, nec ignibus corrupisset, sed tamen si pro fide Euāgelica excidium pateretur, ea spe pareneretur qua in Christum crediderat, non ut mercede breuissimi temporis, sed æternitatis interminæ potiretur. Pro istis autē diis, qui propterea coli perhibētur, propterea colendi requiruntur,

runtur, vt harum labentium atq; transeuntium rerum foelicitas tuta sit, quid nobis defensores & excusatores eorum de Saguntinis pereuntibus respondebunt, nisi quòd de illo Regulo extincto? Hoc quippe interest, quòd ille vnus homo, hæc tota ciuitas, vtriusque tamen interitus causa, conseruatio fidei fuit. Propter hæc enim ad hostes & redire ille voluit, & noluit ista transire. Conseruata ergo prouocat deorū iram fides? An possunt & diis propitiis perire, non solūm quique hōmīnes, verumetiam ingrātē ciuitates? Vtrum volunt eligant. Si enim fidei seruatae irascuntur illi dii, quærāt perfidos à quibus colantur. Si autē etiam illis propitiis multis grauibūsq; cruciatibus afflicti, interire homines ciuitatēsq; possunt, nullo fructu foelicitatis huius coluntur. Desinant igitur succensere qui sacris deorū suorum perditis, se infœlices factos esse putant. Possent enim illis non solūm manentibus, verumetiā fauentibus non sicut modò de miseria murmurare, sed sicut tunc Regulus & Saguntini excruciatī horribiliter etiam penitus interire.

L. V I V E S.

EXitium Saguntinorum. } *Liuius lib. 21. Saguntus vrbs est Hispaniæ vterioris, mille passibus distans à mari nostro, a Zacynthiis & Ardeatibus, inquit Silius, condita & possessa: quæ gentes in Hispaniam ante captum Ilium venere: fide in Romanos & clade sua nobis veteris amplitudinis & magnificentiæ spectantur adhuc vestigia ædificiū antiquitate venerandus; & monumentis maiorum inscriptionibusque antiquissimis, quæ passim est videre. Murum veterem patriæ linguæ nunc vocant, agri iurisq; Valentini. Superest imago quadā pristinae arcis in monte, qui magnā Hispaniæ partem diuidit, sitæ. Eam ciuitatem Polybius libro Historiarum tertio, scribit cæteris Hispaniæ ciuitatibus & terrestrium frugum copia, & numero ciuium, & fortunidine peritiæque rei militaris antecelluisse. Hanc & oderat Hannibal, quòd societate Romanorum freta, multos Carthaginiensium in Hispaniā focis graues iniurias intulisset: & bello impetij, tum vt illas vlcisceretur, tum etiam vt occasionem inueniret belli molem in Romanos conuertendi: quare nullam ardentius iam inde à nono atati suæ anno concupierat.*

b Hic aliquid agerent helluones. } *Deest dī, vt sit dī helluones, q. voraces. In re honesta vsus est Cicero, Nam Catonem Iuniorē in librorum helluonem nominauit tertio De fin. quomodo helluones sint; & nebulones, declarat quòd statim sequitur.*

c Si ipsi dij. } *Linus lib. xxviij* Cū ante mœnia Romana staret Hannibal, iam cū Ro. commissurus pralium, cuius premium erat futura Romana urbs, maxima secuta est tempestas, quæ duas acies dirimeret. Reuersis Carthaginicum in castra, Romanis in urbem, mira tranquillitas cum serenitate est secuta. Idem contigit post iudie cū instructi ad pugnam ambo exercitus consisterent signum expectantes: quæ res in religionem Hannibali venit, tanquam à diis arceretur ab urbe Roma, ita moueri inde castra iussit.

Quàm ingrata fuerit Romana ciuitas Scipioni liberatori suo, & in quibus moribus egerit, quando eam Salustius optimam fuisse describit.

CAP. XXI.

Porro inter secundum & postremū bellum Carthaginense, quando Salustius optimis moribus & maxima concordia dicit egisse Romanos, multa enim prætereo suscepti operis modum cogitans. Eodem ergo ipso tempore morum optimorum maximæque concordia^a Scipio illè Romæ Italiæque imperator; eiusdemque belli Punici secundi tam horrendi, tam exitiosi, tam periculosi præclarus mirabilisque confector, victor Hannibalis, domitorque Carthaginis: cuius ab adolescentia vita describitur^b diis dedita, templisque nutrita^c inimicorum accusationibus cessit; carensque patria, quam sua virtute saluâ & liberam reddidit,^d in oppido Linternensi egit, reliquam compleuitque vitam, post insignem suum triumphum, nullo illius urbis captus desiderio,^e ita vt iussisse perhibeatur, ne saltem mortuo in ingrata patria funus fieret.^f Deinde tunc primùm per Cn. Manlium proconsulem de Gallogræcis triumphantem,^g Asiatica luxuria Romam omni hoste peior irrepfit. Tunc enim primùm lecti ærati, & præciosa itragula visa perhibentur. Tunc iuductæ in conuiuia psaltriæ, & alia licentiosa nequitia. Sed nunc de his malis quæ intolerabiliter homines patiuntur, non de his quæ libenter faciunt, dicere institui. Vnde illud magis quod de Scipione commemorauit, quòd cedens inimicis extra patriam quam liberauit mortuus est, ad præsentem pertinet disputationem, quòd ei Romana numina, à quorum templis auertit Hannibal, non reddiderunt vicē, quæ propter istam tantummodo coluntur fœlicitatē. Sed quia Salustius eo tempore ibi dixit mores optimos fuisse, propter hoc de Asiatica luxuria commemorandū putauit, vt intelligatur etiam illud à

Salustio

Salustio in comparatione aliorum temporum dictum, quibus temporibus peiores utique in grauissimis discordiis mores fuerunt. Nam tunc, id est, inter secundum & postremum bellum Carthaginense, ^h lata est etiam illa lex Voconia, ne quis heredem foeminam faceret, ⁱ nec vnicam filiam. Qua lege quid iniquius dici aut cogitari possit ignoro. Veruntamen toto illo interuallo duorum bellorum Punicorum tolerabilior infœlicitas fuit. Bellis tantummodo foris conterebatur exercitus, sed victoriis cõsolabatur. Domi autem nullæ, sicut aliàs, discordiæ sæuebãt. Sed vltimo bello Punico vno impetu alterius Scipionis, qui ob hoc etiam ipse Africani cognomen inuenit, æmula imperij Romani ab stirpe deleta est. Ac deinde tantis malorum aggeribus oppressa Romana respublica, vt prosperitate ac securitate rerum, vnde nimium corruptis moribus mala illa congesta sunt, plus nocuisse monstretur, tam citò euerfa, quàm prius nocuerat tamdiu aduersa Carthago. Hoc toto tẽpore vsque ad Cæsarem Augustũ, qui videtur non adhuc vel ipsorum opinione gloriosam, sed cõtentiosam & exitiosam, & planè iam eneruem ac languidam libertatem omnimodo extorsisse Romanis, & ad regale arbitrium cũcta reuocasse, & quasi morbida vetustate collapsam, veluti instaurasse ac renouasse reipublicam. Toto ergo isto tempore, omitto ex aliis atque aliis causis etiam atque etiam bellicas clades, ^k & Numantinum foedus horrenda ignominia maculosum: ^l volauerant enim pulli de cauea, & Mancino consuli, vt aiunt, augurium malum fecerant, quasi per tot annos, quibus illa ^m exigua ciuitas Romanorum circũfessa exercitũ affligerat, ipsique Rom. reip. ⁿ terrori esse iam cõperat, alij contra eam malo augurio processerint,

L. V I V E S.

a **S**cipio ille. } *P. Cornelius Scipio Africanus, qui transitu suo in Scipio Africanam Hannibalem ex Italia tandem post sextumdecimum annum quã n erat ingressus, euellit, & eam in Africa vicit, fugauitque, ac periculosissimo bello finem imposuit.*

b **Diis dedita.** } *Lucretius lib. xx vj. de Scipione. Ad hæc iam inde ab initio preparans animo, ex quo togam virilem sumpsit, nullo die prius vllam publicam priuatãque rem egit. quã in Capitolium iret ingressusque ad eam consideret, & plerunque tempus solus ibi tereret. Hic mos per totam vitam seruabatur.*

c Inimicorum accusationibus. } *Liuius lib. xxxvii. & Plutarchus in vita eius.*

d In oppido Linternensi. } *In Campania est, seu potius in villa Linternensi.*

e Ita ut iussisse perhibeatur. } *Liuius varias scribentium opiniones de loco mortis Africani recenset. Non enim inter eos satis conuenit, num obierit Romæ.*

Gallograeci f Deinde tunc primum. } *Liuius lib. xxxix. Gallograeci populi sunt in Asia minore, qui Græca lingua dicuntur Galatæ, ex Gallis, qui sub Brenno in Græciam transuere, & Græcis commisti,*

Lex Voconia g Asiatica. } *Asiæ minoris, de qua alibi.*
 h Lata est etiam illa lex Voconia. } *Tulit eam Q. Voconius Saxa tribunus plebis. Suasit M. Cato senior, paulo ante bellum Macedonicum Persæ. Liuius libro quadragesimo primo, quo in loco pro Voconio legitur Volumnius.*

i Nec unicam filiam. } *Etiam si solam unam haberet filiam, nec plures liberos.*

k Et Numantinum fœdus. } *Hostilius Mancini consulis, qui cum triginta milia militum sub signis haberet, à quatuor Numantinorum milibus victus, fœdus cum illis icere coactus est sibi & reipublica ignominiosum.*

Pulli in auspicio. l Volauerant. } *Solebant Romani in bellis ferre secum pullos in cauea, qui eos custodiebat, pullarius dicebatur. Si pascebantur pulli autem bonum erat signum: si tam auidè, ut ex offa aliquid in terram decideret, optimum. Id enim erat tripudium solistimum, olim terripanium dicebatur, quod terram paniret, hoc est, feriret id quod ex ore*

Solistimum pullorum caderet post tripudium. Solistimum uerò quod in solum caderet. Sic enim scribebatur in libris auguralibus: tripudium fieri, si quid ex offa pullorum in solum ceciderit. Ominosum & triste, si pulli non pascerentur: sicut P. Claudio Cæci filio. Peius multo, si ex cauea fugerent. Augures, ut Festus docet, quinque signorum genera solebant obseruare: ex caelo, ex auiibus, ex tripudiis, ex quadrupedibus, ex diris.

m Exigua ciuitas. } *Sine muris, sine turribus, uix quatuor bellatorum milia ad bellum emittebat. Origo belli fuit, quod Sedigenses consanguineos suos hostes populi Romani victos ad se refugientes urbe & telus excepissent.*

n Terrori. } *Cicero Numantiam & Carthaginem duos terrores imperij Romani appellat pro Murena.*

De Mithridatis edicto, quo omnes ciues Romanos, qui intra Asiam inuenirentur, iussit occidi. CAP. XXII.



Ed hæc inquam omitto, quanuis illud nequaquam tacuerim, quòd Mithridates res Asiæ, vbique in Asia peregrinantes ciues Romanos, atque innumera- bili copia suis negotiis intentos, vno die occidi iussit: & factum est. Quàm illa miserabilis rerù facies erat, subito quæ- que vbicunque fuisset inuentus in agro, in via, in oppido, in domo, in vico, in foro, in templo, in lecto, in conuiuio, inopi- natè atque impiè fuisse trucidatum? Quis gemitus morien- tium, quæ lachrymæ spectantium, fortasse etiam ferientium fuerunt? Quàm dura necessitas hospitem, non solum viden- di nefarias illas cædes domi suæ, verumetiam perpètrandi: ab illa blanda comitate humanitatis, repente mutatis vultibus ad hostile negotiù in pace peragendum, mutuis, vt ita dicam, omnino vulneribus: cum percussus in corpore, & percussor in animo feriretur? Num & isti omnes auguria contèpserant? Num deos domesticos & publicos cum de sedibus suis ad illam irremeabilem peregrinationem profecti sunt, quos con- sulerent, non habebant? Hoc si ita est, non habent cur isti in hac causa de nostris temporibus conquerantur. Olim Roma- ni hæc vana contemnunt. Si autem consuluerunt, respondeat- tur quid ista profuerunt, quando per humanas duntaxat leges nemine prohibente talia licuerunt.

L. V I V E S.

a QVòd Mithridatis. } *Primus Mithridates ex genere fuit Mithrida- septē illorum Persarum, qui Magus imperium abstulere. huic tes quot sue ininicus fuit Antigonus rex Syria, expulsi que eum in Cappadociam, vnt ubi postea regnavit: regnumque per manus filii tradidit, illique à se ge- nitus continua serie vsque ad sextum nepotem. Sextus fuit Mithri- dates, qui bellum cum Romanis gessit: vir ingenti corporis robore, nec minus animo atque ingenio potens. Sexingens equos regebat, vnginti- duas diuersarum gentium sonabat linguas, Magnúsque est cognomi- natus. Hic primùm amicus fuit Rom. nam contra Aristonicum au- xilia Crasso Coss. misit: deinde suscepto cum Nicomede rege Bithyniæ bello, alienatus est ab eis, ita in Phrygiam prouinciam Rom. inua- sit. pulso Aquilio legato, mox Q. Oppium proconsulem & eundem Aquilium legatum in vincula coniecit: literasque per totam Asiam suis prefectis misit, vt certo quodam die, quicquid ciuium Roma orum in sua ditioe esset, trucidaretur: nec cuiquam vel dignitas, vel*

etas, vel sexus, vel locus, ad quem confugisset, prodesset: quòd illi ita, ut rex imperauerat, executi sunt.

De interioribus malis, quibus Romana resp. exagitata est, præcedente prodigio, quòd in rabie omnium animalium, quæ hominibus seruiunt, fuit.

C A P. XXIII.

SEd iam illa mala breuiter quantum possumus commemoremus: quæ quantò interiora, tantò miseriora extiterunt: discordiæ ciuiles, vel potius inciuiles: nec iam seditiones, sed etiam ipsa bella vrba, vbi tantus sanguis effusus est: vbi partium studia, non contentionum dissentionibus, ^a variisque vocibus in alterutrum, sed planè iam ferro armisque sequebant: bella socialia, bella seruilia, bella ciuilia quantum Romanum cruorem fuderunt, quantum Italiæ vastationem desertionemque fecerunt? nam antea quàm se aduersus Romanum ^b sociale Latium commoueret, ^c cuncta animalia humanis vsibus subdita, canes, equi, asini, boues, & quæque alia pecora sub hominum dominio fuerunt, subito efferata & domesticæ lenitatis oblita, relictis tectis, libera vagabantur: & omnem non solum aliorum, verum etiam dominorum auersabantur accessum, non sine exitio, vel periculo audentis, si quis de proximo vrgeret. ^d Quod quanti mali signum fuit? Quòd si hoc signum fuit, quod tantum malum fuit, quantum malum fuit illud, cuius hoc signum fuit? Hoc si nostris temporibus accidisset, rabidiores istos quàm illi sua animalia pateremur.

L. V I V E S.

Sociale bellum

a Variisque vocibus. } Nam antea conuiuiis, iurgiis, rixis, verborum velitatione res agebatur, manibus abstinebatur.

b Sociale Latium. } Cùm aduersus potentiam equitum, qui iudiciis præerant, lege C. Gracchi, senatus M. Linius Drusum tribunum plebis curasset creandum, Linius quo maioribus viribus causam optimationum tueretur, socios & Italicos populos ut secum consentirent, spe ciuitatis sollicitauit. Hanc spem cùm altè imbibissent Italici omnes, nec Linius repente mortuo fides exolueretur, primum Picentes ceperunt arma. Hos secuti sunt Vestini, Marsi, Latini, Peligni, Marucini, Lucani, Samnites, consulibus Sex. Iulio Casare, L. Martio Philippo, ab V. C. DCLXII. ann. variè gestum, varia fortuna partium. Tandem Italici populi subacti sunt à diuersis imperatoribus. Historia est à multis conscripta, Liuio, Floro, Plutarcho, Orosio, Velleio,
 b Social

b Sociale Latium. } *A Latinis cepit initium motus, qui feris Latinis in monte Albano Casuram & Philippum Coss. Rom. decreuerant obtruncare.*

c Cuncta animalia humanis vsibus. } *Orosius lib. 5. Iulius Obsequens in Prodigis de hoc tempore: Armenta in tantam rabiem concitata sunt, ut vastando suos hostile imaginarentur bellum, lachrymantisque multis affectibus calamitatem presagirent suis.*

d Quod quanti mali signum. } *In antiquis codicibus sic habetur: De proximo urgeret, quanti mali signum fuit, si hoc signum fuit, quod tantum malum, si etiam signum non fuit. Puto & hic legendum etiam si signum non fuit: ut significet Augustinus, necesse esse illud malum fuisse atrox & perniciosissimum, cuius signum erat: tale, ut ipsum per se etiam si alterius mali pronuncium non esset, maximum & cum primis horrendum erat. Lectio codicis impressi mihi non improbat, tametsi sensus manet utrobique idem.*

De discordia ciuili, quam Gracchiz seditiones excitauerunt.

C A P. X X I I I I.

Nitium autem ciuilium bellorum fuit, seditiones^a Gracchorum agrariis legibus excitatae. Volebant enim agros populo diuidere, quos nobilitas perperam possidebat. Sed eis tam vetustam iniquitatem audere conuellere periculosissimum, imò verò ut ipsa res docuit, perniciosissimum fuit. Quae funera facta sunt, cum prior Gracchus occisus est: quae etiam cum alius frater eius non longo interposito tempore. Neque enim legibus & ordine potestatum, sed turbis animorumque conflictibus nobiles ignobilesq; necabantur. Post Gracchi alterius interfectionem, Lucius Opimius consul, qui aduersus eum intra urbem arma commouerat, eoque cum sociis oppresso & extincto, ingentem ciuium stragem fecerat, cum quaestionem haberet iam iudicialia inquisitione ceteros persequens, tria millia hominum occidisse perhibetur. Ex quo intelligi potest, quantam multitudinem mortium habere potuerit turbidus conflictus armorum, quando tantam habuit iudiciorum velut examinata cognitio.^b Percussor Gracchi ipsius caput quantum graue erat, tanto auri pondere consui vendidit. Haec enim pactio cedem precesserat. In qua etiam occisus est cum liberis^c Marcus Fuluius consularis.

L. V I V E S.

^a **G**racchorum. } *De his alibi dixi, maior fuit Tiberius, minor Caius. Tiberius nouem annis ante Caium est casus, res est nota.*

nullus scriptor non meminit, Plutarchus, Appianus, Valerius, Cicero, Orofius, Salustius, Florus, & alij.

Caius Gracchus
 b Percussor Gracchi. & C. Gracchus cum videret suam manum à consule & senatu loco pelli, in lucum Furina confugit. L. Opimius consul se Gracchi caput auro repensurum per praconem iussit pronuciari. Ita Septimuleius Anagninus familiaris Graccho cum placide in lucum venisset, mita prius familiariter, vt solebat, collocutus cum Graccho ipsum nihil suspicantem confodit, caputque abscidit, & quo esset grauius, pro cerebro, quod cruerat plumbum infudit. Porro L. Opimius consul fuit cum Q. Fabio Maximo Pauli nepote Gracchi propinquo.

c Marcus Fuluius consularis. & Quinto ante anno consul fuerat cum M. Plautio.

De aede Concordiae ex senatusconsulto in loco seditionum & caedium condita. C A P. X X V.



Leganti sanè senatusconsulto^a eo ipso loco vbi funereus tumultus ille commissus est, vbi tot ciues ordinis cuiusque ceciderunt, b aedes Concordiae facta est, vt Gracchorum poenae testis^c concionantium oculos ferret, memoriámque compungeret. Sed hoc quid aliud fuit, quam irrisio deorum? Illi deq; templum constituere, quae si esset in ciuitate, non tantis dissentionibus dilacerata corrueret? Nisi fortè sceleris huius rea Concordia, quia deseruerat animos ciuium, meruit in illa aede tanquam in carcere includi. Cur enim si rebus gettis congruere voluerunt, non ibi potius aedem Discordiae fabricauerunt? An vlla ratio redditur, cur Concordia dea sit, & Discordia dea non sit: vt secundum Labeonis distinctionem bona sit ista, illa verò mala? Nec ipse aliud secutus videtur, quam quòd aduertit Romae etiam Febri, sicut Salati templum constitutum. Eo igitur modo, non tantum Concordiae, verumetiam Discordiae cõstitui debuit. Periculose itaq; Romani tã mala dea irata viuere voluerunt, d nec Troianum excidium recoluerunt originem ab eius offensione sumpsisse. Ipsa quippe quia inter deos non fuerat inuitata, trium dearum litem aurei mali suppositione commentata est. Vnde rixa numinum, & Venus victrix, & rapta Helena, & Troia deleta est. Quapropter si fortè indignata, quòd inter deos in vrbe nullum templum habere meruit, ideo iam turbabat tantis tumultibus ciuitatem, quanto atrocius potuit irritari, cum in loco illius caedis, hoc est, in loco sui operis ad

ris aduersariæ suæ constitutam ædem esse videret? Hæc vana ridentibus nobis illi docti sapientésque stomachantur, & tamen numinum bonorum malorumque cultores de hac quaestione Concordiæ Discordiæq; non exeunt, siue prætermiserint harum dearum cultum, eítque Febrem Bellonámq; præ-tulerint, quibus antiqua fana fecerant: siue & istas coluerint, cum sic eos discedente Concordia, Discordia sæuiens vsque ad ciuilia bella perduxerit.

L. V I V E S.

a **E**o ipso loco. } *Appianus in foro dicit. Idem Varro, & P. Flor de Regionibus urbis, octaua regione ponit: id est, in foro Romano, cum pugna sit commissa in Auentino, taniesi incepta ad Capitolium.*

b **Ædes Concordiæ.** } *Ædes Concordiæ Romæ fuerunt plures, Ædes vetustissima quam propter secessionem militarem vouit extruxitque Concordia. M. Furius Camillus: de qua Ouidius primo Fastorum. Nescio an eadem sit, quam Flavius edilis in Area Vulcani maxima nobilitatis invidia dicauit, P. Sulpitio, P. Sempronio Cos. Liuius libro 9. Credo non esse eandem. Altera est, quam vouit L. Manlius prator etiã propter seditionem militarem in Gallia. Facienda est locata à duumviris, Gn. Puppio Casone, Quintio Flaminio ad hoc creatis à pratore urbis, dicata in arce à M. & Gn. Attilis. Liuius libro vigesimo secundo & vigesimotertio. Tertia est in foro Romano, prope Græcostasim edificata à L. Opinio consule, deletis Gracchanis partibus, ubi est etiã basilica Opunia Varro libro 3. De lingua Latina. Erecta est ea ædes ingenti indignatione populi Romani, ad quam etiã cum construeretur inscriptum est: Opus Concordiæ. Quarta ædes Concordiæ posita est à Liuia Augusta, nisi eadem sit antiquissima, quam fecerat Camillus, reparata à Liuia, quòd vetustate laberetur: de qua Ouidius primo Fastorum. Ferie huius xvij. Calend. Februarias.*

c. **Concionantium.** } *Tribunorum, & eorum qui cum populo agebant: ne quid apud populum de senatu parum honorificè auderent dicere, exemplo Gracchi, cuius facinoris illud esset monumentum, deterriti.*

d **Nec Troianum excidium.** } *Cum ad nuptias Pelei & Tethidis Discordia sola inuitata non esset, indignata aureum in conuiuium malum immisit, sic inscriptum, ἡ γὰρ λαβέτω, id est, pulchra accipiat. Hinc d forma inter Venerem, Mineruam, & Iunonem orta contentio. Itumque est ad Paridem iudicem, ex quo iudicio natum est illud Troianum malorum pelagus belli Troiani.*

Belli
origo

De diuersis generibus belli, quæ post conditam ædem
Concordiæ sunt secuta.

C A P. X X V I.

DRæclarū verò seditionibus obstaculum, ædem Con-
cordiæ testem cædis suppliciique Gracchorum con-
cionantibus opponendam putarunt. Quantū ex hoc
protecerint, indicant secuta peiora. Laborarunt enim dein-
ceps concionatores non exemplum deuitare Gracchorū, sed
superare propositum. L.^a Saturninus trib. plebis, ^b & C. Cæsar,
Seruilius prætor, ^c & multò post ^d Marcus Drusus, quorum om-
nium seditionibus cædes primò iam tunc grauissimæ, dein-
de socialia bella exarserūt: quibus Italia vehemēter afflicta,
& ad vastitatem miserabilem desertionemque perducta est.
^e Bellū deinde seruile successit, & bella ciuilia: in quibus quæ
prælia commissa sint, quid sanguinis fufum, vt omnes ferè I-
taliæ gentes quibus Romanum maximè præpollebat impe-
rium, tanquam sæua barbaries domarentur. Iam ex paucis-
simis, hoc est, minus quàm septuaginta gladiatoribus quem-
admodum bellum seruile contractum sit, ad quantum nume-
rum & quàm acrem ferocemque peruenerit: quos ille nume-
rus Imperatores populi Romani superauerit, quas & quomo-
do ciuitates regionesque vastauerit, vix qui historiam scripse-
runt, satis explicare potuerunt. Neque id solum fuit seruile
bellum, sed & Macedoniam prouinciam prius seruitia depopu-
lata sunt, deinde Siciliam oramque maritimā. Quanta etiam
& quā horrenda commiserint primò latrocinia, deinde valida
bella piratæ, quis pro magnitudine rerum valeat eloqui?

L. V I V E S.

Saturninus. *Gen. Apuleius Saturninus trib. pleb. cum repub. le-*
gibus agrarijs turbaret, à C. Mario sextum, & L. Valerio Flacco
Coss. quibus senatus dederat negotium, vt videret, ne quid respub. detri-
menti caperet, occisus est: cum tamen legē ferret, vt Mario gratifi-aretur.
b Et C. Cæsar. *Cæsar est additum, nec est in veteribus libris, sed*
Glaucia solum C. Seruilius Glaucia prætor, qui cum Saturnino faciebat. Ci-
Saturninus *eloquentissimus visus est. Magis ipse tum & motu atque ipso ami-*
ctū capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut mediocritate pru-
dentia. Longè autem post natos homines improbissimus C. Seruilius
Glaucia sed peracutus, & callidus, cum primisque ridiculus. is cum
ex summis & fortuna & vitæ sordibus in prætura consul factus esset,

si rationem eius haberi liceret iudicatum esset. Nam & plebem tenebat, & aequum ordinem beneficio legis deninxerat. Is prator eodem die, quo Saturninus tribunus plebis, Mario & Flacco Coss. publicè est interfectus. Hæc apud Ciceronem. Si quis tamen C. Casarem legi vellet, non erraret omnino. Sed temporà non congruens. Nam hic, qui frater fuit L. Casaris concionibus suis populum Rom. mouit, eiusque nimia cum Sulpitio trib. pleb. contentio causa fuit belli civilis Mariani. ut Peditanus memoria mandauit. hunc Casarem Cicero in Bruto scribit, adilem curulem quondie conciones habuisse.

c. Et multò post. } Legendum, non multò post, nempe septem annis: tot enim sunt à Saturnino tribuno ad Liuium tribunum, id est, à Mario & Flacco Coss ad Flaccum & Herennium Coss.

d. M. Drusus. } M. Liuius Drusus, de quo antè dixi, nobili genere, & Marc. ad dicendum paratus. superbissimus omnium Rom. qui cum à senatu ro Drusus caretur, senatum potius ad se venire iussit, & senatus paruit. Huius patrem senatus patronum appellauit.

e. Bellum deinde seruile. } In Sicilia bellum seruile est, excitatum Bellum ante fuciale ab Euno Syro quodam, qui se furore magna matris deum seruile correptum simulauit, sexaginta milia hominum sunt ab eo coacta, & praetores quatuor uicti, castraque ab eis capta. Perpenna fugitiuos tandem obsessos uicit. Paulo post Cleon Cilix alterum bellum seruile, in eadem insula excitauit, ingentes conflata copia, & praetores sicut antea uicti, & castris exuti, bellum M. Aquilius confecit. In Italia bellum seruile à Spartaco & Chryso motum, qui cum quatuor & septuaginta gladiatoribus eo ludo Lentuli, qui erat Capua, profugerunt, quibus se ingens seruorum manus adiunxit. P. Varenus praetorem, & Claudium Pulchrum legatum, qui primi in his armati occurrere, uicerunt. Deinde Chrysus cum suis copiis à Q. Vario praetore cæsus est. Spartacus, qui superfuit, cum consule Lentulo primum, deinde cum L. Gellio, & Q. Vario praetore: post cum Cassio proconsule, & Gn. Manlio praetore prosperè conflixit. Ad postremum M. Crassus prator ipsum superauit, exercitumque eius deleuit.

f. Quanta etiam, &c. atrocitas. } Cilices pirata mare infestum Bellum cum redderent, missus est aduersus eos P. Seruilius proconsul, qui Isan- piraticum ros, & aliquot alias eorum urbes expugnauit: quo digresso ipsi validiores insurrexerunt, & ad Caietam usque Missenum & Ostiam cum magno Romanorum terrore & dedecore præd. abñdi peruenere. Gn. Pompeius lege Gabinia imperator aduersus eos creatus, toto mari intra quadraginta dies expulit. Liuius libro 99. & Cicero pro lege Manilia, L. Florus, & alij.

De bello ciuili, Mariano atque Syllano. CAP. XXVII.

VM verò Marius ciuili sanguine iam cruentus, multis aduersarum sibi partium peremptis, victus vrbe profugisset, vix paululum respirante ciuitate, ^a vt verbis Tullianis vtar, superauit postea Cinna cū Mario. Tum verò clarissimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta sunt. ^b Vltus est huius victoriæ crudelitatem postea Sylla: nec dici quidem opus est, quanta diminutione ciuiū, & calamitate reipublicæ. De hac enim vindicta quæ perniciosior fuit quàm si scelera quę puniebantur, impunita relinquerentur, ^c ait & Lucanus:

Excessit medicina modum, nimiumque secuta est

Quà morbi duxere manus: periere nocentes.

Sed cū iam soli possent superesse nocentes,

Tunc data libertas odii, resolutaque legum

Frenis ira ruit.

Illo bello Mariano atque Syllano, exceptis his qui foris in acie ceciderunt, in ipsa quoque vrbe cadaueribus vici, plateæ, fora, theatra, templa completa sunt: vt difficile iudicaretur, quando victores plus funerum ædiderint, - vt rum prius vt vincerent, an postea quia vicissent. Cū primum victoria Mariana, quando de exilio se ipse restituit, exceptis passim quaqua versum cædibus factis, caput Octauij consulis poneretur in rostris: Cæsar, & ^d Fimbria in domibus trucidarentur suis: ^e duo Crassi pater & filius in conspectu mutuo mactarentur: ^f Bebius & Numitorius vnco tractis parvis visceribus interirent: ^g Catulus hausto veneno, se manibus inimicorum subtraheret: ^h Merula flamen Dialis præcisus venis Ioui etiam suo sanguine litaret. In ipsius autem Marij oculis continuò feriebantur, ⁱ quibus salutantibus dexteram porrigere noluisse.

L. VIVES.

VT verbis Tullianis vtar } *Hæc que sequuntur. Superauit postea Cinna cum Mario. Tum verò clarissimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta sunt. Verba sunt Ciceronis tertia Inuectiua in Catil. Quos interfe: erint Cinna & Marius nos prolixè in tertia Syllana persecuti sumus: hi suere duo fratres C. & L. Iulij Cæsares, Attilius Serranus, P. Lentulus, L. Crassus, M. Antonius orator, Gn. Octauius, L. Cornelius, Merula flamen Dialis Cos. L. Catulus, C. Arcturius, M. Bebius, Numitorius, Sex. Licinius.*

^b Vltus

Int. rf Eli
à Mario
& Cinna

b Virtus est huius. } *Verba sunt adhuc Ciceronis eodem loco.*

c Ait & Lucanus. } *Libro secundo:*

Sylla quoque immensis accessit cladibus ultor:

Ille quod exiguum restabat sanguinis urbi,

Hausit, dumque nimis iam putrida membra recidit,

Excessit medicina modum, nimiumque secuta est

Qua morbi duxere manus.

d Fimbria. } *Fuit C. quidam Fimbria, quem Velleius Flavius no-C. Fim-*
minat: hic partium fuit Marianarum, qui Troiam deleuit. Fuit alter bria.

C. Fimbria, sed Liciniae qui vixit cum Gracchus, peruenitque ad bel-
la civilia, in quibus est occisus intra penates suae domus: quemadmo-
dum & Caesar, auctor Florus. Huius Fimbriae meminit in Claris ora-
toribus Cicero, quem ego puto fuisse illum, qui iudex in contentione de viro
bono pronunciare noluit. Cuius rei auctor est Cicero in 3. Offic. & V ale-
rius libro 7.

e Duo Crassi. } *Filius ab equitibus Fimbriae satellitum Crana est occi-*
sus. Pater ne in potestatem hostium veniret, manum sibi intulit.

f Bebius. } *Hic ferarum ritu inter manus carnificum, sine ferro di-*
scerptus est. Lucanus libro secundo:

Vix te sparsum per viscera Bebi

Immeras inter carpentis membra corona

Discerpisse manus.

g Catulus hausto veneno. } *L. Lucretius Catulus collega fuerat Lucretius*
Marii in quarto eius consulatu bello Cymbrico, amboque de Cymbris Caius
triumpharant. Pro hoc cum apud Marium totus senatus supplex depre-
caretur, Marius nihil aliud quam moriendum esse respondit. Itaque Ca-
tulus ubi hoc Marium dixisse rescisset, accensis carbonibus se suffocavit.
Dubium an haustus prunis, ut Portia Bruti coniunx: an fumo in cubicu-
lo ubique occluso & recens gypso incrustato. Nam ea res letalis est, nisi
certa remedia adhibeantur. Sunt qui haussisse illum venenum putent, ut
hic Augustinus.

h Merula flamen Dialis. } *Hic sibi in cella Iouis venas praecidit.*

i Quibus salutantibus. } *Illud erat signum, quod Marius militibus*
dederat.

Qualis fuerit Syllana victoria vindex Mariana crudelitatis.

CAP. XXVIII.



Syllana verò victoria secuta huius videlicet vin-
dex crudelitatis, post tantum sanguinem civium quo
fuso comparata fuerat, finito iam bello inimici-
tatis viuentibus crudelius in pace grassata est. *Iam*

etiam post Marij maioris pristinas ac recentissimas cædes additæ fuerant aliæ grauiores^a à Mario iuvene atque Carbone earundem partium Marianarum. Qui Sylla imminente non solum victoriam, verum etiam ipsam desperantes salutem, cuncta suis alienisque cædibus impleuerunt. Nā præter stragem latè per diuersa diffusam, obsessio etiam senatu, de ipsa curia tanquam de carcere producebantur ad gladium.

^bMurius Scæuola pontifex quoniam nihil apud Romanos templo Vestæ sanctius habebatur, aram ipsam amplexus, occisus est: ignemque illum qui perpetua cura virginum semper ardebat, suo penè sanguine extinxit. Urbem deinde Sylla victor intrauit: ^dqui in villa publica, non iam bello, sed ipsa pace feuiente septem milia peditum vndecunque inermia, non pugnando, sed iubendo prostrauerat. In vrbe autem tota quæ veller Syllanus quisque feriebat. Vnde tot funera numerari omnino non poterant, ^edonec Syllæ suggereretur finendos esse aliquos viuere, vt essent quibus possent imperare qui vicerant. Tunc iam cohibita quæ hac atque hac passim furibunda ferebatur licentia iugulandi, ^ftabula illa cum magna gratulatione proposita est, quæ hominum ex vtroque ordine splendido, equestri scilicet atque senatorio, occidendorum ac proscribendorum duo milia continebat: contristabat numerus, sed consolabatur modus. Nec quia tot cadebant, tantum erat mœroris, quantum lætitiæ, quia cæteri non timebant. Sed in quibusdam eorum, qui mori iussi erant, etiam licet ipsa crudelis cæterorum securitas, genera mortiuum exquisita congemuit.

^gQuendam enim sine ferro laniantium manus diripuerunt: inmanius homines hominem viuum, quam bestię solent discerpere cadauer abiectum. ^hAlius oculis effosis & particulatim membris amputatis, in tantis cruciatibus diu viuere: vel potius diu mori coactus est. ⁱSubhastatæ sunt etiam tanquam villę quædam nobiles ciuitates. Vna verò velut vnus reus occidi iuberetur, sic tota iussa est ciuitas trucidari. Hæc facta sunt in pace post bellum, non vt acceleraretur, obtinenda victoria, sed ne contemneretur obtenta. Pax cum bello de crudelitate certauit, & vicit. Illud enim prostrauit armatos, ista nudatos. Bellum erat vt qui feriebatur, si posset, feriret: pax autem vt qui euaserat, viueret, sed vt moriens non repugnaret.

L. V I V E S.

a **A** Mario iuvene. } *Hic fuit Marij senioris filius, qui consul cum Marij fi-
Gn. Carbone fuit ante annos viginquinque per vim factus, lius
qui una significatione literarum Damasippum praetorem satellitem suum
iussit quicquid erat in vrbe patritiorum interficere, bonusque & diligens
satell. s iussa domini sedulo executus est: nam specie consulendi contracto
senatu, patritios omnes interemit.*

b Mutius Scauola. } *Liuius lib. 87. Lucanus verò lib. 2. à Mario Scauola
seniore videtur scribere Scauolam interfectum. Historici à Mario iu-
uene tradunt.*

c Ignemque illum } *Imitatio Lucani:
Ante ipsum penetrare deae, semperque calentes
Maclanere focos: parum sed fissa senectus
Sanguinis effudit iugulo, flammisque peperit.*

d Qui in villa publica. } *Apud Liuium & Florum est, in via pu-
blica, & Liuius octo milia ponit. Apud autorem libelli De viris illu-
stribus est, in villa publica: & numerus est nouem milium.*

e Donec Syllæ. } *Hoc Syllæ à Q. Catulo dictum putant Eutro-
pius & Orosius. Alij à C. Metello iuvene freto affinitate, & ex ca-
lore etatis audaci. Sunt qui, ut Plutarchus refert, à Fusidio assentatore
Syllæ. Idem Florus, etsi apud Plutarchum Offidius pro Fusidio le-
gatur, sed mendæ eiusmodi apud illum autorem, vel ipsius, vel interpret-
tum, vel librariorum culpa sanè non pauca. Apud Florum & Oro-
sium Fursidus. Huius Fusidij meminuit Salustius in Oratione Lepidi
consulis.*

f Tabula. } *Tabula proscriptionis, ut certus numerus occidendo-
rum designaretur, ut sciret quisque victurus ne an moriturus esset.
Proscriptos licebat occidere, eorum bona diuidebantur, & pars cede-
bat Syllæ, pars percussori. Filij priuati hereditate etiam petere hono-
res lege Syllæ prohibebantur. Tunc primum tabula proscriptionis est
Roma visa.*

g Quendam enim sine ferro Bebius. } *Hic fuit Bebius Ma-
rianus: alter, de quo modò diximus, fuit Syllanus. Eodem genere sati-
ambo perierunt. Nam Syllani ut se de Marianis eadem ratione
crudelitatis, qua illi visi fuerant, vindicarent; idem Mariano Bebio fe-
cerunt, quod suo erat factum à Marianis. Vtriusque Bebij meminuit
Florus.*

h Alius oculis. } *M. Marius Gratidianus C. Marij propinquus. Gratidia;
Hanc crudelitatem exercuit L. Catilina ad bustum L. Catulo in ni mors*

Mario homine gratiosissimo, qui tribunus plebis & bis prætor fuerat, ut Q. Cicero in Paranesi ad fratrem M. scribit. Primum enim brachia illi & crura fregit, aures deinde, linguam & nasum præsecuit, oculos defodit, postremo capite truncavit.

Subhastare i Subuastatæ sunt etiã. } In codice Laurini legitur, subhastatæ, haud dubiè congruentius historia. Florus: Municipia Italia splendidissima sub hasta uenerunt, Spoletum, Interamna, Præneste, Fluentia. Nam Sulmonem uetus oppidum socium atque amicum, facinorū indignum, nõdum expugnatum, ut obsides iure belli, & modo morte damnati duci iubentur: sic damnatam ciuitatem iussit Sylla deleri. Hæc apud Florum libro tertio. Liusus lib. 88. Prænestinos omnes inermes iussos esse a Sylla interim scribit. Porro subhastare uocabulum fuit ætatis Augustini, quo utuntur Cæsares illorum temporum Theodosius & Archadius. C. De rescind. vend.

De comparatione Gothicæ irruptionis cum eis cladibus, quas Romani vel à Gallis, vel à bellorum ciuiliū autoribus acceperunt.

CAP. XXIX.



Væ rabies exterarum gentium, quæ sæuitia barbarorum, huic de ciuibus uictoriæ ciuium comparari potest? Quid Romæ funestius, tetrius, amariùsque uidit? Vtrum olim Gallorū, & paulò ante Gothorum irruptionem, an Marij & Syllæ, aliorūque in eorum partibus virorum clarissimorum, tanquam suorum luminum in sua membra ferocitatem? Galli quidem trucidauerunt senatum, quicquid eius in vrbe tota, præter arcem Capitolinam, quæ sola utcūque defensa est, reperire potuerunt. Sed in illo colle constitutis, auro vitam saltem vendiderunt, quam & ipsi ferro raperi non possent, possent tamen obsidione consumere. Gothi uerò tam multis senatoribus pepercerunt, ut magis mirū sit, quòd aliquos peremerunt.^a At uerò Sylla uiuo adhuc Mario ipsum Capitolium quod à Gallis tutum fuit, ad decernendas cædes uictor infedit. Et cum fuga Marius esset elapsus ferocior cruentiorq; rediturus, iste in Capitolio per senatus etiã consultum, tam multos uita rebùsque priuauit. Marianis autem partibus Sylla absente quid sanctum cui parcerent fuit, quando Mutio ciui, senatori, pontifici, aram ipsam ubi erant, ut aiunt, fata Romana miseris ambiens amplexibus non pepercerunt?^b Syllana porro tabula illa postrema, ut omittamus alias innumerabiles mortes, plures iugulauit senatores quàm Gothi uel expoliare potuerunt.


L. V I V E S.

AT verò Sylla. } *In prima victoria de Mario cum per senatusconsultum Sulpitium, Marios, & alios inimicos suos hostes reipublicæ curauit declarari.*

b Syllana porrò tabula. } *Plutarchus in Sylla, ter eum intra paucos dies proscriptionum diuersas tabulas proposuisse scribit.*

De connexione bellorum, quæ aduentum Christi plurima & grauissima præcefferunt.

C A P. X X X.

 Va igitur fronte, quo corde, qua impudentia, qua insipientia, vel potius amentia, illa vel diis suis non imputant, & hæc nostro imputant Christo: Crudelia bella ciuilia omnibus bellis hostilibus, autoribus etiam eorum factibus amariora: quibus illa respublica nec afflicta, sed perditam omnino iudicata est, longè ante aduentum Christi exorta sunt, & sceleratarum concatenatione caufarum à bello Mariano atque Syllano^a ad bella Sertorij^b & Catilinæ, quorum à Sylla fuerat ille proscriptus, ille nutritus: ^cinde ad Lepidi & Catuli bellum, quorum alter gesta Syllana rescindere, alter defendere cupiebat. ^dinde ad Pópeij & Cæsaris, quorum Pompeius sectator Syllæ fuerat, eiusque potentiam vel æquauerat, vel iam etiam superauerat. ^e Cæsar autem Pópeij potetiam non ferebat, sed quia nõ habebat, quam tamen illo victo interfectoq; transcendit. ^fHinc ad alium Cæsarem, qui post Augustus appellatus est, peruenerunt, quo imperare natus est Christus. Nam & ipse Augustus cū multis gessit bella ciuilia, & in eis etiam ^g multi clarissimi viri perierunt, inter quos ^h & Cicero disertus ille artifex regēdæ reipublicæ, Pompeij quippe victoremⁱ Caium Cæsarem, qui victoriã ciuilem clementer exercuit, suisque aduersariis vitam dignitatēque donauit: tanquam regni appetitorem, quorundam nobilium coniuratio senatorum velut pro reipublicæ libertate in ipsa curia trucidauit. ^kHuius deinde potetiam multū moribus dispar, vitiis omnibus inquinatus atq; corruptus, affectare videbatur Antonius, cui vehementer pro eadem illa velut patriæ libertate Cicero resistebat. ^lTunc emerferat mirabilis indolis adolescēs ille alius Cæsar, illius Caij Cæsaris filius adoptiuus: qui, vt dixi. postea appellatus est Augustus. Huic adolescenti Cæsari, vt eius potentia contra Antonium nutriretur, Cicero fauebat: sperans eum depulsa & oppressa Antonij do-

minatione instauraturū reipublicæ libertatem, ^m vsque adeò cæcus atque improuidus futurorum, vt ille ipse iuuenis, cuius dignitatem ac potestatem fouebat, & eundem Ciceronem occidendum Antonio quadam quasi cõcordiæ pactione permitteret, & ipsam libertatem reipublicæ, pro qua multum ille clamauerat, ditioni propriæ subiugaret.

L. V I V E S.

Sertorius

a **A**D bella Sertorij. } *Q. Sertorius Mirrenius, Marianis rebus per ignauiam ducum ruenibus cum exercitu, quem ductabat, per loca aspera ac difficilia in Hispaniam se recepit, ubi bellum aduersus duces Syllanos strenuè gessit. Ad vltimum fractus à Pompeio Magno proditione suorum M. Perpenna, Antoni, & aliorum cœnans confossus est, magnus dux, & cuilibet veterum, si materia melior clariorque affuisset, comparandus.*

Catilina

b Et Catilinæ. } *Catilina partium fuit Syllanarum, quo vsus est Sylla in multo occidendis carnifice. Hic postea cum plerisque patritiis coniurauit aduersus patriam: à Cicerone & C. Antonio Cos. oppressus est.*

Lepidus

Catulus

c Inde ad Lepidi & Cat. } *M. Aemilio Lepido, Q. Lucretio Catulo Cos., Sylla decessit, sepultusque est in campo Martio. In eius funere de componenda repub. & actus Syllæ rescindendis inter duos consules vsque ad iurgia est progressum. Inde Lepido volente vt proscripti à Sylla reducerentur, eisque sua redderentur bona Catulus contradicabat cum senatu, non quod iniquum hoc esset, sed quòd videbant incitium esse tumultus, qui nullo tempore esset futurus grauior, quàm tunc, cum afflicta respublica recreari & respirare videretur. Ita ex dissensione ad arma ventum est. Gn. Pompeius & Q. Catulus armato exercitu cum Lepido conseruerunt manus, eumque leui prelio superatum copis omnibus exuerunt, reditumque est in urbem sine tumultu, & iis quæ bellum sequi solent. Victoria fuit moderatissima, armaque statim posita.*

Gn. Pompeius

d Inde ad Pompeij & Cæsar. } *Gn. Pompeius magnus Gn. Pompeij Strabonis filius, Sylla ex Asia venienti cum tribus legionibus, quas in agro Piceno colligerat, occurrit: magnòque vsui & momento ad victoriam Syllæ fuit. Idcirco eum Sylla inter præcipuos habere amicos, illi res maximas commendare, reliquias belli civilis in Sicilia, Africa, Italia, & Hispania contulit. Triumphauit bis eques Romanus, antequam esset senator. Piratas ingenti felicitate & celeritate domuit. Mithridatem, & totum Orientem vicit, de quis gentibus tertium triumphum duxit speciosissimum, maximasque opes est nactus, & summam in republica auctoritatem, potentiàmque, sed ciuilem, que omnia*

nia fufus in Pompeio fugiente perſecutus ſum. Ad extremum bellum ciuile à Caſare motum geſſit pro republica, in quo victus ad opes Ptolemei pueri pupilli ſui conſugit, in cuius regno à miniſtris regis occiſus eſt, ut victori Caſari gratificarentur.

e Cæſar autem Pompeij. } C. Iulius Caſar, Lucij filius fuit, cuius Iulius Cæſar Amita Iulia C. Mario nupſit. huic conſuli ſenatus opera Pompeij Galliam prouinciam in quinquennium decreuit: quo tranſactò, alterum quinquennium ei eſt additum, autoribus Pompeio & Craſſo conſulibus: quo decennio totam Galliam Caſar ſubegit: eumque Pompeium plus in republica poſſe indignaretur, nacltus alias cauſas belli, arma in patriam induit. Lucanus in primo:

Nec quenquam iam ferre poteſt, Cæſarve priorem,
Pompeiuſve parem.

Suetonius in Caſare caput ſcribit De cauſis belli ciuiliſ Pompeiani. Verùm Pompeio mortuo dictaturam perpetuam Caſar inuaſit: omniàque in republica arbitrato ſuo diſpoſuit regio more. De hoc ciuili bello ſcripſere Caſar ipſe in Commentariis, Plutarchus in Vitis diuerſorum, Appianus in Bellis ciuilibus, L. Florus, Oroſius, Eutropius, & Cicero multis locis & explicatiſ, quippe qui bello interfuit non poſtrema & ipſe pars.

h Hinc ad alium Cæſarem. } C. Octavius filius fuit Gn. Octauij C. Octatorij viri & Actiæ. Actia filia Actij Balbi & Iulie Caſari uis ſororis. Hunc C. Octauium Caſar heredem poſtérieure teſtamento ſcripſit ex dodrante: ut Suetonius narrat, quem & ferre nomen iuſſit. Ad eum poſt Caſarem interfectum multi veterani propter nomen auunculi conuenere, quibus, Cicerone autore, partes ſenatus contra M. Antonium defendit adhuc adoleſcens: quem & vicit, & compulſit in Galliam vltiorem ad M. Lepidum fugere, cum quo redienſ triumuiratum ex ſædere conſlauit: hoc eſt, internecionem rei publicæ. Triumui-
ratus
fuerunt M. Antonius, M. Lepidus, C. Octavius Caſar. Inter conuenta erat, ut M. Antonius ſineret auunculum ſuum Sextum Iulium Caſarem proſcribi: M. Lepidus fratrem ſuum Lucium: Octavius Ciceronem, quem patris colebat loco. Idque poſtulatam eſt ab Antonio, quòd orationibus illius hoſtis eſſet à ſenatu iudicatus. Ex illis tribus præcipuis uiris ſolus Cicero ab Antony ſatellitibus eſt occiſus, alij euaserunt. Bellauit deinde Octavius cum Caſſio & Bruto, adiuuante collega M. Antonio, illòſque opera Antony in Philippiis campis vicit: deinde cum L. Antonio triumuiroi fratre, quem ad deditonem Peruſſe compulſit. Hinc cum Sex. Pompeio Magni filio, quem priuauit claſſe, cum M. Lepido triumuiro, quem triumuiratu

exiit. Postremò cum *M. Antonio* triumuiro ad *Ælium*, quem & uicit: salusque superfuit Imperator populi Romani ciuilibus omnibus confectus bellus, *Augustus*que à *Valerio Messala* oratore nomine senatus & pop. Rom salutatus est. Imperij huius anno quadragesimo-quarto à condita Roma decli. festa undique terra marique parts pace, quietis tranquillisque uniuerso genere rebus, in *Bethleem* Iudæa natus est *Iesus Christus*, natura princeps, & conditor, rex regum, & dominus dominantium.

g Multi clarissimi. } Triumuiro longè plures omni sexus & ordinis proscripserunt, quàm *Sylla*. hos tres *Iuuenalis* Satyrico naso *Sylla* discipulos appellat, magistrumque proscribendi arte uicisse significat.

Ciceronis
mors

h Et *Cicero* disertus ille artifex. } Tres & sexaginta natus annos interijt, ut *Lilius* & *Aufidius Bassus* computant. De cuius morte si quis uariorum uidere sententias desiderat, habet apud *Senecam* libro primo *Suasoriarum*. Disertum artificem appellat *Augustinus*, quòd lingua uelut clauo nauem reipublica moderaretur, & ageret quòd uellet. Vnde & ille uersiculus ab eo suorum factorum conscio usurpatus, qui inimicos malè momordit: Cedant arma togæ, concedant laurea lingue. *Plinius* senior eum salutans: Salue, inquit, primus in togæ triumphum, linguæq; lauream merite.

C. Caesar

i C. Cæsarem. } *M.* & *D. Brutus*, *C. Cassius*, & alij ad lx. senatores in eum conspirauerunt, ac *Idibus Martiis* in curia *Pompeiana* pugionibus confoderunt.

Marc. Antonius

k Huius deinde potentiam. } Consul tunc erat *M. Antonius* cum *P. Cornelio Dolabella*. *Antonius* exercitibus occupatis summum in republica imperium & dominatum affectabat, quem repulit primum suis orationibus *Cicero*: deinde triumphus est factus, ut dixi. Historiam belli *Antoniani* nemo historicus melius potest persequi quàm *Cicero* in *Philippicis* fecit.

l Tunc emerferat. } *Cicero* autoritate & eloquentia sua *Cæsarem* *Octauium* adolescentem, *Hircium* & *Pansam* consules in *Antonium* amauit.

Brutus

m Usque adeò cæcus. } Satis erat *Cicero* à *M. Bruto* admonitus, ne nimium potentiam *Octauij* aleret, nè ue plus equo puerili fideret ingenio, quamlibet bono: posse immodica fortuna, mutari, & insolescere. Grauißima dua epistole *Bruti*, altera ad *Ciceronem* ipsum, altera ad *Atticum* de ea ipsa re adhuc extant, quæ planè dirile illud & prudentiæ plenum *M. Bruti* pectus indicant, & ferè aperiunt. Tamò si *Ciceronem* non adeò stupidum crediderim, quin ut alia per multa ocul-

occultiora, ita & in hoc animo & cogitatione praevideris. Quod & significauit saepenumero amicis verbo illo toties ab ipso usurpato: Caesarem Octauium laudandum, ornandum, tollendum Cuius meminit Velleius, & D. Brutus in quadam epistola ad Ciceronem.

Quòd impudenter praesentia incommoda Christo impudent, qui deos colere non sinuntur, eum tantæ clades eo tempore quo colebantur extiterint. CAP. XXXI.

Eos suos accusent de tantis malis, qui nostro Christo ingrati sunt de tantis bonis. Certè quando illa mala fiebant, calebant aræ numinum, ^aSabæo thure fertif que recentibus halabant: clarebant sacerdotia, fana renidebant, sacrificabatur, ludebatur, furebatur in templis: quando passim tantus ciuium sanguis à ciuibus, non modò in cæteris locis, verùm inter ipsa quoque deorum altaria fundebatur. ^b Non elegit templum, quò confugeret Tullius: quia frustra elegerat Mutius. Hi verò qui multò indignius insultant Christianis temporibus, aut ad loca Christo dicatissima confugerunt, aut illuc eos vt uiuerent etiam ipsi barbari deduxerunt. Illud scio, & hoc mecum quisquis sine studio partium iudicat, facillimè agnoscit: vt omittam cætera, quæ multa commemorauit, & alia multò plura, quæ commemorare longum putauit, si humanum genus ante bella Punica reciperet Christianam disciplinam, & consequeretur rerum tanta vastitatio, quanta illis bellis Europam Africamque contriuit: nullus talium, quales nunc patimur, nisi Christianæ religioni illa mala tribueret. Multò autem minus eorum voces tolerarentur, quantum attinet ad Romanos, si Christianæ religionis receptionem & diffamationem, vel irruptio illa Gallo-
rum, vel Tiberini fluminis, igniumque illa depopulatio, vel quod cuncta mala præcedit, bella illa ciuilia sequerentur. Mala etiam alia, quæ vsque adeò incredibilia acciderunt, vt inter prodigia numerarentur, si Christianis temporibus accidissent, quibus ea nisi Christianis hominibus tanquam crimina obiicerent? Omitto quippe illa, quæ magis fuerunt mira quam noxia, ^c boues locutos, infantes nondum natos de uteris matrum quædam verba clamasse, ^d volasse serpentes, ^e fœminas & gallinas, & homines in masculinum sexum fuisse conuersas: & cætera huiusmodi quæ in eorum libris, non fabulosis, sed historicis seu vera seu falsa sint, non inferunt hominibus perniciem, sed stuporem. ^f Sed & ciu-

pluit terra, ^b cùm pluit creta, ^b cùm lapidibus, non vt grando appellari solet hoc nomine, ⁱ sed omnino lapidibus. Hæc profecto etiam grauer lædere potuerunt. Legimus apud eos ^k Ætneis ignibus ab ipso montis vertice vsque ad litus proximum decurrētibus ita feruisse mare, vt rupes exurerentur, & pices nauium soluerentur. Hoc vtrique non leuiter noxium fuit, quanuis incredibiliter mirum. ⁱ Eodem rursus æstu igniū tanta vi fauillæ scripserunt oppletam esse Siciliam, vt ^m Catinensis vr̄bis tecta obruta & oppressa diruerent, qua calamitate permoti misericorditer ⁿ eiusdem anni tributum ei relaxauere Romani. ^o Locustarum etiā in Africa multitudinem prodigij similem fuisse, cùm iam esset populi Romani prouincia, literis mandauerunt: consumptis enim fructibus foliisque lignorum, ingenti atque inæstimabili nube in mare dicunt esse deiectam. Qua mortua reditāque littoribus atque hinc aëre corrupto, tantam ortam pestilentiam dicunt, vt ^p in solo regno Masinissæ ^q octingenta hominum millia perisse referantur, & ^r multò amplius in terris littoribus proximis: tunc Vtica ^r ex triginta milibus iuuiorum quę ibi erant, decem remā fuisse confirmant. Talis itaque vanitas qualem patimur eique respondere compellimur: quid horum non Christianæ religioni tribueret, si temporibus Chriitianis videret? Et tamen diis suis non ista tribuunt: ^t quorum ideo cultum requirunt, ne ista vel minora patiantur, cùm ea maiora pertulerint à quibus antea colebantur.

L, V I V E S.

Sabæi

a **S** Abæo. } Sabæi populi sunt iuxta Syriam & Arabiam, apud quos nascitur thus, Vt *ergilius*:

India mittit ebur, molles sua thura. Sabæi.

Seruius Sabæos nominato ait à σάβδαυ, quod est colere: quia thure quod apud eos nascitur, deos placamus.

b Non elegit templum. Obiit in Formiano suo, cùm tentata navigatione trans mare ad Brutum, tempestate repulsus esset.

Boues locuti.

c Boues locutos. } Frequentissimè in Prodigijs apud historicos, vt bello Punico secundo Q. Fabio Maximo quartum, & M. Marcello iij. Cos. quo eodem anno Spoleti ex muliere vir est factus, & Marucia infans in utero id triumphæ clamauit. Autor *Liuius lib. 24. Locuta & bos bello Antiocheno, Roma caue tibi, & bello ciuili Antoniano, bos vrgenti se in opere dixit, non defuturum frumentum, sed homines qui illud ederent, & aliàs sæpissimè.*

d Volasse serpentes. } *In Libya solitudinibus serpentes sunt pluri-* Volantes
mae volucres: quae Africo vento in agrum Aegyptium cum magna in- serpentes
digenarum perniciose effundunt. Idcirco Cicero item ab illis cultum ho-
minibus scribit, quod hoc animal eam pestem ab Aegypto auertat. Idem
Herodotus in Euterpe.

e Fœminas & gallinas & homines. } *Sexus mutatos, ex fœminis Fœminas*
hominibus viros factos, ex gallinis gallos & gallinaceos Mendum nul- de brutis
lum est in scriptura admonéo, quandoquidem vim coniunctionis noster dici
interpretis parum intelligens, parum r. Et sic legi putat: Fœminas & gal-
linas, & homines: tum etiam quod fœminam non posse ad alia anima-
lia pertinere existimat, quàm ad homines: & hominis esse tantummo-
do virilis sexus: ideo sic explicat fœminas conuersas in homines: id est,
in viros, inquit. En quales homines venerabatur, seculum prius: qui-
nam sumebant sibi veteres autores enarrandos, cum nondum scirent ho-
mines etiam ad mulieres pertinere, & fœminas de brutis quoque anima-
libus dici? Et miramur tam corruptas nos artes omnes à patribus acce-
piſſe? Miremur potius cum tale hominum genus in illas inuaserit, nos ali-
quas omnino accepiſſe. Porro hanc sexus mutationem. Plin. lib. 7. non es-
se fabulosum dicit: & aliquot testimonia affert. suamque fidem inter-
ponit, quod testificari se que viderit, ait. Et profecto consideranti mi-
hi rationem sexuum, difficile videtur ex mare fieri fœminam. Contra
fieri, non item. nam retrahere naturam virile membrum intrinsecus fa-
ceréque ex eo locos fœmineos difficillimum est: expellere verò locos fo-
ras, penitusque in modum deformare, & si rarum, fieri tamen potest, faci-
lius quàm credatur.

f Sed & cum pluit. } *Terra pluisse. idque non semel aut iterum rerum*
scriptores tradunt. Linius, & Iulius Obsequens, & alij.

g Cum pluit creta. } *Obsequens in prodigiis, Q. Metello, Tullio Di-*
dio Cos. creta candida pluit.

h Cum pluit lapides. } *Neque hoc rarum. Primum post conditam*
Romam, Tullio hostilio rege contigit. quod vix credibile videbatur: po-
stea toties, ut nulli mirum iam esset: octosum sit in re creberrima exempla
afferre.

i Sed omnino vel terræ. } *Antiqui libri sic habent: Sed omnino*
lapidibus: hæc profecto, &c.

k Aetneis ignibus. } *Aetna mons est in Sicilia Vulcano sacer, Aetna mōs*
qui per noctem flammam emittit per hiatum stadium xx. quem
craterem vocant: quos duos esse vult Solinus in Polyhistor. dictus
sic vel ab Aetna filio Bria rei Cyclopi, vel ab Aetna filia Celi
& Terræ, quam alij Thalam vocant, quemadmodum Servius dicit.

Hunc montem Vergilius descripsit longo carmine. Ouidio sunt qui attribuant. Seneca Ouidium à describendo Aetna deterritum refert, quòd illum à Vergilio iam sciret cantatum. Cornelij Seueri putant esse nonnulli. Exundat saepe incendiis vicinis agris gentibusque noxiis. Sic Gn. Seruilio Caprone, & C. Lelio Coß. Tum Seruio Flacco & Q. Calphurnio Coß. hoc quod August, hic narrat contigit, M. Aemilio, L. Aurelio Coß. Obsequens: Aetna mons terra motu ignes super verticem latè diffudit, & ad insulam Liparas mare effebuit, & quibusdam adustis nauibus vapore plerosque naualeis exanimauit. Piscium vim magnam exanimem dispersit, quos Lipareses auidius epulis appetentes contaminatione ventris consumpti sunt: ita ut noua pestilentia vastarentur insulae. Haec tenus verba sunt Iulij. Accidit istud paulò ante seditionem C. Gracchi, Orosius addit multos mortales incendio absumptos, coactòsque esse desertis suis quàm longissimè aufergere.

l Eodem rursus affectu. } *Orosius lib. 5. capite 12.*

Catina

m Catinensis vrbis. } *Alibi Catanensis, idem est. illa enim ciuitas & Catana & Catina dicitur, etsi Catina sit etiam in Hispania, & in Arcadia. Plin. lib. 3. Mons Aetna nocturnis mirus incendiis, crater eius patet ambitu stadiorum xx. fauilla Taurominium & Catanem usque peruenit feruens.*

n Eiusdem anni. } *Orosius decem annorum tributum à senatu eis remissum est autor.*

o Locustarum etiam in Africa. } *Liuius lib. 9. Orosius, Eutropius, Iulius Obsequens, contigit etiam ante seditionem C. Gracchi, P. Plautio Hispano, M. Fulvio Flacco Coß.*

p In solo regno Masinissæ. } *An potius Micipsæ filij eius. nam Masinissa iam obierat. Sed dici potest Masinissæ regnum, quòd illud ei pro maximis meritis populus Romanus dedit.*

q Octingenta hominum milia. } *Sic Orosius, qui & regnum Micipsæ nominat. Obsequens dccc. hominum milia in vniuersum scribit fato decessisse. Eutropius tamen si non bonus admodum computator, sic inquit: Qua pestilentia in Numidia dccc. milia hominum, circa Carthaginem verò cc. M. Romanorum verò militum, qui ibi ad praesidium erant xxx. M. extincta sunt. eadem penè Orosius, nisi quòd pro nomine octingenta ponit.*

r Multò amplius in terris. } *Diuersum scribunt historici quos legimus, nisi Augustinus alios autores sit secutus, vel oratorio modo inflexerit historiam ad suam utilitatem. Quòd licere fieri Cicero sub persona Attici docet in Bruto; & ab ipso Cicero nonnunquam esse factum*

factum, & nos interdum in eius orationibus deprehendimus, & Ascomius Pedianus annotauit.

f. Ex triginta milibus virorum.} *Veteres libri habent, iuniorum certe de milibus est intelligendum, qui Vtica relictis erant praesidium Africa.*

t. Quorum ideo cultum.} *Legendum, quorum ideo cultum requirunt, ne ista vel minor a.*



D I V I

A V R E L I I A V G V -
S T I N I E P I S C O P I A D
M A R C E L L I N V M D E
ciuitate Dei

L I B E R Q V A R T V S .

De his quæ primo volumine disputata sunt

C A P . I .

DE ciuitate Dei dicere exorsus, prius respondendum putavi eius inimicis, qui terrena gaudia consecretantes, rebûsque fugacibus inhiantes, quicquid in eis triste, misericordia potius admonentis Dei quam punientis seueritate patiuntur, religioni increpitant Christianæ, quæ vna est salubris & vera religio. Et quoniam cum sit in eis etiam vulgus indoctum, velut doctorum autoritate in odium nostrum grauius irritantur, existimantibus imperitis, ea quæ suis temporibus insolitè acciderunt, per alia retro tempora accidere non solere. Eorûmque opinionem, etiam iis qui eam falsam esse nouerunt, vt aduersum nos iusta murmura habere videantur, suæ scientiæ dissimulatione firmantibus: de libris quos autores eorum ad cognoscendam præteritorum temporum historiam memoriæ mandauerunt,

longè aliter esse quàm putant, demonstrandum fuit: & simul docendum, deos falsos quos vel palàm colebant, vel occultè adhuc colunt, eos esse immundissimos spiritus & malignissimos ac fallacissimos dæmones: vsque adeò vt aut veris, aut fictis etiam suis tamen criminibus delectentur, quæ sibi celebrari per sua festa voluerunt: vt à perpetrandis damnabilibus factis humana reuocari non possit infirmitas, dum ad hæc imitanda velut diuina præbetur autoritas. Hæc non ex nostra coniectura probauimus, sed partim ex recenti memoria, quia & ipsi vidimus talia ac talibus numinibus exhiberi: partim ex literis eorum, qui non tanquàm in contumeliam, sed tanquàm in honorem deorum suorum ista conscripta posteris reliquerunt: ita vt vir doctissimus apud eos Varro, & grauissimæ autoritatis, cum rerum humanarum atque diuinarum dispartitos faceret libros, alios humanis, alios diuinis pro sua cuiusque rei dignitate distribuens, non saltem in rebus humanis, sed in rebus diuinis poneret ludos scenicos: cum vtique si tantummodo boni & honesti homines in ciuitate essent, nec in rebus humanis ludi scenici esse debuissent. Quod profectò non autoritate sua fecit, sed quoniam eos Romæ natus & educatus in diuinis rebus inuenit.

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
QUARTVM LIBRVM DE
ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.



*N*unc ex rebus gestis po. Rom. ad religionem eius sacra, ceremoniasque transeundum. Superioribus libris nullam præfati sumus veniam, quòd acta illius populi, si non ad plenum ex aliquo, quoniam perijt magna pars T. Liuij scriptoris rerum copiosissimi, certè ex multis quoquo modo colligi potuerunt: quatuor libris sequentibus, sed in primis hoc quarto ignosci nobis petimus, si quo in loco vel diligentiam nostram lector desiderarit, vel ingenium. Nullus de his rebus autor ad hanc memoriam peruenit, qui quid è extet.

Antiquitates M. tates M. Varronis, quas vnas si habemus, satisfacere potuissimus Varronis Augustino, vnde illi sunt ferè quæ dicit desumpta. Itaq; emendicanda nobis

nobis è variis fuerunt, quæ huc afferremus, ne nudi omnino & inopes, omnique non modo cultu ac ornatu, sed instrumento quoque domestico egeni videremur: quæ si non magnifice constructa & parata sunt, conrecti erimus hoc solo, non prorsus videri pudenda nostram medicinam, quod non affectus etiã venia danda: præsertim nulla conatus & diligentie culpa, & in re cuius cum maxime maxime generis malo vigeret, plurimum erant & quidem doctissimi, ut de vulgo taceam, qui non parvam sanè partem ignorabant. Sicut ipse testatur Varro. Profectò Iuuenalis in Satyra prima nesciisse videtur Pecuniam pro dea Romanis cultam, cum ait.

Et si funesta pecunia templo

Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras.

Quam tamen cum Sereno & Argentino Varro inter deos numerat. Quis ergo miretur, si rem ope & benignitate Christi ex hominum vitia iam oliv pulsam, nos ad eò non teneamus exactè, ut vel quiuis ex illo populo, vel etiam, si dñs placet, Varro ipsi, qui Romanis pōtificibus opprobare nec falso ausus est, esse in suis diis ac religionibus complura, quæ illos laterent, quæ omnia ipse aperuit & declaravit: ut totius veteris aui consultissimus? Istis omnibus accedit nullam fore, aut rebus humanis, aut eruditioni iacturam, si quemadmodum de usu vitæque, sic etiam de memoria impietas eiusmodi abiret. Quid enim confert eruditioni flagitia Iouis aut Veneris nosse? quibus diis quæ sacra fiant? quæ ostenta, quibus hostiis sacrisque procuranda? quæ auguria prodigiæque, à quibus mitantur? quomodo expientur? si quibus hæc placent, contendant nos per ea fieri perituros. Ego verò qui non pauciora ex illis deliramentis novi, quam quiuis eorum, contendo futurum vitæ moribusque in totum nesciri: quæ res minus me reddit sollicitum, si cuius diui duæq. diuinitatè, genus templa, aras, festa, ceremonias, sacra. horum omnium rationem & modum handquaquam copiosè persecutus sum. tamen si a. hibita nobis est opera, ne lector harum rerum studiosus, vacuus earum à lectione nostrorum commentariorum discedat.

De his quæ libro secundo & tertio continentur. CAP. II.

Quoniam in fine primi libri quæ deinceps dicenda essent, breuiter posuimus, & ex his quædam in duobus consequentibus diximus, expectationi legentium quæ restant reddenda cognoscimus. Promiseramus ergo quædam nos esse dicturos, aduersus eos, qui Romanæ reip. clades in religionem nostram referunt, & commemoraturos quæcunque & quantacunque occurrere potuissent, vel satis esse videretur, mala, quæ illa ciuitas pertulit, vel ad eius imperium provincie pertinentes, antequam eorum sacrificia

prohibita fuissent: quæ omnia proculdubio nobis tribuerent, si iam vel illis nostra claret religio, vel ita eos à sacrilegijs prohiberet. Hæc in secundo & tertio libris satis, quantum existimo. absoluius: in secundo agentes de malis morum, quæ mala vel sola, vel maxima deputanda sunt. In tertio autem libro de his quæ stulti sola perpeti exhorrent, ^a corporis videlicet. externarumque rerum, quæ plerunque patiuntur & boni. Illa verò mala non dico patiēter. sed libenter habet, quibus ipsi fiunt mali. Et quàm pauca dixi de sola illa ciuitate, atque eius imperio, nec inde omnia vsque ad Cæsarem Augustum. Quod si ira commemorare voluissem, & exaggerare illa mala quæ non sibi inuicem homines faciunt, sicut sunt vastationes, euerfionesque bellantium: sed ex ipsius mundi elementis terrenis accidunt rebus, ^b quæ vno loco Apuleius breuiter stringit in eo libro quem De mundo scripsit: terrena omnia dicens mutationes, ^c conuersiones atque interitus habere. Namque immodicis tremoribus terrarum, vt verbis eius vtar, dissiluisse humum & interceptas vrbes cum populis dicit: abruptis etiam imbribus prolatas totas esse regiones: illas etiam quæ prius fuerant continentes. hospitibus atque aduenis fluētibus insulatas, aliasque desidia maris pedestri accessu peruias factas: ventis ac procellis euerfas esse ciuitates: incendia de nubibus emicuisse, quibus Orientis regiones conflagratæ perierunt: & in Occidentis plagis scaturigines quasdam ac proluuiones easdem strages dedisse. Sic ex Aetnæ verticibus quondam effusis crateribus, per decliua, incendio diuino; torrentis vica flammarum flumina cucurrisse. Si hæc atque huiusmodi, quæ habet historia, vnde possem colligere voluissem, quando finissem, quæ illis temporibus euenerunt, antequam Christi nomen illa istorum vana & veræ saluti perniciosa comprimeret? Promiseram me etiam demonstraturum, quos eorum mores, & quam ob causam Deus verus ad augendum imperium adiuuare dignatus est, in cuius potestate sunt regna omnia; quàmque eos nihil adiuuerint hi quos deos putant, & potius quantum decipiendo & fallendo nocuerint: vnde nunc mihi video dicendum. & magis de incrementis imperij Romani. Nam de noxia fallacia dæmonum, quos velut deos colebant, quantum malorum inuexerit moribus eorum, in secundo maxime libro non pauca iam dicta sunt. Per omnes autem absolu-

tos tres libros vbi opportunum visum est, commemorauimus etiam in ipsis bellicis malis, quantum solatiorum Deus per Christi nomen, cui tantum honoris barbari detulerunt, præter bellorum morem bonis malisque contulerit, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

L. VIVES.

a Corporis videlicet externarumque rerum. *Ut est triplex bonorum genus, ita & malorum triplex illis contrarium.*

b Quæ vno loco Apuleius. *Alibi in eo libro, L. Apuleius Ma- Apuleius daurensis philosophus fuit Platonicus, antiquæ dictionis amator & emulus. Librū Metamorphoseos ex Luciano verit ac multis adaitis suū fecit: De mundo siue Cosmographia ex Aristotele ad verbū dissimulato, quod vehementer miror, autore, tametsi Aristotelem, & Theophrastum sequi se in eo opere profiteatur, inaudita cuius loquendi formula: nam surripere appellat sequi, quod ciuilius etiam est quam fugere, credendi nomen indere: credo quod sequi vocaret præcurrere, ac viam monstrare: & planè istæ sunt innotatæ vocū significationes, quo gratior fiat oratio atque lepidior. Libellū De mundo ut recentiores transeam, ut res, de quorum numero sunt Iustinus philosophus ac martyr, & Themistius Euphrasæ, Aristotelis esse dicunt: quanquã phrasîs parū id iudicare videatur, florentior & cōcinnior quàm solet esse Aristotelica. Sed de hoc non est nunc disputandi locus. Certè vel ab Aristotele, vel a Theophrasto, vel aliquo illorum temporum Aristotelica doctrinæ sectatore conscriptum esse res ostendit, compendii. sicut Iustinus inquit, *Ἐρισπαιτικὴ φιλοσοφία* illius quæ ad naturam spectat. Verba hæc quæ ab Augustino citantur, desunt in exemplari Apuleij Florentino: quod mihi Petrus Aegidius Antuerpianus, homo apprime eruditus, & amicus omnium quos norim candidissimus atque integerrimus, accommodauit. Desunt & in Veneto antiquiore, quod vidimus apud egregium virum Petrum Apostoliū, & in nostro recentiore quod excusit Asulanus Aldi sacer. Sic enim in eis omnibus habetur. *Terrena omnia mutationes & conuersiones, postremò interitus habent. Postremò quod est in irremis gubernator, & tamen scripsisse hæc Apulcium, quæ Augustinus adducit, apparet, tum ex s'io formâq, orationis planè Apuliana tū etiam quod in Aristotelis libro leguntur Ad hunc enim modum dicit, si quis fortè requirit Græca verba: Μόνα τε τὰ βραχίδια, διὰ τὸ τοῦ αἰῶνος αὐτῶν σαζόντα τὰ ξιν διακλόμεντα, καὶ ὅποτε ἀλλοιωθέντα μετακινήθη, καὶ ἀπὸ τὰ ὅτι γῆς ὁ ὑπερπλάοντα πολλάς ὁ τεροισίαι, καὶ πᾶθι αἰα δὲ δεκται. σισμαί τε γδ βίαιος πολλά μέρη τῆς γῆς αὐῖρηξαι. ὁμβροσι τε κατεκλυσαι ὄζαι.**

Liber De mundo an Aristot.

στη καταράχης, ὅπου ὁμοί τε κυμάτων καὶ ἀναχωρήσεις πολλάκις, καὶ
 ἕσπερος ἐθαλάσσειται καὶ θαλάσσης ἠεὶ ἰώσεται βία τε πηδύματων καὶ το
 ραίων ἐστίν, ὅτε πόλεις ὅλας αἰάτρεψαν. πυρκαϊά τε, ἣ φλόγει. αἱ μὲν εἰς
 ἄρα καὶ γαῖαν αἰετίζον, ὡς περ φασίν, ὅτι φαίθοντες τὰ πρὸς εἰς μίρη κα
 τέλιξαν. αἱ δὲ πρὸς ἐσπέρας ἐκ γῆς ἀβαλύσασα, καὶ ἐκρυσθασα, καὶ δὴ
 περ ἤδη ἐν αἴτην κρατήρων ἀσφραγίστων, καὶ αἰὰ τῶν γῆν φεθμένον χει
 μάριον διέκλω. *Haec tenus Aristoteles. Quae uerba Latina Hieronimus red
 dit, ubi Orientis regiones conflagrasse dicit. Phaëthontis incendium A
 ristoteles disertè explicat, illius quem solum filium fuisse perhibet, & au
 rigandi ignorantia caelum & terras incendisse. haec uerò Aetna con
 flagratio prima est eruptio ignis ex eo monte quae secundo anno oclauae
 & octogesimae Olympiadi, tribus ante natum Platonem annis contigit:
 si modò Eusebio Casari in se bene sunt tempora digesta. quod non temerè
 contingit, haud dubiè liberiorum potius uitio, quam uitium. In constla
 gratione seruatos esse pios homines miraculo quodam ne ab igne lede
 rentur. & hoc De mundo libro attingit Aristoteles, & fusius in Mi
 rabilibus nature auditionibus explicat, quem etiam librum nondum
 certum habeo num sit Aristotelicus.*

Aetna con
 flagratio

c Conuerfiones, & intensiones, & remissiones, atque i. h. } Pe
 riūset nugator ille, nisi aliud admiscuiffet Augustino de intentione &
 remissione formarum super qua re maior est inter eos digladiatio, quàm
 unquam inter Græcos & Troianos fuit super formosa Helena: nimi
 rum illas suas formas nihilum forma huius debere cedere existimant: In
 antiquis Augustini libris non leguntur illa duo uerba, intentiones & re
 misiones, nec in Græco Aristotelis codice, sed solum ἐπιποιήσεις, καὶ
 παύσις, quasi conuerfiones & interitius, ideo nec euerfiones dicendum, sed
 conuerfiones.

An latitudo imperij, quæ non nisi bellis acquiritur, in bono
 habenda sit siue fœlicium siue sapientium.

CAP. III.



Am itaque videamus quale sit, quod tantam latitudi
 nem ac diuturnitatem imperij Romani illis diis au
 dent tribuere: quos etiam per turpiū ludorum ob
 sequia, & per turpiū hominum ministeria se honestè coluisse
 contendunt. Quanquam prius uellem paululum inquirere,
 quæ sit ratio, quæ prudentia, cūm hominum fœlicitatem non
 possis ostēdere, semper in bellicis cladibus, & in sanguine ci
 uili vel hostili, tamē humano, cū tenebroso timore, & cruen
 ta cupiditate versantiū: ut vitro lætitia corū cōparetur fragi
 liter splēdida: cui timeatur horribilius ne repēte frāgatur: de
 imperij

imperij magnitudine ac latitudine velle gloriari. Hoc vt facilius diiudicetur : non vanescamus inani ventositate iactati, atque obtundamus intentionis aciem altisonis vocabulis rerum, cum audimus populos, regna, prouincias, sed duo constituamus homines. Nam singulus quisque homo, vt in sermone vna litera, ita quasi elementum est ciuitatis & regni, quantalibet terrarum occupatione latissimi. Quorū duorum hominem, pauperem vnum, vel potius mediocrem, alterū prædiuitem cogitemus: sed diuitem timoribus anxium, in æroribus tabescentem, cupiditate flagrantem, nunquam securum, semper inquietum, perpetuis inimicitarum contentionibus anhelantem, augmentem sanè his miseris patrimonium suum in immensum modum, atque illis augmentis cura quoque amarissimas aggerantem: mediocrem verò illum re familiari parua atque succincta sibi sufficientem, carissimum suis cognatis, vicinis, amicis, dulcissima pace gaudètem, pietate religiosum, benignum mente, sanum corpore, vita parcum, moribus castum, conscientia securum. Nescio vtrum quisquam ita desipiat, vt audeat dubitare quem præferat. Vt ergo in his duobus hominibus, ita in duabus familiis, ita in duobus populis, ita in duobus regnis regula sequitur æquitatis. Qua vigilantè adhibita, si nostra intentio corrigatur, facillimè videbimus vbi habitet vanitas, & vbi fœlicitas. Quapropter si verus Deus colatur, eique sacris veracibus & bonis moribus seruiatur, vtile est, vt boni longè latèque diu regnent. Neque hoc tam ipsis, quàm illis vtile est, quibus regnant. Nam quantum ad ipsos pertinet, pietas & probitas eorum, quæ magna dona Dei sunt, sufficit eis ad veram fœlicitatem, quæ ista vita bene agatur, & postea percipiatur æterna. In hac ergo terra regnum bonorum, non tam illis præstatur, quàm rebus humanis Malorum verò regnum magis regnantibus nocet, qui suos animos vastunt scelerum maiore licentia: his autem qui eis seruiendo subduntur, non nocet nisi iniquitas propria. Nā iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen. Proinde bonus etiam si seruiat, liber est: malus autem etiam si regnet, seruus est: nec vnus hominis, sed quod est grauius, tot dominorum, quot vitiorum. De quibus vitiis cum ageret scriptura diuina: **A quo enim quis, inquit, deuictus est, huic & seruus addictus est.**

L. V I V E S.

Stoici Christi-
aniani pro-
ximis

Proinde bonus etiam si feruiat. } *Stoicum paradoxum, cuius meminit Cicero in Paradoxo, & pro Murena: idcirco Hieronymus Stoicam sectam simillimam censet Christianae religionis.*

Quam similia sint latrocinij regna absque iustitia.

C A P. I I I I.

Remota itaque iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? quia & ipsa latrocinia quid sunt, nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominum cum imperio principis regitur, pacto societatis altringitur, placiti lege preda diuiditur. Hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus crescit, ut & loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet, populos subiuguet, euentius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert non adempta cupiditas, sed addita impunitas. Eleganter enim & veraciter Alexandro illi Magno^b quidam comprehensus pirata respondit. Nam cum idem rex hominem interrogasset, quid ei videretur, ut mare haberet infestum? ille libera contumacia, quid tibi, inquit, ut orbem terrarum? Sed quia id exiguo nauigio facio, latro vocor: quia tu magna classe, Imperator.

L. V I V E S.

Quia & ipsa latrocinia. } *Hoc idem elegantissime Cyprianus ad Donatum: Madet, inquit, orbis mutuo sanguine: & homicidium, cum admittunt singuli, crimen est: virtus vocatur, cum publice geritur. Impunitatem sceleribus, acquirit, non innocentiae ratio. sed seuitiae magnitudo. Et profecto non modo non est bonorum hominum bellare, sed ne latronum, ac ne hominum quidem, belluarum est iste furor, unde bellum nomen accepit, ut in Officiis significat Cicero, & Festus aperte testatur.*

**Pirata cuiusda-
libere dictu-
re impulsus** mare haberet infestum uno myoparane, eodem, inquit, quo tu orbem terra. Porro myoparo nauicula solebat esse piratica. Lucanus

in x. Alexandrum felicem terrarum praedonem vocat: &

Terrarum fatale malum, fulmenque quod omnes

Percuteret populos, pariterque, & sydus iniquum Gentibus.

De fugitiuis gladiatoribus, quorum potentia similis fuerit regiae dignitati. C A P. V.

Roinde omitto quaerere quales Romulus congregauerit, quoniam multum eis consultum est, ut ex illa vita dato sibi consortio ciuitatis, poenas debitas cogitare

cogitare desisterent: quarum metus eos in maiora facinora propellebat, vt deinceps pacatiores essent rebus humanis: Hoc dico, quod ipsum Romanū imperium iam magnū multis gentibus subiugatis, cæterisque terribile, acerbè sensit, gra- uiter timuit, non paruo negotio deuitandæ ingentis cladis oppressum: quādo paucissimi gladiatores in Campania de lu- do fugientes, exercitum magnum compararunt: tres dūces habuerunt: Italiam latissimè & crudelissimè vastauerunt, Di- cant quis istos Deus adiuerit, vt ex paruo & contemptibili latrocinio peruenirent ad regnum, tantis iam Romanis viri- bus arcibusque metiendum? An quia non diu fuerunt, ideo diuinitus negabuntur adiuti? Quasi verò ipsa cuiuslibet homi- nis vita diuturna sit. Isto ergo pacto neminem dii adiuuant ad regnandum, quoniam singuli quique citò moriuntur. Nec beneficium deputandum est, quod exiguo tempore in vno quoque homine, ac per hoc sigillatim vtique in omnibus vi- ce vaporis euanescit. Quid enim interest eorum qui sub Ro- mulo deos coluerunt, & olim sunt mortui, quòd post eorum mortem Romanum tantum creuit imperium, cum illi apud inferos causas suas agant? Vtrum bonas an malas, ad rem pre- sentem non pertinet. Hoc autem de omnibus intelligendum est, qui per ipsum imperium quamuis decedentibus succe- dentibusque mortalibus in longa spatia protendatur, paucis diebus vitæ suæ cursum raptimque transierunt, actuum suo- rum sarcinas baiulantes, Sin verò etiam ipsa breuissimi tem- poris beneficia deorum adiutorio tribuenda sunt, non parum adiuti sunt illi gladiatores, qui seruilis conditionis vincula ru- perunt, fugerunt, euaserunt, exercitum magnum & fortissimū collegerunt, obedientes regum suorum cõsiliis & iussis: mul- tum Romanæ celsitudini metuendi, & aliquot Romanis Im- peratoribus insuperabiles multa ceperunt: potiti sunt victo- riis plurimis, vsi voluptatibus quibus voluerunt: quod sugges- sit libido, fecerunt: postremò donec vincerentur, quod diffi- cillimè est factum, sublimes regnantésque vixerunt. Sed ad maiora veniamus.

L. VIVES

TRes duces. & Sparthacum, Chrysum, & Oenomaum. Me- Duces fu-
morabile est quod Plinius lib. ij & xxx. refert, interdixisse gitiuorum,
castris suis Sparthacum auro & argento: unde non miror tantum

eius opes potentiámque creuisse. Et lex illa melior erat in castris fugitiuorum, quàm sunt alie Midice in urbibus potentium regum.

b. An quia non diu fuerunt. } *Tertio anno postquam fugerant delicti sunt à M. Licinio Crasso.*

c. De cupiditate Nini regis, qui vt latius dominaretur, primus intulit bella finitimis. **CAP. VI.**

Vstinus qui Græcam, vel potius peregrinam, Trogum Pompeium secutus, non Latine tantum sicut ille, verum etiam breuiter scripsit historiam, opus librorum suorum sic incipit: **b** Principio rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehabat. Populi nullis legibus tenebantur: arbitria principum pro legibus erant. Fines imperij tueri magis quàm proferre mos erat. Intra suam cuique patriam regna finiebantur. **d** Primus omnium Ninus rex Assyriorum veterem & quasi autum gentibus morem noua imperij cupiditate mutauit. **e** Hic primus intulit bella finitimis, & rursus adhuc ad resistendum populos, ad terminos vsque Libyæ perdomuit. Et paulò post: Ninus, inquit, magnitudinem quæsitæ dominationis continua possessione firmavit: Domitis igitur proximis, cum accessione virium fortior ad alios trãsiret, & proxima quæque victoria instrumentum sequentis esset, totius Oriëntis populos subegit. **f** Qualibet autem fide rerum, vel iste, vel Trogus scripserit: nam quædam illos fuisse meritos, aliæ fideliores literæ ostendunt: constat tamè & inter alios scriptores regnum Assyriorum à Nino rege fuisse longè latèque porrectum. Tam diu autem perseuerauit, **g** vt Romanum nondum sit eius ætatis. Nam sicut scribunt qui chronicam historiam persecuti sunt, mille ducentos & quadraginta annos ab anno primo quo Ninus regnare cœpit permansit hoc regnum, donec transferretur ad Medos. Inferre autem bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos sibi non meliostos sola regni cupiditate conterere & subdere, quid aliud quàm grande atrociniuum nominandum est?

L. V I V E S.

a Vstinus qui Græcam. } *Trogus Pompeius ab initio gentium res populorum omnium complexus ad sua tempora perduxit. Iustinus magnum opus in breuiarium contraxit, quam Epitomen nominauit, vt Florus fecit in Liuius, quanquam paulò fusiua. Vtina Florus*

non tā breuis cōpressusque esse studisset: nūc pro Trogo Iustinus legitur:

Sunt qui historiam Trogi vidisse se in Italia affirmant, per quietē puto.

b Principio rerum gentium } Principio singula familia singulos
reges habuerunt, vel natu maximos, vel consilio, prudentia, equitate **Reges pri-**
præstantissimos, aliquantum post multas familias cæpit idem rex impe-
rare, interdum eidem plures reges, quos populus duces sibi rectorēsq̄ue
& velut speculatores publici commodi eligebat, non qualem fors dedis-
set cogebatur accipere, nec nobilitas valebat, nec ambitus: sua unicuique
utilitas cum communi coniuncta satis chara, satisque commendata erat,
ne eligeret nisi optimum.

c Arbitria principum. } Cū princeps est bonus, satius est ab eo
regi, quā à bona lege: sicut Aristoteles docet in lib. De repub.

d Primus omnium Ninus } Hic fuit Beli filius, de quo alibi.

e Hic primus intulit bella finitimis. } Ante Ninum constat bel- **Ninus rex**
latum esse inter mortales: iam enim Afri & Aegyptij inter se pugna-
rant suavis, quas vocarunt phalangas, & belli autores Plinius in **Primum**
quinto Phœnices esse dicit. Iustinus Veporem Aegypti & Tanaim **bellum**
Scythie reges nominat, qui bella cum longinquis populis nominis & glo-
ria causa gesserint. Ninus verò primus finitimus cupidine augenda di-
tionis bellum fecit.

f Qualibet autē fide rerū. } Græci scriptores siue luxuria styli, siue
quo res patriæ essent admirabiliores, siue quo magis operib. suis lectorem
oblectarent, tenerentque, siue gentis vitio, multa sunt in historia mentiti.
Latini qui res Græcas tractarunt, cū necesse haberent eos sequi, etiam
multa falsa pro veris asseruerunt, ut Trogus & Curtius Rufus.

g Ut Rom. nondum sit eius ætatis. } Quantum duravit imperium
Assyriorum non inter omnes conuenit. Eusebius MCC. & XL. annos **Imperium**
numerat. Diodorus Siculus MCCC. & LX. Ex Ethesia supputatione, **Assyriorū**
quo plurimum vitur in rebus Asiæ narrandis. Iustinus ex hoc numero
sexaginta adimit: nec de numero regum constat. Diodorus xxx. reges
fuisse Assyriorum scribit. Eusebius sex & triginta. Velleius Paterculus
tres & triginta à Nino ad Sard. in ap. al. m. ita ut semper successor re-
gni fuerit demortui filius. Porro Augustinus libros De ciuitate Dei
scripsit principatu Honorij & Theodosij iunioris circiter annum ab
Urbe condita MCLXX.

An regna terreni inter profectus suos atque defectors deorum vel
diuuentur vel deserantur auxilio. CAP. VII.

SI nullo deorum adiutorio tam magnum hoc re-
gnum & prolixum fuit; quare diis Romanis tribui-
tur Romanum regnum, locis amplum temporibusq̄;

diuturnum? Quæcunq; enim causa est illa, eadem etiã est ista. Si autem & illud deorũ adiutorio tribuendũ esse contendunt, quæro quorum? Non enim aliæ gētes, quas Ninus domuit & subegit, alios tunc colebant deos. Aut si proprios habuerunt Assyrij, quasi peritiores fabros imperij cõstruendi atque seruandi, nunquid nam mortui sunt, quando & ipsi imperium perdiderunt? Aut mercede non sibi reddita, vel alia promissa maiore,^a ad Medos transire maluerunt, atque^b inde rursus ad Persas Cyro inuitante & aliquid commodius pollicente? ^c Quæ gens non angustiis Orientis finibus post Alexandri Macedonis regnum magnum locis, sed breuissimum tempore, in suo regno adhuc vsq; perdurat. Hoc si ita est, aut infideles dij sunt qui suos deserunt, & ad hostes transeunt. Quod nec homo fecit Camillus, quando victor & expugnator aduersissimæ ciuitatis, Romam cui vicerat sensit ingratam, quam tamen postea oblitus iniuriæ, memor patriæ à Gallis iterum liberauit. Aut non ita fortes sunt, vt deos esse fortes decet, qui possunt humanis vel consiliis vel viribus vinci. Aut si cùm inter se belligerant, non dij ab hominibus, sed dij ab aliis diis forte vincuntur, qui sunt quarũque proprii ciuitatum. Habent ergo & ipsi inter se inimicitias, quas pro sua quisque parte suscipiunt. Non itaque deos suos debuit colere ciuitas magis quàm alios à quibus adiuuarentur sui. Postremò quoquo modo se habeat deorũ iste vel transitus, vel fuga, vel migratio, vel in pugna defectio, nondum illis temporibus atque illis terrarũ partibus Christi nomen fuerat prædicatum, quando illa regna per ingentes bellicas clades amissa atq; trãslata sunt.^d Nã si post mille ducentos & quadraginta annos, quando regnum Assyriis ablatum est, iam ibi Christiana religio aliud regnum prædicaret æternum, & deorũ falsorum cultus sacrilegos inhiberet: quid aliud gentis illius vani homines dicerent, nisi regnum quod tam diu conseruatum est; nulla alia causa nisi suis religionibus desertis, & illa recepta perire potuisse? In qua voce vanitatis quæ poterat esse, & isti attendant speculum suum, & similia conqueri, si vllus in eis pudor est, erubescant.^e Quanquam Romanum imperium afflictum est potius, quàm mutatum, quod & aliis ante Christi nomen temporibus ei contigit, & ab illa afflictione recreatum, quod nec istis temporibus desperandum est. Quis enim de hac renouit voluntatem Dei?

L. VIVES.

a **A**D Medos transire. } Per Arbacem prefectum Medie, qui Sardanapalum vicit, indignatus quod effeminato homini tam multa milia virorum parcerent. Iustinus, Orosius, Plutarchus, Eusebius, Diod. Siculus, & alij.

b Atque inde rursus ad Persas. } Regnatum est à Medis in Asia ab Arbace ad Cyrum Cambysis filium annos ccl. Astiages ultimus rex fuit, ex cuius filia Mandane, quæ Cambysi nupsit, Cyrus est natus, quem avus somnio ad nonitus exponi iussit, infans fato est servatus. Cūque adolevisset, ingressus Persepolim expedire populum secures iussit proximamque sylvam cadere: postridie instructissimo convivio multitudinem exceptam rogavit, num vitam eius dii prudiane non preferrent? cūque omnes præferre se clamassent, quando ergo, inquit, Medus parebitis, vita erit ut hesternæ si vos imperetis, ut hodiernæ: Ita coactio ingenti exercitu, cui opes fregit, imperiūque ad Persas transtulit

c Quæ gens non angustis. } Regnum Persarum à Cyro ad Alexandrum Philippi filium per cccxxx. annos stetit. Alexander imperavit tota Asia sex annos, successores eius Macedoni gente usque Seleucum & Antiochum fratres id est ab Olympiade cxiij. ad Olymp. cxxxij. quo tempore Arsaces ignobili gente vir sed in piger & acer, discordia fratrum regum freius regnum vi sibi suisque asservit. Unde Parthorum regnum exortum, quod mansit usque ad Alexandrum Severum Cæsarem: quo imperante Rex Persarum Parthis ademit, & Persico nomine restituit. idque regnum etiam aetate Augustini durabat: de quo Herodotus in Alexandro Antonino.

d Nam si post mille ducentos & quadraginta. } Si sic legamus sequitur Augustinus Eusebium: sed in veteribus libris scribitur, non, quadraginta. sed, quod excurrit, ut in varietate illa computantium sententiam suam August. non interponat, solum plures quam mille & cc. annos esse significet, incertum quot. pauciores certe centum.

e Quanquam Rom. Imperium. } Manet adhuc nomen illius imperij cum exiguis quidem viribus, sed prima dignitate.

Quorum deorum præsidio, putent Romani imperium suum auctum atque servatum, cū singulis vix singulatum rerum vitioſionem committendam esse crediderunt. CAP. VIII.



Einde queramus, si placet, ex tanta deorum turba quam Ro. colebāt, quem porissimū vel quos deos credāt illud imperiū dilataſſe atq; servaſſe. Neq; enim in hoc tam præclaro opere & tantę plenit-

mo dignitatis, ^aaudent aliquas partes, sub nomine deorum, vel dearū deæ Cloacinæ tribuere, aut ^bVolupiæ, quæ à voluptate appellata est: ^caut Libentinq, cui nomē à libidine, aut ^dVaticano, qui infantū vagitibus præsidet: ^eaut Cuninq, quæ cunas eorū administrat. Quando autē possint vno loco libri huius cōmemorari omnia nomina deorū, aut dearū, quæ illi grādibus voluminibus vix cōprehēdere potuerunt, singulis rebus propria dispertientes officia numinum? Nec agrorum munus vni alicui deo cōmittendum arbitrati sunt, sed rura, deæ Rusinæ: iuga montium, deo iugatino: collibus, deam Collatinam: vallibus, Valloniam præfecerunt. Nec saltem potuerunt ^fvnam Segetiam talem inuenire cui semel segetes cōmendarēt: sed fata frumenta quandiu sub terra essent, præpositam voluerūt habere deam Seiam: cū verò iam super terram essent, & segetem facerent, deam Segetiam: frumentis verò collectis atque reconditis vt tutò seruantur, ^gdeam Tutilinam præposuerunt: cui non sufficere videretur illa Segetia, quandiu seges ab initiis herbidis vsque ad aristas aridas perueniret. Non tamen satis fuit hominibus deorum multitudinem amantibus, vt anima misera dæmoniorū turbæ prostitueretur, vnus Dei veri castum dedignata complexum. ^hPræfecerunt ergo Proserpinam frumentis germinantibus: ⁱgeniculis nodisque culmorum, deum Nodotum: inuolumentis folliculorum, deā Volutinam: cū folliculi patefcunt, vt spica exeat, deam Patelenam: cū segetes nouis aristis æquantur, ^kquia veteres æquare hostire dixerunt, deam Hostilinam: florentibus frumētis, ^ldeam Floram: ^mlactescētibus, deam Lacturtiam: maturescētibus, ⁿdeam Maturam: cū runcantur, id est, à terra auferuntur, ^odeam Runcinam. Nec omnia cōmemoro, quia me piget quod illos non pudet. Hæc autem paucissima ideo dixi. vt intelligeretur nullo modo eos dicere audere, ista nomina imperium cōstituisse, auxisse, conseruasse Romanum, quæ ita suis quæquæ adhibebantur officijs, vt nihil vniversum vni alicui crederetur. Quando ergo Segetia curaret imperium, cur curam gerere simul & segetibus & arboribus nō licebat? Quando de armis Cunina cogitaret, cuius præpositura paruulorum cunas non permittebatur excedere? Quando Nodotus adiuuaret in bello, qui nec ad folliculum spicæ, sed tantum ad nodum geniculi pertinebat? ^pVnusquisque domui suæ ponit ostiariū, & quia homo est, omnino sufficit.

Tres deos isti posuerunt, Forculum foribus, ⁹ Cardeam cardini, Limentinum limini. Ita non poterat Forculus simul fores & cardinem limenque seruare.

L. V I V E S.

- a **A** Vdent aliquas partes sub nomine. } *Vetera volumina habent: Aliquas partes dea Cluacina tribuere: alibi, Audent aliquas partes numina deorum ac deorum Lauacina tribuere: s. d. legendum est Cloacina, cuius simulachrum inuentum est à Tito Tatius, qui cum Romulo regnavit, in magna quadam cluaca Romana: cumque ignoraretur cuius esset effigies, ex loco illi nomen impositum est, & Cloacina est dicta: autor Lactantius. Cyprianus Cluacinam vocat, sed puto mendum esse. Est & Venus Cluacina, quasi pugnatrix. Est enim cluere pugnare, cuius simulachrum Rom. eo loco, quo pax facta est inter Sabinos & Romanos, cum propter raptus pugnarent. Plin. lib. 15.* Cloacina
Venus Cluacina
- b **V**olupiae. } *Huius sacellum erat ad Naualia prope portam Romanulam, ut scribit Varro lib. De lingua Lat. 3. Macrobius in Saturnal. xij. Calend. Ianuarias feriae sunt diuae Angeroniae, cui pontifices in sacello Volupiae factum faciunt: quam Ferrus Fluccus Angeroniam dicit ait, quod angores ac animorum sulciudines propiciata depellat. Masurius adiecit simulachrum eius dea ore obligato atque signato in ara Volupiae propterea collocatum, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perueniant patientiae beneficio ad maximam voluptatem.* Volupia
Angeronia
- c **A**ut Libentinae. } *Varro lib. 3. De ling. Lat. à libendo libido, libidinosus, ac Venus Libentina, & Libitina. Libithuna longè aliud est quàm Libentina.* Libentina
- d **V**agitano. } *Vaticanum scribendum. Sic appellat hunc Gell. lib. 16. Vaticanus ex Varro: Sicut, inquit, penes quem dum sunt humanae vocis initia, quoniam pueri cum primum pariti sunt eam primam vocem edunt, quae est prima syllaba in nomine Vaticanani, unde etiam vagire nascitur, & in antiqui codicibus hoc loco non Vagitano, sed Vaticano habetur.*
- e **A**ut Cuninae. } *Hac infantes in cunis tuetur, & fascinum submo-uet. Lactantius lib. 1.* Cunina
- f **V**nam segetiam. } *At Segestam Plin. lib. 18. Hos enim tunc deos maxime nouerant, Seiamque à serendo, Segestam à segetibus appellabant, quarum simulachra in circo videmus.*
- g **D**eam Tutilinam. } *Tutanius & Tutilina dÿ, qui rebus tuendis praesunt. Nonius Marcellus: Hunc Varro in periculosis & subitis rebus inuocari morem esse dicit, ut Herculem malorum depulsores, quem vocabant à λήξινον. Tutillinam inauspicato nominari nefas erat.* Tutanius
Tutilina

h Prefecerunt ergo Proserpinam. } *Hæc fuit filia Cereris & Iouis, quam Pluto patrum rapuit. Cic. lib. 2. De nat. æorum: Proserpina ea est, quæ Persephone Græcè nominatur, quam frugum semen esse, ab-*

Proserpina sceditamque queri à matre volunt. Varro Proserpinam esse lunam perhibet ex sententia Ennii & Epicharmi.

i Geniculis nodisque. } *Plin. lib. 18 frumenti quedam in genu tertio spicam incipiunt concipere, quedam in quarto, sed etiamnum octulam. genicula autem sunt tritico quaterna, farrisena hordeo cetna, sed non ante suprædictum geniculorum numerum conceptus est spica. Varro lib. 1. rerum rusticarum: Spica in uolucrum priusquam prod. at. uaginam nominat. In ipsa spica est granum: est & gluma grani folliculus: est arista uelut acus quedam tactu aspera erecta, quæ prius quam in spica ariditate dirigitur, spica uocatur mitica.*

Hostire

k Quia veteres equare hostire. } *Est hostire, ut ait Nonius, comprimere. & recedere: hinc hostis: est & ferire, autore Festo: est quoque æquum reddere, tum compensare, & æquum beneficium rependere: unde redostire & hostimentum. Plantus, Quin promitto, inquam, hostire contra, ut merueris. i. æqua reddere, ut exponit Marcellus. Idem Plantus in Asinaria, Par pari hostimentum datum est opera pro pecunia.*

Flora

l Deam Floram. } *Hanc existimant quidam fuisse Accam Laurentinam meretricem, alij Melibæam Niobes filiam quæ cum Apollinis & Dianæ metu colorem mutasset. Chloris est dicta. Hinc à Romanis Flora, quam cum Amycla sorore ex omnibus liberis Niobes Latona propitiata iam seruarit, eamque ex Neleo Neptuni filio genuisse Nestora, qui bello Troiano interfuerit: Homerus canit in 11. Odysseæ, qui & hanc quoque cum cæteris fratribus interiisse perhibet. Ouidius huic deæ, quod præsit floribus Zephyrum uentum dat maritum.*

Lacturcia

m Lactescentibus, deam Lacturciam. } *Alij Lacticiniam legunt. Seruius primo Georgicôn, Lactantem deum esse ait, qui lac infundit segetibus. & eas facit lactescere.*

Matuta

n Deam Maturam. } *Alij libri Matutam, quæ fuit Cadmi filia, Attyamantis uxor, quæ postquam se de saxo in mare dedit præcipitem, mutato nomine ex Ino facta est Ἄδωνόδεα, id est, Alba dea, Latinis Matuta mater, quæ eandem auroram esse perhibent, unde matutinum tempus: filium habuit Melcertam deum marinum, qui etiam mutato nomine Palemon nuncupatus est. Cic. Ouid. Lactant. Seruius, & alij: templum eius fuit in octaua urbis regione.*

Runcare

o Deam Runcinam. } *Meminit huius Varro in libr. De ling. Lat. Runcare est euellere, hinc auerruncare, & auerruncassere apud ueteres. i. a ferre, amoliri, & Auerrunculus deus, qui mala aliò auerteret.*

p Vnusquisque. } Legendū Vñ quisq; domi suæ ponit ostiarium: & q̄a homo est, omnino sufficit, quasi homo vn⁹ sufficiat, nō sufficiāt tres dij.
 q Cardeam. } Carnam potius: hæc olim Crane est dicta, quæ com- Crane
 pressa est ab Iano, eiq; ius cardium dedit deus. Præest vitalit̄us huma- dea
 nis, ferie sunt Calendis Iunys. Ouid. s. Fast. Iunius Brutus pulso Tar-
 quinio rege huic deæ sacrum fecit, Calend. Iunij in Calio monte, pulte
 fabatia, & lārīdo. Macrobius primo Saturnalium.

An imperij Romani amplitudo & diuturnitas Ioni fuerit ascriben-
 da, quæ summi deum cultores ipsius opinantur.

C A P. I X.



Missa igitur turba ista minorum deorum, vel ali-
 quantum intermissa, officium maiorum deorum de-
 bemus inquirere, quo Roma tam magna est facta, vt
 tam diu tot gentibus imperaret. Nimirū ergo Iouis hoc opus
 est. Ipsum enim deorū omnium dearūq; regem esse volunt:
 hoc eius indicat sceptrum, hoc^a in alto colle Capitolium. De
 isto deo quanuis à poeta dictum conuenientissimè prædicant:
^bIouis omnia plena. ^cHunc Varro credit etiam ab his coli, qui
 vnum Deum solum sine simulachro colunt, sed alio nomine
 nūcupari. Quod si ita est, cur tam malè tractatus est Romæ,
 sicut quidam & in cæteris gentibus, vt ei fieret simulachrum?
 quod ipsi etiam Varroni ita displicet, vt cum tantæ ciuitatis
 peruersa consuetudine premeretur, nequaquam tamen dice-
 re & scribere dubitaret, quòd hi qui populis instituerunt simu-
 lachra, & metum dempserunt, & errorem addiderunt.

L. V I V E S.

a IN alto colle. } Tarpeio.

b Iouis omnia plena. } Vergil. in Palemone ex Arato: Μῆτι δὲ
 διοὶ πάσαι ψῆς ἀγυῖαι Πᾶσαι δὲ αἰθρῶν ἀρχαὶ μῆτι δὲ θαλάσσα, καὶ
 λιχθῆς. Lucanus simile in viij.

Estq; dei sedes, ubi terra, & pontus, & aër, //

Et cælum, & virtus: superos quid querimus ultra? //

Iuppiter est quodcunque vides, quodcunque moueris. //

c Hunc Varro. } Greci Iouem Ζῆα, & δία nominarunt, utrun-
 que à viuendo, quòd vitam cunctis præberet, animas inspiraret. Sicut et-
 iam Orpheus interpretatur in Cratere. Plato in Cratylō utrunque no-
 men coniungit δία ἔϋ Ζῆα, quasi δὶ αὐτῶν Ζῆα: quòd per ipsum sit viuere.
 Ro. à iuuando Iouem. Pluta: docet priscos philosophos Iouem appellasse,
 mentem rerum omnium creatricem & vitam: ideo hic cultus est tanquam
 deus à sapientibus viris qui nullum mortalem pro deo habebāt, sed prim-

cipem naturæ, immortalẽ, omnipotentem, variisque nominibus insignitus, alio apud Græcos, alio Persas, alio apud Phœnices, alio apud Ægyptios. Laëtantius Saturni filium Cretæ regem propterea Quæ dictum arbitrat, quòd primus ex liberis Saturni maribus vixerit.

Quæ opinioniones secuti sunt qui diuersos deos diuersis mundi partibus præferunt. CAP. X.



VR illi etiam Iuno vxor adiungitur, quæ dicitur foror & coniunx? ^a Quia Iouem, inquit, in æthere accipimus, in aëre Iunonem. Et hæc duo elementa coniuncta sunt, alterum superius, alterum inferius. Non est ergo ille de quo dictum est, Iouis omnia plena: si aliquam partem implet & Iuno. An vterque vtrunque implet, & ambo isti coniuges, & in duobus istis elementis, & in singulis simul sunt? Cur ergo æther datur Ioui, aër Iunoni? Postremò si ipsi duo satis essent, ^b quid est quòd mare Neptuno tribuitur, terra Plutoni? Et ne ipsi quoque sine coniugibus remanerent, additur ^c Neptuno Salacia, ^d Plutoni Proserpina. Nam sicut inferiorem cæli partem, id est aërem, inquit, Iuno tenet: ita inferiorem maris Salacia, & terræ inferiorem Proserpina. Quærunto quemadmodum sarciant fabulas, nec inueniunt. Si enim hæc ita essent, tria potius elementa mundi esse, ^e non quatuor eorū veteres proderent, vt singula deorum coniugia singulis diuiderentur elemētis. Nunc verò omnimodo affirmauerūt aliud esse ætherè, aliud aërè, aliud terrā. Aqua verò ue superior siue inferior, vtique aqua est, puto quia dissimilis, nunquid intantum vt aqua non sit? Et inferior terra quid aliud potest esse quàm terra, quantalibet diuersitate distincta? deinde ecce iam totus in his quatuor vel tribus elementis corporeis completus est mundus, ^f Minerua vbi erit? Quid tenebit? Quid implebit? ^g Simul enim cū his in Capitolio cōstituta est, cū ista filia non sit amborum. Aut si ætheris partem superiorem Mineruam tenere dicunt, & hac occasione fingere poetas, quòd de Iouis capite nata sit, cur nõ ergo ipsa potius deorū regina deputatur, quòd sit Ioue superior? An quia indignum erat præponere patri filiam? Cur nõ de Ioue ipso erga Saturnum iustitia ista seruata est? an quia victus est? Ergo pugnarunt? Absit, inquit, Fabularum est ista garrulitas. Ecce fabulis non credatur, & de diis sentiantur meliora. Cur ergo non data est patri Iouis: etsi nõ sublimior, æqualis certè sedes honoris? ^h Quia Saturnus, inquit, temporis longitudo est.

Tempus

Tempus igitur colunt, qui Sātūrnū colunt, & rex deorū Iupiter infinnatur natus ex tempore. Quid enim indignum dicitur, cūm Iupiter & Iuno nati dicuntur ex tempore, si cælum est ille, & illa terra, cūm facta sint utique cælū & terra? ^k Nam hoc quoque in libris suis habet eorum docti atque sapientes. Neque de figmentis poeticis, sed de philosophorum libris à Vergilio dictum est:

Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther

Coniugis in gremium læta descendit,

Id est, in gremiū telluris aut terræ: quia etiā hīc aliquas differentias volūt esse, ^latq; in ipsa terra aliud terram, aliud tellurem, aliud tellumonē purāt. Et omnes hos deos habent suis nominibus appellatos, suis officiis distinctos, suis aris sacrifq; veneratos. ^mEandem terram etiā matrem deorū vocant: ut iam Pœtæ tolerabiliora cōfingāt, si secundū istorum nō poeticos, sed sacrorū libros, nō solū Iuno soror & coniunx, ⁿsed etiam mater est Iouis. ^oEandem terrā Cererem, eandē etiam Vestā colūt, ^pcūm tamen sæpius Vestā non nisi ignē esse perhibeant pertinentē ad focos sine quibus ciuitas eile nō potest: & ideo illi virgines solere seruire, quōd sicut ex virgine, ita nihil ex igne nascatur. Quam totā aboleri vanitatē, & extingui utiq; ab illo oportuit, qui est natus ex virgine. Quis enim ferat quōd cūm tantum honoris & quasi castitatis igni tribuerint, aliquādo Vestā non erubescunt ^qetiam Venerē dicere, ut vanescat in ancillis eius honorata virginitas? Si enim Vesta Venus esset, ^rquomodo ei ritē virgines à Veneris operibus abstinendo seruirent? ^sAn Veneres duæ sunt, vnavirgo, altera mulier? An potius tres, vna virginum, quæ etiam Vesta est, alia coniugatarum, alia meretricum? ^tCui etiam Phœnices donam dabant de prostitutione filiarum, antequam iungerent eas viris. Quæ illarū matrona est Vulcani? Non utiq; virgo, quoniam habet maritum. Absit autem ut meretrix, ^une filio Iunonis, & ^xcooperario Mineræ facere iniuriā videamur. Ergo hæc ad conjugatas intelligitur pertinere. sed eam nolumus imitetur in eo, quod facit illa cum Marte. Rursus, inquit, ad fabulas redis. Quæ ista iustitia est, nobis succensere quōd talia dicimus de diis eorū, & sibi non succēdere, qui hæc in theatris libētissimè spectāt crimina deorū suorū? & quod esset incredibile, nisi cōtestatissimè probaretur, hæc ipsa theatrica crimina deorum suorū in honorem instituta esse eorundem deorum,

a **Q**uia Iouem, inquit. } Cicero secundo de nat. Deorum, Cælum ex dictis Enny, & Euripidis, tam augurum autoritate, consensuque generis humani Iouem esse tradit. Aërem autem, sicut Stoici disputant, inter cælum & mare interiectum Iunonem, quæ est soror & coniunx Iouis, quod & similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Effæminarunt autem eum Iunonique trituerunt, quod nihil est eo uolius. Hac Cicero

Saturni fili- b **Q**uid est quod mare Neptuno. } Tres filij Saturni, Iupiter, lius Neptunus, & Pluto, ita sibi sunt mundum partiti, ut Ioni cælum cederet, Neptuno Maria, Plutoni terra. Iuno nupsit Ioui, & aeri est præfecta. Commento huic veritas huiusmodi præbuit occasionem, quod in diuisione paterni regni imperium Orientis Ioui cesserit, quod caeleste videtur, in quo & Olympus mons, qui similitudine nominis fabulam confirmauit. Imperium maritimum, & classis Neptunus accepit: partem quæ ad Occidentem solem vergeret. Di sine Pluto, unde in inferis dominari est dictus. Nam & Saturnum ad inferos relegatum fabulantur, quod ex Oriente in Italiam fugerit, quæ est Occidentalis in orbe terra.

Salacia c **N**eptuno Salacia. } Salaciam à salo dictam vult Varro. Festus scribit à veteribus aquam dictam salaciam quam putarent salum creare hoc est mare. pro aqua ipsa ponitur à poetis. Pacuuus: Hinc seuitiã salacie fugimus. Neptunum Diodorus Siculus perhibet nauigandi arte inuenta classem instituisse, eique præfectum à Ioue, ideo pro deo maris habitum cultumque à posteris.

Proserpina d **P**lutoni Proserpina. } Hanc Cereris & Iouis filiam Pluto in Sicilia rapuit, quam mater deus quesitam tandem apud inferos esse comperit, impetrauitque à Ioue ut Proserpina medium annum esset cum marito, medium secum apud superos. Epicarmus Enny à proserpendo nominatam esse dicit, quod modo ad dextram, modo ad sinistram serpat, esseque lunam eandem & terram. Varro. Raptus Proserpinæ pleni sunt & Græcorum & Latinorum libri.

e **N**on quatuor. } Veteres philosophi quatuor esse elementa dixerunt, ignem supremum, hinc aer, iterum aquam, postremò terram.

f **A**liud esse ætherem. } Cælum ipsū & superiorem aeris partē dixerunt æthera, inferiorem aerem, tametsi hunc quoque æthera sicut apud poetas.

Minerua g **M**inerua ubi erit. } Euhemerus in sacra historia Mineruam scribit filiam fuisse Iouis & Themidos. Cicero 3. De nat. deorum Mineruas quinque facit. sed poetico more omnes istæ confunduntur. Et una dicitur Minerva, quam è cerebro Iouis natam volunt præsidem totius sapientiæ

sapientia. Nam ideo & nata est è cerebro summi dei, & virgo est. Et residere putatur in altissimo celi loco. Martianus lib. Nuptiarum 6.

Virgo armata decens rerum sapientia Pallas,

Aetherius fomes, mens & solertia fati,

Ingenium mundi, prudentia sacra tonantis

Ardor doctificus, nostraque industria sortis.

Quæ facis aëburium sapientis præuia curæ

Ac rationis apex, diuinumque hominumque sacer ius.

Ultra terga means rapi i ac spl. n. lentu Olympi

Celsior una Ioue flammantis circulus aethra.

h Simul enim cum his in Capitolio. } *Cicero ad iquites de exilio: Capitoliu*

Nunc ego te Iupiter opt. max. cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teque particeps connubij socia regni regina Iuno, teque Tritonia armipotens Gorgona, Pallas, Minerva, caterique dij deaque immortales, qui excellenti tumultu ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constituta n. Dionysius tradit Priscum Ta quinium bello Sabino uouisse templum Ioui, Iunoni, & Minervæ, ex aqua sseque Tarpeium collem in modum aræ ad id exigendum, sed nec fundamenta eum icisse ereptum subita nece. Receptum est opus, ac prope absolutum à Tarquinio Superbo: & ab humano capite in fundamentis reperto dictum est Capitolium. Erat uerò iam ante conditum Capitolium in cliuo Florali sacellum Ioui, Iunoni & Minervæ sacrum.

i Quia Saturnus, inquit, temporis longitudo est. } *Saturnum Saturnus*

Hesiodus, Euhemerus, & Diodorus celi & terræ filium fuisse narrant, hominem impientissimum, sed relatam ei gratiã à filio Iouis. Nam pulsus est ab eo, ut ipse patrem expulerat, & uerum effecit mimum: Ab altero expectes, alteri quod feceris: hinc deus temporis est fictus, ideo dictus xpoiv & quasi xepvos. Cic de nat. deorum: Saturnu autem esse uoluerunt, xpoiv qui cursum & conuersionem spatiorum ac temporum contineret. qui deus Græcè id ipsum nomèn habet. xpoiv enim dicitur, qui est idem spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quòd saturaretur annis: ex se enim natos comedisse fingitur, quia consumit etas temporu spatia, annisq. præteritis insaturabiliter expletur. Vincit us autè à Iou ene immoderatos cursus haberet, atque ut eum syderum uirculis alligaret.

k Nam hoc quoque. } *Uidelicet quòd Iuno sit terra. Hoc Varro libro 3. de lingua Latina, ubi Iunonem terram & tellurem esse dicit. Plutarchus quoque sicut est in Preparatione Euangelica Eusebii Iunonem terram, & nuptialem uiri ac fæmina coniunctionem interpretatur, Seruius Iouem ait, pro et here & pro aere poni, Iunonem pro terra & aqua.*

Terra
Tellus

l Atque in ipsa terra aliud terram. } Terra est ipsum elementum. Tellus diminutiuum esse putant à terra: capiq. pro dea que terra preest. ideo ades Telluris semper dicitur, non terra, tametsi tellus quoque pro terra capitur praesertim à poetis. Tellus etiam dicta est Proserpina, & Tellumo Pluto, sicut etiam Altor & Runfor, cui terrena omnis vis atque natura dedicata est, quemadmodum placet Ciceroni. ideo nonnulli Cereris filium Plutonem faciunt, sicut Diodorus refert libro 6. Eusebius in Preparatione Evangelica terra partem uberem fraccmq. dicit à Porphyrio in mystica theologia Cererem vocari: lapidosam verò, montosam, & parum frtilem Rheam, siue Opem: & alia de virtutum semine terreque permulta Eusebius eodem lib. 3.

Ceres un-
de dicta

m Eandem terram etiam. } Nempe Rheam.

n Sed etiã mater. } Nã & Iuno est soror & coniunx, & Ops mater. o Eandẽ terram Cererem. } Varro & Tullius ex Chrysippo Stoico Cererem terrã esse docent à gerendo, quòd fruges gerat: nisi quis malit ab antiquo verbo Cereo, quod est creo Varroni. Est enim terrã omni parens. Plato in Cratylo, διδῶσα αἰς μήτηρ δ' ἡμήτηρ κεκλήθηται. Filia fuit Saturni & Opis, soror Vesta & Iunonis. Has omnes feminas, & sorores, & matrẽ terrã fuisse volunt. Sic etiã Vestam Ouid 6. Fastorum:

Vesta eadem est, & terra subest. subit ignis utrique,

Significat sedem terra focusque suam.

Et post:

Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur.

Hæc ex Orpheo, qui ait, ἡ μήτηρ πάντων, δ' ἡ μήτηρ πλετοδοτειæ. Quod congruit cum etymo Platonis, qui & ἑστία, que est Vesta, quasi ἑστίας interpretatur.

p Cùm tamẽ sæpius Vestã nõ nisi ignem. } Cic. De nat. deorum. Nam Vesta nomen à Græcis: ea est enim que ab illis Hostia dicitur. Vis autem eius ad aras & focos pertinet: & in 2. De leg. Vestam quasi focum urbis, ut Græco nomine est appellata, quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus. Ouid 6. Fastorum:

Nec tu aliud Vesta, quàm viuam intellige flammam,

Natãque de flamma corpora nulla vides.

Cùmque sit ignis, & dicatur virgo, ex utraq. causa virgines sunt eius ministerio dhibita, & omnis virginitas sacra erat illi. Primum quoniam virginum virgines conuenientissimè cõgruerent: deinde quòd ignis nihil ex se gignat, ut neq. virgines seruandiq. ignẽ perpetuũ caelesti similem mos est ab Aegyptiis natus, si ut Diodorus scribit, qui ad alias manauit gentes, Græcas & Barbaras, ut Athenis & Delphis Plutarcho & Straboni. In Prytaneo enim Athenis ignis seruabatur sumpternus: ex Illo in Latium sunt translata sacra Vesta, hinc Romam per Romulum:

lum: idcirco Iliaca *V* estæ toties ab scriptoribus nominatur. Vergilius:

Sic ait, & manibus vittas, *V* estamque potentem,
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Et fuerunt quidem *V* estæ totidem tunc, quot curiæ. sicut Dionysius sentit: sed templum *V* estæ publicæ Numa rex construxit anno ab Urbe condita *X* *L*. ut Ovidius computat.

q. Etiam *V*enerè dicere. } Istud ex physica ratione. Physici namque sicut Macrobius testatur, terra superius hemisphærium quod nos incolimus, *V*enerem dixerunt, inferius verò Proserpinam: atque & hanc nostram terram *V*estam nominant. Platinus terra virtutem animamque quæ est ex *V*enere, *V*estam appellat. Accedit hoc quod cum *V*estæ sit mundi ignis & fomentum à *V*enere, nihil videtur abesse à flammagrata & prolifica universi: ideo & colitur *V*estæ publicè & priuatim, non tanquam sterilis, sed *V*eneræ & auctifica: ut per eam tum domus, tum etiã civitates populique novis subinde sæturis aeternam concelebrentur.

r. Quomodo ei ritè virgines. } Grandis pœna, si qua *V*estalis parum castè pudicitiam habuisset, sed post annos triginta exire licebat, & nubere.

s. An *V*eneres duæ sunt? } Plato in Coniugio geminam ponit *V*enerè. *V*eneres

Celestem, quæ optimos sanctissimisque extraheret amores: alterã inferiorem popularè qua in libidine impellimur: illam sine matre antiquam celi filiã hæc Ionus & Diones multò iuniorè & πῶν νεω, quasi vulgarem, & *V*enerè sanctam veteres omnis castitatis existimaverunt suadentè, impu-
tricemq. Hinc apud Romanos cum mulieres multæ in flagitium libidinis irruerent penè farentes, ex lib. is Sibyllinis simulachrum *V*eneris *V*enus

*V*erticordie est consecratum, quò facilius virginum mulierumq. corda à *V*erticor-
libidine ad pudicitiam verterentur. Valer. lib. 8. & Ovid. 4. Fastorum. dia

t. Cui etiã Phœnices. } Hoc de Cypriis narrat Iustin. lib. 22. Mos, Cyprii vir-
inquit, erat Cyprii virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecu-
niam quæsituras in quæstum ad litus maris mittere, pro reliqua pudici-
citiæ libamenta *V*eneri soluturas: credo quòd ex instituto *V*eneris, quæ
ut Lactantius ex sacra historia refert, autor meretriciæ vitæ fuit docuit-
que Cyprias fœminas quæstus vulgato corpore facere: Armenis similem
ferè morè fuisse narrat Strabo. Idem scribit Herodot. de Lydis, qui Bæ-
bylonicos plebeios refert cum rei familiaris angustia premuntur, soli-
tos quæstus gratia filias suas populo prostituere. Phœnices multum co-
luisse *V*enerè traduntur propter Adonè, qui ibi est natus, sacrãq. *V*ene-
ris cum luctu celebrasse, ubi ipsa dea lugens inducitur, ut refert Macro-
bius. Simulachrumq. eius in monte Libano fingitur capite obnupto spe-
cie tristi, faciè manu læva intra amiculum sustinens. Lachrymæ visione

conspicientium manare creduntur: apud Eusebium quoque in Euangel. prepar. ad hunc modum legitur. Quod verò maligni ad ista dæmones humanum genus intruserunt, quantum per seipsum pateat, tamen inde quoque apertius videbitur, si adulteria & fornicationes gētilium, quæ usque ad hunc diē in Heliopoli Phœnic: multisque aliis in locis peraguntur, in mentem tibi veniant: quasi enim primitias quasdam diis debitas turpissimas huiusmodi operationes in templis offerunt. Hæc de Latino Eusebio, & exemplari mendosissimo nequis mihi fraudi oportere esse putet, si quando minus recte Eusebii sententiam explicuero. Prostituti nondi feminas vulgò etiam sunt inos Augilarum in Africa, nocte qua nubere. Herodotus, Solinus, A.ela. Sica in eadem terra templo Veneris maiora dotem querebant vulgato corpore. Valerius Iocrenses Iustinius scribit bello pressos vouisse iuas se filias festo Veneris prostitutos, si victores forent.

Mars

v Ne filio Iunonis. } An Marti, qui cum Venere concubuit, unde natus est Harmonias. Mars verò Iunonis fuit filius, incerto patre, sine patre fingunt eum natum. Quod possit de Marte intelligi, illud facit quod addit cooperatio Mineruæ: uterque enim deus est belli: sed potius de Vulcano intellexerim Iouis & Iunonis filio: tametsi Iunonis solius filius dici soleat, ideo ἀπατρὸς nominatus: ut apud Theocritum, qui artem fabrilem in Lemno instituit, cuius uxor fuit Venus, quæ cum Marte rem habuit. Esset ergo Vulcani nempe mariti iniuria, si uxor diceretur meretrix. Curruca enim non paruum est vitium.

Vulcanus

c Cooperatio Mineruæ. } Vulcanus enim & Minerva curant fulmen Iouis, ideo & interdum id iaculantur.

Minerva

Vergilius de Minerua.


Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem.

Quo loco Seruius grammaticus ait tria solum esse numina possidentia fulminum iactus, Iouem, Vulcanum, & Minervam: tametsi aliter Plinius libro secundo, de disciplina Ethrusca & Romana. Curat verò Minerva ægidem Iouis: quod si quis altius vult philosophari, Iouis an ictum inueniet, & sapientia Mineruæ, & igne follibusque Vulcani fabrefactum: tegmen namque capitis Iouis cum igneum sit, tamen præsul operis Pallas ipsa tenuit. Martianus in Nuptiis. An cooperatio dicitur Mineruæ, quòd ex ea genuerit Apollinem illum, in cuius tutela historici antiqui Athenas esse voluerunt Cic. 3. De nat. Deorum. Verùm illud simplicius, & ad sensum Augustini, ut puto, accommodatius, Vulcanum idcirco dici cooperarium Mineruæ, quòd hæc sit dea artium, etiam earum in quibus usus est manuum, quas Græci χεῖρες vocant. Ille verò deus instrumentorum, sine quibus hæc ar-

tes non exercentur. Plutarchus de utilitate inimici. Ignis artium omnium instrumentum est, si quis norit uti. Adde quod Vulcanus quoque ipse artibus præesse existimatus est. Eusebius enim inquit, ex artibus alias Mineruæ, ut bellicas, alias Vulcano, ut omnes quæ per ignem fiunt, assignari solitas, Theodoritus in Græcis affectionibus Vulcanum à Græcis pro artibus usurpatum scribit, quod ignis ad nihil pleræque omnes ulantur. Phurnutus artes omnes in potestate esse Mineruæ & Vulcani dicit, quod illa sapientiæ est & acumen. Igne vero pleræque artes sua exercent opera. Ideo & Homerus de artifice ait, ὁ ἰσχυρὸς δίδου καὶ πάλαι ἐστὶν ἦν: & quem Vulcanus docuit, quem casta Minerva.

De multis diis, quos doctores paganorum vnum eundemque Iouem esse defendunt.

C A P. XI.

 Vot quot libet igitur physicis rationibus & disputationibus asserant: modò sit Iupiter^a corporei huius mundi animus, qui vniuersam istam molem ex quatuor, vel quot eis placet, elementis constructam atque compactam implet & mouet: modò inde suas partes forori & fratribus cedat: modò sit æther ut aërem Iunonem subterfusam desuper amplectatur: modò totum simul cum aëre sit ipse cælum, terrâ verò tanquam coniugē eandemque matrem:^b quia hoc in diuinis turpe non est, fœcundis imbribus & seminibus fœtet: modò autem ne sit necesse per cuncta discurrere, deus vnus de quo multi à poeta nobilissimo dictum putant:

^c Deum nanque ire per omnes

Terrâsque, tr. elûsque maris, cælumque profundum.

^d Ipse in æthere sit Iupiter, ipse in aëre Iuno, ipse in mari Neptunus: in inferioribus etiam maris ipse Salacia, in terra Pluto, in terra inferiore Proserpina, in focus domesticis Vesta, in fabricorū fornace Vulcanus, in syderibus sol, luna & stellæ: in diuinantibus Apollo,^f in merce Mercurius,^g in Iano^h initiator: in termino terminator, Saturnus in tēpore, Mars & ⁱ Bellona in bellis, Liber in vineis, Ceres in frumentis, ^k Diana in syluis, Minerva in ingeniis. Ipse sit postremò etiam illa turba quasi plebeiiorum deorum. Ipse præsit ^l nomine Liberi virorum seminibus, & nomine Liberæ fœminarum. Ipse sit ^m Diespiter, qui partum perducit ad diem. Ipse sit dea Mena, quam præfœcerunt menstruis fœminarum. ⁿ Ipse Lucina, quæ à parturientibus inuocetur. Ipse opem ferat nascentibus, excipiens eos sua terræ, & vocetur Opis. Ipse in vagitu os aperiat,

& vocetur deus^o Vagitanus. Ipse leuet de terra, & vocetur dea Leuana. Ipse cunas tueatur, & vocetur dea Cunina. Non sit alius, sed ipse in deabus illis, quæ fata nascētibus canūt, & vocantur^p Carmentes Præsit fortuitis, voceturque Fortuna.^q In diua Rumina mammam paruulo immulgeat, quia rumam dixerunt veteres in amnam. ^r In diua Potina potionem ministret. In diua^f Edulica escam præbeat. De pauore infantum Pauenia nuncupetur: de spe quæ venit^t Venilia: de voluptate Voluptia: de actu Agenoria: de stimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur, dea Stimulanominetur. Strenua dea fit, strenuum faciendo. Numeria quæ numerare doceat:^u Camœna, quæ canere.^x Ipse sit & deus Confus, præbendo consilia, & dea^y Sentia, sententias inspirando. ^z Ipse dea Iuventas, quæ^a post prætextam excipiat iuuenilis ætatis exordia. Ipse sit Fortuna barbata, ^b quæ adultos barba induit, quos honorare voluerit: vt hoc qualecunque numen saltem masculum deum, vel à barba barbatum, sicut à nodis Nodotum, vel certe non Fortunam, sed quia barbas habet. Fortunium nominarent. Ipse in Iugatino deo coniuges iungat, & cum virgini uxori zona soluitur, ipse inuocetur, & dea Virginensis vocetur. ^c Ipse sit Mutinus, qui est apud Græcos Priapus, si non puder. Hæc omnia quæ dixi, & quæcunq; non dixi, non enim omnia dicenda arbitratus sum, hi omnes dij deæque sit vnus Iupiter: siue sint, vt quidam volunt, omnia ista partes eius, siue virtutes eius, sicut eis videtur, quibus eum placet esse mundi animum, quæ sententia velut magnorum multorumque doctorum est. Hæc si ita sint, quod quale sit, nondum interim quaero, quid perderent, si vnum deum colerent prudentiore compendio? Quid enim eius contemneretur, cum ipse coleretur? Si autem metuendum fuit, ne prætermisæ siue neglectæ partes eius irascerentur: non ergo vt volunt, ^d velut vnus animantis hæc tota vita est, quæ omnes simul cōtinet deos, quasi suas virtutes, vel membra, vel partes: sed suā quæque pars habet vitam à cæteris separatam, si præter alteram irasci altera potest: & alia placari, alia concitari. Si autem dicitur omnes simul, id est, totū ipsum Iouem potuisse offendi, si partes eius non etiam singillatim minutatimque colerentur, stultè dicitur. Nulla quippe earum prætermitteretur, cum ipse vnus qui haberet omnia, coleretur. Nam vt alia omittam, quæ sint innumerabilia, cum dicunt omnia sydera partes Iouis esse, &

omnia viuere atque rationales animas habere, & ideo sine controuersia deos esse, non vident, quàm multos non colant, quàm multis ædes non construunt, aras non statuunt: quas tamen p̄ paucissimis syderum statuēdas esse putauerunt, & singillatim sacrificandum. Si igitur irascuntur, qui non singillatim coluntur, non metuunt paucis placatis, toto cælo irato viuere. Si autem stellas omnes ideo colūt. quia in Ioue sunt, quem colunt, isto compendio possent in illo vno omnibus supplicare. Sic enim nemo irasceretur, cum in illo vno omnibus supplicareretur, nemo contemneretur, potius quàm cultus quibusdam iusta irascendi causa illis, qui prætermissi essent, multo numerosioribus præberetur, præfertim cum eis de superna sede fulgentibus, turpi nuditate distentus præponeretur Priapus.

L. V I V E S.

a Corporei huius mundi animus. } *Hoc Thales Milesius, & Democritus. Stoici verò cum Platone Deum quidem mentem esse dicunt, sed non utentem mundo pro corpore, mundum ipsum deum esse, habereque & mentem & animum, sed alium quàm ipse sit Deus. Veterem plerique Solem mundi animum, mentemque nominarunt: velut Cicero & Plinius, Homerum secuti. Phurnutus inquit, quemadmodum nos ab anima administramur ac regamur, ita mundum animam habere se continentem, qui Iupiter dicatur.*

Iupiter

b Quia hoc in diuinis turpe non est. } *Hesiodus in Theogonia scribit, erram peperisse Cælum, hinc concubuisse cum Cælo ipso, & ex eo genuisse liberos undecim, inter quos fuit Saturnus.*

c Deum namque ire per omnes. } *Multi veterum existimabant deum esse vim per uniuersam fusam.*

d Ipse in æthere. } *Deum unum esse, qui melius ex gentibus sapiebāt, arbitrabantur: vni que pro variis virtutibus rationibusque variè nuncupari. Sic Aristoteles in libello De mundo, Orpheum citans: sic Plutarchus in Dogmatis philosophorum. Ma robius deos omnes vult esse vnum Solem: idque fusè committitur ostendere in Saturnalibus.*

e In diuinantibus Apollo. } *Cum putarent hunc esse Solem: id est mundi oculum, facile eum & videre & nosse omnia, que iam essent, queque fuissent, & que futura essent, credebant. Idcirco passim cōsultabatur, responsitabātque, cum multis aliis in locis, tum præcipuè in Delphis Phœciis, Diodoro autore in vita Philippi, cuius originem talem fuisse refert: Eo in loco, quo templi adytum Delphis fuit, specus erat recessu magno & obsuro: ad quem capra cum pascens ascendisset, affla-*

ta est subterraneo illo spiritu, exultareque modo infueto cepit. Quod admiratus pastor, cum & ipse ad ostium specus venisset, correctus est furore, cepitque quadam futura predicere. Hoc & alij tentarunt, affectique sunt eodem modo. Res huc est progressa, ut qui futura vellet cognoscere, adduceret qui capite in antrum immisso, uaticinaretur. Quod cum nec sine periculo fieret, nec etiam sine exitio multorum, Delphici templum ibi erexerunt Deo uati Apollini: statueruntque virginem, que in machina consistens, tuto posset afflari diuino illo spiritu, responsaque consulentibus reddere: quam machinam, de tribus fulcris tripodem nominarunt, quasi trium pedum, eadem forma qua postea aenei tripodes. Sacerdos Pythia dicebatur, que initio uirgo fuit, Diana similis. Postea uiolata Pythia quadam ab Echecrate, Delphici mulierem non minorem natu. annis quinquaginta Pythiam statuerunt, reiectis in perpetuum uirginibus: modo illa uirginali ueretur cultu, ne in totum mos uetus interiret. Hæc ex illo penè ad uerbum.

Pythia

Mercurius f In merce Mercurius. } Hic præesse sermoni est creditus, deus est factus omnium conuentionum contractuumque nostrorum: quoniam hæc omnia per sermonem transiguntur. Maius Idibus mercatorum erat festum, quod eo die Mercurij ædes esset dedicata. A Græcis eam ob causam ἀγορῆος dicitur, hoc est forensis: statuæque illi in foro multis ciuitatibus erigitur. Plautus in principio Amphitryonis hæc duo eius officia uerbis aliquot explicat: & nos de hoc alibi.

Ianus

g In Iano. } Quod uetustissimus hic esset omnium deorum, ideo initius præesse creditus est. Regnauit enim in Latio Saturni tempore. Antiquissimum chaos sunt qui putent eum esse, sicut Ouidius & Festus, qui inde Ianum dictum autumat in uersis literis. Cicero ab eundo, 2. De nat. deorum, unde etiam ianua. Cornificius scribit à Cicerone, non Ianum, sed Eanum esse nominatum: unde & Ianiculus mons Rom. siue, ut quidam dicunt, quod ibi sui sepultus Ianus: siue, ut alij, quod per eum populus Rom. transiret in agrum Hetruscum. Bisrens pingitur, quod non solum initius, sed extremis esset præfectus. De hoc Macrobius primo Satur. & Ouidius primo Fastorum, multa & nos alibi.

h Initiator. } Non ab initiando, id est, sacris imbuendo, sed incipiendo. Ideo in alijs melius legitur, ianitor.

Bellona

i Bellona. } A bellis, ideo olim Duellona sicut duella bella. Pallas puta ur esse, que bellis præest. Græci hanc ἐὺνὰ uocant, ἐὺνὰ ἢ ἀλαστόν ἀγορῶτων ὡς φίλος ἐὺνὰ ἐὺνὰ ἢ κρυδιώδης, ut inquit Hesychius. Homerus hanc πολίπορον nominat, ut Martem: & recentes poetæ matrem Marti esse dicunt. Ideo ἐὺνὰ λῶν uocant à matre. ἐὺνὰ d. citur, quod ἐὺνὰ

ἐν ὄσσει θυμὸν καὶ ἀλκὴν τοῖς μεχουδαίοις. ἢ κατ' ἐπιθυμίας, ἀπὸ τῶ ἐκ-
 τασίας καὶ ὀνεικτικῆς εἶναι. Vel à furore immittendo bellantibus, vel quod
 minus sit mitis. Huius templum in noua regione urbis. & ante hoc
 columna, unde hasta mittitur signum belli inferendi. Ouid.

k Diana in syluis. } Luna pleraque nomina habebat: dicebatur enim Diana
 Lucina, & Proserpina, & Hecate, & Diana: hæc erat que in syluis
 confugiendi feris inuenta uirgo fingebatur, cum arcu & pharetra. Ideo
 Aeneas cum matrem uidisset uenatricis cultu, Phœbi sororem esse
 existimauit. i. Aeneid. Memini me, nescio apud quem, distichum hoc
 legere, non absurdum de Luna:

Terræ, lustrat, agit, Proserpina, Luna, Diana,

Ima, superna, feræ sceptro fulgure sagitta.

Prudentius libro priore contra Symmachum:

Tæque suas eadem variare figuras.

Denique cum luna est, sublustri splendet amictu.

Cum succincta iacet calamos, Latonia uirgo est.

Cum subnixæ sedet solio, Plutonea coniunx,

Imperitat Furus, & dicitur iura Megeræ.

l Nomine Liberi virorum feminibus. } Cic. 2. De nat. decorum,
 Cerere natos Liberum & Liberam dicit esse. Fratres coniugisque, So-
 lem & Lunam putant esse multi: in quorum potestate sunt vires gene-
 randi, sub libero virorum, ideo illi & salaces Satyri sunt comites, & in
 eius templo feris que colitur Priapus: sub Libera uis fæminarum luce
 Lune fæminea.

m Diespiter. } Quasi dios pater, nam dios est Iupiter, vel diei pater, Diespiter
 ut Varro interpretatur.

n Ipsa Lucina. } Hanc Lunam esse siue Dianam & Iunonem scri-
 bit Cicero. Terentius in Andria, Glycerium parturientem inuocare
 Iunonis Lucinæ opem facit: Iuno, inquit, Lucina fer opem, serua me ob-
 secro. Sic & Iuno Opigena, quod ferre opem in partu laborantibus cre-
 deretur, est culta Romæ à matronis. Festus. Timæus historicus pro-
 pterea, quæ nocte Alexander Macedo est natus, deflagrasse Diane
 Ephesiæ templum tradit, quod Diana parturienti Olympiadi deesse
 noluerit. ideo à templo suo aberat procul Pellam profecta. Ilythiam Ilythia
 quoque colebant Romani in hunc usum. Pausanias Parcam esse dicit
 Ilythiam, fuisse que ex Hyperboreis Delam uenerit, sit que parienti
 Latone obstetricata. Ideo in Attica terra inter deas parvulas
 collocaretur, que Genes præessent. Simulachrum ante illas poni sole-
 bat poplitibus flexis, quod sic enixa esset filia Nauplii, ex quo more
 facti sunt illi Nixidi tres in Capitolio ante cellam Minervæ, quos M.

Atilius Glabrio uicto *Antiocho* Romam transtulit, quibus matrone supplicabant, uelut praesidentibus parientium mixibus. Erant enim simulachra genibus innixa.

o Vagitanus. } *V*aticanus potius.

Carmentes

p Carmentes. } *H*anc prius *Nicostratam* esse dictam ferunt *Iony Archadum* regis filiam, qua ex *Mercurio* *Euandrum* genuit, quaeque furore concitata fata mortalibus coneret: ideo Graece *Thespiodon* dictam, Latine *Carmentem*, ut *Dionysius* ex *Romanis* originibus scribit. *Ouid.* 1. *Fast.* de ea:

Ipsa mone qua nomen habes de carmine dictum. Et post:

Qua simul aethereos animo conceperat ignes,

Ore dabat pleno carmine uera dei.

Erant & porta *Carmentalis* *Roma*, quae postea *Scelerata* dicta est, & propè eam ara in *Capitolio*, ubi ipsa habitauit. Erant & *Carmena*, quae prima scirent hominem natum apud *Varronem*, canerentque illi uentura: unde illa *Nicostrata* putatur *Carmenta* nominata. Sunt *Carmene* quoque nuncupatae, & *elisos*, & *Camena*: & qui eas colerent, uates ab earum uaticiniis appellati. Erant & *Faunus* & *Fauna* fratres, quorum ille canebat fata uiris, haec foeminis.

Rumina

q In diua *Rumina*. } *Rumina* d a mammarum: quoniam *Rumen* mamma antiquo uerbo. *Plinius* & *Festus*. Vnde *ficus Ruminalis*, quod sub ea arbore lupa mammam dedit *Romulo* & *Remo*. Huic dea lac libabatur, lacte aspergebantur hostiae.

Educa.

Poetica

r In diua *Potina*. } *Donatus* *Educam* & *Poticam* has deas nominat. Sic enim in *Phormione* *Terentij* ait: Apud *Varronem* legitur initiari pueros *Educa* & *Potica* & *Cuba*, diuis edendi & potandi, & cubandi, ut primum à lacte & à cunis transferuntur. Quod *Verg.*

Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Hoc annotauit Probus, haec Donatus.

s *Educa*. } *Lego Educa*, & sic est in antiquis codicibus.

Venilia

t *Venilia*. } *Verg.* *Veniliam* matrem esse dicit *Turni*, sororem *Amatae* *Latini* regis uxoris. *Varro* *Veniliam* dictam esse ait à ueniendo, & uento secundo, qualem qui nactus est in mari, gaudet, sicut inquit *Plautus*.

Camœna

v *Camœna*. } *Seruius* *Camœnas* musas esse dicit à cantu. *Festus* ait sic dictas, quod castae mentis sint praesides. *Aedes Camœnarum* *Rome* fuit ad portam *Capenam*, in prima regione *Camœna*, Latine idem est quod *Muse* Graece. Nec solum cantibus praesunt, sed humanitati omni & doctrina: sicut *Cic.* interpretatur §. *Tusc.* quest. *Plato* *Craty.* τὰς δὲ μύσας τὴν καὶ ὄλως τῶν μουσικῶν καὶ τῶν μωδῶν ὡς εἶποι, καὶ

Muse

τῆς ἐπιθέσεως τε καὶ τῆς φιλοσοφίας τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπιωνόμενον, ab inquiringo dicuntur *Musa*, & à philosophia.

x Ipse fit & Deus Confus. } *Hunc Livius, Dionys. & Plut. Neptunum equestrum esse dicunt, cui sit templum adificatum ab Arcadibus ante Romulum & Remum, præfessæque consiliis. Idcirco velut rem arcanam eius aram toto anno sub terra occultari in Circo maximo. Consualibus solum præferri, eius dei consilio usum firunt Romulum in rapiendū Sabinus. Græci ἰσπικὸν ποσειδῶνα vocant, quod è terra tridentis percussa eduxerit equum. Fabulosè id quidem, sed re vera, quod equus domare instituerit, & conuertere in hominum usus.*

y Sentia. } *Fauæ Fauæ regis soror & uxor, Pici filia, Senta est dicta, & Fatua: hoc à fando, quod eius ope farentur infames. Forsan & Senta est nominata, quod quæ sentiret quis, ea faretur. Sed nos rem hæc, ut alias hoc libro per multas, in medio reliquimus: comectur enim parum nobis placet.*

z Ipsa dea Iuuentas. } *De hac paulum pòst.*

a Post prætextam. } *Prætexta vestis erat dignitatis magistratibusque, que ab Hetruscis Romam manauit: nec pueri solebant ea vti ante filium Tarquini Prisci regis, qui cum puerili atate fortiter fecisset in bello, bulla aurea & prætexta est publicè à parente donatus. Prætexta deinceps mansit ingenuis pueris: bulla quoque his, quorum patres curulem magistratum gessissent. Macrobius: Deponebant pueri quartodecimo anno prætextam, & sumebant togam virilem. Latum clauum quoque senatorum filij, quem induisse tunc Augustum Tranquillus est auctor. Latus clauus autem, non toga est, sed tunica purpurea.*

Latus clauus

b Quæ adultos barba induit. } *Veteres Apollini sacrabant suarum barbarum primitias, cum primum ex Ephelis tonderentur. Sic Theseus Delum est profectus, ut id faceret. Plutarchus.*

c Ipse fit Motunus vel Tutinus. } *Locus non videtur carere mendo. In veteribus est: Mutunus vel Tatunus. & puto alterum scripsisse Augustinum, non utrunque, Motunum & Tutunum: sed adiectum alterum à librario, & ex libris inde exscriptis inolese hanc lectionem. Certè ipse libro 6. ubi de diis, qui iuris ad thorum nuptialem coniugibus aderant, pro his duobus vnum Priapum nominat. Non dubito quin sit legendum Mutinus, ut est apud Lactantium: tametsi non adsunt codices Lactantiani, qui Mutinus habeant. Sed Mutinus videtur dictus, quod efficiat ut maritus magis, & virgo minus moneatur.*

d Velut vnus animantis. } *Sic Plato, Cicero, & Stoici mun-*

dum animal unum esse dicunt: & unam vitam viuere, vt hominem unum.

De opinione eorum, qui deum animam mundi, & mundum corpus dei esse putauerunt.

C A P. XII.



Vid illud? Nonne debet mouere acutos homines, vel qualescunque homines? Non enim ad hoc ingenij opus est excellentia, vt deposito studio contentionis attendant, si mundi animus deus est, eique animo mundus vt corpus est, vt sit vnum animal constans ex animo & corpore: atque iste Deus est finis^a quidam naturæ, in seipso continens omnia:^b vt ex ipsius anima, qua viuificatur tota ista moles, vitæ atque animæ cunctorum viuientium^c pro cuiusque nascentis sorte sumantur, nihil omnino remanere posse, quod non sit pars Dei. Quod si ita est, quis non videat quanta impietas & irreligiositas cõsequatur: vt quod calcauerit quisque, partem Dei calcet: & in omni animante occidendo, pars Dei trucidetur? Nolo omnia dicere quæ possunt occurrere cõgitantibus: dici autem sine verecundia non possunt.

L. V I V E S.

a **S**inus quidam naturæ. } *Alibi: Sinu quodam natura. Sic Lucanus:*

*Placido natura recepat
Cuncta sinu.*

b **V**t ex ipsius anima qua viuificatur. } *Sententia Pythagorica, quam expressit Verg. 6. Aeneidos:*

*Principio calum & terras campõsque liquentes,
Lucentiẽque globum lunæ, Titaniãque astra
Spiritus intus alii: totãque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudũque genus, vitæq; volantum,
Et que marmoreo fert monstra sub æquore Pontus.
Igneus est illis vigor, & celestis origo.*

Et in quarto Georgicon:

*His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixere, deum nanque ire per omnes
Terrasque tractusque maris, calumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
Quenque sibi tenues nascentem arefcere vitas,*

Scilicet

Scilicet huc reddi, deinde ac resoluta referri

Omnia: nec morti esse locum, sed viua volare

Syderis in numerum, atque alto succedere calo.

c Pro cuiusque nascantis sorte. *Alia plus, alia minus. ut quodque enim proximum illi est, ita plurimum recipit: ut longissimum, ut minimum. Hoc & alij plerique aiunt, & Aristoteles libro De mundo.*

De his qui sola rationalia animalia partes esse vnius Dei
asserunt. CAP. XIII.

SI autem sola animalia rationalia, sicut sunt homines, partes Dei esse contendunt: non video quidem si totus mundus est Deus, quomodo bestias ab eius partibus separent? Sed oblectari quid opus est? De ipso rationali animantè, id est, homine, quid infelicius credi potest, quàm Dei partem vapulare, cum puer vapulat? Iam verò partes Dei fieri lasciuas, iniquas, impias, atque omnino damnabiles, quis ferre possit, nisi qui prorsus insaniat? Postremò quid irascitur eis, à quibus non colitur, cum à suis partibus non colatur? Restat ergo ut dicant omnes deos suas habere vitas, sibi quenque viuere: nullum eorum esse partem cuiusquam, sed omnes colendos, qui cognosci & coli possunt: quia tam multi sunt, ut omnes non possint. Quorum Iupiter, quia rex præsidet, ipsam credo ab eis putari regnum, vel constituisse, vel auxisse Romanum. Nam si hoc ipse non fecit, quem alium deum opus tam magnum potuisse aggredi credant, cum omnes occupati sint officiis & operibus propriis, ne alter irruat in alterius? A rege igitur deorum, regnum hominum potuit & propagari & augeri?

Augmentum regnorum Ioui incongruenter ascribi, cum si, ut volunt, dea est victoria, ipsa huic negotio sola sufficeret. CAP. XIII.

Hic primùm quæro, cur non etiam ipsum regnū Deus aliquis est? Cur enim non etiam ita sit, si ^a Victoria dea est? Aut quid ipso Ioue in hac causa opus est, si Victoria faueat, sitque propitia: & semper eat ad illos, quos vult esse victores? Hac dea fauente & propitia, etiam Ioue vacante, vel aliud agente, quæ gentes non subditæ remanerent? quæ regna non cederent? ^b An fortè displicet bonis iniquissima improbitate pugnare, & finitimos quietos nullamque iniuriam facientes, ad dilatandum regnum bello

spontaneo prouocare? Planè si ita sentiunt, approbo & laudo.

L. V I V E S.

Victoria a **V**ictoria dea. } *Erat adicula Victorie ad forum Romæ à Cato-
tone seniore dicata. Erat & Victorie ades prope adiculam,
quam ædem M. Posthumius Megellus adili curulis ex multatitia pec-
cunia faciendam curarat. Consul cum M. Attilio Regulo bello Samni-
tico dedicauit: huic L. Sylla bellis ciuilibus victor ludos instituit, Asco-
nius Padianus. Meminit & Cicero prima Act. in Verrem. Victo-
riam Hesiodus filiam dicit Stygis & Pallantis. Fratres Victorie sunt
Zelus, Potentia, Vis, quæ semper Iouis regi assident, nec sine illis impe-
rium est vel Ioui, vel cuiquam principi ullum.*

b An fortè non displicet. } *Legendum sine negatione: An fortè
displicet: hæc exiit sensus, & sic habent antiqui libri.*

An congruat bonis latius velle regnare.

CAP. XV.



Ideant ergo ne fortè non pertineat ad viros bonos, gaudere de regni latitudine. Iniquitas enim eorum, cum quibus iusta bella gesta sunt, regnum adiuuat, vt cresceret: quod vtique paruum esset, si quies & iustitia finitimorum contra se bellum geri nulla prouocaret iniuria: ac fœlicioribus sic rebus humanis omnia regna parua essent concordie vicinitate lætancia. Et ita essent in mundo regna plurima gentium, vt sunt in vrbe domus plurimæ ciuium. Proinde belligerare, & perdomitis gèribus dilatare regnum, malis videtur fœlicitas, bonis necessitas. Sed quia peius esset, vt iniuriosi iustioribus dominarentur, ideo non incongruè dicitur etiam ista fœlicitas. Sed proculdubio fœlicitas maior est vicinum bonum habere concordem, quàm vicinum malum subiugare bellantè. Mala vota sunt, optare habere quem oderis, vel quum timeas, vt possit esse quem vincas. Si ergo iusta gerendo bella, non impia, non iniqua, Romani imperium tam magnum acquirere potuerunt, nunquid tanquam aliqua dea colenda est eis iniquitas aliena? Multum enim ad istam latitudinem imperij eam coöperatam videmus, quæ faciebat iniuriosos, vt essent, cum quibus iusta bella gererentur, & augetur imperium. Cur autem & iniquitas dea non sit, vel externarum gentium, si Pavor, & Pallor, & Febris dii Romani esse meruerunt? His igitur duabus, id est, aliena iniquitate, & dea Victoria dum bellorum causas iniquitas excitat, Victoria eadem bella fœliciter terminat, etiam feriato Ioue creuit imperium. Quas enim hæc partes

Iupiter

Iupiter haberet, cùm ea, quæ possent beneficia eius putari, dij habentur, dij vocantur, dij coluntur: ipsi pro suis partibus inuocantur? Haberet hic etiam ille aliquam partem, si regnum etiam ipse appellaretur, sicut appellatur illa victoria.^a Aut si regnum munus est Iouis, cur non & victoria munus eius habeatur? Quod profecto haberetur, si non lapis in Capitolio, sed verus rex regum & dominus dominantium cognosceretur atque coleretur.

L. VIVES.

^a **A** Ut si regnum munus est Iouis. } Sic *Homerus* frequenter.

Quid fuerit quod Romani omnibus rebus & omnibus motibus deos singulos deputantes, ædem Quietis extra portas esse voluerunt.

CAP. XVI.

M Iror autem plurimum, quod cùm deos singulos singulis rebus, & penè singulis motibus attribuerent, vocauerunt ædem Ageroniam, quæ ad agendum excitaret:^a ædem Stimulam, quæ ad agendum ultra modum stimularer:^b ædem Murciam, quæ præter modum non moueret, ac faceret hominem, vt ait Poinponius, murcidum, id est, nimis desidiosum & inactuosum: ædem Strenuam, quæ faceret strenuum: his omnibus diis & deabus publica sacra facere susceperunt.^d Quietem verò appellantes, quæ faceret quietem, cùm ædem haberet extra portam Collinam, publicè illã suscipere noluerunt. Vtrum indicium fuit animi inquieti, an potius ita significatum est, quod qui illam turbam colere perseueraret: non planè deorum, sed dæmoniorum eum Quietem habere non posse: ad quam vocat verus medicus, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

L. VIVES.

^a **D** Eam Stimulam. } *An hæc est Hortæ, quæ in humanis cùm Stimula esset, Hersilia dicta est, uxor Romuli, quam ab hortando & incitando nominatam ait Labeo: cuius ædes nunquam clauderetur, quod semper aliquid præclari fieri hortaretur, nec cessandum suaderet quæ postea vocata est. Hera prouidentia dea, quæ negligentes socordésque esse non pateretur: nominatamque Labeo existimat etiam hac appellatione ab hortando & incitando, Græca voce προσηύει. Plutarchus. Meminerunt huius dea Ouidius, Gellius, & alij.*

Murcia

b Deam Murciam. } Non pigebit *Hermolai Barbari* verba subiicere, ex *Annotationibus in Plinium* libro decimoquinto. *Plinius* eo loco sic inquit: *Quin & ara vetus fuit Veneri Myrtæ, quam nunc Myrtiam vocant. Hermolai: Lego Veneri Myrtæ, quam nunc Murciam vocant.* ex *Festo, Lilio, Plutarcho, Varrone, Cornelio Nepote De viris illustribus.* Nam *Murcæ* dea *facordie* est, vt *Strenua, Agenorea, Stimula industriæ.* *Pomponius & Augustinus* autores. Nam cum *metas Murcias, Apuleius* libro sexto dixit, *Veneri* dicatas intellexit. *Quidam* montem *Auentinum* ideo *Murcium* vocari tradunt, quod è lapidibus velut muro constructus: non à dea *Murcia*, nec à *Figlinis.* *Ammianus* quosdam solites in *Italia* vitandæ gratia militiæ pollicem præcidere. *Murcos* vernacula voce nominatos: *Plautus: Murcide,* inquit, homo. pro inerti & languido: *Tantum Hermolai* autor nostre ætatis diligentissimus. Ergo in *Festo* cum dicit *Murcæ* deæ sacellum erat sub monte *Auentino*, qui antè *Murcius* vocabatur: emendatius legetur, *Murcæ* deæ, *Liuius* lib. 2. Tum quoque multis millibus *Latinorum* in ciuitate acceptis, quibus vt iungeretur *Palatio Auentinum*, ad *Murcæ* data sedes. Et *Plutarchus* in *Problematis*, quam modò *Murciam Venerem*, olim *Myrtiam* vocabant.

c Vt ait *Pomponius.* } *Hermolai, Beroaid. & alij* complures hunc *Pomp* de hac ipsa re testem adducunt. Nec sat explicant, quis *Pomp.* sit, cum fuerint multi, etiam qui scripserint, an *Atticus*, an *L. Pomp. Attelaniarum* scriptor, an *Gn. Pomp. orator*, qui omnes vixerunt cum *Cicer.* an qui post *Cicer* fuit, *Pomponius Mela,* a *Iulius Pomponius Tragicus* cuius *Quintilianus* meminit: an iuris consultus.

d Quietem verò appellantes. } Ego coniectura deor, Quietem hanc ad mortuos pertinuisse. *Quietis* enim dictus est ab antiquis. *Orchus* ideo extra urbem *Quies* est culta *Fanum Quietis* erat via *Laticava.* *Liuius* libro quarto.

- An si Iouis summa potestas est, etiam *Victoria* dea debuerit ex stimari. CAP. XVII.

AN forte dicunt, quod deam *Victoriam* *Iupiter* mittat, atque illi tanquam regi deorū obtemperas, ad quos iusserit, veniat, & in eorum parte confidat? Hoc verè dicitur, non de illo *Ioue*, quem deorum regem pro sua opinione constringunt, sed de illo vero rege seculorum, quod mittat non *Victoriam*, quæ nulla substantia est, sed angelum suum, & faciat vincere quem voluerit, cuius consilium occultum esse potest, iniquum esse non potest. Nam si *Victoria* dea est, cur non deus est, & triumphus, & *Victoriæ* iungitur vel


vel maritus, vel frater, vel filius? Talia quippe isti de diis opinati sunt, qualia si poetæ fingerent, atque à nobis^a exagitantur: responderent isti, ridenda esse figmenta poetarum, non veris attribuenda numinibus: & tamen se ipsi non ridebant, cum talia deliramenta non apud poetas legebant, sed in templis colebant. Iouem igitur de omnibus rogarent, ei vni tantummodo supplicarent.^b Non enim si quò misisset victoriam, si ea dea sub illo rege est, possit vel audeat ei resistere, & suam potius facere voluntatem.

L. VIVES.

a Exaggerarentur. } Legendum exagitantur.
b Non enim se misisset victoria } Sic in veteribus: Non enim quò misisset victoriam, si dea est, & sub illo rege est, possit ei audere resistere, & suam potius facere voluntatem. Et Porphyrius in Ratione naturali deorum, Iouem scribit fingi solitum sceptrum tenentem leua, dextra verò modò Aquilam, modò Victoriam. Illud quoniam cæterorum deorum dominus, ut autem Aquila, Victoriam autem quoniam illi vniuersa subiecta sunt. Vel, ut Phurnutus interpretatur, quoniam nihil est à quo possit vinci.

Fœlicitatem & Fortunam qui deas putant, qua ratione fecerunt.

CAP. XVIII.

 Vid quod & Fœlicitas dea est? ædem accepit, aram meruit, sacra ei cõgrua persoluta sunt: ipsa ergo sola coleretur? Vbi enim ipsa esset, quid boni nõ esset? Sed quid sibi vult, quòd & Fortuna dea putatur, & colitur? An aliud est fœlicitas, aliud fortuna? Quia fortuna potest esse & mala: fœlicitas autem si mala fuerit: fœlicitas non erit. Certè omnes deos vtriusque sexus, si & sexus habent, non nisi bonos existimare debemus. Hoc Plato dicit, hoc alij philosophi, hoc excellentes reipub. populorũque rectores. Quomodo ergo dea fortuna aliquando bona est, aliquando mala? An fortè quando mala est, dea non est, sed in malignum dæmonem repente conuertitur? Quot sint ergo deæ istæ? Profectò quotquot sunt homines fortunati, hoc est, bonæ fortunæ. Nam cum sint & alij pluriini simul, hoc est, vno tempore malæ fortunæ, nunquid si ipsa esset, simul & bona esset & mala: his aliud, illis aliud? An illa quæ dea est, semper bona est? Ipsa est ergo fœlicitas, cur adhibentur diuersa nomina? Sed & hoc ferendũ est. Solet enim & vna res diuersis nominibus appellari,^b Quid diuersæ ædes, quid

diuersæ aræ, diuersa sacra? Est causa, inquit, quia Fœlicitas illa est, quam boni habent præcedentibus meritis. Fortuna vero quæ dicitur bona, sine vlllo examine meritorum fortuito accidit hominibus & bonis & malis, vnde etiam fortuna nominatur. Quomodo ergo bona est, quæ sine vlllo iudicio venit & ad bonos & ad malos? Vt quid autem colitur, quæ ita cæca est, passim in quoslibet incurrens, vt suos cultores plerunque prætereat. & suis contemptoribus hæreat? Aut si aliquid proficiunt cultores eius, vt ab illa videantur, & amentur; iam merita sequitur, non fortuito venit. Vbi est ergo definitio illa fortunæ? Vbi est quod à fortuitis etiam nomen accepit? Nihil enim prodest eam colere, si fortuna est. Si autem, suos cultores discernit vt profit, fortuna nõ est. An & ipsam, quò voluerit, Iupiter mittit? Colatur ergo ipse solus. Non enim potest ei iubenti, & eam quò voluerit, mittenti fortuna resistere. Aut certè ipsam mali colant, qui nolunt habere merita, quibus possit dea Fœlicitas inuitari.

L. VIVES.

a **Q**uid quod & Fœlicitas dea. § *Aedis huiusce deæ meministi aliquoties Plinius. Simulachrum eius Archesilao plastæ locatum est à L. Lucullo sestertius lx. Plinius lib. 35.*

Fortuna
multa

b **Q**uid diuersæ ædes. § *Aedes malæ Fortunæ & detestata in Exquilis. Aedes Fortunæ fortis in ripa Tiberina. Equestris in xia theatrum. Erat & templum Fortunæ parua. & aliud virginis Fortunæ. aliud Primigenia. aliud Obsequentis ad Capenam, & Priuatæ, & Viscatæ, & Publicæ, & Virilis, & Conuertentis in Palatio, & Bene sperantis, & Auertentis, & Blandæ & Dubiæ in Auentino, & Mammosæ in duodecima regione, & Barbata, & Muliebris: quibus omnibus principium dedit Seruius Tullius quòd ab ea ex seruo in regnum esset euectus, tum etiam prospiciens eam occasionibus rerum plurimum habere in utranque partem momenti: sicut Plutarchus inquit in Problematibus, omnisque in re humana dominari.*

c **S**ine vlllo examine. § *Saltem nobis cognitio: ideo causis non habere dicitur, quod ea à nobis ignorantur: sicut Aristoteles, & Platonici. Spensippus motum ab occulto in occultum fortunam esse finit. De hac plura Aristoteles secundo libro Physicæ auscultationis, & libello De bona fortuna, qui pars est moralium voluminum.*

d **Q**uæ ita cæca est. § *Aristophanes hoc felse in Pluto, qui est opum deus: quod argumentum transtulit Lucianus in suum μοι:θραπος.*

e **A**n & ipsam quo voluerit. § *Sic Aristophanes, qui dicit Plutū,*

cum

cum mittitur à Ioue ad bonos, claudum esse: cum ad malos, celerrimum.

De Fortuna muliebri.

CAP. XIX.

Fortem sanè huic, velut numini tribuunt, quam fortunam vocant, ^a vt simulachrum eius quod à matronis dedicatum est & appellatum Fortuna muliebris, etià locutum esse memoriæ commèdarint, atque dixisse nõ semel, sed iterum: ^b quòd eam ritè matronæ dedicauerint. Quod quidem si verum sit, mirari nos non oportet. Non enim in malignis demonibus etià sic difficile est fallere, quorù artes atque versutias hinc potius isti aduertere debuerunt, quod illa dea locuta est, quæ fortuito accidit, nõ quæ meritis venit. Fuit enim fortuna loquax, & muta fœlicitas, & ad quid aliud, nisi vt homines rectè viuere non curarent, conciliata sibi fortuna, quæ illos sine vllis bonis meritis faceret fortunatos? Et certè si fortuna loquitur, non saltem muliebris, ^c sed virilis potius loqueretur, ^d vt non ipsæ, quia simulachrum dedicauerunt, putarentur tantum miraculum muliebri loquacitate finxisse.

L. V I V E S.

VT simulachrum eius quod à matronis. } *Anno post libertatem partam decimo octauo, Cum Martius Coriolanus exul bellum intulisset patriæ, nec armis repelli posset, nec precibus flecti, lachrymis mulierum flexus est, templumque exstructum Fortune muliebri, via Latina ad quartum miliarium ab vrbe, quod cum dicaretur, bis locuta est inago. Prius sic: Ritè me matronæ vidistis, ritèque dedicastis Linius, & Valerius, & Plutarchus autores. Lactantius verò lib. 2. Fortunam muliebrem denunciaffe periculum scribit, hoc est, haud dubiè, quod posterius locuta est Huius fortune signum nefas est attingi, nisi ab ea quæ semel nupsit. Festus.*

Fortuna muliebris

b Propter quod eam ritè. } *Propter, superfluit, ideo expungendum.*
c Sed virilis potius. } *Cuius templum in ripa Tiberina, festum Calen. April. Ouidius quarto Fastorum.*
d Vt non ipsæ quæ simulachrum. } *Maior enim viris fides habetur, quàm mulieribus.*

De virtute & fide, quas pagani templis & factis honorauerunt, præmittentes alia bona, quæ similiter colenda fuerunt, si rectè aliis diuinitas tribuebatur. CAP. XX.

Virtutem quoque deam fecerunt: quæ quidem si dea esset, multis fuerat præferenda. Et nunc quia dea non est, sed donum Dei, ipsa ab illo impetretur, à quo solo dari potest; & omnis falforum deorum turba vanescit.

Sed cur & Fides dea credita est, & accepit etiam ipsa templum & altare? Quam quisquis prudenter agnoscit, habitaculum illi seipsum facit. Vnde autem sciunt illi quid sit Fides, cuius primum & maximum officium est, vt in verum credatur Deum? Sed cur non suffec erat Virtus? Nonne ibi est & Fides? ^b Quando quidem virtutem in quatuor species distribuendam esse viderunt: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Et quoniam istæ singulæ, species suas habent, ^c in partibus iustitiæ fides est: maximumque locum apud nos habet. quicumque scimus quid sit, quod iustus ex fide viuít. Sed illos miror appetitores multitudinis deorum, si fides dea est, quare aliis tam multis deabus iniuriam fecerunt, præmittendo eas, quibus similiter ædes & aras dedicare potuerunt? Cur Temperantia dea esse non meruit, cum eius nomine ^d nonnulli Romani principes non paruam gloriam compararint? Cur denique Fortitudo dea non est, ^e quæ affuit Murio, cum dexteram porrexit in flammis: ^f quæ affuit Curcio, cum se pro patria in abruptam terram præcipitem dedit: ^g quæ affuit Decio patri, ^h & Decio filio, cum pro exercitu se vouerunt? ⁱ Si tamen his omnibus vera inerat fortitudo, vnde modo non agitur? Quare prudentia, quare sapientia nulla numinum loca meruerunt? An quia in nomine generali ipsius virtutis omnes coluntur? Sic ergo posset & vnus Deus coli, cuius partes cæteri dii putantur. Sed in illa vna virtute & fides est, ^k & pudicitia, quæ tamen extra in ædibus propriis altaria meruerunt. Has deas non veritas, sed vanitas fecit.

L. V I V E S.

Fides ^a Virtutem quoque deam. } *Virtuti adem vouerat M. Marcellus in Gallia primo suo consulatu. Eam filius eius dicavit ad portam Capenam, L. iunius lib. xxix. Alteram C. Marius exstruxit Virtutis & Honoris submissiorem, aliis, ne si fortè publicis auspiciis officeret, augures eam de inoltri tuberent. Cicero y De leg. Colunt illa propter quæ datur homini ascensus in calum, mentem, virtutem, pietatem, fidem. Fidei ades in Capitolio fuit, Plinius lib. xxv. & Cic. ij. Offic. vicinam eam Ioui in Capitolio, insurandunque eius dicit esse ex Ennio & Catone in ij. De nat. deorum. Fidem ab Attilio Calatino consecratam scribit: Festus verò ante Romulum & Remum consecratam ab Aenea in Palatio Fidem refert ex Agathocle, nisi sit mendum in loco Ciceronis. Sic enim legitur: Vt fide s, vt inès, quas in Capi-
solio*

colio dedicatas videmus: proximè à M. Scauro, antè autem ab Attilio Calatino erat Fides consecrata. At Linius libro 23. Interea duumviri creati sunt, Q. Fabius Maximus, & Attilius Crassus adibus dedicandis: Ment: Attilius, Fabius Veneri Erycina. Vtraque in Capitolio est canali uno discreta. Ita fieri potest, ut Ciceronis verba sint intelligenda ad hunc modum: Mentem esse consecratam proximè à M. Scauro, cum iam antè fuisset ab Attilio consecrata. Dionysius & Plutarchus Fidem à Numa esse sacratam referunt, statutumque maximum iusiurandum.

Mens dea

b Quandoquidem virtutem in quatuor species. } Plato, Aristoteles, Cicero & alij.

c In partibus iustitiæ fides est. } Cicero primo Offic fundamentum iustitiæ fidem vocat. Idem primo De nat. Deo. iustitiam erga deos pietatem esse dicit; cuius fides est pars. Speusippus pietatem eodem modo finit.

d Nonnulli Romani principes. } Possunt huc afferi ex Valerio exempla de animi moderatione: de ijs, qui ex inimicis iuncti sunt amicitia, & necessitudine, de abstinentia & continentia, de verecundia. Hæc enim omnia, sicut C. Cero primo Officiorum ostendit, sub temperantia continentur.

e Quæ affuit Mutio. } C. Mutius, cum Porsenna obsideret urbem, C. Mutius ingressus eius castra dissimulato cultu, ferro sub veste tecto scribam regis obrunxit, ratus se regem occidere. Cumque iuberet eum captum torqueri rex, ipse in ignem sacrificij, qui forte haud procul erat, manum iniecit, eamque tenuit immotam, quo usque & admirationem & pauperem sui regincuteret.

f Quæ affuit Curtio. } Lacum dicunt fuisse in foro Romano, qui M. Curtio postea siccatus est. solumque effectum, lacui Curtio fuit ad posteros notius. Sunt qui à Meto Curtio equite Sabino dictum putent: qui prælio inter Romulum & Sabinos equo illum transiit. Alij à M. Curtio equite Romano, qui se in illum coniecit, quod oraculum iusserat immitti in illum id quo plurimum populus Romanus possit. Hæc Linius libro primo & septimo ab Urbe condita. Varro tamen libro De lingua Latina tertio sic inquit: Cornelius & Lucretius scribunt eum locum esse fulguratum, & ex senatusconsulto septum esse, idque factum esse à Curtio Cos. cui M. Genutius fuit collega Curtium appellatum.

g Quæ affuit Decio patri. } Hic fuit homo de plebe, sed magna gloria militari, & insigni in patriam charitate, Cos. cum T. Manio Torquato bello Latino. cum utique Coss. per quietem vidisset ex altera acie Imperatorem debere dijs manibus, ex altera exercitum, pacti in-

ter se, ut ab utra parte exercitus pop. Ro. inciperet cedere, huius partis Imperator se deuoueret pro patria: quod cum lauo cornu contigisset, cui Decius praerat, is se solenni carmine diis manibus pro legionibus Ro. deuouit, in mediósque hostes citato equo, immisit. *Liuius lib. 8.*

h Et decio filio. } *Hic fuit C. s. inij cum Q. Fabio, v qui primus ex ea gente dictus est maximus bello Gallico, cumque ex cornu sinistro, in quo erat Decius Imperator, terror & fuga fieri inciperet. Decius exemplum patri secutus, pro exercitu patriae se deuouit. Liuius lib. x.*

i Si tamen his omnibus. } *Laurentius V alla in 2. De volup. person. Epicurei declamans, eleuare nititur hac Romanorum praclara facta: multasque affert rationes, non minus interdum veras, quam argutas: qui scire cupierit petat ex eo Liber est vulgaris, tamen si variè à variis editus. Credo V allam ipsum fuisse in causa, qui diuersa reliquerit autographa.*

**Pudicitia
facella**

k Et pudicitia. } *Erat sacellum Pudicitiae patriae in foro boario ad aedem rotundam Herculis Liuius lib. x. Quidam simulacrum hoc Fortunae putant esse, Festus, Erat & piebeia pudicitiae edicula à Virginia structa in vico longo, sed quae postremò in obliuionem venerit. Liuius.*

Quòd vnum non intelligentes Deum, virtute saltem & foelicitate debuerant esse contenti.

C A P. X X I.

HÆc enim veri Dei munera sunt, non ipsæ sunt deæ. Veruntamen vbi est virtus & foelicitas, quid aliud queritur? Quid ei sufficit, cui virtus foelicitasque non sufficit? Omnia quippe agenda complectitur virtus, omnia optanda foelicitas. Si Iupiter, vt hæc daret, ideo colebatur: quia si bonum aliquid est latitudo regni atque diuturnitas, ad eandem pertinet foelicitatem, cur non intellectū est, dona Dei esse, non deas? Si autem putatæ sunt deæ, saltem alia tāta deorū turba non quæreretur. Consideratis enim officiis deorum dearumque omnium, quæ sicut voluerūt pro sua opinacione finxerunt: inueniāt si possunt aliquid, quod ab aliquo deo præstari possit homini habenti virtutē, habenti foelicitatem. Quid doctrinæ,^b vel à Mercurio, vel à Minerua petendū esset, cum virtus omnia secum haberet?^c Ars quippe ipsa bene, recteque viuēdi virtus à veter. definita est.^d Vnde ab eo quod Græcè ἀρετὴ dicitur virtus, nomen artis Latinos traduxisse putauerunt.^e Sed si virtus non nisi ad ingeniosum posset venire,^f quid opus erat deo Catio patre, qui cautos, id est acutos faceret, cum hoc posset cōferre foelicitas? Ingeniosum, quippe na-

sci,

sci, fœlicitatis est. Vnde etiam si non potuit à nondū nato coli dea Fœlicitas, vt hoc ei cōciliata donaret, conferret hoc parētib. eius cultoribus suis, vt eis ingeniosi filij nascerentur. Quid opus erat parturiētibus inuocare Lucinā, cūm si adesset Fœlicitas, non solū bene parerēt, sed etiam bonos? Quid necesse erat, Opi deę commēdare nascentes, deo Vaticano vagientes, deę Cuninæ iacētes, deę Ruminę sugētes, deo Statilino stantes, deę Adeonæ adeutes, Abeonæ abeutes,^s deę Menti vt bonam haberent mentem, deo Volumno & deę Volumnę vt bona vellent: ^h diis nuptialib. vt bene cōiugarentur: diis agrestib. vt fructus vberrimos caperent, ⁱ & maximē ipsi diuæ Fructesæ: Marti & Bellonæ vt bene belligerarent: deę Victorię vt vincerēt: deo Honorino vt honorarētur: ^k deę Pecuniæ vt pecuniosi essent: deo Æsculano & filio eius Argentino, vt habeant æream argenteamq; pecuniam? ^l Nam ideo patrem Argentini Æsculanum posuerunt, ^m quia prius ærea pecunia in vsu esse cœpit, pōst argentea. Miror autem, quōd Argentinus non genuit Aurinum, quia & aurea subsecuta est. Quem deū isti si haberent, sicut Saturno Iouem, ita & patri Argentino, & auo Æsculano, Aurinum pręponerēt. Quid ergo erat necesse propter hæc bona, vel animi, vel corporis, vel externa, tantā deorum turbam colere & inuocare: quos neque omnes commemorauit, nec si potuerunt omnibus humanis bonis minutatim singillatimq; digestis, & deos minutos & singulos prouidere: cūm posset magno faciliq; cōpendio vna dea Fœlicitas cūcta conferre: nec solū ad bona capiēda quisquam alius, sed neq; ad depellēda mala quæreretur? Cur enim esset inuocanda propter festos diua Fessonia, propter hostes depellēdos diua Pellonia, propter ægros medicus vel Apollo, vel Æsculapius, vel ambo simul quando esset grande periculū? Nec deus Spinifer, vt spinas ex agris eradicaret: ⁿ nec dea Rubigo, vt nō accederet, rogaretur: vna Fœlitate præsente & tuēte, vel nulla mala exorirentur, vel facillimē pellerentur. Postremò quoniā de diabus istis deab. Virtute & Fœlitate tractamus, si fœlicitas virtutis est præmium, non dea, sed Dei donum est. Si autem dea est, cur non dicatur, & virtutem ipsa conferre, quandoquidem irritum consequi fœlicitas magna est?

L. V I V E S.

a **O**Mnia obtinēda. } Legendum Optanda. ex veteribus libris.
 b Vel à Mercurio, vel à Minerua. } Mercurius præest elo-

quentia, Minerva artibus & ingenijs.

Virtus

c Ars quippe ipsa bene. } Antiqui omnes virtutes appellarunt artes atq; sciētias bene agendi: tum etiā, quod idem est, prudētias, ut in Memnone Plato: nec minus est ars habitus, quo rectē & benē viuendo sumus inbuti, & rectē benēque viuimus, quā quo vel filiibus canimus, vel palæstram exercemus, vel gladium fabricamur, aut vestem suimus. Verum isti nihil intelligunt, nisi vocabulis illis dicatur, quibus in schola assueuerunt. Quod si aliis dicatur, etiam si idem valentibus: iam ibi hærent, nihil intelligunt, omnia absurda, parūque rectē possunt esse dicta.

d Vnde ab eo quod Græcè. } Donatus in Anuriam Terenti, δὲ τῆς ἀρτῆς, per syncopen vult esse artem deriuatam.

Ars

e Sed si virtus non nisi ad ingeniosum. } Equidem crasso ingenio hominem non negauerim bonum esse posse, & sunt profecto tales non pauci: sed illa eximia & ex perfectissima nota virtus, non temerè, nisi in ingenioso inuenitur. Tardis mentibus, inquit in Tusco. Cicero, virtus non facile committitur.

f Quid opuserat deo Cautio. } In antiquis libris scribitur, deo Catio patre, qui Catos, id est, acutos faceret. Veteres catos vocabant prudentes, ingeniosos, industrios, quasi cautos. hinc Portius ille sapiensissimus homo Cato cognominatus.

g Deæ Menti. Aedes Menti vota est post pugnam ad lacum Thrasimenum. Linius lib. 22. dicata tribus annis post ab Atilio diuuiro in id creato. In Capitolio fuit aedes Veneri Erycinæ coniuncta, ut antè iam dixi. Sacrata est etiam à M. Aemilio Scauro bello Cymbrico. Festum eius septimo Idus Iunij. Ouidius.

Dij nuptiales

h Diis nuptialibus. } Plutarch. in Problematis, quin iue deos precari illos qui matrimonio coniunguntur scribit: Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, Leporem, & in primis Dianam: ideo quinque. eos nuptiis accendi morem esse, nec pauciores, nec plures. Non est autem Lepos epitheton Veneris, ut de Suadela putauit Acron, sed est potius dea per se πῆδρα, quam vocat Quintilianus persuadendi deam. Porro est & Hymeneus precipuus, qui in nuptiis identidem invocabatur, sicut apud Catullum. Hunc Seruius primo Aeneid. scribit virum fuisse Atheniensem, qui inter bella seuisima virgines liberauit: propterea nomen eius in nuptiis inuocatur, quasi liberatoris virginitatis. Martiannus hunc Bacchi & Calliopeiæ filium dicit.

Hymeneus

i Et maxime ipsi diuæ fruges. } In libris manuscriptis: Ipsi diuæ Fructesæ.

k Deæ pecuniæ. } Iuuenalis Satyræ prima, significat huic deæ nec templum esse erectum, nec aram, ait enim:

Et si

Et si fuisse pecunia templo

Non dum habitas nullas nummorum ereximus aras.

*Nisi forte ignorauit poeta eam esse deam. nam Varro scripsit etiam de-
ctis multos deos sacra & ceremonias esse occultas.*

*1 Nam ideo patrem. } Alibi sic: Nam deum Aesculanum ideo
Argentino praeponerunt.*

*m Quia prius aerea pecunia. } Plin. lib. 33. Argentum signatum
est anno urbis conditae quingentesimo octogesimo quinto, Q. Fabio Cef.
quinque annis ante primum bellum Punicum: ubi pro quingentesimo le-
gendum est quadringentesimo. Primum enim Punicum bellum cepit
Appio Claudio Cæci fratre, & Q. Fulvio Cæsi anno V. C. quadrum-
gesimo nonagesimo. Eutropius in ipso bello Punico percussum dicit,
sed digerendis temporibus fallitur, ut sepe. Verum de hac ratione tempo-
rum iam sum superiore locutus libro. Nota argenti fuerunt bigæ & qua-
drigæ, unde bigati & quadrigati. nam victoriatu percussi sunt paulum
ante bellum sociale ære admixto. Aureus nummus bello Punico secundo
percussus lxxij. annis postquam argenteus.*

*m Nec dea Rubigo. } Rubigo est ros putrefactus, fruges teneras Rubigo
corrumpens & frians. Ad auroram solet id vitium segetibus accidere,
silente calo sicut ait Plinius, serenisque noctibus, nullo semiente, nisi cum
factum est, in conuallibus & locis, perflatum non habentibus. Nã vêtiosa
& cæsa huic incommodo non sunt ita obnoxia Idem: Rubigalia Numa
constituit anno regni sui undecimo, quæ nunc aguntur ad septimum Cal.
Maij: quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro de-
terminat: sole tauri partem decimam obtinente, sicut tunc ferebat ratio:
sed vera causa est, quod post dies undecim ab æquinoctio verno per
id quatrimum varia gentium obseruatione in iij. Cal. Maij canis occi-
dit, stylus & per se. vehemens, & cui præoccidere caniculam necesse sit.
Hæc ille. Perro canis Rubigini mactabatur. Ouid. 4. Fastorum. Varro
in 1. lib. Aerum rust. carum deum facit Robigum, quem cum dea Flora Robigus
coniungit, in illis sex deorum dearumque paribus, quos initio inuocat.
Et Robigum dicit veteri more: nam quasi rodigus vocatur, à roden-
do. Rubigo propriè genus est vitij obscænae libidinis, quod hulus dicitur.
Est & inferro rubigo ex situ & nimia quiete, unde etiam in sege-
tibus gignitur.*

*De scientia cælendorum deorum, quam à se Varro gloriatur col-
latam esse Romanis.*

CAP. XXII.



*Vid ergo est quod pro ingenti beneficio Varro ia-
ctat prælare se ciuibus suis: quia non solum com-
memorat deos, quos coli oporteat à Romanis: ve-*

rumetiam dicit, quid ad quenque pertineat? Quomodo nihil prodest, inquit, homines alicuius medici nomen formamque nosse, & quid sit medicus ignorare: ita dicit nihil prodesse scire deum esse Æsculapium. si nescias eum valetudini opitulari: atque ita ignores cur ei debeas supplicare. hoc etiam affirmat alia similitudine, dicens: Non modò bene viuere, sed viuere omnino neminè posse, si ignoret quisnam sit faber, quis pictor, quis rector, à quo quid vtilè petere possit, quem adiutorem assumere, quem ducem, quem doctorem. Eo modo nulli dubium esse asserens, ita esse vtilè cogitationem deorù, si sciatur, quam quisque Deus vim & facultatem aut potestatem cuiusq; rei habeat. Ex eo enim poterimus, inquit, scire quem cuiusq; rei causa Deum aduocare atque inuocare debeamus, ne faciamus^a vt mimi solent, & optemus à Libero aquam,^b à Lymphis vinum. Magna sanè vtilitas. Quis non huic gratias ageret, si vera monstraret: & si vnum verum Deum à quo essent omnia bona, hominibus colendum doceret?

L. V I V E S.

Nympha- a **V**T mimi solent. } *Mouendi risus gratia.*
ia genera b **V**A Lymphis vinum. } *Lympha est omnis humor. Nymphæ præsumt omni generi humorum: sunt enim maris, quæ Nereidus dicuntur, filia Nerei: fontium, quæ Naiades: humoris herbarum, & florum, quæ Napeæ: humoris arborum, quæ Dryades, & Hamadryades: humoris montium, quæ Oieades. Nymphæ, Tethidis & Oceani filia sunt ter mille: Hesiodus in Theogonia.*

De Fœlicitate, quam Romani multorum veneratores deorum diu non coluerunt honore diuino, cum pro omnibus sola sufficeret

C A P. XXIII.

Sed vnde nunc agitur, si libri & sacra eorum vera sunt, & Fœlicitas dea est, cur non ipsa vna quæ coleretur constituta est, quæ posset vniuersa conferrè: & compendio facere fœlicem? Quis enim optat aliquid propter aliud, quàm vt fœlix fiat? Cur denique^a tam serò iuic tantæ deæ post tot Romanos principes^b Lucullus æden constituit? Cur ipse Romulus fœlicem cupiens condere ciuitatem, non huic templum potissimum struxit, nec propter aliquid diis cæteris supplicauit, quando nihil deesset, si hæc adesset? Nam & ipse nec prius rex, nec, vt putant, postea deus fieret, si hanc deam propitiam non haberet. Vt quid ergo Romulus constituit Romanis deos, Ianum, Iouem, Martem,^c Picum,^d Fau-

num,

num, ^g Tiberinum, Herculem: & si quos alios? Vt quid Titus Tatius addidit Saturnum, Opem, Solem, Lunam, Vulcanum, ^f Lucem, & quoscunque alios addidit, inter quos etiam deam Cloacinâ Fœlicitate neglecta? Vt quid Numa tot deos, & tot deas sine ista? An eam fortè in tanta turba videre non potuit? ^g Hostilius certè rex deos & ipse novos Pauorem atque Pallorem propitiandos non introduceret, si deam istam nosset & coleret. Præsente quippe Fœlicitate, omnis pavor & pallor non propitiatus abscederet, sed pulsus aufugeret. Deinde quid est hoc, quòd iam Romanum imperium longè latèque crescebat, & adhuc nemo Fœlicitatem colebat? An ideo grãdus imperium, quàm fœlicius fuit? Nam quomodo ibi esset vera fœlicitas, vbi vera nō erat pietas? ^h Pietas enim est verax veri Dei cultus, non cultus falsorum tot deorum, quot dæmoniorum. Sed & postea iam in deorum numerum Fœlicitate suscepta, magna bellorum ciuiliū infœlicitas subsecuta est. An fortè iustè est indignata Fœlicitas, quòd & tam serò & non ad honorem, sed ad contumeliam potius inuitata est, vt cum ea coleretur Priapus, & Cloacina, & Pavor, & Pallor, & Febris, & cætera non iuuenta colendorum, sed crimina colentium? Ad extremum, si cum turba indignissima tanta dea colenda visa est, cur non vel illustrius cæteris colebatur? Quis enim ferat, quòd neque ⁱ inter deos Consentes, quos dicunt in consilium Iouis adhiberi, nec inter deos, quos selectos vocant, Fœlicitas constituta est: vt templum aliquod ei fieret, quod & loci sublimitate & operis dignitate præemineret? Cur enim non aliquid melius, quàm ipsi Ioui? Nam neq; etiam Ioui regnum nisi Fœlicitas dedit? si tamè cum regnaret fœlix fuit, & potior est Fœlicitas regno. Nemo enim dubitat, facillè inueniri hominem, qui timeat se fieri regem. Nullus autem inuenitur, qui se nolit esse fœlicem. Ipsi ergo dii, si per auguria vel quolibet modo eos posse consuli putant, de hac re consulerentur, vtrum vellent Fœlicitati loco cedere: si fortè aliorum ædibus vel altaribus iam fuisset locus occupatus, vbi ædes maior atque sublimior Fœlicitati construeretur: etiam ipse Iupiter cederet, vt ipsum verticem collis Capitolini Fœlicitas potius obtineret. Non enim quispiam resisteret Fœlicitati, nisi, quod fieri non potest, qui esse vellet infœlix. Nullo modo omnino si cōsuleretur faceret Iupiter, ^l quod ei fecerunt tres dii, ^k Mars, ^l Terminus, ^m & Iuventas,

qui maiori & regi suo nullo modo cedere voluerunt. Nam sicut habet eorum literæ, cum rex Tarquinius Capitolium fabricare vellet, eumque locum qui ei dignior aptiorque videbatur, à diis alienis cerneret præoccupatum, non audens aliquid contra eorum facere arbitriū, & credēs eos tanto numini suoque principi voluntate cessuros: quia multi erant illic vbi Capitolium constitutum est: per augurium quæsiuit, vtrum concedere locum vellent Ioui: atque ipsi inde cedere omnes voluerunt, præter illos quos commemorauī, Martem, Terminum. Iuuentatem: atque ideo Capitolium ita constructum est, vt etiam isti tres essent tam obscuris signis, vt hoc vix homines doctissimi scirent. Nullo modo igitur Fœlicitatem Iupiter ipse contemneret, sicut à Termino, Marte, Iuuentate contemptus est. Sed ipsi etiam qui non cesserant Ioui, profectò cederēt Fœlicitati, quæ illis regem fecerat Iouem. Aut si non cederent, non id contemptu eius facerent, sed quod in domo Fœlicitatis, vel obscuri esse mallent, quam sine illa in locis propriis eminere. Ita dea Fœlicitate in loco amplissimo & celsissimo cōstituta discerent ciues omnes, vnde boni voti petendum esset auxilium. Ac sic ipsa suadente natura, aliorum deorum superflua multitudo derelicta coleretur vna Fœlicitas: vni supplicaretur: vnus templum frequētaretur à ciuibus, qui fœlices esse vellent, quorum esset nemo, qui nollet: atque ita ipsa à seipsa peteretur, quæ ab omnibus petebatur. Quis enim aliquid ab aliquo deo, nisi fœlicitatem velit accipere, vel quod ad fœlicitatem existimat pertinere? Proinde, si Fœlicitas habet in potestate, cum quo homine sit (habet autem si dea est) quæ tandem stultitia est, ab aliquo eam deo petere, quam possit à seipsa impetrare? Hanc ergo deam super deos ceteros honorare etiam loci dignitate debuerunt. Sicut enim apud ipsos legitur: Romani veteresⁿ nescio quem Summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Iouem, ad quem diurna fulmina pertinebant: Sed postquam Ioui templum insigne ac sublime constructum est, propter edis dignitatem, sic ad eum multitudo confluit. ° vt vix inueniatur qui Summani nomen, quod audire iam non potest, se saltem legisse meminerit. Si autem Fœlicitas dea non est, quoniam, quod verū est, munus est dei: ille deus queratur, qui eam dare possit, & deorum falsorum multitudo noxia relinquatur, quam stultorum hominum multitudo vana se-

na sectatur, dona dei deos sibi faciens, & ipsum cuius ea dona sunt, obstinatione superbæ voluntatis offendens. Sic enim carere non potest infœlicitate, qui tâquàm deam Fœlicitatem colit, & deum datorem fœlicitatis relinquit: sicut carere non potest fame, qui panem pictum lingit, & ab homine qui verum habet, non petit.

L. VIVES.

- A** Am serò. } *L. Licinius Lucullus consul fuit cum M. Aurelio Cotta, anno ab Vrbe condita delxvi.*
- b** Lucullus. } *L. Licinius Lucullus, qui bellum aduersus Mithridatem gessit, cui Gn Pompeius successor est missus aduersa nobilitate: hic quòd fœliciter bellum contra Mithridatem & Tigranem reges administrasset, templum huic deæ constituit.*
- c** Picum. } *Filius hic fuit Saturni, ut ait Vergilius in septimo. Picus Regnavit in Latio Aboriginum tempore, quem Circe uxor in a. em sui nominis mutauit, quòd Pononam deam adamasset: ideo ea aus Romanis est sacrâ.*
- d** Faunum. } *Filius hic fuit Pici apud eundem Vergil. pater Faunonum & Satyrorum & reliquorum agr. stu. n. numinum. Pinitarchus in Parallelis Mercurij filium fuisse scribit. In Latio regnavit tempore Aboriginum, cuiusque suos ritu ferarum viuentes, n. u. uorem vitam docuit: & primus loca certis nominibus, & aedificia quædam ac lucos sacravit, a quo & fana sunt dicta. Oraculum eius fuit in Albunea Laurentinorum, sylua. Huic aly annum sacrum, aly menstruum celebrant. Valer. Probus in primo Georg. Festum huius erat Romæ Nonus Decembribus, ut canit Horatius tertio Carminum.*
- e** Tyberinum. } *Hic Capeti filius fuit, Albanorum rex, latro in Tyberisignis, qui traiectu Tyberis fluy. submersus, nomen dedit fluuio, cum uis prius Albula diceretur.*
- f** Lucem. } *Romani Iouem colbant: Luccium, ut est in carminibus Saliarum, quem præesse credebant lucis, u. que causam esse. Festus Varro lib. 4. De ling. Latina ait, Tit. Tatium Romæ deos statuisse Opem, Floramve, Dyouem, Saturnumque, Solem, Luram, Vulcanum, & Summanum: itæinque Larundam, & Terminum, Curinum, Vorrundum. Lares, Dianamque, Lucinamque.*
- g** Hostilius certè rex. } *Cum commisso inter Romanos & Veientes Pallori prælio nunciatum esset Tullo Hostilio Rom. regi Albanos desicere, & Paupallereque & pauere, Rom. ob eam rem uideret, ipse in re trepida temporum uouit Pallori & Paupalli.*

h Pietas enim. } Pietas est, ut inquit Cic. 1. De nat. deorum, iustitia aduersus deos. Est & pietas cultus erga maiores, aut sanguine coniunctos, qui cum est erga deos, religio nominatur. Erat & Romæ sacellum Pietatis ab Acilio dicatum, ubi mulier habitauit illa, qua uerberibus suis aluit patrem custodiae traditum. Festus. Ibi que imago factum hoc exprimens uisbatur, ut Valer. subindicat lib. 5. Aedis Pietatis in Circo Flamini meminit Obscruens in Prodigijs.

Dij Con- Inter deos Consentes } Duodecim sunt dij Consentes, sex ma-
sentes res. & sex feminae: quorum imagines auratae stabant apud forum, ut refert Varro lib. 1. Rerum rustic. Hos Ennius disticho est complexus: Iuno, *Vesta*, *Minerua*, *Ceres*, *Diana*, *Venus*, *Mars*, *Mercurius*, *Iouis*, *Neptunus*, *Vulcanus*, *Apollo*, Consentes appellant, quasi consentientes in eo quod est gerendum. His enim utitur uelut consiliarijs Iupiter in maximis rebus agendis, ut hic Augustinus: sed apertius Seneca tradit ex disciplina Ethrusi a lib. Nat. quest. 2. Ferunt in antiquis monumentis Pomponium Latum, eiusmodi rerum diligentissimum inquisitorem, & admiratorem obseruasse, atque ita ad Medicem Laurentium scripsisse, singulis illorum deorum suum mensem esse sacrum: Ianuarium Iunoni, Februarium Neptuno, Martium Minerua, Aprilem Veneri, Maium Apollini, Iunium Mercurio, Quintilem Ioui, Sextilem Cereri, Septembrem Vulcano, Octobrem Marti, Nouembrem Dianæ, Decembrem *Vestæ*. Diodorus lib. iij. Chaldaeos scribit triginta astra dixisse deos consultores, & duodecim signa feri signa: quorum unumquodque suo mense praest, deos principantes nominasse. Erant & Aegyptiis sui duodecim dei praecipui, sed non idem ac Romanis.

Termin- Quod ei fecerunt tres dij. } Numa Pompilius rex Romanus
us cum & publicum agrum populi Romani, & priuatum uniuscuiusque certis limitibus terminisque definisset, sacellum erexit Termino in collo Tarpeio deo cui nihil animatum sacrificaretur, sed solum liba, pultes, & primitia fugum: tametsi hoc postea, ut alia complura, in dissimulandam abiit: Saxumque erat hic deus, & saxa reliqui omnes agrorum, & publici, & priuatorum termini. Quos qui statuto dimouisset loco, eum hominem liceret sine fraude neci dedere. At cum rex Tarquinius Priscus templum uquisset in Tarpeia rupe Ioui, Iunoni, & Minerua augustissimum, uelletque tanti operis iacere fundamenta, inuenit eo loci multorum deorum aras, & a Tito Tatius & cæteris regibus sacratas: quas omnes exangurare cum uellet, ut liberum esset templum suis tribus diis, consilio Nauij Acij auguris usus, unumquenque illorum deorum consuluit, attributis ei auiibus, num patri Ioui cederet: aues omnium tales fuerunt, ut cedere se significarent: aues Termini & Iuuenta non pati

deos illos moueri se portenderunt. Ita postea edificato à filio vel nepote eius regis Superbo Capitolio ara sunt eodem relicta loco, quo prius fuerant. Latum esse augurium respondit Accius, quo significabatur terminos populi Rom. fore immobiles, & iuuentutem inuictam. Hæc ex Plutarcho & Dionysio. Liius & Florus ex augurationem illam rege Tarquinio Superbo factam videntur narrare, tametsi eorum verba sic intelligi possunt, ut ab his quæ attulimus non dissentiant. Quod si dissentiant, Liius & Floro citius hoc loco fidem habuero, quàm alius Græcis hominibus.

k Mars. } De Termino & Iuuentate legi apud autores, quos modò recensui, & alius permultos: de Marte non legi.

l Terminus. } Cùm & fœdus inter Saturnum, Titanumque eius fratrem sub hac condicione esset initum, ne Saturnus prolem aliquam masculam tolleret, deinde oraculo esset Saturnus præmonitus, se a filio suo regno pellendum: liberos omnes virilis sexus statuit deuorare: nato verò Ioue, ingens patri saxum pro filio est suppositum: cùmque ope illius esset Iupiter seruatus, cùm iam rerum potiretur, iussit illud sub Parnasso monte statui, H. siodus. Græci βῆτυλον appellant, ut Hesychius docet, unde in voraces fertur illud Græcorum: καὶ βῆτυλον καταπίουσιν: id est, Betylum deglutieris. Eusebius in Phœnicum theologia ex Sanchoniatoe, Betylum Cali & Rheæ filium perhibet. Saturni fratrem. Porrò Betylus postea dictus est τέρμων, Latine Terminus, qui Ioui maximo noluit cedere, ea fortasse fiducia, quemadmodum Lactantius inquit, quod eum è paternis faucibus liberasset. Sub dio semper Roma colebatur, & libero fruebatur calo. Festus, & Lactantius.

Betylus

m Et Iuuentas. } Iuuentus & Iuuentas, & Iuuenta dicitur, sed Iuuentas inuentas ipsam numen. inquit Acron. Horatius:

Et parum comis sine te Iuuentas, Mercuriisque.

Quamquam est & etas ipsa apud eundem Horatium:

Olim Iuuentas & Patrius vigor.

Et in Epodu:

Fugit iuuentas & verecundus color.

Verùm dea hæc Græcè Hebe, Iunonis solius filia sine patre, ut Mars: tametsi Græci Iouem ei dant parentem, uxor fuit Herculis, Ioui poculum ministrabat, cui Ganymedes successit. Est uero proprie robur etatis vigorq; nam ab uicdo deducitur. Fuit & Iuuentatis ædes id Circo maximo, quam dedicauit C. Licinius Lucullus diuinit. Venerat eam sedecim annis antè M. Liius Cos. quo die Asdrubalem exercitumque eius sacidit. Idem censor eam faciendam locauit M. Cornelio, T.

Sempronio Coss. Huius quoque dedicanda ergo Iudi facti. Linius libro xxxvij. Erat & Iuuenta edicula in foro.

Summanus

n Nescio quem Summanum. & Capella hunc Plutonem esse dicit, quasi summum manium. Aedes huius erat prope fanum Iuuentatis, ut Plinius videtur significare. Summanalia liba erant farinacea in modum rotae facta. Festus. Fulmina nocturna ei tribuebantur, ut diurna Ioui, quae ideo dicebantur Dia. Erant etiam quaedam ambigua, quae noctu, ante die facta esse ignorabantur, quae dicebantur Prouersa. Ideo utriusque sacrum sibi bat cum procurarentur. Ita Romani solos hos duos deos seruauerunt, in quorum potestate essent fulmina. Thuscii nouem deos posuerunt, & fulmina esse undecim generum sicut Plinius inquit lib. 2. Festus &

Fulgurum
triam genera

vulgaris disciplina augurum Rom. tria genera fulgurum tradebat. Potularia, quae aliquod sacrum fieri postulerent: Pestifera, quae exitium portenderent: Perentialia, superiorum fulgurum approbati expiationem significantia. Manubias, hoc est iactus fulminum, totidem ostendit. Seneca. Prima est Iouis unius quae moneat: secunda, ex decreto Consentium, quae profit, sed non impunè: tertia, ex decreto superiorum deorum perniciose prorsus. Haec & alia plurima de generibus fulminum ex Cecinna, Volaterrano & Aldo. Seneca libro Naturalium questionum secundo. Plinius quoque nonnulla, sed in transcurso, ut reliqua.

o Ut vix inueniatur qui Summanni. & Hic deus praequam quòd ignobilis erat admodum, etiam non satis sciebatur quis esset. non ignorabant unum esse ex diis qui praesent nocti, sed nomen eius proprium in obscuro erat. Ouidius sexto Fast.

Reddita, quisquis is es, Summano templa feruntur,

Tunc cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

Eius ferie xij. Calend. Iulias. Erat Summani aedes prope circum maximum, & sacellum in Capitolio.

Qua ratione defendant Pagani, quòd inter deos colant ipsa dona diuina.

CAP. XXIII.

Ibet autem eorum cōsiderare rationes. Usque ad óne, inquit, maiores nostros insipientes fuisse credendum est, ut haec nescirent munera diuina esse non deos: Sed quoniam sciebant nemini talia, nisi aliquo deo largiente concedi: quorum deorum nomina non inueniebāt, earum rerum nominibus appellabant deos, quas ab eis sentiebant dari, aliqua vocabula inde flectentes: sicut à bello Bellonam nuncupauerunt, non bellum: sicut à cunis Cuniam, non Cunam: sicut à segetibus Segetiam, non segetem sicut

sicut à pomis Pomonam, non pomum: sicut à bobus Bubonam, non bouem: aut certè nulla vocabuli declinatione, sicut res ipsæ nominantur: ut Pecunia dicta est dea, quæ dat pecuniam, nõ omnino pecunia dea ipsa putata est. Ita Virtus, quæ dat virtutem: ^aHonor, qui honorem: Concordia, quæ concordiam: Victoria, quæ victoriam dat. Ita, inquiunt, cum fœlicitas dea dicitur, non ipsa quæ datur, sed numen illud attenditur à quo fœlicitas datur. Ista nobis reddita ratione, multò facilius eis, quorum cor non nimis obduruit, persuadebimus fortasse quod volumus.

L. VIVES.

HONOR, qui honorem. Cic. 2. De nat. deorum: *Vides templum Honoris à M. Marcello renouatum, quod multis ante annis erat templum bello Ligustico à Q. Maximo dedicatum. Erat Romæ idem templum Virtutis & Honoris C. Marij, diuersis tamen cellis. nam eadem fieri non posse iam M. Marcello v. Cos. responderat collegium, Pont. Honoris veteres nudis capitibus sacra faciebant, cum alius diis tecti operarentur. Autor in Problematu Plutarchus.*

De vno tantum colendo Deo, qui licet nomine ignoretur, tamen fœlicitatis dator esse sentitur. CAP. XXV.

SI enim iam humana infirmitas sensit non nisi ab aliquo deo dari posse fœlicitatem: & hoc senserunt homines qui tam multos colebant deos, in quibus & ipsum eorum regem Iouem, quia nomen eius à quo daretur fœlicitas ignorabant, & ideo ipsius rei nomine quam credebant ab illo dari, eum appellare voluerunt. Satis ergo indicat nec ab ipso Ioue dari posse fœlicitatem, quem iam colebant, sed vtique ab illo, quem nomine ipsius fœlicitatis colendum esse censebant. Confirmo prorsus à quodam deo, quem nesciebant, eos credidisse dari fœlicitatem. Ipse ergo quærat, ipse colatur, & sufficit. Repudietur strepitus innumerabilium dæmoniorum. Illi non sufficiat hic deus, cui non sufficit munus eius. Illi, inquam, non sufficiat ad colendum deus dator fœlicitatis, cui non sufficit ad accipiendum ipsa fœlicitas. Cui autè sufficit: nõ enim habet homo, quid amplius optare debeat: seruiat vni deo datori fœlicitatis. Nõ est ipse, quæ nominant Iouem. Nam si eum datorem fœlicitatis agnosceret, non vtique alium, vel aliam, à quo daretur fœlicitas, nomine ipsius fœlicitatis inquireret: neq; ipsum Iouem cum tantis iniuriis colendum putaret. Iste alienarum dicitur ^aadulterator

vxorum. ^bIste pueri pulchri impudicus amator & raptor.

L. VIVES.

a **A**Dulterator. } *Alibi adulter. Iouis turpissima adulteria sunt a-*
puđ poetarū decantatissima: ut cum Alcmena, cū Lada, & aliis.

b Iste pueri pulchri. } *Ganymedis Phrygię de hoc alibi.*

De ludis scenicis, quos sibi dij celebrari à suis cultoribus exegerunt.

CAP. XXVI.

a **S**Ed fingebat hæc Homerus, ait Tullius, & humana ad deos transferebat, diuina malle ad nos. Merito displicuit viro graui, diuinorum criminum poeta confictor. Cur ergo ludi scenici, vbi hæc dictantur, cantantur, actantur, deorum honoribus exhibentur, inter res diuinas à doctissimis conscribuntur? Hic exclamet Cicero non contra figmenta poetarum, sed contra instituta maiorum. An non exclamarent & illi, quid nos fecimus? Ipsi dij ista suis honoribus exhibenda flagitauerunt, atrociter imperarunt: cladem nisi fieret, prænunderunt: quia neglectum est aliquid, seuerissimè vindicarunt: quia id quod neglectum fuerat factum est, placatos se esse monstrarunt. Inter eorum commemoratur virtutes, & miranda facta, quod dicam. ^bTito Latino rustico Romano patrifamiliàs dictum est in somnis, in senatu nunciaret, vt ludi Romani instaurarentur, quod primo eorum die in quodam scelerato, qui populo spectante ad supplicium duci iussus est, numinibus videlicet ex ludis hilaritatem quærentibus triste displicuisset imperium. Cùm ergo ille qui somnio commonitus erat postera die iussa facere non ausus esset, secunda nocte hoc idem rursus seuerius imperatum est. Amisit filium, quia non fecit. Tertia nocte dictum est homini, quòd maior ei pœna, si non faceret, immineret. Cùm etiam sic non auderet, in morbum incidit acrem & horribilem. Tum verò ex amicorum sententia, ad magistratus rem detulit: atque in lecticâ allatus est in senatum. Expositòque somnio, recepta continuo valetudine, pedibus suis sanus abscessit. Tanto stupefactus miraculo senatus, quadruplicata pecunia, ludos censuit instaurari. Quis non videat, qui tanum sapit, subditos homines malignis dæmonibus, à quorum dominatione non liberat, nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, vi compulsos esse, exhibere talibus diis, quæ recto consilio poterant turpia iudicari? In illis certè ludis poetica numinum crimina frequentantur:

tur: qui ludi cogentibus numinibus, iussu senatus instaurabantur. In illis ludis corruptorē pudicitiae Iouē turpissimi histriones cātabant, agebāt, placabāt: si illud fingebatur, ille irasce- retur: si autē suis criminibus etiā fictis delectabatur, quando coleretur, nisi diabolo seruiretur? Itāne iste Romanū cōderet, dilataret, conseruaret imperiū, quouis Romano cui displice- bant talia, homine abiectior? Iste daret fœlicitatem, qui infœ- liciter colebatur: & nisi ita coleretur, infœlicius irascebatur?

L. VIVES.

Sed fingebat hæc Homerus, ait Tullius}. *Primo Tusc. quest. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait propter formam, ut Ioui pocula administraret: non iusta causa cur Laomedontis tanta fieret iniuria. Fingebat hæc Homerus, & humana ad deos trans- ferebat: diuina mallem ad nos: quæ autem diuina? Vigere, sapere, inueni- re, meminisse. Grauisissima sententia: qua notatur vel superstitio vel im- pietas eorum, qui Deum mensura nostra fragilitatis & nostrorum affe- ctuum metiuntur, ut talem eum putent, quæies nos sumus, morosi, diffici- les, queruli, seui, inuidi, superbi, arrogantes, leues, denique flagitiosi & scelerati: quando esset satius attollere nos ad emulationem illius diuine virtutis ac probitatis?*

b Tito Latino. } *Hæc historia est frequens apud scriptores. Memine- T. Latini
runt eius Cicero primo De diuin. ex Fabio, Gellio, & Calio. Linius historia
lib. 2. Valerius Maximus lib. 1. & post hos Au. Gellius, Macrobius,
Laëtantius. Contigit M. Minutius, A. Sempronio Cress anno ab Vrbe
condita celi fuisse ab Augustino explicatur. Sunt tamen, qui hunc T. La-
rinum nominent. Laëtantius Tyberium Arinum appellat.*

c A quorum dominatione. } *Alludit ad exclamationem quæ est
apud Paulum ad Rom 7. Infœlix homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum.*

De tribus generibus deorum, de quibus Scæuola pontifex
disputauit. CAP. XXVII.

Relatum est in literis, a doctissimum pontificem Scæ-
uolam disputasse tria genera tradita deorum: vnum
à poetis, alterum à philosophis, tertium à principi-
bus ciuitatis. **b** Primum genus nugatorium dicit esse, quòd
multa de diis fingantur indigna: secundum, nō congruere ci-
uitatibus, quòd habeat aliqua superuacua, aliqua etiam quæ
obfit populis nosse. De superuacuis non magna causa est. So-
let enim & à viris peritis dici: superflua non nocent. Quæ
sunt autem illa, quæ prolata in multitudine nocent? Hæc,

inquit, non esse deos, Herculem, Æsculapium, Castorem, Pol-
 lucem. Proditur enim à doctis, quòd homines fuerint, & hu-
 mana conditione defecerint. Quid aliud, quàm quòd eorum
 qui sint dij non habeant ciuitates vera simulachra: quòd ve-
 rus Deus nec sexum habeat, nec ætatem, nec definita corpo-
 ris membra? Hæc pontifex nosse populos non vult, nam falsa
 esse non putat. Expedire igitur existimat falli in religione. ci-
 uitates: quod dicere etiam in libris Rerum diuinarum ipse
 Varro non dubitat. Præclara religio quò confugiat liberan-
 dus infirmus: & cùm veritatem qua liberetur inquirat, cre-
 datur ei expedire, quod fallitur. Poeticum sanè deorū genus
 cur Scæuola respuat, eisdem literis non tacetur: quia sic vide-
 licet deos deformant, vt nec bonis hominibus comparentur,
 cum ^e alium faciunt furari, alium adulterare. Sic item aliquid
 aliter turpiter atq; ineptè dicere ac facere: ^d tres inter se deas
 certasse de præmio pulchritudinis: victas duas à Venere Tro-
 iam euertisse: Iouem ipsum ^e cōuerti in bouem ^f aut cygnum,
 vt cum aliqua concumbat: ^g deam homini nubere: Saturnum
 filios deuorare. Nihil denique posse confingi miraculorum
 atque vitiorum, quod non ibi reperiat, quæ à deorum natu-
 ra longè absint. O Scæuola pontifex maxime, ludos tolle, si
 potes: præcipe populis, ne tales honores diis immortalibus
 deferant, vbi crimina deorum libeat mirari, & quæ fieri pos-
 sunt, placeat imitari. Si autem tibi responderit populus: vos
 nobis importastis ista pontifices, deos ipsos roga, quibus in-
 stigantibus ista iussistis, ne talia sibi iubeant exhiberi. Quæ si
 mala sunt, & propterea nullo modo de deorū maiestate cre-
 denda, maior est deorum iniuria, de quibus impunè fingun-
 tur. Sed non te audiunt, dæmones sunt, praua docent, turpi-
 bus gaudent: non solùm non deputant iniuriam, si de illis ista
 fingantur, sed eam prorsus iniuriam ferre non possunt, si per
 eorum solennia non agantur. Iam verò si aduersus eos Iouem
 interpelles, maximè ob eam causam, ^h quia eius plura crimi-
 na ludis scenicis actitatur, nōne etiam si deum Iouem nun-
 cuparis, à quo regitur totus atque administratur hic mundus:
 eo illi sit à vobis maxima iniuria, quòd eum cum istis colen-
 dum putatis, eorūque regem esse perhibetis?

L. V I V E S.

a **D**Octissimum pontificem Scæuolam. } Mutū Scæuola
 fuerunt multi. Pontifex hic fuit temporibus belli ciuilib. Ma-
 riani

riani

riani à Mario iuniore casus: ad quem Cicero itasse se dicit discendi gratia, posteaquam Scaeuola augur interierat.

b Primum genus nugatorium. } Dionysius Halycarnassens libro Veterum rerum secundo, scribit Romanos eiecisse commenta illa poetarum, quibus dii inter se pugnautes, dissidentes, adulterantes, & eiusmodi finguntur, quæ non modo de diis, sed ne de viris quidem bonis vti dicerentur digna essent: Romulûnque assuefuisse Quirites suos, vt & bene sentirent, & bene loquerentur de diis. Hæc & alia ibi cõplura, quorû etiam in Euangelica præparatione meminit Casariensis Eusebius.

c Alium faciunt furari. } Mercurium, qui & Tiresiæ subripuit bo- Mercurius
ues, Marti gladium. V ulcano forcipem, Neptuno tridentem, Apollini arcum & sagittas, Veneri cestum, Ioui sceptrum.

d Tres inter se deas. } Hæc pueris quoque sunt nota.

e Conuerti in bouem } Cùm rapuit Europam.

f Aut cygnum. } Cùm concubuit cum Leda. De his conuersionibus Iouis Ouidius lib. sexto Transformationum.

g Deam homini nubere. } Cererem Iasio, Harmoniam Cadmo, Callirhoen, Chrysaori, Auroram Tithono, Tethyn Peleo, Venerem Anchisæ, Circen Vlyssi, eidem Calypson, & alias quas Hesiodus in Theogonia recenset.

h Quia eius plura crimina. } Adulteria, seuitates, impietates, stupra.

An ad obtinendum dilatandumque regnum profuerit Romanis cultus deorum.

C A P. X X V I I I.

Nullo igitur modo dii tales, qui talibus placantur, vel potius accusantur honoribus, vt maius sit crimen quòd eis falsis oblectantur, quàm si de illis vera dicerentur, Romanum imperium augere, & conseruare potuissent. Hoc enim si possent, Græcis potius donum tam grande cõferrent, qui eos in eiusmodi rebus diuinis, hoc est, ludis scenicis honorabilius digniûsque coluerunt, quando & à morsibus pœtarum, quibus deos dilacerari videbant, se non subtraxerunt, dando eis licentiam malè tractandi homines, quos liberet, & ipsos scenicos non turpes iudicauerunt, sed dignos etiam præclaris honoribus habuerunt. Sicut autem potuerunt auream pecuniam habere Romani, quanuis deum Aurinum non colerent, sic & argenteam habere potuerunt, & æream, si nec Argentinum, nec eius patrem colerent Æsculanum: & sic omnia quæ retexere piger. Sic ergo & regnum inuito quidem Deo vero nullo modo habere possent,

diis verò istis falsis & multis ignoratis siue contemptis, atque vno illo cognito & fide syncera ac moribus culto, & melius hic regnum haberent quantumcunque haberent, & post hoc acciperent sempiternū, siue hic haberent, siue non haberent.

De falsitate auspicij, quo Rom. regni fortitudo & stabilitas visa est indicari.

C A P. X X I X.

N Am illud quale est quod commemorauī paulo antē, pulcherrimum auspiciū fuisse dixerunt, Martem, & Terminum, & Iuuentutem, nec Ioui regi deorum loco cedere voluisse? Sic enim, inquit, significatum est, ^a Martiam gentem, id est, Romanam, nemini locum, quem teneret daturam: Romanos quoque terminos propter deum Terminum neminem commoturum: iuuentutem etiam Romanam propter deam Iuuentutem nemini esse cessuram. Videant ergo quomodo habebant istum regem deorum suorum, & datorem regni sui, vt ei auspicia ista pro aduersario ponerent, cui non cedere pulchrum esset: quanquam hæc si vera sunt, non habent omnino quid timeant. Non enim confessuri sunt, quòd dij cesserint Christo, qui Ioui cedere noluerunt. Salus quippe imperij finibus, Christo cedere potuerunt, & de sedibus locorum, & maximè de corde crediturum. Sed antequam Christus veniret in carne, antequam ista denique scriberentur, quæ de libris eorum proferimus: sed tamen postea quàm factum est sub rege Tarquinio illud auspiciū, aliquoties Romanus exercitus fusus est, hoc est, versus in fugam, falsūque ostendit auspiciū, quod Iuuenta illa non cesserit Ioui: & gens Martia superantibus atque irumpentibus Gallis in ipsa vrbe contrita est, & termini imperij, deficientibus multis, ad Hannibalem ciuitatibus, in angustum fuerant coarctati. Ita euacuata est pulchritudo auspiciorum, remansit contra Iouem contumacia nō deorum, sed dæmoniorum. Aliud est enim non cessisse, aliud vnde cesseras redisse. Quanquam enim postea in Orientalibus partibus ^b Hadriani voluntate mutati sunt termini imperij Romani. Ille nanque tres prouincias nobiles Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam Persarum concessit imperio, vt deus ille Terminus, qui Romanos terminos secundū istos tuebatur, & per illud pulcherrimum auspiciū loco non cesserat Ioui,

Ioui, plus Hadrianū regem hominum, quā regem deorum timuisse videatur. ^c Receptis quoque alio tempore prouinciis memoratis, nostra pene memoria retrorsus terminus cessit, ^d quando Iulianus deorum illorum oraculis deditus, immoderato ausu naues iussit incendi, quibus alimonia portabatur, qua exercitus destitutus, mox etiam ipso hostili vulnere extinctus. In tantam est redactus inopiam, ut iude nullus euaderet, vndique hostibus incurfantibus, milite Imperatoris morte turbato, nisi placito placis illic imperij fines constituerentur: vbi hodiēque persistunt, non quidem tanto detrimento, quantum concesserat Hadrianus, ^e sed media tamen compositione defixi. Vano igitur augurio deus Terminus non cessit Ioui, qui cessit Hadriani voluntati, cessit Iuliani temeritati, ^f & Iouiani necessitati. Viderunt hæc intelligentiores grauiorēque Romani, sed contra consuetudinem ciuitatis, quæ dæmoniacis ritibus fuerat obligata, parum valebant, quia & ipsi etiam si illa vana esse sentiebant, naturæ tamen rerum sub vnius veri Dei regimine atque imperio constitutæ, religiosum cultum qui deo debetur: exhibendum putabant: seruiētes, ut ait Apostolus, creaturæ potius quā creatori, qui est benedictus in secula. Huius veri Dei erat auxilium necessarium à quo mitterentur sancti viri & veraciter pij, qui pro vera religione morentur, ut falsa à viuētib; tolleretur.

L. V I V E S.

a **M**Artiam gentem. } *Romanam, quoniam & bellicosam, & à filio Martis conditam. Sic plerunque Martyj animi Romanorum ab autoribus dicuntur.*

b Hadriani voluntati. } *Hic fuit decimusquartus Ro. princeps adoptatus à Troiano, cui & successit. Sed cum, ut aliis multis, ita & gloriam patri inuideret, Armeniam, Mesopotamiam, & Assyriam Persis reddidit, quas Romano imperio Traianus adiunxerat, reuocauitque exercitus, ac finem imperij esse voluit Euphratem, amnem: Eutropius lib. 8. cuius ego rei hanc potissimum fuisse causam suspicor, quod antiquis vatum responsis ferebatur infaustum fore ac infelix Imperatori po. Ro. qui exercitus armatos trans Euphratem amnem urbē. que Ctesiphontem promouisset: exitium hoc fuisse M. Licinio Crasso, ipsumque Traianum proximè in Italiam cum Parthica victoria non rediisse.*

c Receptis quoque. } *Ex eodem Eutropio Assyria recuperata est per Pios fratres, Mesopotamia auspiciis Galieni, ductu Odenati: Armenia vero auspiciis Diocletiani, ductu Galerij.*

Iulianus

d Quando Iulianus. } *Hic inijt principatum Mamertino & Ne-
uitta Coss. anno Urbis conditæ M. cxvi. Orofius: Christianæ pietatis
inimicus victus à Parthis ad Ctesiphontem copias & rempub. afflixit
morte sua.*


e Sed media tamen compositione. } *Ita vt termini illi non vi ma-
nūque quesiti sint, sed conditionibus pacis ab hostibus accepti.*

Iouianus

f Et Iouiani necessitati. } *Hic Pannonius homo ab exercitu in sum-
mo discrimine creatus, pacem cum Persis fecit ignominiosam quidem, sed
necessariam. N. sibi dem oppidum & partem superioris Mesopotamie
Parthis concessit, ita termini imperij sunt mutati.*

Qualia de diis gentium etiam cultores eorum se sentire fateantur.

C A P. XXX.

a  Ibero augur irridet auguria,^b & reprehendit ho-
mines corui & corniculæ vocibus vitæ consilia
moderantes.^c Sed iste Academicus qui omnia ef-
fe contendit incerta, indignus est qui habeat vllam in his re-
bus autoritatem. Disputat apud eum ^d Q. Lucilius Balbus in se-
cundo De deorum natura libro: & cū ipse superstitiones ex
natura rerum velut phycas & philosophicas inferat, indi-
gnatur tamen institutioni simulachrorum, & opinionibus fa-
bulosis, ita loquens: Videtis ne igitur, vt à phycis rebus be-
ne atque vtiliter inuentis, ratio sit tracta ad commentitios &
fictos deos? Quæ res genuit falsas opiniones, errorésque
turbulentos, & superstitiones penè aniles. Et formæ enim
nobis deorum, & ætates, & vestitus ornatúsque noti sunt:
genera præterea, coniugia, cognationes, omniâque traducta
ad similitudinem imbecillitatis humanæ: nam & perturba-
tis animis inducuntur. Accepimus enim deorum cupidita-
tes, egritudines, iracundias. Nec verò, vt fabulæ ferunt, dij
bellis præliis que caruerunt. Nec solùm, vt apud Homerum,
cū ^e duos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defen-
derent, sed etiam vt ^f cum Titanis, aut cum Gigantibus sua
propria bella gesserunt. Hęc & dicuntur & creduntur stul-
tissimæ, & plena sunt vanitatis ^g summeque leuitatis. Ecce
interim quæ consistunt qui defendunt deos gentium. Dein-
de cū hęc ad superstitionem pertinere dicat, ad religio-
nem verò, quam ipse secundum Stoicos videtur docere. Non
enim philosophi solùm, inquit, verum etiam maiores nostri
superstitionem à religione separauerunt. ^h Nam qui totos
dies precabantur, inquit, & immolabant, vt sibi sui liberi
super

superstitēs essent, superstitiosi sunt appellati. Quis non intelligat eum conari, dum consuetudinem ciuitatis timeret, religionem laudare maiorum, eamque à superstitione velle se iungere, sed quomodo id possit non inuenire? Si enim à maioribus illi sunt appellati superstitiosi, qui totos dies precabantur & immolabant, nunquid non & illi qui instituerunt, quod iste reprehendit, deorum simulachra diuersa etate, & veste distincta, deorum genera, coniugia, cognationes? Hęc vtique cū tanquam superstitiosa culpantur, implicat ista culpa maiores talium simulachrorum institutores atque cultores: implicat & ipsum, qui quantolibet eloquio se in libertatem nitatur euoluere, necesse habebat ista venerari: nec quod in hac disputatione disertus insonat, mutire auderet in populi concione. Agamus itaque Christiani domino Deo nostro gratias, non cęlo & terrę, sicut iste disputat, sed ei qui fecit cęlum & terram: qui has superstitiones quas iste Balbus velut balbutiens vix reprehendit, per altissimam Christi humilitatem, per Apostolorum prædicationem, per fidem Martyrum pro veritate morientium, & cum veritate viuientium, non solum in cordibus religiosi, verum etiam in edibus superstitiosis libera suorum seruitute subuertit.

L. V I V E S.

a **C**icero augur. } *Fuit ex collegio augurum Cicero, inauguratus à Q. Hortensio oratore.*

b Et reprehendit homines. } *Hac de re disputat Cicero 2. De diuinatione.*

c Sed iste Academicus. } *Mos istius sectę erat nihil affirmare, sed ab aliis posita & asserta conari refellere, atque conuellere. quem morum in suis Dialogis multum seruauit Cicero, patrociniūque Academicę philosophię à se esse susceptum profitetur in primò De natura deorum.* Academici

d **Q.** Lucilius Balbus. } *Stoicę disciplina callentissimus.*

e Duos exercitus contrarios. } *Gręcos tuentur Iuno, Pallas, Neptunus: Troianos verò Apollo, Venus, Mars.*

f Cum Titanis. } *Titani filij erant Terra & Titanis Saturni fratris, qui ex fœdere inter Saturnum & Titanem pacto regnum à Ioue repetebant. Primò res estiurgis & conuitiis acta: deinde ventum est ad arma. Bellum hoc fuit graue, victi sunt tamen Titani: grauius multò, quòd qui supersuerant Titanorum reparatis copiis nouisq; domo supplementis accitis, Iouem & reliquos ex eius partibus* Titanes

in *Aegyptum* usque pepulerunt. Illud prius dictum est bellum *Titanorum*, hoc posterius *Gigantum*.

Religiosus

g Summæque leuitatis. } *Hactenus verba sunt Ciceronis.*

h Nam qui totos dies. } *Hoc etymon superstitiosus & religiosus parum probatur Lactatio libro quarto, qui religiosos vocatos dicit à religando, quòd Deo astricti religati que sint: superstitiosos verò, qui falsam religionem colerent. superstitemque defunctorum memoriam. De religioso Gellius cap. 9 lib. 4. Verùm Cicero non solùm eos dicit superstitiosos, qui ita precarentur: nam addit id nomen postea patuisse latius, id est. aliis permultis esse accommodatum.*

i Dum consuetudinem. } *Ex libris de natura deorum, & De diuinatione satis apparet Ciceronem non ausum pronunciare liberè quid sentiret de diis propter morem in ciuitate à maioribus traditum acceptumque.*

k Non cælo & terræ. } *Quos Cicero ex sententia Stoicorum, tanquam principes deos ponit.*

De opinionibus Varonis, qui reprobata persuasione populari, licet ad notitiam veri Dei non perueniret, vnum tamen Deum colendum esse censuerit. CAP. XXXI.



Vid ipse Varro, quem dolemus in rebus diuinis ludos scenicos, quanuis non iudicio proprio posuisse, cum ad deos colendos multis locis velut religiosus horretur, nõne ita confitetur: non se illa iudicio suo sequi, quæ ciuitatem Romanam instituisse commemorat: vt si eam ciuitatem nouam constitueret, ex naturæ potius formula deos nominæque deorum se fuisse dedicaturum non dubitet confiteri? Sed iam quoniam in vetere populo esset accepta, ab antiquis nominum & cognominum historiam tenere vt tradita est debere se dicit, & ad eum finem illam scribere ac perscrutari, vt potius eos magis colere, quàm despiciere vulgus velit. Quibus verbis homo acutissimus satis indicat, non se aperire omnia, quæ non sibi tantum contemptui essent, sed etiam ipsi vulgo despicienda viderentur, nisi tacerentur. Ego ista conicere putari debui, nisi euidenter alio loco ipse diceret de religionibus loquens, multa esse vera, quæ non modò vulgo scire non sit vtile, sed etiam tametsi falsa sint aliter existimare populum expediat, & ideo Græcos^a Tetelas^b ac mysteria taciturnitate parietibusque clausisse. Hic certè totum consilium prodidit velut sapientium, per quos ciuitates & populi regerentur. Hac tamen fallacia miris modis maligni-

maligni dæmones delectantur: qui & deceptores & deceptos pariter possident, à quorū dominatione non liberat nisi gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Dicit etiam idem auctor acutissimus atque doctissimus, quòd hi soli ei videantur animaduertisse, quid esset Deus, qui crediderunt eum esse animam, motu ac ratione mundum gubernantem: ac per hoc etsi nondum tenebat quod veritas habet: Deus enim verus non anima, sed animæ quoque est effector & conditor: ita men si contra præiudicia consuetudinis liber esse posset, vnum Deum colendum fateretur, atque suaderet, motu ac ratione mundum gubernantem, vt ea cum illo de hac re quæstio remaneret, quòd eum diceret esse animam, nõ potius animæ creatorem. ^c Dicit etiã antiquos Romanos plus quàm annos centum & septuaginta deos sine simulachro coluisse. Quod si adhuc, inquit, mansisset, castius dii obseruarentur. Cuius sententiæ suæ testem adhibet inter cætera etiam gentem Iudæam: nec dubitat eum locum ita concludere, vt dicat: qui primi simulachra deorum populis posuerunt, eos ciuitatibus suis & metum dempsisse, & errorem addidisse: prudenter existimans deos facillè posse in simulachrorum stoliditate contemni. Quod verò non ait errorem tradiderunt, sed addiderunt, iam vtique fuisse etiam sine simulachris intelligi vult errorem. Quapropter cum solos dicit animaduertisse, quid esset Deus, qui eum crederent animam mundum gubernantem: castiusque existimat sine simulachris obseruari religionem, quis non videat quantum propinquauerit veritati? Si enim aliquid contra vetustatem tanti posset erroris, profectò & vnum Deum, à quo mundum crederet gubernari, & sine simulachro colendum esse censeret: atque in tam proximo inuētus facillè fortasse de animæ mutabilitate commoneretur, vt naturam potius incommutabilem, quæ ipsam quoque animam condidisset, Deum verum esse sentiret. Hæc cum ita sint, quæcunque tales viri in suis literis multorum deorum ludibria posuerunt, confiteri ea potius occulta Dei voluntate compulsi sunt, quàm persuadere conati. Si qua igitur inde à nobis testimonia proferuntur, ad eos redarguendos proferuntur, qui nolunt aduertere de quanta & quàm maligna dæmonum potestate nos liberet singulare sacrificium tam sancti sanguinis fusi & donum spiritus imperiti.

Teleta.

a **T**Eletas. } Suidas ait, τελετὴν esse mysteriosum sacrificium maximum & sumptuosissimum, sic nominatum, quod in eo multa consumerentur. Est enim τὰ δὲ ἐν infumere, tametsi est quoque perficere: & ideo esse quibus hinc potius Teletas esse dictas placeat, ceu sint absoluta quadam sacrificia, & quibus nihil desit. Talia erant sacra solis & lunæ, ut scribit Porphyrius, & Bacchi, & quadam expiationes, quæ libris Orphei, & Musæi continebantur, sicut Plato docet libro De republica secundo, quibus scelera non priuorum modo, sed publicè quoque ciuitatum, & pro uidentibus, & pro uita iam functis expurgarentur per sacrificia ludosque, & omne genus oblectamentorum, quæ sacra Teletæ dicerentur. & si Plato eo loci Teletas ad solos mortuos pertinere dicit, & inde dictas, nempe à τελεθίτῆσαι, quæ nos malis, quæ apud inferos sunt, liberent αἱ τῶν ἐκεί κερκῶν ἀπολύσειν ἡμῶν.

b Ac mysteria. } Qualia Cereris.

c Dicit etiam antiquos Romanos. } Plutarchus in Vita Numæ. His autem Romanos prohibuit existimare imaginem Dei aut hominis speciem, aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos neque picta, neque ficta Deis prius species, sed in prioribus centum & septuaginta annis templa quidem edificabant, sacræque tuguria erigebant, simulachrum verò nullum corporeum dicabant. Perinde atque nefas esset deterioribus meliora assimilare, neque aliter atque intelligentia deus percipi possit. Hæc ibi eadem apud Clementem, ut Eusebius Cæsariensis refert, & Dionysium Halicarnassem, qui ait, templa esse à Numæ diis erecta, negat tamen simulachra in his fuisse ulla, quod Deum nulla specie formæve effingi posse crederet. Tarquinius Priscus uanitate & stultitia Græcarum religionum, Ethruscarumque domi imbutus Romanos edocuit simulachra diis ponere, quod Tertullianus subsignificat, inquit, Age iam rebus religio profecerit. Nam & si à Numæ concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulachris aut templis res diuina apud Romanos constabat, frugi religio & pauperes ritus, & nulla capitolia certantia celo, sed temeraria de cæspite altaria, & uasa adhuc Sæmia, & uidor ex illis, & deus ipse nusquam. Nondum enim tunc ingenia Græcorum atque Thuscorum fingentis simulachris urbem inundauerant.

Ad quam speciem utilitatis principes gentium apud subie-
ctos sibi populos falsas religiones uoluerunt permanere.

C A P. X X X I I.

Dicit etiam de generationibus deorum magis ad poetas, quam ad physicos fuisse populos inclinatos: & ideo & sexum & generationes maiores suos, id est, veteres credidisse Romanos, & eorum constituisse coniugia. Quod utique non aliam ob causam factum videtur, nisi quia hominum velut prudentium & sapientium negotium fuit, populum in religionibus fallere: & in eo ipso non solum colere, sed imitari etiam dæmones quibus maxima est fallendi cupiditas. Sicut enim dæmones nisi eos quos fallendo deceperint, possidere non possunt: sic & homines principes non sanè iusti, sed dæmonum similes, ea quæ vana esse nouerant, religionis nomine populis tanquam vera suadebant, hoc modo eos ciuili societati velut arctius alligantes, quo similiter subditos possiderent. Quis autem infirmus & indoctus euaderet simul fallaces, & principes ciuitatis, & dæmones?

Quòd iudicio & potestate veri Dei omnium regum atque regnorum ordinata sint tempora.

C A P. X X X I I I.

Deus igitur ille fœlicitatis autor & dator, quia solus est verus Deus, ipse dat regna terrena & bonis & malis. Neque hoc temerè & quasi fortuito, quia Deus est, non fortuna, sed pro rerum ordine ac tempore occulto nobis, notissimo sibi: cui tamen ordini temporum non subditus seruit, sed eum ipse tanquam dominus regit, moderatorque disponit: fœlicitatem verò non dat nisi bonis. Hanc enim possunt habere & non habere seruietes: possunt & non habere & habere regnantes. Quæ tamen plena in ea vita erit vbi iam ^b nemo seruiet vlli. Et ideo regna terrena & bonis ab illo dantur & malis: ne eius cultores adhuc in propectu animi paruuli, hæc ab eo munera quasi magnum aliquid concupiscant. Et hoc est sacramentum veteris testamenti, vbi occultum erat nouum, ^c quòd illic promissa & dona terrena sunt intelligentibus, & tunc spiritalibus quanuis nondum in manifestatione prædicantibus, & quæ illis temporalibus rebus significaretur æternitas, & in quibus Dei donis esset vera fœlicitas.

L. V I V E S.

a **H**anc enim possunt habere. } *Idem Stoici, qui sapientiam suam, etiam si seruitutem seruiat, liberum, dominum & scelerem esse aiunt: Stultos vero, etiam si reges sint, seruire, & esse miseros.*

b **N**emo seruiet. } *In quibusdam codicibus duo versus qui sequuntur non sunt ascripti, hi scilicet: (Et ideo regna mundi huius Deus bonis & malis communi: er praestat, ne boni ea tanquam Dei magna munera concupiscant.) Et verisimile est esse supposititios.*

c **Q**uod illic promissa & dona terrena. } *In vetere lege omnia quae Deus promittebat seruatoribus legis erant temporalia & terrena, sed illa erant aeternorum & caelestium imagines.*

De regno Iudaeorum, quod ab vno & vero Deo institutum atque seruatum est, donec in vera religione manserunt.

C A P. X X X I I I.

Taque vt cognoscerentur etiam illa terrena bona, quibus solis inhiant, qui meliora cogitare non possunt, in ipsius vnus Dei esse posita potestate, non in multorum falsorum, quos colēdos Romani antea crediderunt, populum suum in Ægypto * de paucissimis multiplicauit, & eum inde signis mirabilibus liberauit. nec Lucinam mulieres illæ inuocauerunt, quando earum partus vt miris modis multiplicarentur, & gens illa incredibiliter cresceret, ^b ab Ægyptiorum persequentium, & infantes omnes necare volentium manibus ipse liberauit, ipse seruauit. Sine dea Rumina suxerunt: sine Cunina in cunis fuerunt: sine Educa & Potica escam potumque sumpserunt: sine tot diis puerilibus educati sunt: sine diis coniugalibus coniugati: sine cultu Priapi coniugibus mixti: sine inuocatione Neptuni mare transeantibus diuisum patuit, & sequentes eorum inimicos fluctibus in se redeuntibus obruit. Nec consecrauerunt aliquam deam Manniam, quando de caelo manna sumpserunt: nec quando sitientibus aquam percussa petra profudit, Nymphas lymphasque coluerunt. Sine infans sacris Martis & Bellonæ bella gesserunt, & sine Victoria quidem non vicerunt, non eam tamen deam, sed Dei sui munus habuerunt. Sine Segetia segetes, sine Bobona boues, mella sine Mellona, poma sine Pomona. Et prorsus omnia pro quibus tantæ falsorum deorum turbæ Romani supplicandum putauerunt,

ab vno verò Deo multò fœlicius acceperunt. Et si non in eum peccassent impia curiositate, tanquam magicis artibus seducti ad alienos deos & idola defluendo, & postremò Christum occidendo, in eodem regno, & si non spatiosior e, tamen fœliciore mansissent. Et nunc quòd per omnes ferè terras gentèsque dispersi sunt, illius vnus veri Dei prouidètia est: vt quòd deorum falforum vsquequaque simulachra, aræ, luci, templa euertuntur, & sacrificia prohibentur, de codicibus eorù probetur, quemadmodum hoc fuerit tanto antè prophetarum. ne fortè cùm legeretur, in nostris, à nobis putaretur esse confictum. Iam quòd sequitur in volumine sequenti videndum est, & hic dandus huius prolixitatis modus.

L. VIVES.

DE paucissimis. } *Filij Israel qui Aegyptum ingressi sunt cum eo septuaginta. Gen. 46.*

b Ab Ægyptiorum. } *Alibi sic, ab Aegyptiis persequentibus & infantes omnes necare volentibus ipse seruauit: sed sensus est idem: idcirco alia permulta, in quibus sententia non variatur, supersedeo annotare.*

Aug. de ciuit. Dei. Tom. j.



D I V I

AVRELI AVGV-
STINI EPISCOPI AD
MARCELLINVM DE
ciuitate Dei

LIBER QVINTVS.

Causam Romani imperij, omniumque regnorum, nec fortuitam esse,
nec a stellarum positione consistere.

C A P. I.



Voniam constat omnium rerum exoptandarum plenitudinem esse felicitatem, quæ non est dea, sed donum Dei, & ideo nullum Deum colendum esse ab hominibus, nisi qui potest eos facere felices. Vnde si illa dea esset, sola colenda merito diceretur. Iam consequenter videamus, qua causa Deus, qui potest & illa bona dare, quæ habere possunt etiam non boni, ac per hoc etiam non felices, Romanum imperium tam magnum tamque diuturnum esse voluerit. Quia enim hoc deorum falsorum, illa quam colebant multitudo non fecit, & multa iam diximus, & ubi visum fuerit opportunum esse, dicemus. Causa ergo magnitudinis imperij Romani, nec fortuita est, nec fatalis, secundum eorum sententiam siue opinionem, qui ea dicunt esse fortuita, quæ vel nullas causas habent, vel non ex aliquo rationabili ordine venientes: & ea fatalia, quæ præter Dei & hominum voluntatem cuiusdam ordinis necessitate contingunt. Prorsus diuina prouidentia regna constituuntur humana. Quæ si propterea quisquam fato tribuit, quia ipsam Dei voluntatem vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat: linguam corrigat. Cur enim non hoc primum dicit, quod postea dicturus est, cum ab illo quisquam quæsierit, quid dixerit fatum? Nam id homines quando audiunt, vsitata loquendi consuetudine, non intelligunt nisi vim positionis syderum, qualis est quando quis nascitur,

nascitur, siue cōcipitur: ^dquod aliqui alienāt à Dei voluntate: aliqui ex illa etiā hoc pendere confirmāt. Sed illi, qui sine Dei voluntate decernere opinantur sydera, quid agamus, v̄el quid bonorū habeamus, malorūve patiamur, ab auribus omnium repellēdi sunt: nō solūm eorū qui verā religionem tenent, sed qui deorū qualiūcunq; licet falsorū, volūt esse cultores. Hęc enim opinio quid aliud agit, nisi vt nullus omnino colatur, aut rogetur Deus? Cōtra quos modò nobis disputatio non est instituta, sed contra eos qui pro defensione eorum, quos deos putāt, Christianæ religioni aduersantur. Illi verò qui positionem stellarū quodammodo decernentium qualis quisque sit, & quid ei proueniat boni, quidve mali accidat, ex Dei voluntate suspendunt, si easdē stellas putant habere hęc potestatem traditam sibi à summa illius potestate, vt volentes ista decernant, magnam deo faciunt iniuriam: in cuius velut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni: qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset, genere humano decernente fuerat euertenda. Quale deinde iudicium de hominum factis Deo relinquitur, quibus cælestis necessitas adhibetur, cūm dominus ille sit & syderum & hominum? Aut si nō dicūt stellas, accepta quidē potestate à summo Deo arbitrio suo ista decernere: sed in talibus necessitatibus inge- rendis illius omnino iussa compleri: itāne de ipso Deo sentiendum est, quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire? ^eQuod si dicuntur stellæ significare potius ista, quā facere: vt quasi locutio quædam sit illa positio, prædicens futura, non agens: non enim mediocriter doctorū hominum fuit ista sententia: nō quidem ita solent loqui mathematici, vt verbi gratia dicant, ^fMars ita positus homicidā significat: sed homicidam facit. ^gVeruntamen vt concedamus non eos vt debent loqui, & à philosophis accipere oportere sermonis regulam, ad ea prænūcianda, quæ in syderum positione se reperire putant, quī sit, quòd nihil vnquam dicere potuerunt, cur in vita geminorum, in actionibus, in euentis, in professionibus, artibus, honoribus, cæterisque rebus ad humanam vitam pertinentibus, atque in ipsa morte sit plerunque tanta diuersitas, vt similiores eis sint, quantum ad hęc attinet, multi extranei, quā ipsi inter se gemini, per exiguum temporis interuallum in nascendo separati, in conceptu autem per vnum concubitum vno etiam momento seminati?

IOANNIS LODOVICI

VIVIS VALENTINI IN

QVINTVM LIBRVM DE

ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini

Commentaria.

NEc fortuita est, nec fatalis. } Quoniam de fato multa dis-
 serit hoc loco Augustinus, repetam paulò altius opiniones
 aliquot veterum ea de re, quò melius omnia faciliusque intelli-
 gantur. Plato unum posuit Deum principem parentemque ceterorum,
 cuius nutu legibusque dii omnes ac ipse mundus tenerentur: ministròs-
 que esse reliquos deos virtutesque celestes illius conditoris humis uni-
 uersitatis: & ab ipsis mundum certis muniis atque officiis administra-
 ri: maximi Dei iussa legesque esse inuitabiles, necessitatem appellari.
 Nulla vi, nulla ratione, aut arte effici posse, quo minus illa, ut constitu-
 ta sunt, perficiantur: unde est illud ab ipso usurpatum: Necessitati ne
 deus quidè resistere, quæ verò ab astris geruntur, talia interdum esse, ut
 emitari sapientia, industria, labore queant, in quo sita est fortuna: quæ
 verò, certis causis progredierentur, ac permanerent fixa, id dii fatum,
 quod tamen necessitatem non offerat electionis. Est enim multum in-
 stra manusitum, quid optemus, quid inceptemus: sed ubi incepimus, reli-
 qua sunt fati: ut integrum fuit Laio, quemadmodum Euripides dicit,
 gignere filium. At ubi genuit, patienda illi fuerunt, quæ erant ab Apol-
 line predicta. Hæc involucri, ut alia pleraque, significat Plato in po-
 stremo De rep tres enim Parcas Necessitatis filias in celis ponit. La-
 chæsis præconium hoc esse ad animas in vitam venturas scribit, ut non
 sit demon eas sortiturus, sed contra illas potius demonem electuras. Eli-
 gentis verò forè culpam omnem, si quid acciderit, Deum prorsus incul-
 patum futurum, ita sparsisse Lachæsim sortes. Epicurus hæc omnia ridet,
 omniaque casu fortuito sine ullis causis contingere arbitratur: aut si sunt
 velle causæ, non esse præter declinationem atomi. Fortunam Platonici
 statuant in causis tum ambiguis, & quæ aliter contingere possunt, tum et-
 iam obscuris incertisque, de quibus reddi nequit ratio, cur sic potius a-
 ctum est quicquam, quàm secus: ita non habet nullas fortuna causas, sed
 vel mutatu faciles, vel ignotas. Aristoteles explicatius secundo libro
 De naturali auditione, & ceteri Peripatetici, inter quos Alexander
 Aphrodisiensis: Fortuita sunt, inquit, quorum finis non est ab agente a-
 ctioni præstitutus: ut si quis fodiens, quo pinguescat humus reperis
 thesau-

Fati quid

Parca

Fortuna

thesaurum, fortuna est: quod non hoc ille agebat, ut aurum inueniret, si etiam terra uberius redditur, cum fortuito consequitur, & quod non est fortuitum. Itaque in non fortuitis exitus est, quem agens intendebat, in fortuitis præter spem ac opinionem. *Vulgus Fortunam* vocat *cæcam*, *temerariam*. sine causa vlla, *incertam*, *insanam*, *brutam*, ut inquit *Pacuius*: & *fatum* cum necessitate coniunctum statuunt, ac tale, ut non modo in cæteros deos, sed ipsum quoque principem omnium & *fatalium* legum conditorem *Iouem*, ius ac potestatem habeat. Quod indicat *versiculus* ille, *Quod fore paratum est, id summum exuperat Iouem*. *Poeta* id confirmant. Nam apud eorum principem *Homerum* lamentatur *Iupiter*, quod *charum* sibi filium *Sarpedona*, quem fata congerent mori, eripere à morte non posset: & *Neptunus* quod *reditum Vlyssis* in patriam impedire non posset, ut *Cyclopem* filium ulcisceretur: quoniam *fatis* decretum erat illum in *Ithacam* rediturum: & apud *Ouidium* idem *Iupiter*:

Tu sola insuperabile fatum

Nata mouere putas.

Et post:

Quæ neque concursum cali, nec fulminis iram,

Nec metuunt vllas tuta atque æterna ruinas.

Fuere qui nihil fortuitum vellent, sed omnia certa, fixa, immutabilia: ut *Democritus*, *Empedocles*, *Heraclitus*, & hos plerique de multitudine sunt secuti, sicut *Epicurum* plurimi. *Vtranque* opinionem *Lucanus* explicuit libro 2.

Sive parens rerum primum informia regna,

Materiamque rudem flamma cedente recepit,

Finxit in æternum causas qua cuncta coerces,

Se quoque lege tenens & secula iussa ferentem,

Fatorum immoto diuisit limite mundum.

Siue nihil possum est, sed sors incerta vagatur,

Fertque refertque vices, & habent mortalia casum.

Fortuna sepe pro fato ipso sorteque rerum videntur: quæ cum ex animi sententia procedit, nominatur *fælicitas*: cum secus *infælicitas*. *Hæc* nunc alio suis locis.

b *Quia ipsam Dei voluntatem.* } De hoc post paulum.

c *Nisi vim positionis syderum.* } Ibi esse fata, *Plato*, *Stoici*, & cæteri propè philosophi existimauerunt, *Chaldaeos* ac *Aegyptios* secuti, quibus omnis mathematicorum manus suffragata est.

d *Quod aliqui alienant.* } Alij dicunt diuersam esse syderum constitutionem à voluntate Dei, ut qui volunt omnia regi ab astris, *Deum* non prospicere rebus nostris. Et qui etiam si curent de humana, tamen


astra suum quoque exercere in nos regnum, ut Manilius, & Firmicus, & poeta saepe. Alij dicunt hos cursus astrorum subditos esse Deo prepotenti, & principi nature, ut Plato, & Stoici, nihilque esse a iudiciorum efficientiam quam leges Dei.

e Quod si dicuntur stelle significare potius. } Origines in Commentariis super Genesim illo loco, Sint luminaria cali in signa, significare dicit sydera, non causas esse. Sunt enim, inquit, velut apertus quidam liber, omnia futura in se scripta continens. Quod vel ex eo argui potest, quod sidera plerumque significant, que preterierunt, at qui horum cause requirent esse, ceterum liber hic legi ab humanis ingenis nulla vi potest. Originem Plotinus est secutus, qui astra negat facere, sed significare. Seneca de astris loquens, Effectus rerum omnium, aut mouent, aut notant, sed siue quod euenit faciunt, quid immutabilis rei notitia proficiet? siue significant, quid refert providere, quod euitare non possis. Sic ille.

Mars sidus f Mars ita positus. } Mars sydus est ardens, violentum, cruentum. Firmicus libro tertio, Martem in septimo ab horoscopo loco partiliter constitutum, id est, in occasu, maxima mala & immensa pericula scribit decernere, facere scilicet homines homicidas, sceleratos, facinorosos. g Veruntamen ut concedamus. } Alludit ad id quod in libello De fato dicit de Chrysippo Cicero, qui volebat mathematicos docere, quemadmodum in arte sua essent locuturi.

De geminorum simili dissimilique valetudine.

C A P. I I.

a  Iccero dicit Hippocratem nobilissimum medicum scriptum reliquisse, quosdam fratres cum simul ægrotare cœpissent: & eorum morbus eodem tempore ingrauesceret, eodem leuaretur, geminos suspicatum.

b Quos Possidonius Stoicus multum astrologiæ deditus, eadem constitutione astrorum natos, eademque conceptos solebat asserere. Ita quod medicus pertinere credebat ad simillimam temperiem valetudinis: hoc philosophus astrologus ad vim constitutionemque syderum, quæ fuerat quo tempore concepti natique sunt. In hac causa multo est acceptabilior, & de proximo credibilior coniectura medicinalis: quoniam parentes ut erant corpore affecti dum concumberent, ita primordia conceptorum affici potuerunt ut consecutis ex materno corpore prioribus incrementis paris valetudinis nascerentur: deinde in vna domo eisdem alimentis nutriti, vbi aërem, loci positionem, & vim aquarum, plurimum valere ad corpus, vel bene vel male accipiendum medi-

cina testatur: eisdem etiam exercitationibus assuefacti tam similia corpora gererent, vt etiam ad ægrotandum vno tempore eisdemque causis similiter mouerentur. Constitutionem verò cæli ac syderum, quæ fuit quando cõcepti siue nati sunt, vel e trahere ad istam ægrotandi parilitatem, cum tam multa diuersissimi generis diuersissimorum affectuum, & euentuum eodem tempore in vnius regionis terra eidẽ cælo subdita, potuerunt concipi & nasci: nescio cuius sit insolentiæ.

^d Nos autem nouimus geminos non solum actus & peregrinationes habere diuersas, verumetiam dispares ægritudines perpeti. De qua re facillimam, quantum mihi videtur, rationem redderet Hippocrates, ^e diuersis alimentis & exercitationibus, quæ nõ de corporis temperatione, sed de animi voluntate veniunt, dissimiles eis accidere potuisse valetudines. Porro autem Possidonius vel quilibet fatalium syderũ assertor, mirum si potest hic inuenire quid dicat, si nolit imperitorum mentibus in eis quas nesciunt, rebus illudere. Quod enim conantur efficere de interuallo exigui temporis, quod inter se gemini dum nascerentur, habuerunt propter cæli particulam, vbi ponitur horæ notatio, ^f quam horoscopus vocant, aut non tantũ valet, quanta inuenitur in geminorum voluntatibus, actibus, moribus, casibusque diuersitas: aut plus etiã valet, quàm est geminorum vel humilitas generis eadem, vel nobilitas: cuius maximam diuersitatem non nisi in hora qua quisque nascitur, ponunt. Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, vt eadẽ pars horoscopi maneat: cuncta paria quæro, ^g quæ in nullis possunt geminis inueniri. Si autem sequentis tarditas horoscopus mutat, ^h parentes diuersos quæro, quos gemini habere non possunt.

L. V I V E S.

a **C**icero dicit Hippocratem. } *Vbi hoc dicat Cicero non memini me legisse, & tamen suspicor fuisse in libello De fato: quem qui attentius inspexerit, inueniet mutilum lacerumque, & plenum mendarum ad ætatem nostram peruenisse.*

b Quos Possidonius Stoicus. } *Rhodiũ fuit, ibique docuit, Romam quoque venit, discipulus & successor Panetij. Cicero.* Possidonius

c Eadẽmque conceptos. } *Nõ enim minorũ refert, qua sit quis conceptus hora, quàm qua natus.*

d Nos autem nouimus geminos. } *Quales etiam fuerant Procles & Cyresteus Lacedæmoniorum reges. Cicero secundo De diuinatione,*

e Diuersis alimentis & exercitationibus. } *Hanc esse dicit Ptolemaeus primo τῶν ἀποτελεσματικῶν, unam ex causis cur iudicare nequeat de partu astrologus.*

*Horosco-
pna*

f Quam horoscopum. } *Est ὁρῶσκοπος hora inspectio, estque ea pars signiferi, quæ supra nostrum hemisphærium ascendit, cum quid contingit. Vertitur enim perpetuo zodiacus ille circulus, semperque aliqua eius portio nobis oritur, contraria occidit: alia alias cæli plagas regimèsq̄que obtinent.*

g Quæ in nullis possunt ge. } *Quintilianus in Geminis languentibus: Nihil in rebus humanis voluit esse natura tam simile, quod non aliqua proprietate secerneret. Quid refert an ex eisdem prima illa deorum corporum animorūque compago seminibus oriatur? sibi quisque firmatur, sibi quisque componitur, & duo pluresue fratres nascuntur fato singulorum.*

h Parentes diuersos. } *Cur non sint riuus idem, cum sit fons idem,*

De argumento quod ex rota figuli Nigidius mathematicus
assumpsit in quæstione geminorum.

C A P. I I I.

Ruſtra itaque affertur nobile illud commentum de
figuli rota, ^a quod reſpondiſſe ferunt Nigidium
hac quæſtione turbatum, ^b vnde & Figulus appel-
latus eſt. Dum enim rotam figuli vi quanta potuit intorſiſ-
ſet; corrente illa bis numero de atramento tanquam vno
eius loco ſumma celeritate percuffit: deinde inuenta ſunt ſi-
gna, quæ fixerat deſiſtente motu, non paruo interuallo in ro-
tæ illius extremitate diſtantia. ^c Sic, inquit, in tanta cæli rapa-
citate, etiam ſi alter poſt alterum tanta celeritate naſcatur,
quanta rotam bis ipſe percuffi, in cæli ſpatio plurimum eſt.
Hic ſunt, inquit, quæcunque diſſimillima perhibentur in mo-
ribus, caſibusque geminorum. ^d Hoc figmentum fragilius
eſt quàm vaſa quæ illa rotatione finguntur. Nam ſi tam mul-
tum in cælo intereſt, quod conſtellationibus comprehendi
non poteſt, vt alteri geminorum hereditas obueniât, alteri
non obueniât: cur audent cæteri, qui gemini non ſunt, cum
inſpexerint eorum conſtellationes, talia pronuntiare, quæ ad
illud ſecretum pertinent, quod nemo poteſt comprehendere,
& momentis annotare naſcentium? Si autem propterea talia
dicunt in aliorum genituris: quia hæc ad proſuctiora ſpatia
temporum pertinent: momenta verò illa partium minutarū,
quæ

que inter se gemini possunt habere nascentes, rebus minimis tribuuntur, de qualibus mathematici non solent consuli. Quis enim consulat, quādo sedeat, quando deambulet, quando, vel quid prandeat? Nunquid ista dicimus, quando in moribus, operibus, casibusque geminorum plurima, plurimūque diuersa monstramus?

L. V I V E S,

a Quid respondisse ferunt Nigidium. } *P. Nigidius Figulus Nigidius honestiss. familia natus, ad præturam usque peruenit. Summo vir ingenio, cum aliarum disciplinarum callentissimus fuit, ita ut cum M. Varrone, cuius propemodum æqualis erat, conferretur, tum verò maxime matheseos. In philosophia Pythagoricos æmulabatur. Meminit eius plerunque Cicero. Suetonius in Augusto narrat Nigidium comperta horæ genitura Octauij prænucciasse dominum terrarum orbi gentium. Lucanus libro primo:*

At Figulus cui cura deos secretæque cæli.

Nosse fuit, quem non stellarum Ægyptia Memphis

Æquaret visu, numerisque mouentibus astra.

b Vnde & Figulus appellatus est. } *Hic fuit Figulus gente Nigidiorum: nam fuerunt & alij Figuli honoratiore gente, n. mpe Martia, quorum vnus fuit Cos. cum L. Iulio Casare, duobus annis ante Cicero-nem consulem. Fuit & alius Cos cum Nasica, sed abrogatus magistratu, quia creatus aduersis auspiciis.*

c Sic, inquit, in tanta cæli rapacitate. } *Quintilianus in Geminis languentibus: Quantum putas interfuisse temporis, dum primum uterò pondus egeritur, dum parum per exonerata vitalia altero rursus homine laxantur. Breu: fortassis exiguumque videatur mortalibus oculis, sed si mente perspicere velis orbis huius vastitatem, scies multum esse, quod inter duas transurrat animas.*

d Hoc figmentum fragilius est. } *Hoc unicum Nigidij responsum, quod mathematicis omnibus subtilissimum est visum, omnia Genethliacorum scita, placita, promissa euertit. Si enim tam breui temporis momento mutantur omnia, ut non diuersa modò, sed aduersa quæque fiant, quis unquam de nato puero poterit aliquid prædicere, cum momentum illud, vel quo conceptus, vel quo natus est, nemini possit esse certum. Itaque etiam si detur multum in nos virium potestatisque habere sydera, tamen illud quicquid esset, hominibus incomprehensibile esset: cum momenta, in quibus astrorum positus necesse*

Inlius Fir-
micus

neceſſe eſt collocare, certo deprehendi non poſſint, & ſyderum incitatiffimus curſus tarditatem noſtræ conſiderationis anteuertat. Hoc argumentum cum contra ſe ſuamque artem Iulius Firmicus propoſuiſſet, homo nugatorie loquacitatis, pollicitus ſe ſoluturum, poſtquam ſatis in locis ſe communibus iactaſſet, ſolo ſilentio diſſoluſſi ſibi uſus eſt, arbitratus ſuffuſum ob oculos mentemque lectoris tornata ſua dictione puluerem, inductamque aduerſarij argumenti obliuionem, ſed nec ipſe, nec quiſquam Chaldeorum ab eo ſeſe explicabit. Irretit ſe diuus I homas ſimilibus minutis, & temporis, & loci: opuſculo namque quod De fato inſcripſit, propterea eſſe geminis varia ingenia dicit, quod in locis maternis non eodem momento totum ſemen recipitur. Tum etiam centrum cordium amborum g. minorum, cum non ſit idem, ſed varia variſque in locis eſſe quoque orizontes varios neceſſum eſt. Primum quantula eſt illa mora partium ſeminu? quantulum illud interſtitium cordium? ut ea res totam naturam hominum mutet. Ergo non ſatis erit ad mathematicum attuliſſe natum eſſe aliquem Valentie, vel Lutetie: ſed in quo uico, in quo cubiculo, in qua cubiculi parte. Verum hiſce de rebus alio in opere diſputabo faſius: doceboque homines nihil ſpei, nihil fidei uanis iſtis & ſuperſtitioſis adhibere rebus, ſed totos ab uno Deo ſeruatoreque noſtro Chriſto Ieſu pendere: in illo ſolo ſita eſſe fata omniu, ab illo ſolo petenda.

De Eſau & Iacob geminis, multum inter ſe morum & actionum qualitate diſparibus.

C A P. I I I I.

Nati ſunt duo gemini antiqua patrum memoria, ut de inſignibus loquar, ſic alter poſt alterum, ut poſterior plantam prioris teneret. Tanta in eorum vita fuerunt moribusque diuerſa, tanta in actibus diſparilitas. tanta in parentum amore diſſimilitudo, ut etiam inimicos eos inter ſe faceret ipſa diſtantia. Nunquid hoc dicitur, quia vno ambulante, alius ſedebat: & alio dormiente, alius uigilabat, alio loquente, alius tacebat: quæ pertinent ad illas minutias, quæ non poſſunt ab eis comprehendere, qui conſtitutionem ſyderum, qua quiſque naſcitur, ſcribunt, unde mathematici conſulantur? ^bVnus duxit mercenariam ſeruitutem, alius non ſeruiuit: vnus à matre diligebatur, alius non diligebatur: vnus honorem, qui magnus apud eos habebatur, amiſit, alter adeptus eſt. Quid de vxoribus, quid de filiis, quid de rebus, quanta diuerſitas?

L. V I V E S.

a **N**ati sunt duo. } *Esau & Iacob ex Isaac & Rebecca. Ge. 25.*
 b **V**nus duxit. } *Iacob Laban socero seruiuit propter Rachel.*
Erat & Rebecca matri charissimus. præripuitque fratri Esau benedi-
ctionem, qua nihil erat vel honorificentius eo tempore, vel vilius.

Quibus modis conuincantur mathematici vanam scientiam profecti.

C A P. V.

SI ergo hæc ad illas pertinent minutias temporum, quæ inter se habent gemini, & constellationibus non ascribuntur, quare aliorum constellationibus inspectis ista dicuntur? Si autem ideo dicuntur, quia non ad minuta incomprehensibilia, sed ad temporum spatia pertinent, quæ obseruari notarique possunt: quid hic agit rota illa luti figuli, nisi vt homines luteum cor habentes in gyrum mittantur, ne Mathematicorum vaniloquentia conuincantur? Quid denique idem ipsi, quorum morbum eodem tempore grauior leuiorque apparebat amborum, medicinaliter inspiciens Hippocrates, geminos suspicatus est? Nonne iatis illos redarguunt, qui volunt syderibus dare, quod de corporum simili temperatione veniebat? Cur enim similiter eodemque tempore non alter prior, alter posterior ægrotabant, sicut nati fuerant: quia utiq; simul nasci ambo non poterant? aut si nihil momenti attulit, vt diuersis temporibus egrotarent, quòd diuersis temporibus nati sunt: quare tempus in nascendo diuersum ad aliarum rerum diuersitates valere contendunt? Cur potuerunt diuersis temporibus peregrinari, diuersis temporibus ducere vxores, diuersis temporibus filios procreare: & multa alia, propterea quia diuersis temporibus nati sunt, & non potuerunt eadem causa diuersis etiam temporibus ægrotare? Si enim dispar nascendi mora mutauit horoscopum, & disparilitatem intulit cæteris rebus, cur illud in ægritudinibus mansit, quod habebat in temporis æqualitate conceptus? Aut si fata valetudinis in conceptu sunt, aliarum verò rerum in ortu esse dicuntur, non deberent inspectis natalium constellationibus de valetudine aliquid dicere, quando eis inspicienda conceptionalis hora non datur? Si autem ideo prænunciant ægritudines, non inspecto conceptionis horoscopo: quia indicant eas momenta nascentium, quomodo dicerent cuilibet eorum geminorum ex natiuitatis hora, quando ægrotaturus esset, cum & alter qui non habebat eandem


horam natiuitatis necesse haberet pariter ægrotare? Deinde quero, si tanta distantia est temporis in natiuitate geminorum, vt per hanc oporteat eis constellationes fieri diuersas, propter diuersum horoscopum: & ob hoc diuersos omnes cardines, vbi tanta vis ponitur, vt hinc etiam diuersa sint fata: vnde hoc accidere potuit, cum eorum conceptus diuersum tempus habere non possit? Aut si duorum vno momento temporis conceptorum potuerunt esse ad nascendum fata disparia, cur non & duorum vno momento temporis natorum possint esse ad viuendum atque moriendum fata disparia? Nam si vnum momentum quo ambo concepti sunt non impediuit, vt alter prior, alter posterior nasceretur: cur vno momento si duo nascuntur, impediatur aliquid, vt alter prior, alter posterior moriatur? Si conceptio momenti vnus diuersos casus in vtero geminos habere permittit: cur natiuitas momenti vnus non etiam quolibet duos in terra diuersos casus habere permittat? Ac vt omnia huius artis vel potius vanitatis commenta tollantur, quid est hoc quod vno tempore, vno momento, sub vna eademque cæli positione concepti diuersa habent fata, quæ illos perducant ad diuersarum horarum natiuitatem: & vno momento temporis, sub vna eademque cæli positione, de duabus matribus duo pariter nati, diuersa fata habere non possunt, quæ illos perducant ad diuersam viuendi vel moriendi necessitatem? An concepti nondum habent fata, quæ nisi nascantur, habere non potuerunt? Quid est ergo quod dicunt, si hora conceptionalis inueniatur, multa ab istis dici posse diuinitus? Vnde etiã illud à nonnullis prædicatur, quod quidam sapiens horam elegit, quacum vxore concuberet, vnde filium mirabilem gigneret. Vnde postremo & hoc est, quod de illis pariter ægrotantibus geminis Possidonius magnus astrologus, idemque philosophus respondebat: ideo fieri, quod eodem tempore fuissent nati, eodemque concepti. Nam vtrique propter hoc addebat conceptionem, ne diceretur ei non ad liquidum eodem tempore potuisse nasci, quos constabat omnino eodem tempore fuisse conceptos: vt hoc quod similiter simulque ægrotabant, nõ daret de proximo pari corporis temperamento, sed eandem quoque valetudinis parilitatem sydereis nexibus alligaret. Si igitur in conceptu tanta vis est ad æqualitatem factorum, non debuerunt nascendo eadem fata mutari. Aut si propterea mutantur

mutantur fata geminorum, quia temporibus diuersis nascuntur, cur non potius intelligamus iam fuisse mutata, vt diuersis temporibus nascerentur. Itane non mutat fata natiuitatis voluntas viuentium, cum mutet fata conceptionis ordo nascentium?

L. V I V E S.

ET ob hoc diuersos omnes cardines. } Cardines astrologi
ponunt in genituris precipuos quatuor: Horoscopum, quod est Oriens signum. aduersum huic Occidens, quod ab horoscopo distat partibus seu gradibus clxxx. per diametrum: Mesurarium, siue medium cali inter horoscopum & occasum: Medium huic aduersum inum caelum, Græcè sic: ἀνατολή, δ' ὄρις, μεσουραξία, ἐπίγειον. Adduntur & quatuor alij cardines in 2.6.8.12. ab horoscopo signis, qui cardines significant deum, deam, bonam fortunam, & bonum demonem, Græcè θεόν, θεάν, ἀγαθὴν τύχην, ἀγαθὸν δαίμονα. Cardines nihil aliud sunt, quam caelestia signa, quæ ad iudicandum spectantur, quorum primus est horoscopus: ab illo ceteri numerantur. Cardo horoscopi est vitæ, secundus pecunie vel spei, tertius fratrum, quartus parentum, quintus filiorum, sextus valetudinis, septimus coniugis, octauus mortis. Hæc ex nugis Materni, Manlius lib. 2. diuersa tradit. Sed quantum ad rem attinet, de cardinibus satis dictum est.

De geminis disparis sexus. C A P. VI.

 Vanquam & in ipsis geminorum conceptibus, vbi certè amborum eadem momenta sunt temporum, sæpe fit, vt sub eadem cōstellatione fatali alter concipiatur masculus, altera fœmina. Nouimus geminos diuersi sexus: ambo adhuc viuunt, ambo ætate vigent adhuc. Quorum cum sint inter se similes corporum species, quantum in diuerso sexu potest: instituto tamen & proposito vitæ ita sunt dispares, vt præter actus quos necesse est à virilibus distare fœmineos, ille^a in officio comitis militat, & à sua domo penè semper peregrinatur: ille de solo patrio, & de rure proprio non recedit. Insuper quod est incredibilius, si astra lia fata credantur: non autem mirum si voluntates hominum, & Dei munera cogitentur. Ille coniugatus, illa virgo sacra est: ille numerosam prolem genuit, illa nec nupsit. At enim plurimum vis horoscopi valet. Hoc quàm nihil sit, iam satis differui. Sed qualecunque sit, in ortu valere dicunt. Nunquid & in conceptu, vbi & vnum concubitum esse manifestum est? ^b Et tanta naturæ vis est, vt cum conceperit

fœmina, deinde alterum concipere omnino non possit. Vnde necesse est, eadem esse in geminis inomenta conceptus. An fortè quia diuerso horoscopo nati sunt, aut ille in masculum dum nascerentur, aut illa in fœminam commutata est? Cùm igitur non vsquequaque absurde dici possit ad solas corporum differentias affatus quosdam valere sydereos, sicut in solaribus accessibus & decessibus videmus etiam ipsius anni tempora variari, & lunaribus incrementis atque decrementis augeri, & minui quædam genera rerum: sicut echinos, & conchas, & mirabiles æstus Oceani: non autem & animi voluntates positionibus syderum subdi: nunc isti cùm etiam nostros actus inde religare conantur, admonent vt quæramus, vnde nec in ipsis quidem corporibus eis possit ratio ista constare. ^d Quid enim tam ad corpus pertinens, quàm corporis sexus? Et tamen sub eadem politione syderum diuersi sexus gemini concipi potuerunt. Vnde quid insipientius dici aut credi potest, quàm syderum positionem, quæ ad horam conceptionis eadem ambobus fuit, facere non potuisse, vt cum quo habebat eandem constellationem, sexum diuersum à fratre non haberet: & positionem syderum, quæ fuit ad horam nascentium facere potuisse, vt ab eo tam multum virginali sanctitate distaret?

L. V I V E S.

Comes

a **I**N officio comitis } *Comitis nomen, quæ est dignitas, inauditum est prisca, à recentibus inuentum. Marcellinus Ammianus meminit lib. 14. Nebridij comitis Orientis, & Gerontij comitis Magnentiana partis, & libro 16. Vrsuli comitis largitionum, & libro 21. Philagrii comitis Orientis. Haud facillè dixerim, an isti comites sint, quos Græci dicunt ἀναξτορες, qui hærebant perpetuò in comitatu principis.*

Animalia
superfætantia

b Et tanta naturæ vis est. } *Ex animalibus lepus & dasyppus soli superfætant, vt Aristoteles & Plinius perhibent, ita vt concepto vno factu, & in vtero adhuc existente, alter concipiatur. In muliere, inquit Aristoteles lib. Histor. animalium septimo, raro contingit vt superfætet: sed contingit tamen; & vitales nascuntur, cùm paululum temporis inter duos conceptus intercessit, quomodo Herculem & Iphiclem procreatos esse fabulantur. Fuit & adultera, quæ alterum marito, alterum adultero similem eodem partu ediderit. Hæc & alia ibidem Arist. & Plin. lib. 7. quæ sunt rara exempla. Et si quis vellet comendare, cogi non posset; vt superfætatione confisteretur. illos factus*

fœtus esse generatos, tamen si non ignoro Erasistratum nobilem arte medica dicere, geminos omnes super fœtatione gigni, multos geminos eodem modo quidam Stoicorum sunt auctores. Hippon verò & Empedocles uno coitu multitudinē seminis prouenire geminos existimant. Asclepiades seminis non abundantie, sed vi ac virtuti id tribuit.

c Et mirabiles æstus Oceani. & Bene mirabiles, quorū nemo adhuc *Oceani*
verā causam ad liquidū deprehendit. siue gemini diuini incrementi. siue *æstus*
g. mui menstrui, quas nautæ aquas viuas vo. ant pl: na luna & in coitu.

d Quid enim tam ad corpus pertinēs. & Reliqua enim in omni genere animalium vir & fœmina congruunt, præterquàm ratione illa generandi, in qua est sexus: vt vir sit, qui in alio possit ex se generare: fœmina verò, quæ ex alio in se: ideo versas in viros fœminas produunt multi.

De electione diei quo vxor ducitur, quòve in agro aliquid plantatur aut feritur.

C A P. V I I.

AM² illud quis ferat, quòd in eligendis diebus noua quædam suis actibus fata inoliuntur? Non erat videlicet ille natus, vt haberet admirabilem filium, sed ita potius, vt contemptibilem gigneret: & ideo vir doctus elegit horam qua misceretur vxori. Fecit ergo fatum quod non habebat, & ex ipsius fato cœpit esse fatale, quod in eius natiuitate non fuerat. O stultitiam singularem, eligitur dies vt ducatur vxor. Credo propterea, quia potest in diem non bonum, nisi eligatur incurri, & infœliciter duci. ^b Vbi est ergo quod nascentiam sydera decreuerunt? An potest homo quod ei iam constitutum est diei electione mutare: & quod ipse in eligendo die constituerit, non poterit ab alia potestate mutari? Deinde si soli homines, non autem omnia quæ sub cælo sunt constellationibus subiacent, ^c cur alios eligunt dies accommodatos ponendis vitibus vel arboribus, vel segetibus: alios dies pecoribus, vel domandis, vel admittendis maribus, quibus equarum vel boum fœtentur armēta, & cætera huiusmodi? Si autem propterea valent ad has res dies electi, quia terrenis omnibus corporibus, siue animantibus, siue non animantibus, secundum diuersitates temporalium momentorum, & syderum positio dominatur: considerent quàm innumerabilia sub vno temporis puncto, vel nascantur, vel orientur, vel inchoentur: & tam diuersos exitus habeant, vt istas obseruationes cuius pueo r ridēdas esse per-

suadeant. Quis enim est tam excors, vt audeat dicere, omnes arbores, omnes herbas, omnes bestias, serpentes, aues, pisces, vermiculos, momēta nascēdi, singillatim habere diuersa? Solent tamen homines ad tentādā peritiā mathematicorum afferre ad eos constellationes mutorum animalium, quorum ortus propter hanc explorationem domi suā diligenter obseruant, eōsque mathematicos preferunt cæteris, qui constellationibus inspectis dicunt non esse hominem natum, sed pecus. Audent etiam dicere quale pecus, vtrum aptum lanicio, an vectationi, an aratro, an custodiæ domus. Nam & ad canina fata tentantur, & cum magnis admirantium clamoribus ista respondent. Sic desipiunt homines, vt existiment cū homo nascitur, cæteros rerum ortus ita inhiberi, vt cum illo sub eadem cæli plaga nec musca nascatur. Nam si hanc admiserint, procedit ratiocinatio, quæ gradatim accessibus modicis eos à muscis ad camelos elephantōsque perducit. Nec illud volunt aduertere, quod electo ad seminandum agrum die, tam multa grana in terram simul veniunt, simul germinant, extorta segete simul herbescunt, pubescunt, flauescunt, & tamen inde spicas cæteris coæuas, atque, vt ita dixerim, congerminales alias rubigo interimit, alias aues depopulantur, alias homines auellunt? Quomodo istis alias constellationes fuisse dicturi sunt, quas tam diuersos exitus habere conspiciunt? An eos pœnitebit his rebus dies eligere, eāsque ad cæleste negabunt pertinere decretum, & solos syderibus subdent homines, quibus solis in terra Deus dedit liberas voluntates? His omnibus consideratis, non immerito creditur, ^d cū astrologi mirabiliter multa vera respondent, ^e occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est has falsas & noxias opiniones de attralibus fatis inserere humanis mentibus atque firmare, non horoscopi notati & inspecti aliqua arte, quæ nulla est.

L. V I V E S.

I Am illud quis ferat. } *Scribunt De electionibus astrologi; sicut Haly, Abenragel, & Messalach libro in id dicato. Haly interpres Ptolemæi, vt scribit Ioannes Picus, frinolam esse atque inefficacem hanc partem astrologiæ asserit.*

b Vbi est ergo quod nascenti. } *Si ad id quod aggredieris aduersam habes natalem constitutionem, nihil proderit auspiciatio, ex sententia Ptolemæi. Picus aduersus astrologos lib. 2. de hac re paulo plura.*

tametsi summam argumentorum August. hic attingit.

c Cur alios eligunt dies. } *Vetustiss. omnium Hesiodus & vixit, Hesiodus
dies luna annique operibus rusticis faciendis distinxit. Hunc secuti sunt Rei rustica
Græci & Latini barbarique scriptores agricolationum: Democritus & scriptores
hunc amulatus Vergilius, Cato senior, Varro, Columella, Palladius,
Plinius.*

d Cùm astrologi mirabiliter multa. } *Neesse est aliquando colli
met, qui frequenter iaculatur: falsa mathematicorum responsa paucire-
cordantur, vera celebrantur pro admirabilibus.*

e Et occulto instinctu. } *Idem Augustinus 2. super Genesin, ad li-
teram, & 2. De doctrina Christiana: Sunt, inquit, hæc astrorum indicia
ex pactis cum demonibus, & instinctu eorum occultissimo, quem nesci-
tes humane mentes patiuntur. Illæque est fortunatio in prædicendo, quæ
fauentioem habet demonem, magisque propicium.*

De his qui non astrorum positionem, sed connexionem causarum
ex Dei voluntate pendentem fati nomine appellant.

CAP. VIII.



Vi verò non astrorum constitutionem, sicuti est cùm
quidque concipitur vel nascitur, vel inchoatur, ^a sed
omnium connexionem serièmq; causarum, qua fit
omne quod fit, fati nomine appellant: non multum cum eis de
verbi controuersia laborandum atque certandũ est: quando
quidem ipsum causarum ordinem & quandam connexionem
Dei summi tribuunt voluntati & potestati, qui optimè & ve-
racissimè creditur, & cuncta scire antequam fiant, & nihil in-
ordinatum relinquere: à quo sunt omnes potestates, quanuis
ab illo non sint omnium voluntates. Ipsam itaque præcipuè
Dei summi voluntatem, cuius potestas insuperabiliter per
cuncta porrigitur, eos appellare fatum sic probatur. ^b *Annei
Senecæ sunt, nisi fallor, hi versus:*

Duo me summe pater, alti dominator Olympi,

Quocunque placuerit, nulla parendi mora est.

Adsum impiger: fac nolle, comitabor gemens:

Malusque patiar facere quod licuit bono.

Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Nèpe euidentissimè hoc vltimo versu ea fata appellauit, quæ
suprà dixerat summi patris voluntatem, cui se paratũ obedire
dicit, vt volès ducatur, ne nolès trahatur: quoniam scilicet du-
cunt volentè fata, nolentè trahunt. Illi quoq; versus Home-
rici huic sententiæ suffragantur, quos Cicero in Latinũ vertit;

Aug. de ciuit. Dei, Tom. j.

Tales sunt hominum mentes, qualis pater ipse
Iupiter auctiferas lustrauit lumine terras.

Nec in hac quæstione autoritatem haberet poetica sententia. Sed quoniã Stoicos dicit, viui fati asserentes, istos ex Homero versus solere vsurpare, nõ de illis poetæ, sed de istorũ philosophorũ opinione tractatur, cùm per istos versus quos disputationi adhibet, quàm de fato habet, quid sentiãt esse fatũ, aperitissimè declaratur, quoniã Iouem appellant, quem summum Deum putant, à quo connexionem dicunt pendere factorum.

L. VIVES.

Fatũ quid
Stoicis

a Sed omnium connexionem, feriemq. causarum. } Cicero 1. De diuinat. ex sententia Stoicorum : fieri igitur omnia fato ratio cogit fati. Fatum autem id appello, quod Græci eius $\mu\epsilon\tau\alpha\beta\alpha\lambda\lambda\eta\sigma\iota\varsigma$, id est, ordinem feriemque causarum, cũ causa causam ex se gignat. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Chrysippus apud Gell. fatum dicit esse $\phi\upsilon\sigma\iota\kappa\omega\iota\ \sigma\omega\mu\alpha\tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\omega\ \tau\eta\varsigma\ \delta\lambda\omega\iota\ \epsilon\zeta\ \alpha\iota\delta\iota\alpha\iota\ \tau\eta\varsigma\ \epsilon\tau\epsilon\rho\omega\iota\ \tau\omega\iota\varsigma\ \epsilon\pi\epsilon\tau\epsilon\omega\iota\ \epsilon\pi\alpha\kappa\alpha\lambda\epsilon\theta\epsilon\iota\ \nu\tau\omega\iota\omega\iota\ \kappa\alpha\iota\ \epsilon\mu\epsilon\tau\alpha\beta\alpha\lambda\lambda\eta\sigma\iota\omega\iota\ \epsilon\sigma\tau\iota\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \tau\omega\iota\omega\iota\ \tau\eta\varsigma\ \sigma\upsilon\mu\pi\lambda\alpha\kappa\tau\iota\varsigma$. id est: Naturalẽ compositionem rerum omnium iam inde ab æternitate aliarum ex aliis nascentium, esseque immutabilium eiusmodi complicationem.

b Annei Senecæ. } Libro Epistolarum decimo octauo, versus sunt ex Cleante Stoico, Latini facti à Seneca: senarij omnes, sed primas parum correctè legitur vulgò. Ratio versus melius constaret, si sic diceretur:

Duc me parens celsique dominator poli.

In exemplari Colonienfi est: Duc summe pater, altique dominator poli. Non omnino malè. In duobus paribus locis p. unus sunt tribrachi: quos recipit hoc genus carminum etiam exactius, necdum illud licentiosum comicum aut iragicum. Idem Seneca libro tertio De beneficiis, de Deo loquens: Hunc eundem & fatum si dixeris, non errabis. Nanque fatum nihil aliud est, quàm series implexa causarum. Ille est prinã omnium caus. i. ex qua cetera pendent. Eadem est communis omnium Stoicorum sententia, ut unum Deum esse dicerent, ipsumque & mentem, & fatum, & Iouem nominari, aliisque nominibus permultis. Ita de fato quatuor sunt veterum sententiæ, quas Ioan. Picus recenset lib. Contra astrologos 4. Vt alij fatum esse naturam dicant, ut quæ electionis sint, vel casus, extra fatum sunt, quemadmodũ Verg. ait, Didonem quæ se occideret non mori fato. Et Cic. 1. Antoniana: Si quid mihi humanitus accidisset, multa enim impendere videbantur præter naturam, etiam præterque fatum. Hæc opinio est physica, eamque Alexander est secutus Aristote:

Aristotelis interpres. Altera ponit aeternam seriem causarum necessaria nexarum: ut diximus. Tertia sydera facit fata. Quarta aiumini consilij executionem fatum vocat.

c. Illi quoque versus Homeri. } *Odisea, τῶος γδ νόος ἐστὶν ἄνθρω-
πίων ἀϊσθητικῶν Οἴων ἕως ἡμῶν ἄγνωσι πατῆρ ἀϊσθητικῶν τε θεῶν τε. Verba sunt
Vlyssis ad Pheum affirmantis mentes hominum mutari subinde, nec
ipsas constare sibi, esseque singulis diebus, quales eo ipso die vult illas esse
Iupiter deorum atque hominum parens. Latinus versus posterior non
expressit Homeri sensum, nisi sit mendum, quod suspicor.*

De præscientia Dei, & libera hominis voluntate, contra
Ciceronis definitionem.

C. A. P. IX.

FOs Cicero ita redarguere conatur, ut non existimet
aliquid se aduersus eos valere, nisi auferat diuina-
tionem. Quam sic conatur auferre, ut neget esse scientiam futurorum, eamque omnibus viribus nullam esse omnino
cotentat, vel in Deo vel in homine, nullamque rerum præ-
dictionem. Ita & Dei præscientiam negat, & omnem prophe-
tiam luce clariorem conatur euertere, vanis argumentatio-
nibus, & opponendo sibi quædam oracula, quæ facile possunt
refelli: quæ tamen nec ipse couincit. In his autem mathema-
ticorum coniecturis refutandis eius regnat oratio, quia verè
tales sunt, ut se ipsæ destruant & refellant. Multò sunt autem
tolerabiliore, qui vel sydereæ fata cõstituunt, quàm iste, qui
tollit præscientiam futurorum. Nam & confiteri esse Deum,
& negare præscium futurorum, apertissima insania est. Quod
& ipse cum videret, etiam illud retinuit asserere, quod scriptum
est, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus: sed non ex sua
persona. Vidit enim quàm esset inuidiosum & molestum, ideò-
que Cottam fecit disputantem de hac re aduersam Stoicos
in libris De deorũ natura. & pro Lucilio Balbo, cui Stoico-
rum partes defendendas dedit, maluit ferre sententiam, quàm
pro Cotta, qui nullam naturam diuinam esse contendit. In
libris verò De diuin. ^d ex seipso apertissimè oppugnat præ-
scientiam futurorum. Hoc autem totum facere videtur, ne
fatum esse consentiat, & perdat liberam voluntatem. Putat
enim concessa scientia futurorum, ita esse consequens fa-
tum, ut negari omnino non possit. Sed quoquo modo se ha-
beant tortuosissimæ concertationes & disputationes philo-
sophorum; nos ut confitemur summum & verum Deum, ita

voluntatem summamque potestatem ac præscientiam eius
 confitemur. Nec timemus ne ideo voluntate non faciamus,
 quod voluntate facimus : quia id nos facturos ille præsciuit,
 cuius præscientia falli non potest. Quod Cicero timuit, vt
 oppugnaret præscientiam: & Stoici, vt non omnia necessitate
 fieri dicerent, quamuis omnia fato fieri contenderent. Quid
 est ergo quod Cicero timuit in præscientia futurorū, vt eam
 labefactare disputatione detestabili niteretur? Videlicet quia
 si præscita sunt omnia futura, hoc ordine venient, quo vêtura
 esse præscita sunt. Et si hoc ordine veniēt, certus est ordo re-
 rum præscienti Deo: & si certus est ordo rerū, certus est ordo
 causarum. Non enim aliquid fieri potest quod nō aliqua effi-
 ciens causa præcesserit. Si autem certus est ordo causarū, quo
 fit omne quod fit: fato inquit, fiunt omnia quæ fiunt. Quod si
 ita est, nihil est in nostra potestate, nullūque est arbitrium
 voluntatis. Quod si concedimus inquit, omnis humana vita
 subuertitur: frustra leges dātur: frustra obiurgationes, laudes,
 vituperationes, exhortationes adhibentur: neque vlla iustitiæ
 bonis præmia, & malis supplicia constituta sunt. Hæc ergo ne
 consequantur indigna, & absurda, & perniciofa rebus huma-
 nis, non vult esse præscientiam futurorum: atque in has angus-
 tias Cicero coarctat animum religiosum, vt vnum eligat e
 duobus: aut esse aliquid in nostra voluntate, aut esse præscien-
 tiam futurorum: quoniam vtrunq; arbitratur esse non posse:
 sed si alterum confirmatur, alterum tolli: si elegerimus præ-
 scientiam futurorū, tolli voluntatis arbitrium: si elegerimus
 voluntatis arbitriū, tolli præscientiā futurorum. Ipse itaque vt
 vir magnus & doctus, & vitæ humanæ plurimum ac peritissi-
 mē consulens, ex his duobus elegit liberum voluntatis arbi-
 trium. Quod vt cōfirmaretur, negauit præscientiā futurorum:
 atque ita dum vult facere liberos, facit sacrilegos. Religiosus
 autem animus vtrūque elegit, vtrūque cōfidentur, & fide pie-
 tatis vtrunque confirmat. Quomodo, inquit: Nam si est præ-
 scientia futurorum, sequuntur illa omnia, quæ connexa sunt,
 donec eō perueniatur, vt nihil sit in nostra voluntate. Porro si
 est aliquid in nostra voluntate, eisdem recursis gradibus eō
 peruenitur, vt non sit præscientia futurorum. Nam per illa
 omnia sic recurritur. Si est voluntatis arbitrium, non omnia
 fato fiunt: si non omnia fato fiunt, non est omnium certus ordo
 causarum. Si certus causarum ordo non est, nec rerum certus
 est

est ordo præsciēti Deo, quæ fieri non possunt, nisi præcedēti-
 bus & efficientibus causis. Si rerū ordo præscienti Deo certus
 non est, non omnia sic veniunt, vt ea ventura præsciuit. Porro
 si non omnia sic eueniunt, vt ab illo ventura præscita sunt: nō
 est, inquit, in Deo præscientia omniū futurorum. Nos aduer-
 sus istos sacrilegos ausus atque impios, & Deū dicimus omnia
 scire, antequam fiant: & voluntate nos facere, quicquid à no-
 bis nō nisi volentibus fieri sentimus & nouimus. Omnia verò
 fato fieri non dicimus, imò nulla fieri fato dicimus: quoniam
 fati nomē vbi solet à loquentibus poni, id est, in constitutione
 syderum, qua quisque conceptus aut natus est: quoniā res ipsa
 inaniter asseritur, nihil valere monstramus. Ordinem autem
 causarum, vbi voluntas Dei plurimum potest, neq; negamus,
 neque fati vocabulo nuncupamus, ^f nisi fortè vt fatū à fando
 dictū intelligamus, id est, à loquendo: non enim abnuere pos-
 sumus esse scriptum in literis sanctis: Semel locutus est Deus,
 duo hæc audiui: quoniam potestas est Dei. & tibi Domine mi-
 sericordia, quia tu reddes vnicuiq; secūdum opera eius. Quod
 enim dictum est, semel locutus est, intelligitur immobiliter,
 hoc est incommutabiliter est locutus, sicut nouit incommu-
 tabiliter omnia quæ futura sunt, & quæ ipse facturus est. Hac
 itaq; ratione possemus à fando fatum appellare, nisi hoc no-
 men iam in alia re soleret intelligi, quo corda hominum no-
 lumus incliari. Non est autem consequens, vt si Deo certus
 est omnium ordo causarum. ideo nihil sit in nostræ voluntatis
 arbitrio. Et ipsæ quippe nostræ voluntates in causarum ordi-
 ne sunt, qui certus est Deo, eiúsque præscientia continetur,
 quoniā & humanæ volūtates humanorū operum causæ sunt.
 Atq; ita qui omnes rerū causas præsciuit, profectò in eis cau-
 sis etiam nostras volūtates ignorare non potuit, quas nostro-
 rum operum causas esse præsciuit. ^g Nam & illud quod idem
 Cicero cōcedit, nihil fieri, si causa efficiens nō præcedat, satis
 est ad eū in hac quæstione redarguendū. Quid enim eū adiu-
 uat, quod dicit: Nihil quidem fieri sine causa, sed non omnem
 causam esse fatalem: quia est causa fortuita, est naturalis, est
 voluntaria? Sufficit quia omne quod fit non nisi causa præce-
 dente fieri cōfiteretur. Nos enim eas causas quæ dicuntur for-
 tuitæ, vnde etiam fortuna nomen accepit, non esse dicimus
 nullas, sed latentes, easque tribuimus, vel Dei veri, vel quo-
 rumlibet spirituum voluntati: ^h ipsasque naturales nequa-

quam ab illius voluntate seiugimus, qui est autor omnis conditorque naturæ. Iam verò causæ voluntariæ, aut Dei sunt, aut angelorum, aut hominum, aut quorumque animalium: ¹ si tamen appellandæ sunt volûtes animalium rationis expertium, motus illi quibus aliqua faciunt secundum naturam suam, cum quid boni malive appetunt, vel euitant. Angelorum autem voluntates dico, siue bonorum, quos Angelos Dei dicimus: siue malorum, quos angelos Diaboli, vel etiam dæmones appellamus. Sic & hominum bonorum scilicet, & malorum: ac per hoc colligitur non esse causas efficientes omnium quæ fiunt, nisi voluntarias illius naturæ, scilicet quæ spiritus vitæ est. Nam & aer iste siue ventus dicitur spiritus: sed quoniam corpus est, nõ est spiritus vitæ. Spiritus ergo vitæ qui viuificat omnia, creatorque est omnis corporis & omnis creati spiritus, ipse est Deus vtique spiritus non creatus. In eius voluntate summa potestas est, qui creatorem spirituum voluntates bonas adiuuat, malas iudicat, omnes ordinat, & quibusdam tribuit potestatem, quibusdam non tribuit. Sicut enim omnium naturarum creator est, ita omnium potestatum dator non voluntatû. Male quippe volûtes ab illo non sunt, quoniam cõtra naturam sunt, quæ ab illo est. Corpora igitur magis subiactæ voluntatibus: quædam nostris, id est, omnium animantium mortalium, & magis hominû quàm bestiarum: quædam verò angelorum: sed omnia maximè Dei voluntati subdita sunt. Cui etiam voluntates omnes subiiciuntur: quia non habent potestatem nisi quam ille concedit. Causa itaque rerû quæ facit, nec fit, Deus est. Aliæ verò causæ, & faciunt, & fiunt: sicut sunt omnes creati spiritus, & maximè rationales. Corporales autem causæ, quæ magis fiunt, quàm faciunt, non sunt inter causas efficientes annumerandæ, quoniam hoc possunt, quòd ex ipsis faciunt spirituû volûtes. Quomodo igitur ordo causarum qui præscienti certus est Deo, id efficit, vt nihil sit in nostra voluntate, cum in ipso causarum ordine magnum habeant locum nostræ voluntates? ² Contendat ergo Cicero cum eis qui hunc causarum ordinem dicunt esse fatalem, vel potius ipsum fati nomine appellat, quod nos abhorremus: præcipue propter vocabulum, quod nõ in re veracõfueuit intelligi. Quòd verò negat ordinem omnium causarum esse certissimum, & Dei præscientiæ notissimum, plus eum quàm Stoici detestamur. Aut enim Deum esse negat, quod

quidem

quidem inducta alterius persona in libris De deorum natura facere molitus est: aut si esse cōfiteretur Deū quem negat præscium futurorum, etiam sic dicit nihil aliud quàm quod ille dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Qui enim non est præscius omnium futurorum, non est utique Deus. ¹ Quapropter & voluntates nostræ tantum valent, quantum Deus eas valere voluit atque præsciuit: & ideo quicquid valent: certissime valent: & quod facturæ sunt ipsæ, omnino facturæ sunt: quia valituras atque facturas ille præsciuit, cuius præscientia falli non potest. Quapropter ^m si mihi fati nomen alicui rei adhibendum placeret, magis dicerem fatum esse infirmioris, potentioris voluntatē qui eum habet in potestate, quàm illo causarum ordine, quem non v̄sitato, sed suo more Stoici fatum appellant, arbitrium nostræ voluntatis auferri.

L. V I V E S.

VEl in Deo, vel in homine. } *Libro De diuinat. 2. ubi cum Q. fratre disputans diuinationem omnem conatur tollere, quam Q. superiore libro asseruerat. Ait enim: Nihil est enim tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna, ut mihi ne in Deum quidem cadere videatur, ut sciat quid casu & fortuitu futurum sit. Si enim scit, certè illud eueniet: sin certè eueniet, nulla fortuna est. Est autem fortuna: rerum igitur fortuitarum nulla præsensio: hæc ibi, & alia quæ ad intelligendum hoc caput faciunt, nos locum ceu digito indicasse fuerit satis.*

b Qui syderea fata. } *Omnes illi ponunt syderea fata: sed alij tanquàm prima, & quæ suis legibus trahunt omnia, nulli Deo pareant.*

c Et pro Lucilio Balbo. } *Sic enim in fine ultimi libri pronunciat: Hæc cum essent dicta ita discessimus, ut Velleio Coite disputatio verior, mihi Balbi ad veritatis similitudinem videretur esse propensior.*

d Ex seipso. } *Nam lib. secundo seipsum facit loquentem, confutantēque quæ frater dixerat de diuinatione.*

e Et Stoici. } *De hoc proximo capite.*

f Nisi fortè ut fatum à fando. } *Varro lib. De lingua Latina 3. Quod Parca constituerunt nascenti à fando fatum dictum. Lucanus in nono:*

Non vocibus ullis

Numera eget, dixitque semel nascentibus auctor,

Quicquid scire licet.

Quod videtur mutuatus ex illo dicto Psalmi, quod Augustinus hic

ciuitat, vel ex illo Iob. 33. Semel locutus est Deus, & secundo id ipsum non repetit. Vtroque loco unica illa Dei locutione stabilitas definita eius scientiæ significatur, ut vulgò interpretantur: illud verò in Psalmo: Duo hæc audiui: sunt qui referant ad hæc duo que sequuntur: Quia potestas Dei est: & Tibi domine misericordia. Alij de duobus testamentis intelligunt. T argum Chaldeum cum his videtur nonnihil sentire, in quo sic est, legem vnã locutus est Deus, & bis illam audiuimus de ore Mosi scribæ magni, quoniam virtus coram Deo nostro: tu verò Deus: ut beneficias iustis.

g Nam & illud quod idem concedit. } Alibi contendit. In libello De fato ex sententia Carneadis in tres species partitur causas: in naturales, quæ ex rerum naturis proficiunt, ut descendere lapidem, calcifacere ignem. Voluntarias, quæ sitæ sunt in liberis hominum voluntatibus, quarum non necesse est esse causas externas & antecedentes, satis est libere. Et fortuitas, quæ obscuræ sunt, & ignoratæ nonnullæ: quæ in re consentit cum omnibus physicis, quibus nihil fieri placet sine causa.

h Ipsasque naturales. } Non est alia natura ignis cur caleat, aut saxi cur descendat, aut hominis cur ratione: ur, & viuat, & generet ex se sibi similem. & aliarum rerum, quàm quòd ita iussit parens natura: si contrarium iussisset: & frigeret ignis, & ascenderet lapis, & brutum stupidum esset homo, nec viueret, nec gigneret.

i Si tamen appellandæ voluntates sunt. } Aristoteles libro De anima tertio, voluntatem solis rationalibus inesse dicit: appetitum esse in beluis, qui est instinctus à natura datus aliquid persequendi aut fugiendi. Voluntas in rationalibus ducem habet rationem, comitem electionem, siue est electio ipsa.

Deus quomodo videt futura

Deus quomodo videt futura

k Contendat ergo Cicero. } Disputet sanè Cicero cum Stoicis.

l Quapropter & voluntates nostræ tantum valent. } Creauit Deus voluntates nostras liberas: quæ ideo libera sunt, quia ille voluit, & utrumlibet possunt facere ex contrariis, aliud tamen factura non sunt, quàm quòd Deus præsciuit, quia aliud haud dubiè nunquam facient, tametsi possunt. Certum est enim fieri pleraque posse, quæ nunquam fiunt: ita non res futura ex scientia Dei manant: sed scientia potius Dei ex illis, quæ tamen futura non sunt Deo, in quo est error multorum, sed præsentis. Quocirca non rectè dicitur præscire, nisi relatiuè ad actiones nostras dicendus est. scire, videre, cernere. Quod si indignum videtur à fluxa caducaque rerum natura sempiternam scientiam generari, dicamus à prouidentia voluntatèque Dei cognitionem eius proficiet, voluntatem statuere quid futurum scit: scientiam, quid voluntas

voluntas statuerit, nosse. Origenes super Genesim: Quod futurum est, ait causam esse cur id euenturum prouiderit Deus. Itaque non id fieri, quia præscitur: potius contra præsciri, quia futurum est.

h Si mihi fati nomen. } Sic sæpe autores Latine lingue, velut poetæ & historici, & oratores, Fata dicunt hominum, & voluntatem deorum. Bæotius tale discrimen facit inter fatum & prouidentiam, quale hic August. inter fatum & voluntatem. Apuleius in Dogmate Platonis: Prouidentiam esse diuinam sententiam conseruatricem prosperitatis eius, cuius causa tale suscipit officium. Diuinam legem esse fatum, per quod inenirabiles cogitationes Dei atque incepta complentur. Vnde si quid prouidentia agitur, id agitur etiam fato: & quod fato terminatur, prouidentia debet susceptum uideri. Sed esse aliquid in nobis, & in fortuna non nihil, & fortune improuidos casus ignorari à nobis fatetur: instabile enim & incurrens intercedere ea solere, quæ consilio fuerunt & meditatione suscepta, quæ non patiantur meditata ad finem venire: & tunc quidem cum impedimentum illud utiliter prouenit, res illa sælicitas nominatur. At ubi repugnationes istæ nocivæ erunt, infælicitas dicitur. Sic ille.

An voluntatibus hominum aliqua dominetur necessitas.

C A P. X.

Vnde nec illa necessitas formidanda est, quam formidando Stoici laborauerunt: causas rerum ita distinguere, ut quasdam subtraherent necessitati, quasdam subderent: atque in his, quas esse sub necessitate noluerunt, posuerunt etiam nostras voluntates, ne videlicet non essent liberæ, si subderentur necessitati. Si enim necessitas nostra illa dicenda est, quæ non est in potestate, sed etiã si nolumus, efficit quod potest, sicut est necessitas mortis: manifestum est voluntates nostras, quibus rectè, vel perperam uiuitur, sub tali necessitate non esse. Multa enim facimus, quæ si nollemus, non utiq; faceremus. Quò primitus pertinet ipsum velle: nam si volumus, est: si nolumus, nõ est. Non enim vellemus, si nollemus. Si autem illa definitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse, ut sit aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis.^b Neque enim & vitã Dei & præscientiam Dei sub necessitate ponimus, si dicamus, necesse esse Deum semper viuere, & cuncta præscire: sicut nec potestas eius minuitur cum dicitur, mori fallique nõ posse. Sic enim hoc non potest, ut potius si posset, minoris esset utiq; potestatis. Rectè quippe omnipo-

rens dicitur: qui tamen mori & falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod nō vult. Quod si ei accideret, nequaquā esset omnipotens. Vnde propterea quædam non potest, quia omnipotens est. Sicut etiam cū dicimus, necesse est esse, vt cū volumus, libero velimus arbitrio: & verum proculdubio dicimus: & nō ideo ipsum liberum arbitrium necessitati subiicimus, quæ adimit libertatem. Sunt igitur nostræ voluntates, & ipsæ faciunt quicquid volendo facimus, quod non fieret si nollemus. Quicquid autē aliorum hominum voluntate nolens quisque patitur, etiā sic voluntas valet: etsi non illius tamen hominis voluntas, sed potestas Dei est. Nam si volūtas tantū esset, nec posset quod vellet, potentiore volūtate impediretur. Nec sic tamen volūtas, nisi volūtas esset, nec alterius, sed eius esset, qui veller: etsi nō posset implere quod vellet. Vnde quicquid præter suā voluntatem patitur homo, non debet retribuere humanis, vel angelicis, vel cuiusquam creati spiritus voluntatibus, sed eius potius qui dat potestatem volentibus, ^c Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate, quia Deus præsciuit quid futurum esset in nostra voluntate. Non enim qui hoc præsciuit: nihil præsciuit. Porro si ille qui præsciuit, quid futurum esset in nostra voluntate, non vtique nihil, sed aliquid præsciuit: profecto & illo præsciente, est aliquid in nostra voluntate. Quocirca nullo modo cogimur: aut retenta præscientia Dei, tollere voluntatis arbitrium, aut retento voluntatis arbitrio, Deum, quod nefas est, negare præscium futurorum, sed vtrunque amplectimur, vtrunque fideliter & veraciter confitemur. Illud, vt bene credamus: hoc, vt bene viuamus. Malè autem viuatur, si de Deo non bene creditur. Vnde absit à nobis eius negare præscientiam, vt liberi esse velimus, quo adiuuante sumus liberi, vel erimus. ^d Proinde non frustra sunt leges, obiurgationes, exhortationes, laudes, & vituperationes: quia & ipsas futuras esse præsciuit, & valent plurimum quantum eas valituras esse præsciuit: & preces valent ad ea impetranda, quæ se precantibus concessurum esse præsciuit: & iusta præmia bonis factis, & peccatis supplicia constituta sunt. ^e Neque enim ideo peccat homo, quia Deus illum peccaturum præsciuit: imò ideo non dubitatur ipsum peccare, cū peccat: quia ille, cuius præscientia falli non potest, non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præsci-

præsciuit, qui si nolit omnino, non peccat: sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præsciuit.

L. V I V E S.

a **V**Nde nec illa necessitas. } Cicero libello *De fato*: *Ac mihi quidem videtur, cum duæ sententiæ fuissent veterum philosophorum, una eorum qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret. In qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. Altera eorum quibus viderentur sine ullo fato, esse animorum motus voluntarij. Chrysippus tanquam arbiter honorarius medium fieri voluisset: sed applicat se ad eos potius, qui nec sitate motus animi liberatos volunt. Hæc & alia Cicero. Idcirco Oenomaus Cynicus Democritum dixit seruos fecisse animos nostros: Chrysippum verò semiservos, ut est apud Eusebium, libro 6. Euang. præpar. Quo loco disputant de fato quamplurima. Itaque fato cum subdant animos Stoici, non tamen necessitatem illis concedunt, nec sinunt, ut cogere nos possint. Fato enim fiunt omnia causis antecedentibus & proximis, sed non principalibus & perfectis, quarum illæ priores iuuant tantum quæ in nostra potestate non sunt: hæc verò efficiunt quæ sunt in manu nostra. Plutarchus in *Placitis philosophorum sententiam Stoicorum referens dicit, apud illos variè euentus rerum proficisci, alios ex necessitate illa prima, & maxima: alios ex fato, alios ex libertate animorum alios ex fortuna, alios casu quodam. Stoici, ut summa dicam, in tractanda ratione fati Platoni sunt ferè suffragati. Quod cum Plutarchus testatur, tum verò res ipsa indicat. At cum fato fieri omnia, & in fato inesse necessitatem aiunt, de mente illa & providentia Dei loquuntur. Nam & Iouem ex eorum placitis diximus fatum esse, & ipsi rationem pronæ aî que illam, id est providentiam, à qua administrantur omnia fatum nominant.**

b Neque enim vitam Dei & præscientiam. } *Platonici aiunt necesse esse deos ita se habere, ut sunt, non necessitate extrinsecus illata, sed naturali optimâque ipsis, ideòque maximè voluntaria, cum & nolent unquam optione proposita aliter se habere. Quo magis miror Plinium Secundum hominem & ingenio & eruditione tantum, sic contra omnipotentiam Dei cauillari, ne Deum quidem posse omnia. Namque nec sibi mortem consciscere, si velit, quod homini dedit. Optimum in tantis vitæ pœnis existimauit, ita deos calamitatibus miserisq; premi, ut homines optare aliquos mortem, nec consequi posse. Deceperant videlicet eum fabula, quæ Plutonem dilata morte mœrere faciunt, sicut Lucanus inquit:*

Et rector terra, quem longa in secula torquet

Mors dilata Deum.

c Non ergo propterea nihil est in nostra voluntate. *Ardua questio, & variè à multis tractata, An præscientia Dei necessitatem aliquam afferat rebus. Attingi superiore capite hac de re nannulla, multi de schola recentiore obligationum arte accedunt ad disputationem muniti, ut si aliquid tibi sumpseris, ipsis quod sibi retineant non desit, ut si hoc ceperis, contrarium sit tibi relinquendum: atque adeo, ut magis irretita magisque inuiscata tota re discedatur, quàm cum accederetur: ponis Deum scire me cursurum cras, aufer ergo me non cursurum, ponis hoc, aufer illud. Quid erat tricus illis & verborum laqueus opus, nisi simpliciter loqui, ut hic Augustinus, non ideo peccare hominem, quòd Deus præsciuit eum peccaturum, qui si nolit, potest omnino non peccare, idque si fiat, hoc præsciuit Deus: vel ut dicit Chrysostomus super Epistola Pauli ad Corinthios: Enimvero Christus inquit, necesse est ut veniant scandala, non ideo arbitrij libertatem corrumpens, aut vitæ vim, & necessitatem imponens, sed prædicens id quod ex mala hominum voluntate omnino futurum est: quod sanè futurum est, non quia id Deus præviderit, sed hominum voluntas immedicabilis fuerit. Non enim quia prædixit Deus, hæc facta sunt, sed quia omnino ex mala hominum voluntate ventura erant, ipse prædixit. Hæc Chrysostomus interprete homine docto Hieronymo Donato. Ac profecto non plus addit necessitatem rebus venturis præscientia Dei, quàm presentibus spectator cum sunt: ita cum video te scribere, potes ipse quidem non scribere: quod si non scribas, iam te non videbo scribentem. Porrò Deo futura tam presentia sunt, atque adeò magis, quàm nobis quæ vocamus presentia. Nam quò capacior est mens, hoc illi tempus præsens est latius: Deo verò infinita capacitatis infinitum tempus est præsens: tota ergo æternitas quæ sola est infinita. Hæc res diffiliorem efficit hanc disputationem, quòd sic imaginantur quidam futura esse Deo, ut nobis.*

d Proinde non frustra sunt leges. *Hoc obiiciebatur ijs, qui necessario fato dicebant omnia fieri. Quod cum necesse esset hunc esse malum, illum bonum, cur malus supplicium, bonus premium merebatur, cum necessaria nec vitio dentur, nec laudi: tum etiam nec exhortari ad virtutem, carperè que vitia prodesset: cum fieri aliter non posset, quin malus esset, quem fatum esset esse malum. Manilius hoc quoque ex fato esse concludit. Sic enim ait:*

*Hominum menti tanto sit gloria maior,
Quod celo gaudente venit, rursusque nocentis
Oderimus magis in culpam pœnasque creatos,*

Nec refert scelus unde cadat, scelus esse fatendum est.

Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.

Nos vero, & bonis paratum premium, parata merito est laus, malis vituperium, penaque quod libera voluntate & ille bene fecit, & hic male, idque spectante Deo non cogente.

e Neque enim ideo peccat homo. } *A praescientia Dei non profiscitur peccatum huius, sed nostra potius de peccato huius scientia. Nam sicut à voluntate Dei nostra voluntas, ita & à scientia Dei nostra scientia demanat. Haec de fato expositis aliorum sententiis, quo facilius intelligeretur Augustini mens.*

De vniuersali prouidentia Dei, cuius legibus omnia continentur. CAP. XI.

DEus itaque summus & verus cum verbo suo, & spiritu sancto, quæ tria vnum sunt, Deus vnus omnipotens, creator & factor omnis animæ atque omnis corporis: cuius sunt participatione fœlices quicumque sunt veritate, non vanitate fœlices: qui fecit hominem rationale animal ex anima & corpore; qui eum peccatorem nec impunitum esse permisit, nec sine misericordia derelinquit: qui bonis & malis essentiam etiam cum lapidibus, vitam feminalem etiam cum arboribus, vitam sensualem etiam cum pecoribus, vitam intellectualem cum solis angelis dedit; à quo est omnis inodus, omnis species, omnis ordo: à quo est mensura, numerus, pondus: à quo est quicquid naturaliter est, cuiuscunque generis est, cuiuscunque æstimationis est: à quo sunt semina formarum, formæ seminum, motus seminū atque formarum. Qui dedit & carni originem, pulchritudinem, valetudinem, propagationis fœcunditatem, membrorū dispositionem, salutem, concordiam: qui & animæ irrationali dedit memoriā, sensum, appetitum, rationali autem insuper mentem, intelligentiam, voluntatem: qui non solum cælum & terram, nec solum angelum & hominem, sed nec exigui & contemptibilis animantis viscera, nec auis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partium cōuenientia, & quadam veluti pace derelinquit, nullo modo est credendus regna hominum eorūque dominationes & seruitutes, à suæ prouidentia legibus alienas esse voluisse.

L. V I V E S.

Non vanitates fœlices. } *Sic legitur in omnibus codicibus, nisi tamen aptum videtur legi fideles.*

Quibus moribus antiqui Romani metuebant vt Deus verus, quauis non eum colerent, eorum auget imperium.

C A P. XII.

Roinde videamus quos Romanorū mores, & quā ob causam Deus verus ad augendum in imperium adiuuare dignatus est, in cuius potestate sunt etiam regna terrena. Quod vt absolutius disserere possemus, ad hoc pertinētem & superiorem librum scripsimus, quod in hac re potestas nulla sit eorum deorum, quos etiam rebus nugatoriis colendos putarunt, & præsēntis voluminis partes superiores. quas hucusque perduximus, de fati quæstione tollenda, ne quisquam cui iam persuasum esset non illorum deorum cultu Romanum imperium propagatum atque seruatum, nescio cui fato potius id tribueret, quā Dei summi potentissimæ voluntati. Veteres igitur primique Romani, quantum eorū docet & commendat historia, quauis vt aliæ gentes, excepta vna populi Hebræorum deos falsos colerent, & non Deo victimas, sed dæmoniis immolarent, tamen laudis auidi, pecuniæ liberales erant; gloriā ingentem, diuitias honestas volebant: hanc ardentissimè dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt, pro hac & mori non dubitauerunt. Cæteras cupiditates huius vniū ingenti cupiditate presserunt. Ipsam denique patriam suam, quoniam seruire videbatur ingloriam, dominari verò atque imperare gloriosum, prius omni studio liberam, deinde dominam esse concupierunt. Hinc est quod regalem dominationem non ferentes, annua imperia binosque imperatores sibi fecerunt, ^a qui consules appellati sunt à consulendo, non reges, aut domini à regnando atque dominando, cum & reges vtique à regendo dicti melius videantur, vt regnum à regibus, reges autem, vt dictum est, à regendo: sed fastus regis non disciplina putata est regentis, vel benevolentia consulentis, sed superbia dominantis. Expulso itaque rege Tarquinio, & consulibus institutis, secutum est, ^b quod idem autor in Romanorum laudibus posuit, quod ciuitas incredibile memoratu adepta libertate, quantum breui creuerit, tanta cupido gloriæ incesserat. Ista ergo laudis auiditas, & cupido gloriæ, multa illa miranda fecit laudabilia, scilicet atque gloriosa secundum hominum existimationem. Laudat idem Salustius temporibus suis magnos & præclaros viros, Marcum Catonem, & Caium

Caium Cæsarem, dicens quòd diu illa respublica non habuit quenquam virtute magnum, sed sua memoria fuisse illos duos ingenti virtute, diuersis moribus. In laudibus autem Cæsaris posuit, quòd sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouum exoptabat, vbi virtus enitescere posset: ita fidebat in votis virorum virtute magnorum, vt excitaret in bellum miseris gentes & flagelle agitare Bellonam sanguineo, vt esset vbi virtus eorum enitesceret. Hoc illa profectò laudis auiditas, & gloriæ cupido faciebat. Amore itaque primitus libertatis, post etiam dominationis, & cupiditate laudis & gloriæ, multa magna fecerunt. Reddit eis vtriusque rei testimonium etiam poëta insignis eorum. Inde quippe ait:

*Necnon Tarquinium eiectum Porfenna, iubebat
Accipere, ingentiq; urbem bsidione premebat
Aeneada in ferrum pro libertate ruebant.*

Tunc itaque magnum illis fuit aut fortiter emori, aut liberos viuere. Sed cum esset adepta libertas, tanta cupido gloriæ incesserat, vt parum esset sola libertas, nisi & dominatio quaereretur, dum pro magno haberetur, quod velut loquente Ioue idem poëta dicit:

*Quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc, terrasq; metu, calumq; fatigat,
Consilia in melius referet mecum, que fouebit
Romanos rerum dominos, gentemque togatam.
Sic placitum, veniet iustis labentibus ætas,
Cum domus Assaraci Phœhiam claraeque Mycenæ
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.*

Quæ quidem Vergilius Iouem inducens tanquã futura prædicentem; ipse iam facta recolebat, cernebatq; præsentia. Verum propterea commemorare illa volui, vt ostenderem dominationem post libertatem sic habuisse Romanos, vt in eorum magnis laudibus poneretur. Hinc est & illud eiusdem poëtae: quòd cum aliarum gentium artibus eas ipsas proprias Romanorum artes regnandi atque imperandi, & subigendi ac debellandi populos anteponeret, ait:

*Exudent alij spirantia mollius æta:
Credo equidem, riuos ducent de marmore vultus:*

*Orabant causas melius, caliq; meatus
Describent rãd.o, & surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento.*

Hæ tibi erunt artes, paciꝫ imponere morem;

Parcere subiectis, & de bellare superbos.

Has artes illi tantò peritiꝫ exercebant, quantò minus se voluptatibus dabant, & enervatione animi & corporis in concupiscendis & augendis diuitiis, & per illas moribus corrupendis, rapiendo miseris ciuibus, largiendo scenicis turpibus. Vnde cùm tales iam morum labe superabant, atque abundabant, quando scribebat ista Salustius, canebatq; Vergilius, non illis artibus honores & gloriam, sed dolis atque fallaciis ambiebant. Vnde idem dicit: Sed primò magis ambitio quàm auaritia animos hominũ exercebat, quod tamen virtũ propius virtuti erat. Nam gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus æquè sibi exoptant. Sed ille, inquit, vera via nititur, huic quia bonæ artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. Hæ sunt illæ bonæ artes, per virtutem scilicet, nõ per fallacem ambitionem ad honorem, & gloriam, & imperium peruenire, quæ tamen bonus & ignauus æquè sibi exoptant. Sed ille, id est bonus, vera via nititur. Via virtus est, qua nititur, tanquã ad possessionis finem, id est, ad gloriam, honorem, imperium. Hoc insitum habuisse Romanos etiam deorum apud illos ædes indicant, quas coniunctissimas constituerunt Virtutis & Honoris, pro diis habètes quæ dantur à Deo. Vnde intelligi potest quem finem volebant esse virtutis, & quò eam referebant, qui boni erant, ad honorem scilicet. nam mali nec habebant eam, quanuis honorem habere cuperent, quem malis artibus conabantur adipisci, id est, dolis atque fallaciis. Melius laudatus est Cato. De illo quippe ait: Quò minus petebat gloriam, eò magis illum sequebatur. Quandoquidem gloria est, cuius illi cupiditate flagrabant, ^h iudicium hominum bene de hominibus opinantium. Et ideo melior est virtus quæ humano iudicio contenta non est, nisi conscientia suæ. Vnde dicit Apostolus: Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostræ. Et aliò loco: Opus autem suum probet vnusquisque, & tunc in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Gloriam ergo & honorem & imperium quæ sibi exoptabant: & quo bonis artibus peruenire nitentur boni, non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem. Neque enim est vera virtus, nisi quæ ad eum finem tendit, vbi est bonum hominis, quo melius non est. Vnde & honores quos petiuit Cato, ⁱ petere non debuit, sed eos

ciuitas

ciuitas ob eius virtutem non petenti dare. Sed cum illa memoria duo Romani essent, virtute magni, Cæsar & Cato, longe virtus Catonis veritati videtur propinquior fuisse, quam Cæsaris. Proinde qualis esset illo tempore ciuitas, & antea qualis fuisset, videamus in ipsa sententia Catonis: Nolite, inquit, existimare maiores nostros armis Rempublicam ex parua magnam fecisse. Si ita esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus. Quippe sociorum atque ciuium præterea armorum & equorum maior copia nobis quam illis est. Sed alia fuere quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque libidine neque delicto obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque auaritiam, publicè egestatem, priuatim opulentiam: laudamus diuitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos discrimen nullum, omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum vbi vos separatim sibi quisque consilia capitis, vbi domi voluptatibus, hic pecuniæ aut gratiæ seruitutis. Eo fit vt impetus fiat in vacuam rem. Qui audit hæc Catonis verba siue Salustij, putat quales laudantur Rom. veteres, omnes eos tales tunc fuisse vel plures. Non ita est, alioquin vera non essent quæ ipse idem scribit, ea quæ commemoravi in secundo lib. huius operis, vbi dicit: Iniurias validiorum & ob eas discessionem plebis à patribus, aliàsque dissensiones domi fuisse, iam inde à principio, neque amplius æquo & modesto iure actum, quam expulsis regibus, quando metu à Tarquinio fuit, donec bellum graue quod propter ipsum cum Hetruria susceptum fuerat, finiretur. Postea verò seruili imperio patres exercuisse plebem, regio more verberasse, agro pepulisse, & cæteris expertibus solos egisse in imperio. Quarum discordiarum dum illi dominari vellēt, isti seruire nollent, finem fuisse bellum Punicum secundum. Quia rursus grauis metus cœpit vrgeri, atque ab illis perturbationibus alia maiore cura cohibere animos inquietos, & ad concordiam reuocare ciuilem. Sed per quosdam paucos, qui pro suo modo boni erāt, magna administrabantur, atque illis toleratis ac temperatis malis, paucorū bonorum prouidentia res illa crescebat, sicut idem historicus dicit, multa sibi legēti, & audiēti, quæ po. Ro. domi militiae q. mari atque terra præclara facinora fecerit, se libuisse attendere, quæ res maxime sãta negotia sustinisset: quoniam sciebat sæpenuero parua

manu cum magnis legionibus hostium contendisse Ro. cognouerat paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus: sibi que multa agitati constare dixit, paucorum ciuium egregiam virtutem cuncta patrauisse, eoque factū vt diuitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque defidia, inquit, ciuitas corrupta est, rursus resp. magnitudine sui imperatorum atque magistratuum vitia sustentabat. Paucorum igitur virtus ad gloriam, honorem, imperium, vera via, id est virtute ipsa nitentium etiam à Catone laudata est. Hinc erat domini industria: quam cōmmemorauit Cato: vt ærarium esset opulentum, tenues res priuatæ. ^mVnde corruptis moribus vitiū esse cōtrarium posuit, publicè egestatem, priuatim opulentiam. Quamobrem cum diu fuissent regna Orientis illustria, voluit Deus & Occidentale fieri, quod tempore esset posterius, sed imperij latitudine & magnitudine illustrius. Idque talibus potissimum concessit hominibus ad domanda grauia mala multarum gentium, qui causa honoris, laudis & gloriæ cōsulerent patriæ, in qua ipsam gloriam requirebant, salutemque eius saluti suæ præponere non dubitarent, pro isto vno vitio, id est, amore laudis, pecuniæ cupiditatem, & multa alia vitia comprimentes.

L. VIVES.

a **Q**ui consules appellati sunt à consulendo. } *A consulendo dictos esse consules satis inter omnes constat: sed cum consulere significet multa, dubium est à qua mente sit dictus consul. Quintilianus lib. 1. Sitne consul à consulendo, an à iudicando, nam & hoc consulere veteres vocauerunt: unde adhuc remanet illud, rogat boni consulas, id est, bonum iudices. Quin & Lhu. consulem olim iudicem esse dictum tradit. Sed ego cum Varrone nomen ministerij puto esse consul: vt admoneretur nihil eum habere in repub. vniuersum potestatisque, sed admonitorem solum positum senatus & po. vt eos quid fieri placeret consuleret. Nihil enim in senatu antiquitus fieri solebat, nisi consulente & referente consule. unde illa tam crebra apud rerum scriptores: petiit à cons. vt de hoc aut illo referret Cæsar 1. Comment. belli civilis Pompeiani: Literis à Fabio C. Cæsaris consulibus redditis agrè ab illis impetratum est, summa trib. pleb. contentione vt in senatu recitarentur: vt verò ex literis ad senatum referretur, impetrari non potuit. Quibus verbis satis apparet non dici sententias a senatoribus, nisi à cons. referretur, quod maxime prisca temporibus seruabatur. Nam posteris ius quoque aliis nonnullis magi-*

magistratibus fuit & cogere senatum, & ad eum referre, si quid vel-
lent. Porro Varronis verba, si quis requirit, hæc sunt ex lib. De Lingua
Lat. 4. Consul nominatus, quod consuleret po. & senatum, nisi illinc po-
tius unde Aelius ait in Bruto, qui rectè consulat, consul fiat.

b Quod idem autor. } Salust. in bello Catil.

c Gentemque togatam. } Bene, inquit Seruius, togatam, quoniam
omnis sexus & conditio toga utebatur.

d Domus Assaraci } Rom. Assaracus auus fuit Anchise, Capys pa-
ter, à quo Aeneas. Porro ab Aenea Iulus, ab hoc reges Albani, &
hinc Ro. profecti.

e Phthiam clarâsque Mycenâs. } Hoc spectat ad vindictâ incen-
sionis Ilij, quod patriæ eorum qui Troianos vicerant essent à nepotibus

Troianorum subigenda. Sic in 6. Aeneid. Eruct ille Argos, Agame-
mnoniâsque Mycenâs: ipsûmq. Acacidem genus armipotentis Achilli

Vltus aios Troia, templa & temerata Mimerua. Phthia verò patria

est Achilli in Phthiade regione Macedonia, educatus tamen est A-
chilles Larissæ Thessalia, ideo Larissæus dicitur, quanquam & Phthia

& Larissâ sunt in Achaia: Nam arx Argiva dicta est Larissâ, ut
alias declarabo. Phthiam Macedonia L. Aemilius Paulus Ro. subdit,

victò Perseo. Mycenæ in Argolide sunt, teste Mela, ad quas ab Ar-
gu est regnum translatum. Eas cum reliqua Achaia cepit L. Mumius.

Argi sunt prope Mycenâs. Mela. Argus ab Inacho ad Pelopem re-
gnatû est annos d. lxxij Eusebius Iulius Higinus erratum dicebat esse à

Vergilio his versibus in historia, nam non idem eruit Argos, & vicit
Pyrrhum: ideo eximendum versum illum censebat, ipsûmq. Acacidem.

Sed Seruius illèque subaudiendum esse ait: ut de Curio intelligatur.

f Credo equidem } Antiqua exemplaria Augustini habent, Ce-
do equidem, sed apud Verg. est Credo.

g Quas coniunctiss } Imò eadem erat ades Virtutis & Honoris,
quam fecit Marius Cimbris deuictus: sed quia canalus erat medius, due
esse videbantur.

h Iudicium hominum bene. } Hæc est in uniuersum gloria, sed de
vera gloria Cic. 3. Tuscul. quæst. sic inquit: Est gloria solida quædam res

& expressa, non adumbrata, ea est consentiens laus bonorum, incorrupta
vox bene indicantium de eccellente virtute: ea virtuti resonat tan-

quam imago.

i Petere non debuit. } Cato Vticensis, de quo hic loquitur, petiit
trib. pleb. & adeptus est. petiit præturam, factus est prætor, sed passus
prius repulsam prælato Vatinio homine impuriss. diu & hominib. in-

uiso: petiit consulatû, tulit repulsam. Homo, ut Plutarch. inquit, qui

pretio comparandus erat ad gerendos magistratus, dignior qui cogere-
tur accipere honores, quàm qui peteret.

k Ipsa sententia Catonis. } In oratione quam habuit in senatu
trib. pleb. designatus contra conuictos. Salust. in Catil.

l Qui audit hæc. } Semper Romani posteriores priorum virtutes in
re habuerunt, & in calum tollebant: vel quia perpetuo res vergit in
deterius, vel quod semper præterita tempora videntur meliora.

m Vitium esse contrarium. } Antiqui libri. Vt vitium e contrario
posuit.

De amore laudis, qui cùm sit vitium, ob hoc virtus putatur:
quia per ipsam vitia maiora cohibentur.

CAP. XIII.



Am sanius videt, qui & amorem laudis vitium esse
cognoscit, quod nec poetam fugit Horatium, qui ait.

^a *Laudis amore tumes, sunt certa piacula qua te*

^b *Ter purè lecto poterunt recreare iibello.*

Idemque in carmine Lyrico, ad reprimendam dominandi li-
bidinem ita cecinit:

^c *Latius regnes audum domando*

Spiritum, quàm si Lybiam remotis

^d *Gadibus iungas, & uterque Pænus*

Seruiat uni.

Veruntamen qui libidines turpiores fide pietatis, impetrato
spiritu sancto, & amore intelligibilis pulchritudinis non re-
frænant, melius saltem cupiditate humanæ laudis & gloriæ,
non quidem iam sancti, sed minus turpes sunt. Etiam Tullius
hinc dissimulare non potuit, in iisdem lib. quos De rep. scrip-
sit, vbi loquitur de instituendo principe ciuitatis: quem di-
cit salendum esse gloria, & consequenter commemorat ma-
iores suos multa mira atque præclara gloriæ cupiditate fe-
cisse. Huic ergo vitio non solum non resistebant, verum etiã
id excitandum & accendendum esse censebant: putantes hoc
vtile esse reip. Quãquam nec in ipsis philosophiæ lib. Tullius
hab hac peste dissimuliet, vbi eam luce clarius cõfiteretur. Cùm
enim de studiis talibus loqueretur, quæ vtiq; sectanda sunt
sine veri boni, non ventositate laudis humanæ, hanc intulit
vniuersalem generalẽque sententiam: Honos alit artes, om-
nẽsque accenduntur ad studia gloria, iacẽtque ea semper
quæ apud quosque improbantur.

L. VIVES.

- a **L** Audis amore tumes } *Ad Mæcenatem 1. lib. Epist:*
 b **L** Ter purè lecto } *Legendi sunt philosophorum lib. De moribus*
purè, non aduersis animis, sed secundis, ita ut prodesse nobis cupiamus
quæ dicunt. nam tunc demum profunt: Porphyrio interpres Horatiij
ait, velut ad sacrificandum castè ac lotis manibus accedendum putat.
 c **L**atius regnes. } *Arminum libro 2 ad Salust:*
 d **G**adibus. } *Hæc insula est Hispania nobilis peregrinatione Her-*
culis.
 e **E**t vterque Pœnus. } *Acron & Porphyrio per alterum Pœnum*
intelligunt Afros in Lybia, per alterum Gaditanos, qui à Pœnis sunt
conditi, ut intelligat poeta coniunctionem regni per terras mari distin-
ctas, quod antea in eodem carmine dixerat.
 f **I**nde filere non potuit. } *Antiqua volumina dissimulare pro filere*
habent. & hinc pro inde.
 g **A**lendum esse gloria. } *Sic plerique Stoicorum sapientem suum*
animal esse gloriæ dicunt. Simonides poeta inductus à Xenophonte in
Hierone, hominem à cæteris animantibus hoc potissimum se iungit, quod
honore ac gloriâ tangatur.
 h **A**b hac peste } *Melius legeretur, hanc pestem.*
 i **H**onos alit artes. } *In præmio Tuscul. questionum.*

De refecando amore laudis humanæ, quoniam iusto-
rum gloria omnis in Deo sit.

CAP. XIII.

Vicigitur cupiditati melius resistitur sine duditatio-
ne, quàm ceditur. Tantò enim quisque est Deo simi-
lior, quantò ab hac immunditia mūdior. Quæ in hac
vita, etsi nõ funditus eradicatur ex corde, quia etiã bene pro-
ficientes animos tentare non cessat, saltem cupiditas gloriæ
superetur dilectione iustitiæ. Vt si alicubi iacent, b quæ apud
quosque improbãtur: si bona, si recta sunt, etiam amor huma-
næ laudis erubescat, & cedat amori veritatis. Tam enim est
hoc vitium inimicũ præ fidei, si maior in corde sit cupiditas
gloriæ, quàm Dei timor vel amor, yt dominus diceret: Quo-
modo potestis credere gloriam ab inuicem expectantes, &
gloriam quæ à solo Deo est, non quærentes? item de qui-
busdam qui in eum crediderant, & verebantur palàm con-
fiteri, ait Euangelista: Dilexerunt gloriam hominum ma-
gis quàm Dei. Quod sancti Apostoli non fecerunt. Qui cùm
in his locis prædicarent Christi nomen, vbi nõ solùm impro-

babatur: sicut ille ait, iacētque ea semper, quæ apud quosque improbantur: verum etiam summæ detestationis habebatur, tenentes quod audierant à bono magistro, eodémque medico mentium. Si quis me negauerit coram hominibus, negabo eum^c coram patre meo, qui in cælis est, & corā angelis Dei: inter maledicta & opprobria, inter grauissimas persecutiones crudelēque pœnas non sunt deterriti à prædicatione salutis humanæ tanto fremitu offensionis humanæ. Et quod eos diuina facientes atque dicentes, diuinēque viuentes debellatis quodammodo cordibus duris, atque introducta pace iustitiæ ingens in ecclesia Christi gloria consecuta est: non in ea tanquam in suæ virtutis sine quieuerunt, sed eam quoque ipsam ad Dei gloriam referentes, cuius gratia tales erant. Isto quoque fomite eos quibus consulebant, ad amorem illius, à quo & ipsi tales fierent accendebant. Namque ne propter humanam gloriam boni essent, docuerat eos magister illorum: dicens: Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Sed rursus ne hoc peruersè intelligentes hominibus placere metuerent, minúsque prodesse latendo, quòd boni sunt: demòstrans quo fine innotescere deberent. Luceant, inquit, opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Non ergo vt videamini ab eis, id est, hac intētionē vt eos ad vos conuerti velitis, quia non per vos aliquid estis, sed vt glorificent patrem vestrum qui in cælis est, ad quem conuersi, fiant quod estis. Hoc secuti sunt martyres, qui Scæuolas, & Curtios, & Decios non sibi inferendo pœnas, sed illatas ferendo, & virtute vera, quoniam vera pietate & innumera multitudine superarent. Sed cùm illi essent in ciuitate terrena, quibus propositus erat omnium pro illa officiorum finis, incolumitas eius, & regnum non in cælo, sed in terra: non in vita æterna, sed in decessione morientium, & successione moriturosum: quid aliud amarent quàm gloriam, qua volebant etiam post mortem^c tanquam viuere in ore laudantium?

L. V I V E S.

a **Q**uam ceditur. } *Legendum cùm ceditur, & sic exposcit sensus. Resistendum est enim gloriæ cupidini, non cedendum.*

b **V**bi non solum improbantur. } *Sic arbitror legendum, Vbi non solum*

solum improbabiantur, iacentque illa semper, sicut ille ait, quæ apud quos- que etiam, &c.

c Coram patre meo. } *Sic Matth. 10.*

d Et coram angelis Dei. } *Sic Luca 12.*

e Tanquam viuere. } *Ennius: Vinus volito per ora virum.*

De mercede temporalis, quam Deus reddidit bonis moribus Romanorum. CAP. XV.



Vibus ergo non erat Deus daturus vitam æternam cum sanctis angelis suis in ciuitate sua cælesti, ad cuius societatem pietas vera perducit, quæ non exhibet seruitutem religionis, ^a quam latrariam Græci vocant: nisi vni vero Deo, si neque hanc eius terrenam gloriam excellentissimi imperij concederet, nõ redderetur merces bonis artibus eorum, id est virtutibus, quibus ad tantam gloriam peruenire nitentur. De talibus enim, qui propter hoc boni aliquid facere videntur, vt glorificentur ab hominibus: etiam dominus ait: Amen dico vobis, pepercerunt mercedem suam. Sic & isti priuatas res suas pro re cõmuni, hoc est republica, & pro eius ærario contempserunt, auaritiæ restiterunt: consuluerunt patriæ consilio libero: neq; delicto secundum suas leges, neq; libidini obnoxij: his omnibus artibus tanquam vera via nisi sunt ad honores, imperium, gloriam honorati sunt in omnibus ferè gentibus: imperij sui leges imposuerunt multis gentibus: hodièque literis & historia gloriosi sunt penè in omnibus gentibus. Nõ est, quod de summi & veri Dei iustitia conquerantur: perceperunt mercedem suam.

L. V I V E S.

Quam λατρείαν } *Λατρεία, quod est colo, seruo.*

De mercede sanctorum ciuium ciuitatis æternæ, quibus vtilia sunt Romanarum exempla virtutum.

C A P. X V I.



Merces autem sanctorum longè alia est etiam hic opprobria sustinentium pro ciuitate Dei, quæ mundi huius dilectoribus odiosa est. Illa ciuitas sempiterna est. ^a Vbi nullus oritur, quia nullus moritur. Vbi est vera & plena fœlicitas, non dea, sed donum Dei. Inde fidei pignus accipimus, quandiu peregrinantes eius pulchritudini suspiramus. Ibi non oritur Sol super bonos & malos, sed

Solius iustitiæ solos protegit bonos. Ibi nõ erit magna industria ditare ærarium publicum priuatis rebus angustis, vbi thesaurus communis est veritatis: Proinde non solum vt talis merces talibus hominibus redderetur, Romanum imperium ad humanam gloriam dilatatum est, verumetiam vt ciues æternæ illius ciuitatis, quandiu hîc peregrinantur, diligenter & sobriè illa intueantur exempla, & videant quâta dilectio debeat super nâ patriæ propter vitam æternam, si tantum à suis ciuibus terrena dilecta est propter hominum gloriam.

L. V I V E S.

VBi nullus oritur. *Hoc est, nullus nouus accrescit: vt neque ex ascitu decrescat ullus, cum omnes numerati & constituti sint, æterna Dei & præscientia & selectione,*

Quo fructu Romani bella gesserint, & quantum his quos vicere contulerint.

CAP. XVII.

Quantum enim pertinet ad hanc vitam mortalium, quæ paucis diebus ducitur & finitur, quid interest, sub cuius imperio viuat homo moriturus, si illi qui imperat, ad impia & iniqua non cogant? An verò aliquid nocuerunt Romani gentibus, quibus subiugatis imposuerunt leges suas, nisi quia id factum est ingenti strage bellorum? Quod si concorditer fieret, id ipsum fieret meliore successu: sed nulla esset gloria triumphantium. Neque enim & Romani non viuiebant sub legibus suis, quas cæteris imponebant. Hoc sufficeret Reipublice, nisi Marti & Bellone displicebat, vt nec victoria locum haberet, nemine vincente, vbi nemo pugnauerat. Nonne Romanis & cæteris gentibus vna esset eademque conditio? Præsertim, si mox fieret, quod postea grauissimè atque humanissimè factum est: ^b vt omnes ad Romanum imperium pertinentes, societatem acciperent ciuitatis, & Romani ciues essent: ac si esset omnium quod erat antè paucorum: tantum, quòd plebs illa quæ suos agros non haberet, de publico viueret: qui pastus eius per bonos administratores reipublicæ gratius à concordibus præstaretur, quàm victis extorqueretur. Nam quid interfit ad incolumitatem, bonosque mores, & ipsas certè hominum dignitates, quod alij vicerunt, alij victi sunt, omnino non video, præter illum gloriæ humanæ inanissimum fastum, in quo perceperunt mercedem suam, qui eius ingenti cupidine arserunt, & ingentia bella gesserunt. Nunquid enim illorum agri tributa

tributa nõ soluunt? Nunquid eis licet discere, quod aliis non licet? Nunquid non multi senatores sunt in aliis terris, qui Romam nec de facie quidem norunt? Tolle iactantiam, & omnes homines quid sunt, nisi homines? Quod si peruerfitas seculi admitteret, ut honoratiores essent quique meliores: nec sic pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius est ponderis fumus. Sed utramur etiam in his rebus beneficio Domini Dei nostri: consideremus quanta contempserint, quæ pertulerint, quas cupiditates subegerint pro humana gloria, qui eam tanquam mercedem talium virtutum accipere meruerunt: & valeat nobis etiam hoc ad opprimendam superbiam. ut cum illa ciuitas, in qua nobis regnare promissum est, tantum ab hac distet, quantum distat cælum à terra, à temporali lætitia vita æterna: ab inanibus laudibus solida gloria: à societate mortalium, societas angelorum: à lumine solis & lunæ, lumen eius qui fecit solem & lunam: nihil sibi magnum fecisse videantur tantæ patriæ ciues, si pro illa adipiscenda fecerint boni operis aliquid, vel mala aliqua sustinuerint: cum illi pro hac terrena iam adepta tanta fecerint, tanta perpeffi sint: præfertim, quia remissio peccatorum, quæ ciues ad æternam colligit patriam, habet, aliquid, cui per umbram quandam simile fuit atylum illud Romuleum, quo multitudinem, quæ illa ciuitas conderetur, quorumlibet delictorum congregauit impunitas.

L. VIVES.

Hoc sufficeret reip. } *In veteribus sodicibus habetur sic: Hoc si fieret sine Marte & Bellona, ut nec victoria locum haberet, &c.*

b Ut omnes ad Rom. imperium pertinentes. } *Olim populi Latij solebant in ciuitatem ascisci. Hinc ventum ad alios Italie populos, & trans Padum itum, & trans Alpes, & trans mare. Claudius Cesar multas barbaras gentes donauit ciuitate Romana, dicens nihil magis fuisse Lacedæmonis & Atheniensibus exitio, quam quod in societatem ciuitatis nunquam recepissent quos vicissent armis. Mox sub Hispanis & Afris & Tracibus & aliarum nationum Cesaribus paulatim integra prouincia, & totum denique imperium donatum est iure ciuitatis Romane. Et cum initio reliqui omnes præter Græcos dicerentur Barbari, etiam Romani ipsi iam domini, post Latini & Itali ea sunt nota exempti, donatis prouinciis omnibus ciuitate, illi soli nomine barbaræ sunt notati, qui sub Romano imperio non*

Barbaræ gentes que

essent: & hic est sensus Herodiani, Spartani, Eutropij, & recentiorum historicorum, cum de Barbaris loquuntur. Ita Rhenus duas dicebatur habere ripas hanc citiorem Romanam, illam ulteriorem, Barbaram. Claudian.

O quoties doluit Rhenus, qua barbarus ibat,

Quod te non geminis frueretur iudice ripis.

c Nunquid non multi senatores. } Donatis ciuitate multis gentibus, etiam in senatum ex illis complures sunt ascripti fueruntque senatores, tamen si Romam nunquam venissent, ut ciues alij, qui Romam nunquam viderunt.

Quàm alieni à iactantia debeant esse Christiani, si aliquid fecerint pro dilectione æternæ patriæ, cum tanta Romani gesserint pro humana gloria, & ciuitate terrena.

C A P. X V I I I.



Vid ergo magnum est pro illa æternæ cælestique patriæ, cuncta seculi huius quamlibet iucunda blandimenta contemnere, si pro hac temporali atque terrena filios Brutus potuit & occidere, quod illa facere neminem cogit? Sed certè difficilior est filios interimere, quàm quod pro ista faciendum est, ea quæ filiis congreganda videbantur, atque seruanda, vel donare pauperibus, vel si existat tentatio, quæ id pro fide atque iustitia fieri compellat, amittere. Fœlices enim vel nos vel filios nostros, non diuitiæ terrenæ faciunt, aut nobis viuentibus amittendæ, aut nobis mortuis à quibus nescimus, vel fortè à quibus nolumus possidendæ. Sed Deus fœlices facit, qui est mentium vera opulentiæ. Bruto autem quia filios occidit, infœlicitatis perhibet testimonium etiam in poeta laudator. Ait enim:

Natiſque pater noua bella mouentes,

Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit

Infœlix, uttuncque ferent ea facta minores.

Sed versu sequenti consolatus est infœlicem:

Vicit amor patriæ, laudumque immensa cupido.

Hæc sunt duo illa libertas & cupiditas laudis humanæ, quæ ad facta compulere miranda Rom. Si ergo pro libertate mortuorum & cupiditate laudum, quæ à mortalibus expetuntur, occidi filij à patre potuerunt, quid magnum est si pro vera libertate, quæ nos ab iniquitatis & mortis & diaboli dominatu liberos facit, nec cupiditate humanarum laudum, sed charitate liberandorum hominum: non à Tarquinio rege, sed à

dæmo-

dæmonibus & dæmonum principe : non filij occiduntur , sed Christi pauperes inter filios cõputantur? Si alius etiam Rom. princeps cognomine Torquatus filiũ, nõ quia cõtra patriam, sed etiam pro patria, tamen quia contra imperiũ suum, id est contra quod imperauerat pater imperator, ab hoste pronocatus iuuenili ardore pugnauerat, licet vicisset, occidit: ne plus mali esset in exẽplo imperij contempti, quàm boni in gloria hostis occisi: vt quid se iactant, qui pro immortalis patriæ legibus omnia quæ multò minus quàm filij diliguntur, bona terrena contẽnunt? Si Furius Camillus etiã ingratiã patriã, à cuius ceruicibus acerrimorũ hostium Veientium iugum depulerat, damnatũsq; ab æmulis fuerat, à Gallis iterum liberauit, quia non habebat potiorem vbi posset viuere gloriosius: cur extollatur velut grãde aliquid fecerit, qui fortè in ecclesia ab inimicis carnalibus grauissimã exhonorationis passus iniuriam, non se ad eius hostes hæreticos transtulit, aut aliquã contra illã ipse hæresim condidit, sed eam potius quantũ valuit ab hæreticorũ perniciosissima prauitate defendit: ³ cùm alia non sit, non vbi viuatur in hominum gloria, sed vbi vita acquiratur æterna? Si Mutius vt cũ Porfenna rege pax fieret, qui grauissimo bello Romanos premebat, quia Porfennam ipsum occidere non potuit, & pro eo alterum deceptus occidit, in ardentem aram ante oculos eius dexteram extendit, dicens, multos tales, qualem illum videret, in eius exitium coniurasse: cuius ille fortitudinem & coniurationem talium perhorrescens, sine vlla dilatione se ab illo bello facta pace compescuit. Quis regno cælorũ imputaturus est merita sua, si pro illo non vnã manum neque hoc sibi vltro faciens, sed persequente aliquo patiens totum flammis corpus impenderit? Si Curtius armatus equo concito in abruptũ biatum terræ se præcipitem dedit, deorum suorum oraculis seruiens, qui iusserant, vt illuc id quod Romani haberent optimum mitteretur: nec aliud intelligere potuerint, quàm viris armisque se excellere, vnde videlicet oportebat, vt deorum iussis in illum interitum vir præcipitaretur armatus. Quid se magnum pro æterna patria fecisse dicturus est, qui aliquem fidei suæ passus inimicum, non se vltro in talem mortem mittens, sed ab alio missus obierit, quandoquidem à domino suo eodẽque rege patriæ suæ certius oraculum accepit: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt

occidere. Si se occidendo certis verbis quodammodo consecrantes Decij deuouerunt, vt illis cadētibus & iram deorum sanguine suo placantibus, Rom. liberaretur exercitus, nullo modo superbiant sancti martyres, tanquam dignum aliquid pro illius patriæ participatione fecerint, vbi æterna est & vera fœlicitas, si vsque ad sui sanguinis effusionem non solum suos fratres pro quibus fundebatur, verum & ipsos inimicos, à quibus fundebatur, sicut eis præceptum est, diligentes, charitatis fide, & fidei charitate certarunt? ^b Si Marcus Puluillus dedicans ædem Iouis, Iunonis, Mineruæ, falsò ^c sibi ab inuidis morte filij nunciata, vt illo nuncio perturbatus abscederet, atque ita dedicationis gloriam collega eius consequeretur, ita contempsit, ^d vt eum etiam proiici insepultum iuberet: & sic in eius corde orbitatis dolorem, gloriæ cupiditas vicerat: quid magnum se pro Euangelij sancti prædicatione, qua ciues supernæ patriæ de diuersis liberantur & colliguntur erroribus, fecisse dicturus est, cui dominus de sepultura patris sui sollicito ait: Sequere me, & ^e sine mortuos sepelire mortuos suos? Si M. Regulus ne crudelissimos hostes iurando falleret, ad eos ab ipsa Roma reuersus est, quoniam sicut Romanis eum tenere volentibus respondisse fertur, posteaquam Afris seruierat, dignitatem illic honesti ciuis habere non posset: eumque Carthaginenses, quoniam contra eos in Romano senatu egerat, grauissimis suppliciis necauerunt, qui cruciatus non sunt pro fide illius patriæ contemnendi, ad cuius beatitudinem fides ipsa perducit? Aut quid retribuetur domino pro omnibus quæ retribuit, si pro fide quæ illi debetur, talia fuerit homo passus, qualia pro fide, quam perniciosissimis inimicis debebat, passus est Regulus? Quomodo autem se audebit extollere de voluntaria paupertate Christianus, ^f vt in huius vitæ peregrinatione expeditior ambulet viâ, quæ perducit ad patriam, vbi verè diuitiæ ipse Deus est, cum audiat ^g vel legat L. Valerium, qui in suo defunctus est consularu, vsque adeo fuisse pauperem, vt nummis à populo collatis, eius sepultura curaretur? Audiat vel legat ^h Q. Cincinnatum, cum quatuor iugera possideret, & ea suis manibus coleret, ab aratro esse abductum vt dictator fieret: ⁱ maior utique honore quàm consul: ^k victis que hostibus, ingentem gloriam consecutum, in eadem paupertate mansisse? Aut quid se magnum fecisse prædicabit, qui nullo præmio mundi huius fuerit

fuerit ab æternæ illius patriæ societate seductus, cum ¹ Fabri-
 tium didicerit tantis muneribus Pyrrhi regis Epirotarū, pro-
 missa etiam quarta parte regni à Rom. ciuitate non potuisse
 diuelli: ibique in sua paupertate priuatum manere voluisse?
 Nam illud quod remp. id est rem populi, rem patriæ, rem cō-
 muneam cum haberent opulentissimam atque ditissimam, sic
 ipsi in suis domibus pauperes erant, ^m vt quidam eorum qui
 iam bis consul fuisset: ⁿ ex illo senatu pauperum hominum
 pelleretur notatione censoria, quod decem pondo argenti in
 vasis habere compertus est: si ita iidem ipsi pauperes erant,
 quorū triumphis publicum ditabatur ærarium, nonne omnes
 Christiani, qui excellentiore proposito diuitias suas commu-
 nes faciunt, secundum id quod scriptum est in Actib. Aposto-
 lorum, Vt distribuatur vnicuiq; sicut cuique opus est: & ne-
 mo dicat aliquid proprium, sed sint illis omnia communia:
 intelligunt se nulla ob hoc ventilari oportere iactantia: id fa-
 ciendo pro obtinenda societate angelorum, cum penè tale
 aliquid illi fecerint pro conseruanda gloria Romanorum?
 Hæc & alia, si qua huiusmodi reperiuntur in literis eorum,
 quando sic innotescerent, quando tanta fama prædicarentur,
 nisi Rom. imperium longè latèque porrectū, magnificis suc-
 cessibus augeretur? Proinde per illud imperium tam latum
 tamque diuturnum, virorūque tantorum virtutibus præ-
 clararum atque gloriosarum, & illorum intentioni merces, quam
 quærebant, est reddita, & nobis proposita necessariæ commo-
 nitionis exempla: vt si virtutes, quarum istæ vtunque sunt
 similes, quas isti pro ciuitatis terrenæ gloria tenuerunt, pro
 Dei gloriosissima ciuitate nō tenuerimus, pudore pūgamur:
 si tenuerimus, superbia non extollamur. Quoniam sicut dicit
 Apostolus, Indignæ sunt passiones huius tēporis ad futuram
 gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ad humanā verò gloriam
 præsentisque tēporis satis digna vita exultimabatur illorum.
 Vnde etiam Iudæi qui Christum occiderunt, reuelante testa-
 mento nouo, quod in veteri velatum fuit, vt non pro terrenis
 & temporalibus beneficiis, quæ diuina prouidentia permixtè
 bonis malisque concedit, sed pro æterna vita muneribusque
 perpetuis & ipsius supernæ ciuitatis societate colatur Deus
 vnus, & verus: rectissimè istorum glorię donati sunt: vt hi qui
 qualibuscunque virtutibus terrenam gloriam quæsierunt &
 acquisierunt, vincerent eos qui magnis vitis datorem veræ

gloriæ & ciuitatis æternæ occiderunt, atque respuerunt.

L. V I V E S.

a **C**Um alia non sit vbi viuatur. } *Deest vna negatio. sic legendum, Cum alia non sit, non vbi viuatur in hominum gloria.*

b Si M. Puluillus. } *Liuius lib. 2. & Valer. lib. 5. Plutar. in Publicola, Dionysius & alij. Templum Ioui, Iunoni, & Mineræ votum est à Tarquinio Prisco, extructum à Superbo: quo expulso, dedicatio ad consules spectabat, sortis dedicatio Capuoli obtigit M. Horatio Pulullo, cui contigit quod Augusti narrat.*

c Sibi ab inuidis. } *A. A. Val. P. Valerij consulis fratre, qui agrè ferebat non ab homine suæ familie dicari ita magnificum templum, nunciavit ergo filium obuisse, vt funesta familia Horat. à dedicatione absteret.*

d Vt eum etiam proiici infepultum. } *Sic Plutar. nam Liuius efferrit eum iussisse scribit.*

e Sine mortuos. } *Sine homines mundo viuos, sed reuera mortuos, quia Deo mortuos, sepelire eos, quos ipsi mortuos arbitrantur.*

f Vt in huius vitæ peregr. } *Prorsus vt in via. sic in vita, vt quisque est expeditissimus, minimisq; oneribus grauatus ita facillimè iter conficit.*

g Vel legat Lucium Valerium. } *Valerium Publicolam scribant Lin. Valer. Plutar. Dionys. Eutropius, & alij ob tenuitatem census funere publico esse elatum. Plutar. collatam ab vnoquoque scribit certam summam ad expensam funeris. Apuleius in Apologia de magia sextantes dicit collatos. sed August. hic vt aliud agens historiam summo tenus attigit, ita nec prænomen, nec annum mortis exactè attendit. dicebatur enim P. non L. & non in suo quarto consuiatu obiit, sed anno post. Verginio & Cassio Coss. sexto anno post expulsos reges. Lin. & Dionys.*

h Quintium Cincinnatum. } *Liuius lib. 3. & Valer. lib. 4.*

Dictatura i Maior utiq; honore quàm consul. } *Dictatura magistratus erat regius. à quo non erat prouocatio, cui consules ceterique magistratus dicto audientes erant. sex mēsis lege finiebatur, & in solis periculis reip. creabatur à consule, in terra Italia, silentio noctis populi magister nominabatur, sibiq; magistrum equitum asciscibat. Anno Vrbis cœlij. hic magistratus in urbem est inductus, post Cesaris mortem lege M. Antony consulis propter inuidiam Cesaris perpetui dictatoris, in perpetuum sublatus.*

k Victisq; hostibus. } *Equis, de quibus triumphauit.*

Fabritius

l Fabritium. } *Hic pauper fuit & diuisiarum contemptor, insectatorq; missus legatus de captiuis redimendis ad Pyrrhum regem Epirotarum, rogatus est ab eo vt in Epirum secum iret, daturam illi se quar-*

tam regni sui partem : cui Fabritius respondit , hoc regi non expedire : Epirotas enim Fabritium si viderent & nossent , libentius ipsi parituros , quàm Pyrrho . quod Pyrrhus non agrè tulit , sed simplicem magnanimitatem Fabritij admiratus est . Pecuniam etiam ab eodem rege oblatam amicitiaè nomine , repudiavit .

m Ut quidam eorum qui iam bis consul. & *Valer lib. 2. de Cornelio Ruffino istud narrat , qui metus est senatu ad hoc ipso Fabritio censore . quodd decem pondo argenti facti haberet . Idē Livijs lib. 14 & Gell. lib. 4 . qui cum dictatorem quoque fuisse narrat . Hic est Cornelius , qui Sibylla prius , deinde Sylla primus Corneliorum est dictus . Macrobius .* *Corn. Priorem consulatum gessit cum Man. Curio Dentato : posteriorem xij . Sylla anno post cum C. Iunio .*

n Ex illo senatu pauperum hominum . & *Nulla etas feracior fuit continentium & sanctorum hominum Romæ , quàm illa belli Pyrrhi .*

Quomodo inter se differant cupiditas gloriæ & cupiditas dominationis.

C A P . X I X .

Nterest sanè inter cupiditatem humanæ gloriæ & cupiditatem dominationis . Nā licet proclive sit , vt qui humana gloria nimium delectatur , etiam dominari ardèter affectet , tamen qui verā licet humanarū laudum gloriam concupiscunt , dant operā bene iudicantibus non displicere . Sunt enim multa in moribus bona , de quibus multi bene iudicant : quamuis ea multi non habeant , & per ea bona morum nituntur ad gloriam , & imperium , vel dominationem , de quibus ait Salustius : Sed ille vera via nititur . Quisquis autem sine cupiditate gloriæ , qua veretur homo bene iudicantibus displicere , dominari atque imperare desiderat , etiā per aperitissima scelera querit plerunq; obtinere quod diligit . Proinde qui gloriam concupiscit , aut vera via nititur , aut certè dolis atque fallacijs contendit , volens bonus videri , quod non est . Et ideo virtutes habèti magna virtus est contēnere gloriam , quia contēptus eius in conspectu Dei est : iudicio autem non aperitur humano . Quicquid enim fecerit ad oculos hominum , quo gloriæ contemptor appareat , ad maiorem laudem , hoc est , ad maiore gloriam facere si credatur , nō est vnde se suspiciatium sensib. aliter esse , quàm suspiciatur ostēdat . Sed qui contemnit iudicia laudantium , contemnit etiā suspiciatium temeritatem , quorum tamen , si verè bonus est , non contemnit salutem : quoniā tantę iustitię est , qui de spiritu Dei virtutes habet , vt etiam ipsos diligat inimicos , & ita diligat , vt susurriones , vel detra-

ctores velit correctos habere cōsortes: non in terrena patria, sed superna. In laudatoribus autem suis, quamuis paruipēdat, quod eum laudant, non tamen paruipendit, quod eum amant: nec eos vult fallere laudantes, ne decipiat diligentes. Ideoque instat ardentius, vt potius ille laudetur, à quo habet homo, quicquid in eo iure laudatur. Qui autem cōtemptor gloriæ dominationis est audus, bestias superat: ^asiue crudelitate vitæ, siue fluxu luxuriæ. Tales quidam Romani fuerunt. Non enim cura existimationis amissa, dominationis cupiditate caruerunt. Multos tales fuisse prodit historia. Sed huius vitij summitatem, & quasi arcem quandam ^bNero Cæsar primus obtinuit: cuius fuit tanta luxuries, vt nihil ab eo putaretur virile metuendum: tanta crudelitas, vt nihil molle habere crederetur, si nesciretur. Etiam talibus tamen dominandi potestas non datur, nisi summi Dei prouidentia, quando res humanas iudicat talibus dominis dignas. Aperta de hac re vox diuina est, loquente Dei sapientia: Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram. ^cSed ne tyranni non pessimi atque improbi reges, sed veteri nomine fortes dicti existimentur: vnde ait Vergilius:

^d*Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni:*

Apertissimè alio loco de Deo dictū est: Qui regnare facit hominē hypocritam propter peruersitatē populi. Quamobrem, quamuis, vt potui, satis exposuerim qua causa Deus vnus verus & iustus, Romanos secundum quandam formam terrenæ ciuitatis bonos adiuuerit ad tanti imperij gloriā consequendā: potest tamen & alia causa esse latētiore, propter diuersa merita generis humani, Deo magis nota quam nobis: dū illud cōstet inter omnes veraciter pios, neminē sine vera pietate, id est, veri Dei vero cultu, verā posse habere virtutem: nec eam veram esse, quādo gloriæ seruit humanæ. Eos tamen qui ciues nō sunt ciuitatis æternæ, quæ in sacris litteris nostris dicitur ciuitas Dei, vt iliores esse terrenæ ciuitati, ^equādo habēt virtutē, vel ipsam, quā si nec ipsam. ^f Illi autē qui vera pietate præditi, bene viuūt, si hāc scientiā regēdi populos cōfectati sunt, nihil est fœlicius rebus humanis, quā si Deo miserāte habeāt potestatem. Tales autē homines, virtutes suas, quāta scunq; in hac vita possunt habere, nō tribuunt nisi gratiæ Dei: ^gquod eas volētibus, credentibus, petentibusq; dederit, simulq; intelligunt, quātum sibi desit ad perfectionē iustitiæ: qualis est in illorum sanctorum.

sanctorum angelorū societate, cui se nituntur aptare. Quantumlibet autem laudetur atque prædicetur virtus, quæ sine vera pietate seruit hominum gloriæ, nequaquam sanctorum exiguis initiis comparanda est, quorum spes posita est in gratia & misericordia veri Dei.

L. VIVES.

a **S**ive crudelitate vitæ. } *Alibi, siue crudelitatis vitii siue luxurie.*

b **Nero Cæsar primus.** } *Hic fuit filius Domitij Aenobarbi & Nero Agrippinæ Germanici filie, adoptatus à Clau. Cæsare virrico. unde & Claudius Nero Cæsar est dictus. Patri successit ultimus principum, domum Cæsarem cognatione attingens: homo incredibilis crudelitatis, & ignauiæ, hisque vitii ad posteros nobilitatus. Et erat alioquin, sicut Tranquillus narrat, eternitatis, perpetuæque famæ cupidus. Aprilem mensẽm Neroneum appellauit. Romam Neopolim nuncupare destinarat.*

c **Sed ne tyranni non pessimi.** } *Dixi alias de tyranno. Olim nihil inter regem & tyrannum intererat. à τυραννία ducitur, quod est impero. Verg. uij. Æneid.*

*Tæ propter Libycæ gentes Numadumque tyranni
Odere infensi.*

Et Horat. libro iij. Carm.

Princeps & innantem Maricæ littoribus tenuisse Lyrim, late tyrannus.

Acron: Tyrannus alibi pro domino, alibi pro crudeli, alibi pro potenti. Ita Augustinus fortem hic posuit pro potente: ut apud Græcos δυνάμει & potentia est, & fortitudo, quemadmodum apud Homerum sape, & Pindarum: ut in Nemen de Hercule: αἰ δὲ γδ ἐκρέμων λυμῶν τε καὶ δυνάμει ἦδ.

d **Dextram tetigisse tyranni.** } *Æneæ, quem Latinus virum bonum esse existimabat.*

e **Quando habent virtutem vel.** } *Mendosus locus. sensus est, vtiliores esse: terrena ciuitati: cum habent gloria cupidinem, quàm cum nec ipsam.*

f **Illi autem qui vera pietate.** } *Isti sunt illi veri philosophi, qui si dominarentur, vel domini eorum essent similes, beatas fore respub. Plato dixit:*

g **Quod eas volentibus.** } *Ex Epist. catholica Iac. I. cap. Si quis vestrum indiget sapientia. postulet à Deo. qui dat omnibus simpliciter, nec improperat: & dabit ei. postulet autem fide, nihil hesitans.*

Aug. de ciuit. Dei. Tom. j.

Tam turpiter seruire virtutes humanæ gloriæ,quàm corporis voluptati.

CAP. XX.

Solent philosophi, qui finem boni humani in ipsa virtute constituunt, ad ingerendum pudorem quibusdam philosophis, qui virtutes quidem probant, sed eas voluptatis corporalis sine metiuntur, & illam per seipsam putant appetendā, istas propter ipsam, tabulā quandam verbis pingere, vbi voluptas in sella regali quasi delicata quædam regina confidat: eique virtutes famulæ subiiciantur, obseruantes eius nutū: vt faciant, quod illa imperauerit. Quæ prudentiæ iubeat: vt vigilanter inquirat, quomodo voluptas regnet, & salua sit. Iustitiæ iubeat, vt præstet beneficia quæ potest ad comparandas amicitias corporalibus commodis necessarias: nulli faciat iniuriam, ne offensis legibus voluptas viuere secura nõ possit. Fortitudini iubeat, vt si dolor corpori acciderit, qui non compellat in mortem, teneat dominam suam, id est, voluptatem fortiter in animi cogitatione, vt per pristinarum deliciarum suarum recordationem mitiget presentis doloris aculeos. Temperantiæ iubeat, vt tantum capiat alimentorum: & si qua delectat, ne per immoderationem noxium aliquid valetudinem turbet: & voluptas, quam etiam in corporis sanitate Epicurei maximam ponunt, grauius offendatur. Ita virtutes cum tota suæ gloriæ dignitate, tanquã imperiosæ cuidã & inhonestæ mulierculæ seruiet voluptati. Nihil hac pictura dicunt esse ignominiosius, & deformius, & quod minus bonorum ferre possit aspectus: & verum dicunt. Sed non existimo satis debiti decoris esse, picturã, si etiã talis fingatur, vbi virtutes humanæ gloriæ seruiant. Licet enim ista gloria^b delicata mulier non sit, inflata tamen est, & multum inanitatis habet. Vnde non ei dignè seruit soliditas quædam firmitasque virtutum, vt nihil prouideat prudentia, nihil distribuat iustitia, nihil toleret fortitudo, nihil temperãtia moderetur, nisi vnde placeatur hominibus, & ventosæ gloriæ seruiatur. Nec illi se ab ista defenderint fœditate: qui cū aliena spernant iudicia velut gloriæ contemptores, sibi sapientes videntur, & sibi placent. Nam eorum virtus, si tamen vlla est, alio modo quodam humanæ subditur laudi. Neque enim ipse qui sibi placet, homo non est. Qui autem vera pietate in Deum quem diligit credit, & sperat, plus intendit in ea, in quibus sibi displicet, quàm in ea, si qua in illo sunt, quæ non tam

tam ipsi quàm veritati placent. Neq; id tribuit, vnde iam potest placere, nisi eius misericordiæ, cui metuit displicere. De his sanatis gratias agens, de illis sanandis preces fundens.

L. VIVES.

a Solent philosophi. } Stoici, vt Cleãthes. Cicero secundo De finibus meminit tabellæ huius & picturæ.

b Delicata mulier non fit. } Nam sudore & laboribus queritur.

c Homo non est. } Id est, humana, & humanè sapit.

Romanum regnum à Deo vero esse dispositum, à quo est omnis potestas, & cuius providentiâ reguntur vniuersa.

CAP. XXI.



Væ cùm ita sint, non tribuamus dandi regni atque imperij potestatem, nisi Deo vero, qui dat fœlicitatem regnum cælorum solis piis: regnum verò terrenum & piis & impiis: sicut ei placet, cui nihil iniuste placet. Quauis enim aliquid dixerimus, quod apertum nobis esse voluit, tamen multum est ad nos, & valde superat vires nostras, hominum occulta discutere, & liquido examine merita diiudicare regnorum. Ille igitur vnus verus Deus, qui nec iudicio, nec adiutorio deserit genus humanum. quando voluit, & quantum voluit Romanis regnum dedit: qui dedit Assyriis, vel etiam Persis: à quibus solos duos deos coli, vnū bonum, alterum malum continent literæ istorum, vt taceam de populo Hebræo, de quo iam dixi, quantum satis visum est: qui præter vnum Deum non coluit, & quando regnavit. Qui ergo Persis dedit segetes, sine cultu deæ Segetiæ: qui alia dona terrarū sine cultu tot deorum, quos isti rebus singulis singulos, vel etiam rebus singulis, plures præposuerunt: ipse etiã regnum dedit sine cultu eorum, per quorum cultū se isti regnasse crediderunt. Sic etiam hominibus, qui Mario, ipse Caio Cæsari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis, vel patri, vel filio^d suauissimis imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit, qui Cōstantino Christiano, ipse apostatę Iuliano, cuius egregiã indolem decepit amore dominãdi sacrilega & detestãda curiositas, cuius vanis deditus oraculis erat, quando fretus securitate victoriæ naues quib. victus necessarius portabatur, incēdit. Deinde feruidè instās immodicis ausibus & mox merito temeritatis occisus, in locis hostilib. egenū reliquit exercitū, vt aliter inde

non posset euadi, nisi cōtra illud auspiciū Dei Termini, de quo superiore libro diximus, Romani imperij termini mouerentur. Cessit enim Terminus deus necessitati, qui non cesserat Ioui. Hæc planè Deus vnus & verus regit & gubernat, vt placet. Et si occultis causis, nunquid iniustis?

L. VIVÈS.

a **Q**ui dat fœlicitatem in regno cœlorum. } Sunt quadam exemplaria, que sic habent. Qui dat fœlicitatem regnum cœlorum solis pius. Alia sic: Qui dat fœlicitatem in regno cœlorum solis pius. Vtroque modo melius quàm in excusis.

b A quibus solos duos deos coli. } Persæ Magi, quorum princeps Zoroastres, duo principia ponebant: vnum bonum, alterum malum. Numen bonum cali, malum verò inferorum deum arbitantes. Hunc Plutonium & Arimanium dixerunt demonem malum, illum verò demonem bonum Iouem & Horosmadem. Autores Hermippus, Eudoxus, & Theopompus apud Laertium Diogenem. Magos videtur secutus Plato libro decimo Legum, cùm animas ponit in mundo geminas: alteram vnde proficiscantur bona, alteram vnde mala: nisi potius Pythagora sententiæ assensus est, qui principiorum unitatem: Deum esse ait mentem, vniūque naturam, & bonum: Diada verò infinitam, materialem, circā quam est multitudo, genius, & malum. Manichæi quoque heretici, vt Augustinus libro De hæresibus scripsit, duo principia ponebant inter se diuersa & aduersa, eadēque æterna & cœterna: duasque naturas atque substantias, boni scilicet & mali, qua opinione antiquos alios hereticos sunt secuti.

c Qui Mario, ipse Caio. } Binos coniungit, alterum bonum, alterum malum, crudelis Marius, clementissimus C. Cæsar: optimus princeps Augustus, pessimus Nero.

d Suauissimis imperatoribus. } T. Vespasianus duos habuit filios, alterum sibi cognominem, alterum Domitianum. Pater fuit vir multorum salium, & iucundissimus. Filius Titus tam humanus, vt amor & delicia generis humani sit nominatus. Suetonius. Plinius Secundus in præfatione Naturalis historiae ad Titum Vespasianum filium: Narrare tibi constitui iucundissime imperator: sit enim hæc tua præfatio verissima, dum maximo consensit in patre. Domitianus patri & fratri dissimilis, seuus & inimicus omnium fuit.

e Ipse apostatæ Iuliano. } Quasi desertori & transfuga Iuliano: qui cùm esset prius Christiana pietate imbutus, descendit ab ea inductus à Libanio sophista, deditque se totum oraculis sortibus, dictisque & factis magorum ac diuinatorum, quorum manibus fraudulentisque

risq. responsis & promissis præceps iuit. vir cetera egregij animi, regeneratq. imperij callentissimus.

Tempora exitusque bellorum ex Dei pendere iudicio.

CAP. XXII.

SIc etiam tempora ipsa bellorū sicut in eius arbitrio est, iustoque iudicio & misericordia vel atterere, vel consolari genus humanum, vt alia citius, alia tardius finiuntur: ^abellum Piratarum à Pompeio, ^bbellum Punicum tertium à Scipione incredibili celeritate, & tēporis breuitate confecta sunt. Bellum quoque fugitiuorum gladiatorum, ^cquanuis multis Romanis ducibus & duobus consulibus victis, Italiāque horribiliter contrita atque vastata, tertio tamen anno post multa consumpta consummatū est. Picentes, Marfi, & Peligni gentes non exteræ, sed Italicæ post diurnam & deuotissimam sub Romano iugo seruitutem, in libertatem caput erigere tentauerunt: iam multis nationibus Romano imperio subiugatis, deletaque Carthagine. In quo bello Italico Romanis sæpissimè victis, ^dvbi & duo consules perierunt, & alij nobilissimi senatores. Nō diurno tamen tempore tractū est hoc malum. Nam quintus ei annus finem dedit, sed bellum Punicum secundum cum maximis detrimentis & calamitate reip per annos decem & octo Romanas vires extenuauit, & penè consumpsit: ^ein duobus præliis ferme septuaginta Romanorum milia ceciderunt. Bellum Punicum primum per viginti & tres annos peractum est: ^fbellum Mithridaticū quadraginta annis. Ac ne quisquam arbitretur rudimenta Romanorū fuisse fortiora ad bella citius peragēda, superioribus temporibus multū in omni virtute laudatis, bellum Samniticum ^gannis tractū est ferme quinquaginta, in quo bello ita Romani victi sunt, vt sub iugum etiam mitterentur. Sed quia non diligebāt gloriam propter iustitiam, sed iustitiā propter gloriam diligere videbātur, ^hpacem factam, ⁱædūsque ruperūt. Hæc ideo cōmemoro, quoniam multi præteritarum rerū ignari: quidam etiam dissimulatores suæ scientiæ. si temporibus Christianis aliquod bellū paulò diutius trahi vident: ilico in nostram religionē proteruissimè insiliunt, exclamantes: quod si illa non esset, & vetere ritu numina colerentur, iam Romana illa virtute, quæ adiuuante Marte & Bellonā, tanta celeriter bella confecit, id quoque celerrimè finiretur. Recolant igitur qui legerūt quā diuturna bella, ⁱquām variis

euentibus, quàm luctuosis cladibus à veteribus sint gesta Romanis, sicut solet orbis terrarum velut procellosissimum pelagus varia talium malorum tempestate iactari: & quod nolunt aliquando fateantur: nec insanis aduersus Deum linguis se interimant, & decipiant imperitos.

L. V I V E S.

a **B**ellum Piratarum. } *Intra quadragesimum diem postquam Brundisio Pompeius soluit. Florus & Cicero pro lege Manilia.*

b Bellum Punicum tertium. } *Intra tres annos susceptum & confectum.*

c Quàm multis Romanis ducibus. } *Arius prætor & consules duo Gn. Lentulus, & L. Gellius ab Sparthaco sunt victi.*

d Vbi & duo consules perierunt. } *L. Iulius Caesar, & P. Rutilius. Linius.*

e In duobus præliis. } *Ad Thrasimenum lacum, & ad Cannas.*

f Bellum Mithridaticum quadraginta annis. } *Sic Florus: sed intermissum est pace cum Sylla facta: repetitum à L. Lucullo: perfectum à Gn. Pompeio Magno.*

g Annis ferme quinquaginta. } *Eutropius, & Orosius vnde quinquaginta annos in hoc bello numerant, Florus quinquaginta, Appianus octoginta, quod est Lini computationi vicinius, qui lib. xxij. per centum propè annos bellum dicit gestum inter Romanos & Sannites, variante fortuna euentum. Quod si bellum Sanniticum Fabio Gurgite consule finitur, non sunt plures quàm anni quinquaginta à M. Valerio Corvino, & à Cornelio Cossò cons. sed iunxerunt se Sannitium arma etiam cum Pyrrho, & iam antea cum Dentato conseruauerant manus, post Gurgitem consulem, & ante quàm in Italiam transiret Pyrrhus.*

h Pacem factam fœdusque. } *Satis hoc oblique significat Linius lib. nono, quum verbis Pontij Sannitium ducis eludi fidem, fœdera sacraque à Romanis puerilibus interpretamentis dicit, quod re vera ita erat: nam in verbis pueriliter plerunque cauillabatur ad suum commodum.*

Euentus. i Quàm variis euentibus. } *Alij codices euentis. Non disputo an dici possit euentus, plurali numero. quod rarum esse Valla ait: dici tamen posse certum est, & inueniri ille non negat.*

De bello in quo Rhadagaisus rex Gotthorum dæmonum cultor, vno die cum ingentibus copiis suis victus est. CAP. XXIII.



Qvod tamen nostra memoria recentissimo tempore Deus mirabiliter & misericorditer fecit, non cum gratiarum actione commemorant, sed quantum in ipsis

ipsis est, omnium si fieri potest hominum obliuione sepelire conantur: quod à nobis si tacebitur, similiter erimus ingrati. Cùm^a Rhadagaisus rex Gotthorum agmine ingenti, & immani iam in vrbs vicina constitutus, Romanis ceruicib. immineret: vno die tanta celeritate sic victus est, vt ne vno quidem non dicam extincto, sed nec vulnerato Romanorum, multo amplius quàm centū milium prosterneretur eius exercitus, atq; ipse cum filiis mox captus pœna debita necaretur. Nam si ille tam impius, cum tantis & tam impiis copiis Romã fuisset ingressus, cui pepercisset? quibus honorem locis martyru detulisset? In qua persona Deum timeret? cuius non sanguinem effusum, cuius pudicitiam vellet intactã? Quas autem isti pro diis suis voces haberet, quãta insultatione iactaret, quod ideo ille vicisset, ideo tanta potuisset, quia quotidianis sacrificiis placabat, atq; irritabat Deos, quod Romanos facere Christiana religio non sinebat. Nam propinquante iam illo his locis, vbi nutu summæ maiestatis oppressus est, cùm eius fama vbi que crebresceret, nobis apud Carthaginẽ dicebatur: hoc credere, spargere, iactare Paganos, quòd ille diis amicis protegentibus & opitulantis, quibus immolare quotidie ferebatur, vinci omnino non posset ab eis qui talia diis Romanis sacra nõ facerent, nec fieri à quoquã permitterent. Et nõ agunt misei gratias tantæ misericordiæ Dei, qui cùm statuisset irruptione barbarica grauiore dignos mores hominum castigare indignationem suam tanta mansuetudine temperauit, vt illum primo faceret mirabiliter vinci, ne ad infirmorum animos euertendos gloria daretur dæmonibus, quibus cum supplicare constabat. Deinde cū ab his barbaris Roma caperetur, qui contra omnem consuetudinem bellorum antè geforum ad loca sancta cõfugientes, Christianæ religionis reuerentia tuerentur, ipsiq; dæmonibus atque impiorū sacrificiorum ritibus, de quibus ille præsumperat, sic aduersari etur pro nomine Christiano, vt lôgè atrocius bellū cum eis quàm cum hominibus gerere viderentur: ita verus dominus gubernatorq; rerum & Romanos cum misericordia flagellauit: & tamen incredibiliter victis supplicatoribus dæmonū, nec salutis rerum præsentium necessaria esse sacrificia illa mōstrauit, vt ab his qui nõ peruicaciter cõtendunt, sed prudenter attendūt: nec ppter præsentis necessitates religio vera deseratur, & magis æternæ vitæ fidelissima expectatione teneatur.

L. V I V E S.

R Hadagaisus rex Gothorum. } *Hoc sub Honorio Cesare, de quo in præfatione diximus.*

Quæ sit Christianorum imperatorum, & quàm vera fœlicitas.

C A P. X X I I I I.

NEquè enim nos Christianos quosdam imperatores ideo fœlices dicimus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hostes reipub. domuerunt, vel inimicos ciues aduersus se insurgentes, & cauere & opprimere potuerunt. Hæc enim & alia vitæ huius ærumnosæ, vel munera, vel solatia, quidam etiam cultores dæmonū accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quò pertinet isti. Et hoc ipsius miserisordia factum est, ne ab illo ista, qui in eū crederent, velut summa bona desiderarent. Sed fœlices eos dicimus, si iusti imperant, si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminuerunt: si suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum, maiestati eius famulam faciunt: si Deum timent, diligunt, colunt: si plus amant illud regnum, ^a vbi non timent habere consortes: si tardius vindicant, facile ignoscunt: si eandem vindictam pro necessitate regendæ tuendæ que reip. non pro futurandis inimicitiarum odiis exerunt: si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod asperè coguntur plerunque decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compescunt: ^b si luxuria tanto eis est castigatio: quâto posset esse liberior: si multum cupiditatibus prauis, quàm quibuslibet gentibus imperare. Et si hæc omnia faciunt, nõ propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem fœlicitatis æternæ, si pro suis peccatis humilitatis, & miserationis, & orationis sacrificiū, Deo suo vero immolare non negligunt. Tales Christianos imperatores dicimus esse fœlices: interim spe, postea re ipsa futuros, cum id quod expectamus aduenerit.

L. V I V E S.

Vbi non timent habere consortes. } *Hic in mundo reges omnes timent habere consortem. Omnis enim potestas impatiens est consortis, sicut inquit Lucanus: at in fœlicitate Dei æterna, cum plures sunt consortes, non minus est gaudium, imò quodam modo maior.*

b Si luxuria tanto in eis. } *Iuxta bonum Minum: Quo plus licet: eo libeat minus.*

De prosperitatibus, quas Constantino Imperatori Christiano Deus contulit.

C A P. X X V.

Nam bonus Deus, ne homines, qui eum crederet propter æternam vitam colendum, has sublimitates & regna terrena existimarēt posse neminem consequi, nisi dæmonibus supplicaret, quōd hi spiritus^a in talibus multum valerent: b Constantinum imperatorem non supplican-tem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullas auderet. c Cui etiam condere ciuitatem^d Romano imperio sociam, velut ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo dæmonum templo simulachroque concessit. Diu imperauit, f vniuersum orbem Romanum vnus Augustus tenuit & defendit: in administrandis & gerendis bellis victoriosissimus fuit: g in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est. Grandæuis ægritudine & senectute defunctus est, h filios imperantes reliquit. Sed rursus ne Imperator quisquam ideo Christianus esset, vt fœlicitatem Constantini mereretur, cūm propter vitam æternam quisque debeat esse Christianus, i Iouinianum multo citius quàm Iulianum abstulit: k Gratianum ferro tyrannico permittit interim. lōgè quidem mitius, l quàm Magnū Pompeium, colentem videlicet Romanos deos. Nam ille vindicari à Catone non potuit, quem civilis belli quodammodo heredem reliquerat. Iste autem, quanuis piæ animæ: solatia talia non requirant, m à Theodosio vindicatus est: quem regni participem fecerat, n cūm paruulum haberet & fratrem: auidior fidē societatis, quàm nimie potestatis.

L. V I V E S.

a **I**n talibus multum valerent. } *Non est potestas, inquit Iob, que cūm dæmonica super terram conferatur. Sciunt enim ubi lateant ope- pes. norunt artes, fraudesque, quibus ad imperium possit homo euehi, & hostes vincere.*

b Constantinum imperatorem. } *Hic filius Constantij & Hele- Constanti-
ne in Britannia natus, primus post Philippum fuit princeps Romanus nus
Christianus, partibusque expugnatis solus fœlicissimè obiit, naturali
morte Nicomediæ, anno imperij altero & vicesimo.*

c Cui etiam condere ciuitatem. } *Imitatio Vergiliana:*

O regina nouam cui condere Iuppiter urbem.

Porrò Constantinus iam bellis omnibus defunctus, solutusque grauioribus curis, animum ad nouam urbem condendam, & desuo vocandam nomine adiecit. Primum in Sardico agro Asia destinarat, post ad Sigeum Trodis fundamenta sunt iacta: tertio translata opera. Chalcedonem, crecti que ibi muri: cūque fabriles funiculos aues corripissent, transfuissentque Byzantium, quæ est urbs Thraciæ, ubi velut ita iubente Deo condita est urbs, quæ dicta Constantinopolis: quod nomen adhuc retinet. Byzantium verò etiam dicitur, quod ibi fuerit id oppidum à Paufania Spartanorum rege conditum: quod Senerus imperator propemodum euertit, milites autem Galieni principis funditus deleuere.

d Romano imperio sociam. } Illuc enim magnam & senatus & totius nobilitatis partem Rom. Constantinus transtulit, principesque ferè omnes Constantinopoli magis quàm Romæ habitant: ita opibus & claritate ciuium certauit cum urbe Rom.

e Sine aliquo dæmonum templo. } Diuæ enim Mariæ virgini urbem Constantinus dicauit.

Orbis Ro.

f Vniuersum orbem Rom. } Sic dicitur orbis Romanus, id quod ex orbe possidebat Rom. ut orbis Christianus, quod Christiani habemus: orbis Hispanus, quod Hispani. Lucan. orbem Hiberum dixit pro Hispania, & orbem Arcetoum pro Gallia & Germania. Et cū ex Hispania in Italiam, & inde in Græciam transiturus esset Cesar. inquit: Victrices aquilas alium laturus in orbem. Marcellinus Romani orbis crebrò meminit. Aurelianus, et autor est Trebellius Pollio, scribens ad Zenobianum sic exorsus est: Aurelianus Imperator Romani orbis. Stultum est affirmare Imperatorem Romanum ius habere in totum orbem terrarum, cuius nunquam fuit dominus: nec in ea quidem ius habet, quorum aliquando fuit dominus, & iam amisit: quoniam quo iure quesierat, eodem perdidit, strage scilicet hominum & bellicis furis. Accenduntur principes istis fictiuis titulis, qui aliud nihil sunt, quàm faces orbis terrarum, pestisque totius generis humani. In culpa est impia & indocta iuriconsultorum argutatio.

g In tyrannis opprimendis. } Maxentio & Licinio.

h Filios imperantes. } Constantium, Constantinum, & Constantem: tametsi non satis conuenit, diuiseritne ipse hereditibus imperium, an ipsi post eius mortem sorte id fecerint.

Iouinianus

i Iouinianum. } Septimo mense imperij Dadascanæ in Asia obiit Gratiannus crudelitate stomachi, ipso eodem & Varroniano cos. Christianus fuit, & à Valentiniano in numerum diuorum relatus.

k Gratianum ferro tyrannico. } Hæc de principibus Rom. apud

Eutropium, Paulum Diaconum, Orosium, & Pomponium Letum. Gratianus Valentiniани fuit filius: in hunc Treueris agentem legiones Romanae concurarunt, electo Maximo quodam duce, qui Gratianum in Italiam iter molientem, dolo circumuentum interfecit: fuit princeps religioni nostrae deditissimus.

l Quam Magnum Pompeium. } Quem satellites pueri Ptolemaei in cyrba cuncto Alexandrino populo spectante obruncarunt: morsque illa fuit viro tanto indignissima. *Liuius, Florus, Plutar. Lucanus, Appian.*

m A Theodosio vindicatus est. } *Gratianus Theodosium Hispanum magna omnium approbatione consortem imperij apud Syrmium fecerat: virum & viriutibus omnibus, & strenuitate insignem, è Traiano Theodosius*
genus decentem, cui & persimilis ferebatur: ab hoc Maximus Aquileia agens captus & interceptus est.

n Cum paruulum haberet & fratrem. } *Valentinianum.*

De fide & pietate Theodosij Augusti. CAP. XXVI.

Vnde & ille non solum viuo seruauit quam debebat fidem, verumetiam post eius mortem pulsum ab eius interfecitore Maximo, Valentinianum eius paruulum fratrem, in sui partes imperij tanquam Christianus excepit pupillum: paterno custodiuit affectu, quem destitutum omnibus opibus nullo negotio posset auferre, si latius regnandi cupiditate magis quam benefaciendi charitate flagraret. Vnde potius eum seruata eius imperatoria dignitate susceptum, ipsa humanitate & gratia consolatus est. ^a Deinde cum Maximum terribilem faceret ille successus, hic in angustiis curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atque illicitas, ^b sed ad Ioannem in Aegypti eremo constitutum: quem Dei seruum prophetandi spiritu praeditum fama crebrescente didicerat, misit: atque ab eo nuntium victoriae certissimum accepit. Mox tyranni Maximi extinctor, ^c Valentinianum puerum in imperij sui partibus vnde fugatus fuerat, cum misericordissima veneratione restituit: eoque, siue per insidias, siue quo alio pacto vel casu proximè extincto, alium tyrannum Eugenium, qui in illius imperatoris locum non legitime fuerat surrogatus, accepto rursum prophetico responso, fide certus oppressit, contra cuius robustissimum exercitum magis orando, quam feriendo pugnavit. Milites nobis qui aderant, retulerunt, extorta sibi esse de manibus quaecumque iaculabatur, cum à Theodosii partibus in aduersarios vehemens ventus iret, & non solum quaecumque in

eos iaciebantur concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorū corpora retorqueret.^d Vnde & poeta Claudianus quāuis à Christi nomine alienus, in eius tamen laudibus dixit:

O nimium dilecte Deo, cui mūtatur aether,

Et conuerti veniunt ad classica venti.

Victor autē sicut crediderat, & prædixerat, Iouis simulachra, quæ aduersus eum fuerant, nescio quibus ritibus, velut consecrata: & in Alpibus constituta, deposuit: eorūque fulmina, quod aurea fuissent iocātibus, quod illa lætitia permittebat, ^e cursoribus, & se ab eis fulminari velle dicentibus, hilariter benignēque donauit. Inimicorū suorū filios, quos non ipse iussus, sed belli abstulerat impetus: etiam nondum Christianos ad ecclesiam cōfugientes, Christianos hac occasione fieri voluit, & Christiana charitate dilexit: nec priuauit rebus, sed auxit honoribus. In neminem post victoriam priuatas inimicitias valere permisit. Bella ciuilia non sicut Cinna, & Marius, & Sylla, & alij tales, ^f qui nec finita finire voluerunt, sed magis doluit exorta quā cuiquam nocere voluit terminata. Inter hæc omnia ex ipso initio imperij sui non quieuit iustissimis & misericordissimis legibus aduersus impios laboranti ecclesiæ subuenire: ^g quam Valens hæreticus fauens Arrianis vehementer affixerat, cuius ecclesiæ se membrū esse, magis quā in terris regnare gaudebat. Simulachra gentilium vbique euertenda præcepit, satis intelligens nec terrena munera in dæmoniorū, sed in Dei veri esse posita potestate. ^h Quid autem fuit eius religiosa humilitate mirabilius, quando in Thessalonicensium grauissimum scelus, cui iam episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu quorundam qui ei cohærebant, vindicare compulsus est, & ecclesiastica coercitus disciplina, sic egit pœnitentiam, vt imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans, magis fletet videndo prostratam, quā peccando timeret iratam? Hæc ille secum, & si qua similia, quæ commemorare longum est, bona opera tulit: ex isto temporali vapore cuiuslibet culminis & sublimitatis humanæ, quorum operū merces est æterna felicitas: cuius dator est Deus, solis veraciter piis. Cætera verò vitæ huius vel fastigia vel subsidia: sicut ipsum mundum, lucem, auras, terras, aquas, fructus, ipsiusque hominis animam, corpus, sensus, mentem, vitam bonis malisq; largitur. In quibus est etiam quælibet imperij magnitudo, quā pro temporum

porum gubernatione dispensat.

L. VIVES.

a **D**Einde cùm Maximū. } *Administrabatur bellum ab Andragatio comite Maximū, homine in bellis exercitato & callidissimo duce: cuius artibus in magnas difficultates Theodosius adducebat: r.*

b Sed ad Ioannem in Ægypti eremo. } *Ioannes Anachoreta Ioannes spiritu vaticini afflatus, cùm alius permultis pleraque prædixit, tum vero Theodosio victoriam Dei verbis est pollicitus. Prosper. Aquitanus. retulit ad hunc in dubiis rebus consilij gratia confugisse Theodosium narrat Diaconus.*

c Valentinianum puerum. } *Gratiani fratrem Occidentis imperio præfecit, quem Arbogastes comes Viennæ dolo peremit, Eugeniumque creavit tyrannum, & ingentibus barbarorum coactis copiis Alpium transiit: obsederunt, ut ab eo Theodosium arcerent. Princeps pietissimus totam noctem, quæ pugna diem præcessit, sine cibo potuque precibus ac meditationi sacre intentus, postridie prælium commisit, cùm exercitus esset hostibus longè impar, ubi diuina ope patrum adiutus hostium exercitum prostravit Eugenius captus & cæsus est, Arbogastes sibi manum intulit.*

d Vnde poeta Claudianus. } *Hunc Ægyptium fuisse vulgatio Claudianus est opinio, & sic tradit Possidonius, qui fuit eius familiaris: non Rhodius natus ille philosophus, sed præsul quidam Afer. Ad carmen natus fuit, quod elegantissimè scripsit. poetico vir ingenio, & ad superstitionem propensior: tamen si de Christo extat carmen eius nomine inscriptum, quod credo ab eo in Honorij gratiam compositum, ut fuit assentator maximus. Hi versus quos Augustinus citat, sunt in Panegyrico de tertio Honorij consulatu, quos in Honorij potius, quam Theodosii laudem scripsit, & si de hac ipsa Alpina victoria loquens, quam fati & fælicitati Honorij citius, quam Theodosii pietati per assentationem plus quàm scurrilem adscribit. Sic enim ait:*

Victoria velox

Auspiciis effecta tuis: pugnavisti uterque.

Tu fati, genitrixque manu: te propter & Alpes

Inuadis faciles: cauto nec profuit hosti

Munitus habuisse locis: spes irrita valli

Concidit: & scopulis patuerunt claustra reuulsis.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis

Obruit aduersas acies, reuolutaque tela

Vertit in autores, & turbine reppulit hastas.

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
 Aeolus armatas hyemes, cui militat ether:
 Et conuerti ueniunt ad classica venti.

Sic in codicibus Claudiam legitur: apud Augustinum aliter Fortasse ad eum tunc ferebantur modum, quo Augustinus scripsit, qui fuit illorum temporum aequalis. Tametsi in vetere lib. Coloniensi sic habetur:

O nimium dilecte Deo, cui militat ether:
 Et conuerti ueniunt ad classica venti.

Eodem modo apud Orosium, & Diacoum.

Cursor

e Cursoribus. } Nomen est officij in aula principali à currendo dictam, quod celeriter aliquod mitterentur. Non uidentur isti absimiles nostris pueris à pedibus, quos etiam sic uocantur pueri, ut Cicero: & recentiores, ut Martialis. Suetonius cursorum meminit in Nerone: Nunquam, inquit, carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis muliarum argenteis, canstatis mulionibus, armillata & phalerata cum hamaxochorum tuba atque cursorum. Et in Tito: Confestum ad alterius matrem, quae procul aberat, cursores suos misit, qui anxie filium saluum nunciarent. Romani principes cum se totos in Graciam traustulissent, Graecis nominibus ministeria omnia nuncuparunt. Itaque inter haec legitur de equis, id est cursoribus. Vetus quoque cursores habuerunt, ut Alexander Macedo Philonidem, qui mille & ducenta stadia uno die confecit, ut scribit Plinius.

f Qui nec finita finire uoluerunt. } Hoc est, qui etiam finis bellis nondum finem imponere uoluerunt: & cum nulli iam superessent hostes, ipsi sunt, quos iugularent, hostes faciebant.

Valens

g Quam Valens haereticus. } Valens princeps sectae fuit Arrianae, episcopos & monachos uere Christianos miseris modis obtrivit & conculcauit: multos eorum cecidit. Gothis perentibus Christianam religionem, episcopos misit Arrianos.

**Thessaloni
 censium cla
 des**

h Quid autem fuit eius religiosa humilitate. } Thessalonicensium claustra, quae ciuitas est in Macedonia, cum tumultu theatrati quidam & ductores ordinum, & in exercitu magistratus essent à ciuibus pulsati, grauitate hoc ferens Theodosius, atrociter in eam ciuitatem iussit animaduerti: precibus tamen episcoporum Thessalonicensibus noxam condonauerat. Sed cum potentium in interiore aula amici inuicia essent affecti, illi Theodosii animum multa suadendo tundendoque, ad uindictam impulerunt, exercitus à principe in urbem immissus, multa ciuium millia obtruncauit. Ob quod facinus Ambrosius Mediolanensis pontifex, imperatorem feris dominicae resurrectionis sacris interdixit, quoad indictam publicam poenam exolueret. Imperator pontifi-

pontifici dicto audiens fuit, modestèque prostratus atque abiectus more ac instituto veterum pœnitere se commissi professus, veniamque à Deo & cœlestibus primùm, deinde ab episcopo. postremò à tota ecclesia petijt, ad hunc modum expiatus redditus est ecclesie sacrinq̃.

Contra inuidos inuectio Augustini, qui scripserunt contra editos iam libros.

C A P. X X V I I.

Roinde iam etiam illis respondendum esse video, qui manifestissimis documentis, quibus ostenditur quòd ad ista temporalia, quæ sola stulti habere concupiscunt, nihil deorum falsorum numerositas proficit, confutari atque conuicti conantur asserere: non propter vitæ præsentis utilitatem, sed propter eam quæ post mortem futura est, esse colendos deos. Nam istis qui propter amicitias mundi huius volunt vana colere, & non se permitti puerilibus sensibus conqueruntur, his quinque libris satis arbitror esse responsum. Quorum tres priores cum ædidissem, & in multorum manibus esse cœpissent, audiui quosdam, nescio quam aduersus eos responsionem scribendo præparare. Deinde ad me perlatum est, quod iam scripserint, ^a sed tempus quærât, quo sine periculo possint ædere. Quos admoneo, non optent, quod eis non expedit. ^bFacile est enim cuiquam videri respondisse, qui tacere noluerit. Aut quid est loquacius vanitate? Quæ non ideo potest quod veritas: quia si voluerit etiam, plus potest clamare quàm veritas. Sed considerent omnia diligenter: & si fortè sine studio partium iudicantes talia esse perspexerint, quæ potius exagitari, quàm conuelli possint garrulitate impudentissima, & quasi Satyrica vel mimica leuitate, cohibeant suas nugas: & potius à prudentibus emendari, quàm laudari ab imprudentibus eligant. Nam si non ad libertatem vera dicendi, sed ad licentiam maledicendi tempus expectant: absit vt eis eueniat quod ait Tullius de quodam, qui peccandi licentia fœlix appellabatur: ^cO miserum cui peccare licebat. Vnde quisquis est, qui maledicendi licentia fœlicem se putat, multò erit fœlicior, si hoc illi omnino non liceat, cum possit deposita inanitate iactantiæ etiã isto tempore tanquam studio consulendi quicquid voluerit, contradicere: & quantũ possit ab eis, quos cõsulit amica disputatione, hoc est honestè, grauitè, liberè, quod oportet audire.

L. V I V E S.

a **S**ed tempus quærant, quo sine periculo. & Multi aduersus alios scribunt, qui occasionem aliquam expectant adendi, cum sua uilitate, & inimici damno: qui cum ut ledant, solum scribant: magno opere ad bona doctaque iudicia tanquam publici omnium hostes execrabiles sunt. Cui enim non sit perfacile ledere: cui quis est animus ille, qui sibi eruditionem facultatesque uel mentis uel corporis tributas putat in perniciem aliorum? Quid si prodesse aliis student, tunc de uero proferrant scripta sua, cum & alios plurimum iuuare & aduersarios minimum ledere sese arbitrentur posse. Adant dum uiuit, dum uiget, ac ualet, dum respondere, ac se tutari potest. Plinius in præfatione Historie mundi scribit Asinum Pollionem parasse in Plancum orationes quas post mortem eius esset aditurus, ne respondere possit. Plancum uero hoc rescisset, cum mortuis non nisi laruas loqui dixisset: quo dicto ita esse orationes illas repercussas, ut apud eruditos nihil impudentius haberetur.

b Facile est enim cuiquam uideri respondisse. & Imperitium vulgus, quod non spectatorem modò, sed iudicem quoque causarum magnorum uirorum ultro se facit; etiam spretum ac reiectum incognita causa illum uictum pronunciat, qui tacet: illum respondisse, qui non tacerit. Litem esse ambiguam & amplius pronunciat, si uterque ex æquo multa dixerit: uter meliora, nec attendit, ac ne si uelut quidem potest, cum non intelligat: cumque, ut hic dicit Augustinus, loquacior sit uanitas ueritate, imperiti sepe, ac utinam non semper, pro uana loquacitate ferunt sententiam.

c O miserum cui peccare. & Cic. 5. Tuscul. de Cinna loquens: Beatusne igitur, qui hos interfecit? Mihi contra non solum eò uidetur miser, quod ea fecit, sed etiam quod ita se gessit, ut ea facere ei liceret. Et si peccare nemini licet, sed sermonis errore labimur. Id enim licere dicimus, quod cuique conceditur.



D I V I

A V R E L I I A V G V -
S T I N I E P I S C O P I A D
M A R C E L L I N V M D E
ciuitate Dei

L I B E R S E X T V S .

De his qui dicunt deos à se, non propter præsentem vi-
tam coli, sed propter æternam.

C A P . I .



Quinque superioribus libris satis mihi aduersus eos videor disputasse, qui multos deos & falsos, quos esse inutilia simulachra, vel immundos spiritus, & perniciofa demonia, vel certè creaturas, non creatorem veritas Christiana conuincit, propter vitæ huius mortalis rerumque terrenarum vtilitatem, eo ritu ac seruitute quæ Græcè latria dicitur, & vni vero Deo debetur, venerandos & colendos putant. Et nimix quidem stultitiæ vel pertinaciæ, nec istos quinque, nec vlllos alios, quaticunque numeri libros satis esse posse, quis nesciat? Quando ea putatur gloria vanitatis, nullis cedere viribus veritatis, in perniciem vtrique eius, cui vitium tam inmane dominatur. Nam & contra omnem curantis industriam, non malo medici, sed ægroti insanabilis morbus inuictus est. Hi verò, qui ea, quæ legunt, vel sine vlla, vel non cum magna ac nimia veris erroris obstinatione intellecta & considerata perpendunt, facilius nos isto numero terminatorum quinque voluminum, plus quàm quæstionis ipsius necessitas postulabat, satis fecisse, quàm minus disseruisse iudicabunt. Totamque inuidiam quam Christianæ religioni de huius vitæ cladibus, terrenarumque cõtritione ac mutatione rerum, imperiti fas

cere conantur, non solùm dissimulantibus, sed contra suam conscientiam fauentibus etiam doctis, quos impietas vesana possedit, omnino esse inanè rectæ cogitationis atq; rationis, plenamq; leuissimæ temeritatis, & perniciosissimæ animositatis, dubitare non poterunt. Nunc ergo quoniam deinceps, vt promissus ordo expetit, etiam hi refellendi & docedi sunt: qui non propter istam vitam, sed propter illam quæ post mortem futura est, deos gentium, quos Christiana religio destruit, colendos esse contendunt: placet à veridico oraculo sancti Psalmi sumere exordium disputationis meæ: ^a Beatus cuius est dominus Deus spes ipsius, & non respexit in vanitates, & insanias mendaces. Veruntamen in omnibus vanitatibus insaniisque mendacibus, longè tolerabilius philosophi audiendi sunt, quibus displicuerunt istæ opiniones errorisque populorum: qui populi constituerunt simulachra numinibus, multaque de eis quos deos immortales vocant, falsa atque indigna siue finxerunt, siue ficta crediderunt: & credita eorum cultui, sacrorumque ritibus miscuerunt. Cum his ergo hominibus, ^b qui etsi non liberè prædicando, saltem vtrunque in disputationibus mullitando, talia se improbare testati sunt, non vsque adeò inconuenienter quæstio ista tractatur: Vtrum nõ vnum Deum, qui fecit omnem spiritualem corporalemque creaturam, propter vitam, quæ post mortem futura est, coli oporteat: sed multos deos, ^c quos ab illo vno factos, & sublimiter collocatos, quidam eorundem philosophorum cæteris excellentiores nobiliorisque senserunt. Ceterum quis ferat dici atque contendere, deos illos, quorum in quarto libro quosdam commemoravi, quibus rerum exiguarum singulis singula distribuuntur officia, vitam æternam cuiquam præstare? An verò illi peritissimi & acutissimi viri, qui se pro magno beneficio conscripta docuisse gloriantur: vt sciretur, quare cuique deorum supplicandū esset, quid à quoquam esset petendum, ne absurditate turpissima, qualis ioculariter in Mimo fieri solet peteretur à Libero aqua, à Nymphis vinum: autores erunt cuiquam hominum diis immortalibus supplicanti: vt cum à Nymphis petierit vinum, eique responderint: nos aquam habemus, hoc à Libero pete: possit rectè dicere: si vinum non habetis, saltem date mihi vitam æternam? Quid hac absurditate monstruosius? Nonne illæ cachinnantes, ^d solent enim esse ad risum faciles, si non affectent fallere vt dæmones,

supplici

supplici respondebunt: O homo, putasne in potestate nos habere vitam, quas audis non habere vel vitem? Impudentissima igitur stultitiae est, vitam aeternam a talibus diis petere vel sperare, qui vitae huius erumno sissimae atque breuissimae, & si qua ad eam pertinent adminiculanda atque fulcienda, ita singulas particulas tueri asseruntur: vt si id quod sub alterius tutela ac potestate est, petatur ab altero, tam fit inconueniens & absurdum, vt mimicae scurrilitati videatur esse simillimum. Quod cum sit a scientibus mimis, dignè ridentur in theatro: cum verò a nescientibus stultis, dignius irridentur in mundo. Cui ergo deo vel deae, & propter quid supplicaretur, quantum ad illos deos attinet, quos instituerunt ciuitates: a doctis solerter inuentum, memorieque mandatum est: quid a Libero, verbi gratia, quid a Nymphis, quid a Vulcano, ac sic a caeteris, quos partim commemoravi in quarto libro, partim praetercundos putavi. Porro si a Cerere vinum, a Libero panem, a Vulcano aquam, a Nymphis ignem petere erroris est: quanto maioris deliramenti esse intelligi debet, si cuiquam istorum pro vita supplicetur aeterna? Quamobrem si cum de regno terreno queeremus, quosnam illud deos vel deas hominibus credendum esset posse conferre: discussis omnibus, longè alienum a veritate monstratum est, a quoquam istorum multorum numinum atque falsorum saltem regna terrena existimare constitui: nonne insanissimae impietatis est, si aeterna vita, quae terrenis omnibus regnis sine vlla dubitatione vel comparatione praeferenda est, ab istorum quoquam dari cuiquam posse credatur? Neque enim propterea dii tales vel terrenum regnum dare non posse visi sunt: quia illi magni & excelsi sunt, hoc quiddam paruum & abiectum, quod non dignarentur in tanta sublimitate curare. Sed quantalibet consideratione fragilitatis humanae caducos apices terreni regni meritò quisque contemnat: illi dii tales apparuerunt vt indignissimi viderentur, quibus danda atque seruanda deberent vel ista committi. Ac per hoc, sicut superiora proximis duobus libris pertractata docuerunt, nullus Deus ex illa turba, vel quasi plebeiorum, vel quasi procerum deorum, idoneus est regna mortalia mortalibus dare, quanto minus potest immortales ex mortalibus facere? His accedit, quia si iam cum illis agimus qui non propter istam, sed propter vitam quae post mortem futura est, existimant colendos deos: iam nec

propter illa saltem quæ deorum talium potestati tanquam dispartita & propria, non ratione veritatis, sed vanitatis opinione tribuuntur, omnino colendi sunt: sicut credunt hi, qui cultum eorum vitæ huius mortalis vtilitatibus necessarium esse contendunt: contra quos iam quinque præcedentibus voluminibus satis, quantum potui, disputaui. Quæ cum ita sint, si eorum qui colunt deam Iuuentatem, ætas ipsa floreret insignius: contemptores autem eius, vel intra annos occumberent iuuentutis, vel in ea tanquam senili corpore frigesceret: si malas cultorum suorū speciosius & festiuus Fortuna barbata vestiret: à quibus autem sperneretur, glabros aut malè barbatos videremus: etiam sic rectissimè diceremus, huc usque istas deas singulas posse suis officiis quodammodo limitari: ac per hoc, nec à Iuuetate oportere peti vitam æternam, quæ non daret barbam: nec à fortuna barbata boni aliquid post hanc vitam esse sperandum, cuius in hac vita potestas nulla esset, vt eandem saltem ætatem, quæ barba induitur, ipsa præstaret. Nunc verò cum earum cultus, nec propter ista ipsa quæ putant eis subdita, sit necessarius: quia & multi colentes Iuuentatem deam, minimè in illa ætate viguerunt: & multi non eam colentes, gaudent robore iuuentutis: itémque multi Fortunæ barbatae supplices, ad nullam, vel deformem barbam peruenire potuerunt: & si qui eam pro barba impetranda venerantur, à barbatis eius contemptoribus irridentur. Itáne desipit cor humanum, vt quorum deorum cultum propter ista temporalia, & cito prætereuntia munera, quibus singulis singuli præesse perhibentur, inanem ludibriosumque esse cognoscit, propter vitam æternam credat esse fructuosum? Hæc dare illos posse, nec hi dicere ausi sunt, qui eis, vt ab insipientibus populis colerentur, ista opera temporalia, quoniam nimis multos putauerunt, ne quisquam eorum sederet otiosus, minutatim diuisa tribuerunt.

IOAN-

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
SEXTVM LIBRVM DE

ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.

a **B**eatus cuius est dominus Deus. } *Septuaginta vertērunt: Beatus cuius est nomen domini spes eius.* τὸ ἕως κω-
εὶς ἰλμῖς ἀπλ. *In Hebraica veritate sic habetur, vt citat Augustinus, nec multum refert, utrolibet legatur modo.*

b Qui & si non liberè prædicando. } *Timebant enim publica iudicia, vt Athenis Areopagum: quemadmodum Cicero dicit de Epicuro.*

c Quos ab illo vno factos. } *Sic sensit Plato in Timeo.*

d Solent enim esse ad rifum faciles. } *Allusit ad Vergilij dicitum, in Palamone:*

Et quo, sed faciles Nympha risere, sacello.

Tametsi non dixit faciles Vergilius, quòd riderent facilè, sed quòd essent facilè exorabiles, & placabiles: sicut in quarto Georgicorum:

Faciles venerare Napeas.

Et faciles etiam homines dicuntur eadem mente.

Quid Varronem de diis gentium sensisse credendum sit, quorum talia & genera detexit & sacra, vt reuerentius cum eis ageret, si de illis omnino reticeret

CAP II.

Quis Marco Varrone curiosius ista quæsiuit? Quis inuenit doctius? Quis considerauit attentius? Quis distinxit acutius? Quis diligentius, pleniùsque conscripsit? Qui tamen minus est suauis eloquio, doctrinã tamẽ atque sententiis ita refertus est, vt in omni eruditione, quam nos *secularem illi autem* liberalem vocant, studiosum rerum tantum iste doceat, quantum studiosum verborum Cicero delectat. ^a Denique & ipse Tullius huic tale testimonium perhibet: vt in libris Academicis dicat eam quẽ ibi versatur disputationem, se habuisse cum Marco Varrone: homine, inquit omnium facilè acutissimo, ^b & sine vlla dubitatio-

ne doctissimo. ^cNon ait eloquentissimo, vel facūdissimo: quoniam re vera in hac facultate multum impar est, sed omniū, inquit, facile acutissimo. Et in eis libris, id est, Academicis, vbi cuncta dubitanda esse contendit, addidit: sine vlla dubitatione doctissimo. Profectò, de hac re sic erat certus, vt auferret dubitationem, quam solet in omnibus adhibere, tanquam de hoc vno etiam pro Academicorum dubitatione disputaturus, se Academicum fuisset oblitus. In primo autem libro cū eiusdem Varronis literaria opera prædicaret: ^dNos, inquit, in nostra vrbe peregrinantes errantesque tanquam hospites, tui libri quasi domum reducerunt, vt possemus aliquando qui & vbi essemus agnoscere. Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu publicam disciplinam, tu sedium, regionū, locorum, tu omnium diuinarum humanarūque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Ille igitur vir tam insignis excellentisque peritiæ, ^e& quod de illo etiam Terentianus elegantissimo versiculo breuiter ait: Vir doctissimus vndecunque Varro: qui tam multa legit, vt aliquid ei scribere vacasse miremur: ^ftam multa scripsit, quàm multa vix quenquam legere potuisse credamus. Ille, inquam, vir tantus ingenio, tantusque doctrina, si rerum velut diuinarum, de quibus scripsit, oppugnator esset atque destructor: easque non ad religionem, sed ad superstitionem diceret pertinere, nescio vtrum tam multa in eis ridenda, contemnenda, detestandaque conscriberet. Cū verò deos eosdem ita coluerit, colendosque censuerit, vt in eo ipso opere literarum suarum dicat se timere ne pereant: non in cursu hostili, sed ciuium negligentia: de qua illos velut ruina liberari à se dicit, & in memoria bonorum per huiusmodi libros recondi atque seruari vtiliore cura, quàm Metellus de incendio sacra Vestalia, & Æneas de Troiano excidio Penates liberaffe prædicatur. Et tamē ea legenda seculis prodit, quæ à superioribus & insipientibus merito abiicienda, & veritati religionis inimicissima iudicentur: quid exstimare debemus, nisi hominem acerrimum ac peritissimum, non tamen sancto spiritu liberum, oppressum fuisse suæ ciuitatis consuetudine ac legibus: & tamen ea quibus mouebatur sub specie commendandæ religionis tacere noluisse?

L. VIVES.

a **D**Enique & ipse Tullius. } *Consilium de his, quos esset in Dialogos Academicos inclusurus Cicero, qui vult copiosè cognoscere, habeat libros Epistolarum ad Atticum 13. epistola prima, quæ est primum potius volumen, quam epistola Cicer. lib. De diuinat. secundò scribit, se quatuor volumina De quest. Acad. adidisse Et quanquam ad Atticum suum scribens quatuor illa volumina ad duo contraxisse scribat, constat tamen multa deesse: & ex duobus libris quos modò habemus, posterior tanquam quartus subinde à Nonio Marcello citatur. locus qui ab Augustino adducitur non extat in his libris quos legimus.*

b Et sine vlla dubitatione doctiss. } *Varronem etiam viuentem, Varro cum multum valet inuidia, doctiss. omnium togatorum appellarunt: viuentique, quod nemini antea, statua posita est in bibliotheca, quæ prima est impubliata ab Asinio Pollione Roma.*

c Non agit eloquentiss. } *Cultum verborum vel non curasse, vel assequi nequissè, certè non præstitisse Varronem ex residuis eius libris liquet.*

d Nus, inquit, in nostra vrbe. } *Verba sunt Ciceronis ex primo lib. qui adhuc extat. Simile testimonium est de eo 2. Antoniana.*

e Et de illo etiam Terentianus. } *Hic fuit Carthaginensis, vi- Terentianus xii: que temporibus Diocletiani: scripsit opus carmine, quod adhuc extat, De literis, syllabis, & metru: cuius auctoritate Seruus & Priscianus saepe vtuntur. Hic versiculus quem Augustinus citat, est in capite De Phaleucis versibus.*

f Qui tam multa scripsit. } *Gellius lib. 3. ex ipsius Varronis primo Hebdomadum libro refert, Varronem anno octogesimoquarto scripsisse quadringentos nonaginta libros, è quibus aliquot cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparasse.*

Quæ sit partitio Varronis librorum suorum, quos De antiquitatibus rerum humanarum diuinatúmque composuit.

C A P. I I I.



Vadraginta & vnum libros scripsit Antiquitatum: hos in res humanas diuinásque diuisit, rebus humanis viginti quinque, diuinis sedecim tribuit: istam sectus in ea partitione rationem, vt rerum humanarum libros senos, quatuor daret partibus. Inténdit enim, qui agant, vbi agant, quando agant, quid agant. In sex itaque primis de hominibus scripsit, in secundis sex de locis, sex tertios de temporibus, sex quartos eosdémque postremos de rebus absoluit,

Quater autem feni, viginti & quatuor fiunt. Sed vnum singularem, qui communiter prius de omnibus loqueretur, in capite posuit. In diuinis ^b identidem rebus, eadem ab illo diuisionis forma seruata est, quantum attinet ad ea quæ diis exhibenda sunt. Exhibentur enim ab hominibus in locis & temporibus sacra. Hæc quatuor, quæ dixi, libris complexus est ternis: nam tres priores de hominibus scripsit, sequentes de locis, tertios de temporibus, quartos de sacris, etiam hic qui exhibeant, vbi exhibeant, quando exhibeant, quid exhibeant, subtilissima distinctione commendans. Sed quia oportebat dicere, & maximè id expectabatur, quibus exhibeant, de ipsis quoque diis tres cōscripsit extremos, vt quinquies terni quindecim fierent. Sunt autem omnes, vt diximus, sedecim, quia & istorum exordio vnum singularem, qui prius de omnibus loqueretur, apposuit: quo absoluto, consequenter ex illa quinque partia distributione, tres præcedentes, qui ad homines pertinent, ita subdiuinit, vt primus sit de pontificibus, secundus ^c de auguribus, tertius ^d de quindecimuiris sacrorum. Secundos tres ad loca pertinentes: ita, vt in vno eorum de sacellis, altero de sacris ædibus diceret, tertio de locis religiosis. Tres porrò qui istos sequuntur, ad tempora pertinent, id est ad dies festos: ita vt vnum faceret de feriis, alterum de ludis Circensibus, de scenicis tertium. Quartorum trium, ad sacra pertinentium, vni dedit consecrationes, alteri sacra priuata, vltimo publica. Hanc velut pompam obsequiorum in tribus, qui restant, dii ipsi sequuntur extremi, quibus iste vniuersus cultus impensus est. In primo dii certi, in secundo incerti, in tertio cuncti, nouissimo dii præcipui, atque selecti. In hac tota serie pulcherrimæ ac subtilissimæ distributionis & distinctionis, vitam æternam frustra quæri, & sperari, impudentissimè vel optari, ex his quæ iam diximus, & quæ deinceps dicenda sunt, cuius hominum, qui corde obstinato sibi non fuerit inimicus, facillimè apparet. Vel hominum enim sunt ista instituta, vel dæmonum, non quales vocant illi dæmones bonos: sed, vt loquar apertius, immundorum spiritum, & sine controuersia malignorum, qui noxias opinionones quibus anima humana magis magisque vaneſcat, & incommutabili æternæq; veritati coaptari atque inhærere non possit, inuidencia mirabili & occultè inserunt cogitationibus impiorum: & apertè aliquando ingerunt sensibus: & qua possunt, fallaci at-

testatio

restatione confirmant. Iste ipse Varro, propterea se prius de rebus humanis, de diuinis autem postea scripsisse testatur, quòd prius extiterint ciuitates, deinde ab eis hæc instituta sint. Vera autem religio nõn à terrena aliqua ciuitate instituta est: sed planè cælestem ipsa instituit ciuitatem. Eam verò inspirat & docet verus Deus, dator vitæ æternæ, veris cultoribus suis.

L. V I V E S.

a **Q**uatuor daret partibus. } *Hoc est in quatuor searet partes, ne quis de partibus aliquarum rerum putet.*

b Identidem rebus. } *Sic etiam in antiquis, sed erratum puto ignoratione library. Est enim identidem, crebro idem. Legendum autem iidem, quasi similiter, pari modo.*

c De auguribus. } *Augurum disciplina antiquissima est, ex Asia Augures in Græciam: hinc in Ethruriam allata, & ad Aborigenes Latij, inde Romam. Romulus augur fuit, & tres augures instituit, ut Dionysius perhibet. Idem Linius, qui unicuique tribuum suum augurem datum scribit. Additus est quartus procedente tempore. Post quinque adiecti, ut essent nouem. Idem de pontificibus factum M. Valerio, Q. Apuleio Coss.*

d De quindecimuiris. } *Quum libros Sibyllinos enisset Tarquinius Quinde-Superbus rex, duos viros illis inspiciendis præf. cit, qui soli eos adirent, cimumiri cum esset opus, dictique sunt duumuiris sacrorum. Post auctus numerus facti decemuiris sacrorum lege Sextia Licinia in contentione ordinum accepta, duobus annis antequam consulatus communicaretur plebi, multò deinde post additi quinque, qui numerus postea mansit.*

Quod ex disputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humanæ quàm diuinæ reperiantur.

C A P. I I I I.

Varronis igitur contentis ideo se prius de rebus humanis scripsisse, postea de diuinis: quia diuinæ istæ ab hominibus institutæ sunt, hæc ratio est: Sicut prior est, inquit, pictor, quàm tabula picta: prior faber, quàm ædificium: ita priores sunt ciuitates, quàm ea, quæ à ciuitatibus sunt instituta. Dicit autem se prius scripturum fuisse de diis, postea de hominibus, si de omni natura deorum scriberet. quasi hic de aliqua scribat, & nõ de omni: aut verò etiam aliqua, licet non omnis deorum natura, nõ prior debeat esse, quàm hominum? Quid quod in illis tribus nouissimis libris,

deos certos, & incertos, & selectos diligenter explicās, nullā deorū naturam prætermittere videtur? Quid est ergo, quod ait, si de omni natura deorū & hominum scriberemus, prius diuina absoluissemus, quā humana attigissemus? Aut enim de omni natura deorum scribit, aut de aliqua, aut omnino de nulla. Si de omni: præponenda est vtiq̄ue rebus humanis. Si de aliqua: cur non etiam ipsa res præcedat humanas? An indigna est præferri etiā vniuersæ naturæ hominum pars aliqua deorum? Quod si multum est, vt aliqua pars diuina præponatur vniuersis rebus humanis, saltem digna est vel Romanis. Rerum quippe humanarum libros, non quantum ad orbem terrarum, sed quantum ad solam Romam pertinet, scripsit. Quos tamen rerum diuinarum libris se dixit scribēdi ordine merito prætulisse: sicut pictorem tabulæ pictæ: sicut fabrum ædificio, apertissimè cōstitens, quod etiam istę res diuinæ, sicut pictura, sicut structura, ab hominibus institutæ sint. Restat vt de nulla deorum natura scripsisse intelligatur: neque hoc apertè dicere voluisse, sed intelligentibus reliquisse. ^b Vbi enim dicitur, non omnis, v̄sitate quidem intelligitur aliqua. Sed potest intelligi & nulla: quoniā quæ nulla est, nec omnis, nec aliqua est. ^c Nam vt ipse dicit: si omnis esset natura deorum de qua scriberet, scribendi ordine rebus humanis præponenda esset. Vt autem & ipso tacete veritas clamat, præponenda esset certè rebus Romanis, etiamsi non omnis, sed saltem aliqua esset. Rectè autem postpositur, ergo nulla est. Nō itaque rebus diuinis anteferre voluit res humanas, sed rebus veris noluit anteferre res falsas. In his enim quæ scripsit de rebus humanis, secutus est historiam rerum gestarum: quæ autem de his, quas diuinas vocat, quid nisi op̄iones rerum vanarum? Hoc est nimirum, quod voluit subtili significatione monstrare: non solū scribens de his posterius, quā de illis, sed etiam rationem reddēs, cur id fecerit. Quam si tacuisset, aliter hoc factū eius ab aliis fortasse defenderetur. In ea verò ipsa ratione quam reddidit, nec aliis quicquam reliquit pro arbitrio suspicari, & satis probauit homines se præposuisse institutis hominum, non naturam hominum naturæ deorum. Ita se libros Rerum diuinarum non de veritate, quæ pertinet ad naturā, sed de falsitate quæ pertinet ad errorem, scripsisse confessus est. Quod apertius alibi posuit, sicut in quarto lib. cominemorauī, ex naturæ formula se scripturū fuisse, si nouam

uam ipse conderet ciuitatem: quia verò iam veterem inuenerat, non se potuisse nisi eius consuetudinem sequi.

L. V I V E S.

a **A** Ut verò etiam aliqua. } Nulla est natura deorum, tametsi non omnis ea sit, sed exigua aliqua pars, quæ non toti humano generi præstet.

b **V**bi enim dicitur non omnis. } Mirum est hoc loco nihil attulisse commentatores nostros de equipollentibus diis ælicorum: nullas maximas, nullas dignitates ex Petro Hispano sodale suum: nihil mobilitatum, nihil immobilitatum. Aug. hic ex præceptis diuinitatum est locutus, quibus Non omnis homo disputat, & Aliquis homo non disputat in contrarium recurrunt, non omne verò nihil affirmat: sed siue aliqua sit, modo aliquid non sit, siue nihil, non omne verum efficitur. Nam si nullus homo est, & non omnem esse necesse est, quippe aliquis non est, cum falsum sit omnem esse: ex rationibus contrariarum contradicentiumque ista nascuntur. Si enim verum est nullum hominum esse, & falsum est aliquem non esse, verum profecto erit omnem esse, quod est alicuius non repugnans: ita nullus & omnis simul in veritate congruerent, quod fieri nequit. Hæc inquirendi de vero & falso præcepta Aristoteles, & eum secuti Græci dialectici docuerunt, ex his quoque qui Latini non inari possunt, Apuleius & Iulianus, Martianus Capella & Boetius Severinus.

c Nam ut ipse dicit, si omnis esset. } Augustinus sublato connexo, aufert & id cui est connexum: nostri dicunt reiectæ conclusionis conditionalis, reuocari quod præcedit: sic si aliqua esset natura deorum, de qua scribit, ea præponenda esset rebus humanis: at non est præponenda ea natura de qua scribit rebus humanis: non est ergo illa natura ulla diuina. Si enim aliter fieret, consecutio esset mala, cum fieri posset ut quod antecedit esset verum, falsum verò quod sequitur. Repugnans enim consequentis enunciati verum est cum antecedente. Hæc que modo dixi dialectica essent, si verba dialecticis scriberentur, hoc est scholasticis fætoris & squaloris plenis: sed quia grammaticis, hoc est paulo Latinioribus, etiam si non exactè Latinis, grammatica sunt, non dialectica.

De tribus generibus theologiæ secundum Varronem, scilicet vno fabuloso, altero naturali, tertio ciuili.

C A P. V.

DEinde illud quale est, quod tria genera theologiæ dicit esse, id est, rationis quæ de diis explicatur, eorumque vnum mythicon appellari, alterum phycicon,

tertium ciuile? Latine si vsus admitteret, genus quod primum posuit^a fabulare appellaremus, sed fabulosum dicamus: à fabulis enim mythicon dictum est: quoniam *μῦθος* Græcè fabula dicitur. Secundum autem, vt naturale dicatur iam & consuetudo locutionis admittit. Tertium etiam ipse Latine enunciauit, quod ciuile appellatur. Deinde ait: Mythicō appellant, quo maximè vtuntur poetæ: physicon, quo philosophi: ciuile, quo populi. Primum, inquit, quod dixi, in eo sunt multa contra dignitatem & naturā immortalium ficta. In hoc enim est, vt Deus alius ex capite, alius ex femore sit, alius ex guttis sanguinis natus: in hoc vt dii furati sint, vt adulterauerint, vt seruiuerint homini. Deniq; in hoc omnia diis attribuuntur, quæ non modo in hominem, sed etiam quæ in contemptissimum hominem cadere possunt. Hic certè vbi potuit, vbi ausus est, vbi impunitum putauit, quanta mendacissimis fabulis naturæ deorū fieret iniuria sine caligine vllius ambiguitatis expressit. Loquebatur enim, non de naturali theologia, non de ciuili, sed de fabulosa, quam liberè à se putauit esse culpandam. Videamus quid de altera dicat:^b Secundum genus est, inquit, quod demonstraui, de quo multos libros philosophi reliquerunt. In quibus est: dii qui sint, vbi, quod genus, quale, ex quoniam tempore, an à sempiterno fuerint, an ex igne sint, ^c vt credit Heraclitus:^d an ex numeris, vt Pythagoras:^e an ex atomis, vt Epicurus. Sic alia, quæ facilius intra parietes in schola, quàm extra in foro ferre possunt aures. Nihil in hoc genere culpauit, quod physicon vocauit, & ad philosophos pertinet: tantum quod eorum inter se controuersias commemorauit, per quos facta est dissidētium multitudo sectarum. Remouit tamen hoc genus à foro, id est, à populis: scholis verò & parietibus clausit. Illud autem primum mendacissimum atque turpissimum à ciuitatibus non remouit. O religiosas aures populares, atque in his etiam Romanas. Quod de diis immortalibus philosophi disputant ferre non possunt: quod verò poetæ canunt, & histriones agunt, quia contra dignitatem ac naturam immortalium ficta sunt: quia non modò in hominem, sed etiam in contemptissimum hominem cadere possunt, non solùm ferunt, sed etiam libenter audiunt. Neque id tantum, sed diis quoque ipsis hæc placere: & per hæc eos placandos esse decernunt. Dixerit aliquis hæc duo genera mythicon & physicon, id est, fabulosum atq; naturale, discernamus

namus ab hoc ciuili, de quo nunc agitur: vnde & illa ipse discereuit. Iamq; ipsum ciuile videamus, qualiter explicet. Video quidē, cur debeat discerni fabulosum: quia falsum, quia turpe, quia indignū est. Naturale autem à ciuili velle discernere, quid est aliud, quàm etiam ipsum ciuile fateri esse mendosum? Si enim illud naturale est, quid habet reprehensionis, vt excludatur? Si autem hoc quod ciuile dicitur, naturale non est, quid habet meriti, vt admittatur? Hæc nēpe illa causa est, quare prius scripserit de rebus humanis, posterius de diuinis: quoniam in diuinis rebus non naturam deorum, sed hominum instituta secutus est. Intueamur sanè & ciuilem theologia: Tertium genus est, inquit, quod in vrbibus ciues, maxime sacerdotes, noisse, atque administrare debent. In quo est, quos deos publicè colere, quæ sacra & sacrificia facere quémque pâr sit. Adhuc quod sequitur attendamus: Prima, inquit, theologia maxime accommodata est ad theatrum: secunda ad mundum: tertia ad urbem. Quis non videat, cui palmam dederit? Vtrique secundæ, quam suprâ dixit esse philosophorum. Hanc enim pertinere testatur ad mundum, quo isti nihil esse excellentius opinantur in rebus. Duas verò illas theologias, primam & tertiam theatri scilicet atque vrbis distinxit ac seiunxit. Videmus enim non continuo quod est vrbis, pertinere posse ad mundum, quanuis vrbes esse videamus in mundo. Fieri enim potest, vt in vrbe secundum falsas opiniones, ea colantur & credantur, quorum in mundo vel extra mundum natura sit nusquam. Theatrum verò vbi est, nisi in vrbe? Quis theatrum instituit, nisi ciuitas? Propter quid instituit, nisi propter ludos scenicos? Vbi sunt ludi scenici, nisi in rebus diuinis, de quibus hi libri tanta solertia conscribuntur?

L. V I V E S.

a **F**Abulare appellaremus. } *Suetonius in Tyberio hac voce est usus: Maxime, inquit, curauit notitiam historiae fabularis, vsque ad ineptias, & derisum.*

b Secundum genus est. } *Platonici, sed Stoici maxime omnia illa commenta de diuis ad mundi causas naturasque principes retulerunt. vt Plato attingit in Cratylo, & persona hominis Stoici Cic. 2. De natura deorum, Phurnutus, & alij permulti, sed plurima ita coacta & absurda, vt planè ludere eos appareat.*

c Vt credit Heraclitus. } *Heraclitus Ephesus, qui librum scripsit*

Heracliti

psit Delio natatore indigentem, ideoque cognominatus est ουανός. Ex igne cuncta nasci, inque ignem resolui dixit, animarum demonumque referta esse omnia. Huius de igne opinionem secutus est Hippasus Metapontinus.

Pythagoras

d An ex numeris, vt Pythagoras. } *Hic & deum, & animas nostras, & cuncta que sunt in mundo numeris constare asseruit, ex eorumque concentu & harmonia uniuersa progigni, quos numeros postea Plato ab Italicis philosophis qui Pythagoreæ præceptorum sectatores erant, edoctus, & clariore & apertiore reddidit, tamen non ita aperuit, quin à maxima eorum parte lectorem excludat. Vnde illud de re obscura apud Ciceronem ad Atticum scribentem, numeri Platonis.*


Epicurus

e An ex atomis, vt Epicurus. } *Hic Democritum amulatus, omnia fieri constareque dixit ex corpusculis ramentisque munitissimis, & inscabilibus, quas ideo atomus nominauit, quibus tamen formam, magnitudinem, & pondus non adimebat.*

f Quo iiti nihil esse excellentius. } *Nihil enim nouit natura vel manus, vel pulchrius, vt inquit Seneca: idem Plato in Timæo, idem Cic. 2. De natura deorum, idem alij omnes philosophi.*

De theologia mythica, id est, fabulosa, & de ciuili, contra Varronem.

C A P. VI.

 Marce Varro, cum sis homo omnium acutissimus, & sine vlla dubitatione doctissimus, sed tamen homo, non Deus, nec spiritu Dei ad videnda & annuncian- da diuina in veritatem libertatemque subuectus, carnis quidem quam sint res diuine ab humanis nugis atque mendaciis dirimenda: sed vitiosissimas populorum opiniones, & consuetudines in superstitionibus publicis vereris offendere, quas à deorum natura abhorrere, vel talium quales in huius mundi elementis humani animi suspicatur infirmitas, & sentis ipse, cum eas vsquequaque consideras, & omnis vestra literatura circumsonat. Quid hic agit humanum quamuis excellentissimum ingenium? Quid tibi humana licet multiplex ingenisq; doctrina in his angustiis suffragatur? Naturales deos colere cupis: ciuiles cogaris. Inuenisti alios fabulosos, in quos liberius quod sentis euomas, ^a vnde & istos ciuiles velis nolisse perfundas. Dicis quippe fabulosos accommodatos esse ad theatrum, naturales ad mundum, ciuiles ad urbem, cum mundus opus sit diuinum, vrbes verò & theatra opera sint hominum: nec alij dii rideantur in theatris, quam qui adorantur in templis, nec aliis ludos exhibeatis, quam quibus victimas immo- latis.

latis. Quantò liberius subtiliùsque ista diuideres dicens, alios esse deos naturales, alios ab hominibus institutos? Sed de institutis aliud habere literas poetarum, aliud sacerdotum, vtræque tamen ita esse inter se amicas consortio falsitatis, vt gratæ sint vtræq; dæmonibus, quibus inimica est doctrina veritatis. Sequestrata igitur paululum theologia, quam naturalem vocant, de qua postea differendum est, placetne tandem vitam æternam peti, aut sperari à diis poëticis, theatricis, ludicris, scenicis? Absit. Imò auertat Deus verus tam immanem sacrilegâque dementiam. Nunquid ab eis diis, quibus hæc placent, & quos hæc placant, cum eorum illic crimina frequentantur, vita æterna poscenda est? Nemo vt arbitror, vsque ad tantum præcipitium furiosissimæ impietatis insanit. Nec fabulosa igitur, nec ciuili theologia sempiternam quisquam adipiscitur vitam. Illa enim de diis turpia fingendo seminat, hæc fauendo metit. Illa mendacia spargit, hæc colligit. Illa res diuina falsis criminibus infectatur, hæc eorum criminum ludos in diuinis rebus amplectitur. Illa de diis nefanda figmenta hominum carminibus personat, hæc ea deorum ipsorum festiuitatibus consecrat. Facinora & flagitia numinum illa cantat, hæc amat. Illa prodit, aut fingit, hæc autem aut attestatur veris, aut oblectatur & falsis. Ambæ turpes, ambæq; damnabiles. Sed illa quæ theatra est, publicam turpitudinem profiteretur: ista quæ urbana est, illius turpitudine ornatur. Hincine vita æterna sperabitur, vnde ista breuis temporalisque polluitur? An verò vitam polluit consortium nefariorum hominum, si se inferunt affectionibus & assensionibus nostris, & vitam non polluit societas dæmonum, qui coluntur criminibus suis? Si veris, quam mali: si falsis, quam malè? Hæc cum dicimus, videri fortasse cuipiam nimis harum rerum ignaro potest, ea sola de diis talibus indigna maiestate diuina, & ridicula detestabiliaq; celebrari, quæ poëticis cantantur carminibus, & ludis scenicis actitantur: sacra verò illa, quæ non hitriones, sed sacerdotes agunt ab omni esse dedecore purgata & aliena. Hoc si ita esset, nunquam theatricas turpitudines in eorum honorem quisquam celebrandas esse censeret, nunquam eas ipsi dii præciperent sibi exhiberi. Sed ideo nihil pudet ad obsequium deorum talia gerere in theatris, quia similia geruntur in templis. Denique commemoratus autor cum ciuilem theologiam à fabulosa &

naturali, tertiam quandam sui generis distinguere conaretur, eā magis ex vtraq; temperatā, quā ab vtraq; separatam intelligi voluit. Ait enim ea quę scribūt poētæ minus esse, quā vt populi sequi debeant. quæ autem philosophi, plus quā, vt ea vulgum scrutari expediat. Quæ sic abhorrent, inquit, vt tamen ex vtroque genere ad ciuiles rationes assumpta sit non pauca. Quare quę sunt communia cum poētis, vnā cum ciuilibus scribemus. E quibus maior societas debet esse nobis cum philosophis, quā cum poētis: non ergo nulla cum poētis. Et tamen alio loco dicit de generationibus deorum magis ad poētas quam ad physicos fuisse populos inclinatos. Hic enim dixit, quid fieri debeat, ibi quid fiat. Physicos dixit vtilitatis causa scripsisse, poētas delectationis. Ac per hoc ea, quæ à poētis conscripta, populi sequi non debent, crimina sunt deorum, quæ tamen delectant & populos & deos. Delectationis enim causa, sicut dicit, scribūt poētæ, non vtilitatis: ea tamen scribunt quæ dii expetant, populi exhibeant.

L. V I V E S.

VNde & istos ciuiles velis nolisve profundas. In Coloniensi exemplari perfundas legitur, & rectius. Ex his enim quę Varro euomit in deos fabulosos, necesse est etiam perfundantur dii ciuiles, qui ex fabulosis manarunt, & sine dubio iidem sunt.

De fabulosa & ciuili theologia similitudine atque concordia.

C A P. V I I.

Reuocantur igitur ad theologiam ciuilem, theologia fabulosa, theatrica, scenica, indignitatis & turpitudinis plena. Et hæc tota quæ merito culpanda & respuenda iudicatur, pars huius est, quæ colenda & obseruanda censetur, non sanè pars incōgrua sicut ostendere institui: & quę ab vniuerso corpore aliena importunè illi cōnexa atque suspensa sit, sed omnino consona, & tanquam eiusdem corporis membrum conuenientissimè copulata. Quid enim aliud ostendunt illa simulachra, formæ, ætates, sexus, habitus deorum? Nunquid barbarum Iouem, imberbem Mercurium poētæ habent, pontifices non habent? Nunquid Priapo Mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? An aliter stat adorandus in locis sacris, quā procedit ridendus in theatris? Num Saturnus senex, Appollo ephebus, ita personæ sunt histrionum, vt non sint statuæ delubrorum? Cur Forculus qui foribus præest, & Limentinus qui limini, dii

sunt

sunt masculi, atque inter hos Cardea foemina est, quæ cardinem seruat? Nonne ista in rerum diuinarum libris reperiuntur, quæ graues poetæ suis carminibus indigna duxerunt? Nunquid Diana thetrica^b portat arma, & vrbana simpliciter virgo est? Nunquid scenicus Apollo citharista est, & ab hac arte Delphicus vacat? Sed hæc honestiora sunt in cõparatione turpiorum. Quid de ipso Ioue senserunt, qui eius nutricem in Capitolio posuerunt? Nonne attestati sunt^c Euxemero, qui omnes tales deos non fabulosa garrulitate, sed historica diligentia homines fuisse mortalesque conscripsit?^d Epulones etiam deos parasitos Iouis ad eius mensam, qui constituerunt, quid aliud quàm^e mimica sacra esse voluerunt? Nam parasitos Iouis ad eius conuiuium adhibitos, si minus dixisset, risum utiq; quæsisse videretur. Varro dixit. Nõ cum irrideret deos, sed cum commendaret. hoc dixit: diuinarum non humanarum rerum libri hoc eum scripsisse testantur. Nec vbi ludos scenicos exponebat, sed vbi Capitolina iura pandebat. Denique à talibus vincitur, & fateretur, sicut formã humana deos fecerunt, ita eos delectari humanis voluptatibus credidisse. Non enim & maligni spiritus suo negotio defuerunt, vt has noxias opinioniones humanarum mentium ludificatione firmarent.^f Vnde etiam illud est, quòd Herculis ædituus, otiosus atque feriatuus lusit tesseriis secum vtraque manu alternante, in vna constituens Herculem, in altera seipsum: sub ea conditione, vt si ipse vicisset, de stipe templi sibi cõenam pararet, amicamque cõduceret: si autem victoria Herculis fieret, hoc idem de pecunia sua voluptati Hercules exhiberet: deinde cum à seipso tanquam ab Hercule victus esset, debitam cõenam & nobilissimam meretricem^g Laurentinam deo Herculi dedit. At illa cum dormiuisset in templo, vidit in somnis Herculem sibi esse commixtum, sibi que dixisse, quod inde discedes cui primum iuueni obuia fieret, apud illum esset inuentura mercedẽ, quam sibi credere deberet ab Hercule persolutam. Ac sic abeunti cum primus iuuenis ditissimus Tarutius occurrisset, eamque dilectam secum diutius habuisset, illa herede relicta, defunctus est. Quæ amplissimam adeptã pecuniam, ne diuinæ mercedi videretur ingrata, quod acceptissimum putauit esse numinibus, populum Romanũ etiam ipsa scripsit heredem: atque illa non comparente inuentum est testamentum, quibus meritis eam ferunt etiam honores meruisse diuinos. Hæc si

poetæ fingerent, si imimi agerent, ad fabulosam theologiā dicerentur proculdubio pertinere, & à ciuili theologiā dignitate separanda iudicarentur. Cùm verò hæc dedecora, nō poetarum, sed populorum: non mimorum, sed sacrorum; non theatrorum, sed templorum, id est, non fabulosæ, sed ciuili theologiæ, à tanto autore produntur, non frustra histriones ludicris artibus fingunt deoram, quæ tanta est, turpitudinem, sed planè frustra sacerdotes velut sacris ritibus conantur fingere deorum, quæ nulla est, honestatem. Sacra sunt Iunonis, & hæc in eius dilecta insula Samo celebrantur, vbi nuptum data est Ioui. Sacra sunt Cereris, vbi à Plutone rapta Proserpina quæritur. Sacra sunt Veneris, vbi amatus eius Adonis aprino dente extinctus iuuenis formosissimus plangitur. Sacra sunt matris deūm, vbi Atys pulcher adolescens ab ea dilectus & muliebri zelo abscissus, etiam hominum abscissorum, quos Gallos vocant, infœlicitate deploratur. Hæc cùm deformiora sint omni scenica fœditate, quid est, quod fabulosa de diis figmenta poetarum ad theatrum videlicet pertinentia velut secernere nituntur à ciuili theologia, quam pertinere ad urbem volunt: quasi ab honestis & dignis indigna & turpia? Ita que potius est, vnde gratiæ debeantur histrionibus, qui oculis hominum pepercerunt, nec omnia spectaculis nudauerunt, quæ sacrarum ædium parietibus occultantur. Quid de sacris eorum boni sentiendum est, quæ tenebris operiuntur, cùm tam sint detestabilia, quæ proferuntur in lucem? Et certè quid in occulto agāt per abscissos & molles, ipsi viderint. Eosdem tamen homines infœliciter ac turpiter eneruatos atque corruptos minimè occultare potuerunt. Persuadeant cui possunt, se aliquid sanctum per tales agere homines: quos inter sancta sua numerari atque versari negare non possunt. Nescimus quid agant, sed scimus per quales agant. Nouimus autem, quæ agantur in scena, quæ nunquam vel in choro meretricum, quo nemo abscissus aut mollis intrauit, & tamen etiam ipsa turpes & infames agunt, neque enim ab honestis agi debuerunt. Quæ sunt ergo illa sacra quibus agendis tales elegit sanctitas, quales^k nec thymelica in se admittit obscœnitas?

L. VIVES.

NAm Saturnus senex. } *Per interrogationem figuratè, non sciscitandi gratia, sed instandi: ut quod negari non potest, ardentius*

dentius infigatur: sicut Quintilianus docet libro nono: aut legendum, num Saturnus. Nam res sic habes, quod Saturnus senex, & Apollo Ephebus in templis visitur: unde est ille Dionysii Syracusis iocus, cum barbam auream Aesculapio admissit, non decere patre imberbi filium esse barbaturum. Apollinis simulacrum Deli dextra manu arcum tenebat, sinistra verò tres Gravius, quarum una citharam, altera tibia, media fistulam habebat.

b Portat arma. } Arcum & pharetram.

c Eueinero. } Hic fuit Siculus, è ciuitate Messina, qui Iouis & ceterorum deorum historiam veram scripsit ex titulis & inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur: quam Graeci sacram vocant. Ennius interpretatus est, ut scribit Cicero. Meminerunt huius scriptoris, cum Graeci frequentes, tum ex Latini Cicero, Varro, Lactantius, Macrobius, Seruius, & alij permulti. Hunc Eueinerum, quod veram historiam scripsisset de diis, Sextus Empiricus ἀθεος, id est impium & sine deo, vocatum esse ait: cui Theodoricus Cyrenensis suffragatur, illum inter Diagoras & Theodoros numerans. Timon in Syllus γέγοντα ἀλαζονεία nominat, id est, senem insolentem, & qui libros adat inquires.

d Epulones etiam. } Collegio pont. triumviri additi sunt, qui sacra conuiuia, hoc est, qui in deorum ludis exhibebantur, curarent: diis que sunt triumviri epulones. Sequenti tempore additi sunt duo: ita fuerunt quinque viri: p strendò per ambitionem duo alij adiecti, & hic numerus mansi septem virorum epulorum, qui curant publicum epulum, ipsi mensa parabatur ante Iouis simulacrum, ibique epulabantur. Cic. in Arusp. resp. epulones Iouis opt. max. appellat. Parasitos nominauit, quod horum mos est, alienas sectari mensas, ut nomen ipsum ex Graeco ostendit. Ita Varro ex naturali significato epulones illos parasitos voca Epulones Parasitus uit, quasi conuiuas Iouis. Hec enim est ἄσπιτος à ἄσπιτιν.

e Inimica sacra. } Legendum mimica.

f Vnde etiam illud est. } Hanc meretricem quidam putant fuisse Fioram, alij Accam Laurentiam, cuius ferie Laurentialia: sed de hoc multa Macrobius primo Saturn. Attingit etiam Lactant. sed paucis. Verrius Flaccus Flauam cognominatam esse hanc scribit. Plutarch. quoque de hac ipsa re in Problem.

g Laurentiam. } Alibi Laurentiam, Laurentiam vulgatius nominat: nam Accam Laurentiam, Romuli nutriem ferunt, eiusque putant esse festa Laurentialia, huius verò sortis festa esse Floralia.

h In eius dilecta insula Samo. } Samos insula est in mari Icario, Samos à summitate & asperitate sic dicta. Lactant. lib. 1. Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Iuno adoleuerit,

ibiq. etiã Ioni nupserit. Itaq. nobilissimum & antiquissimum templum eius est Sami: simulachrum in habitu nubentis figuratum, & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur. *Hæc Lactant.* Erat chara Samos Iunoni, nempe natale Solium. Sic Verg. 1. *Aeneid.*

Adonis

i. Vbi amatus eius Adonis. } Cinara ex Myrrha filia sua astutia nutritu genuit Adonim formosissimum iuuenem, qui Cypri regnavit. *Valer. Probus in Gallum Vergily scribit ex sententia Hæstodi, hunc Phœnicis fuisse filiũ, ex Philostephano verò genitum à Ioue sine ullius fœminæ accubitu. Hunc Venerus adamat: cumque venandi esset studiosissimus, ab apro ferocissimo dilaniatus est. Fabulantur aprum hunc à Zelotypo Marte esse immissum, Veneremq. mæstissimam multum luxisse Adonim, vertissq. eum in florem sui nominis. Simulachrũ Venerus dicit Macrobius fugi in môte Libano, capite obnupto, specie triste, faciẽ manulaya intra amœctum sustinens: lachrymæ visione conspicientium manare creduntur. Phœnicis Adonim ἰγύρα nominabant, ut auctor est Pollux lib. 4. ideo mæstas illas tibias, quib. in luctu Adonis vi solebãt, ἰγύρας appellaunt, tametsi Festus genus putat exiguarum tibiarum ginguimas de voce anserum appellatas, qui ginguire dicuntur. Porro quod Adonis flore inuenta est subreptus, ideo Veneri orti dicabatur, qui sine fructu speciem quandam præberent florum foliorũque: unde prouerbiũ apud Græcos naĩũ, ἀδωνίδος κάραι: quod ut reliqua alia ita & hoc accuratissimè explicat Erasimus noster in Adagio suis, siue, ut Budæus vocat, in salino Mercurij, & logotheca Minicrue.*

Gingrire

Thymelici

k Nec Thymelica in se admittit obscœnitas. } Thymelicorum & Thymeles memnerunt Græci crebrò. Et ex Latinis *Vitruuius lib. De architectura quinto.* sed obscurè mea sententia: quæ ego vel explicabo, vel certè explicandi causam incitamentũque dabo eruditioribus. In theatro erat scena inter duo theatri cornua extensa, in qua agebant histriones tragici & comici. Erat & Orchestra senatorem locus inter cuneos & scenam, in qua pulpitum quinque pedibus altum, quod Græci Thymelem dicebãt, & Logeũ, in quo & chorus tragœdiarum saltabat: Comœdiarum quoq. cũ habebant comœdiæ chorum, modò ad histriones versus, modò ad populum histrionibus in scena abditis: ibi & citharæ di, & aulæ di, & quotquot personam ex fabula non agentes, actioni fabula subseruiebant, noménque loco in quo saltarent, dederũt: nam orchestra est appellata ab ὄρχηομαι, salto: & thymelem αὐλιτικὸν interpretantur Græci, & illos omnes artifices musices thymelicos putant Thymelem di-

Orchestra

etiam ab aris quæ ibi erant extractæ Apollini & Baccho: nã & θυμῶνα pro ara ponitur: de quibus Donatus censet Terentium in Andria locutum, Sume verbenas ex ara. *Apuleius in Apologia priore.* Thymelicum

licum choragium posuit pro apparatu histrionum & ornatu illo scene. Fuit & Thymele Latini histrionis, ut quidam putant, uxor, ut alij se-
cia, eiusdemque artis mimica. Ambobus Domitianum Casarem im-
pense delectatum. Martialis lib. i. ad Domitianum declarat:

Qua Thymelem spectas, derisorumque Latinum,
Illa fronte precor carmina nostra lege.

De interpretationibus naturalium rationum, quas doctores
pagani pro diis suis conantur ostendere.

C A P. V I I I.

AT enim habent ista physiologicas quasdam, sicut aiunt,
id est, naturalium rationum interpretationes. Quasi ve-
ro nos in hac disputatione physiologiam quæramus,
& non theologiam, id est, rationem non naturæ, sed Dei. Quan-
uis enim qui verus Deus est, non opinione, sed natura sit Deus,
non tamen omnis natura Deus est, quia & hominis, & pecoris,
& arboris, & lapidis utriusque natura est, quorum nihil est Deus. Si
autem interpretationis huius, quando agitur de sacris matris
deum, caput est certè, quod mater deorum est terra, quid ultra
quærimus, quid cætera perscrutamur? Quid euidèrius suffra-
gatur eis qui dicunt omnes istos deos homines fuisse? Sic enim
sunt terrigenæ, sicut terra eis mater est. In vera autè theolo-
gia opus Dei est terra, non mater. Verùm tamen quoquo modo
sacra eius interpretentur, & referant ad rerum naturam, a viros
muliebria pati non est secundum naturam, sed contra naturam.
Hic morbus, hoc crimen, hoc dedecus habet inter illa sacra
professionem, quod in vitiosis hominum moribus vix habet
inter tormenta confessionem. Deinde si ista sacra quæ scenicis
turpitudinibus conuincuntur esse fœdiora, hinc excusantur, atque
purgantur quod habent interpretationes suas, quibus osten-
dantur rerum significare naturam: cur non etiam poetica similiter
excusentur atque purgentur? Multa enim & ipsi ad eundem
modum interpretati sunt, usque adeo, ut quod ab eis immanissi-
mum & infandissimum dicitur: Saturnum filios suos deuorasse.
ita nonnulli interpretentur, b quod longinquitas temporis,
quæ Saturni nomine significatur, quicquid gignit ipsa consu-
mat. Vel sicut idem opinatur Varro, quod pertineat Saturnus
ad semina, quæ in terram de qua oriuntur, iterum recidunt.
Itémque alij alio modo, & similiter cætera. Et tamè theologia
fabulosa dicitur, & cum omnibus huiusmodi interpretatio-
nibus suis reprehenditur, abiicitur, improbatur: nec solum

à naturali, quæ philosophorū est, verum etiam ab ista ciuili, de qua agimus, quæ ad vrbes populosque pertinere asseritur: eo quòd de diis indigna còfinxerit, merito repudiāda discernitur. Eo nimirū consilio, quoniam acutissimi homines atque doctissimi, à quibus ista cònscrip̄ta sunt, ambas improbandas intelligebant, & illam scilicet fabulosam, & istam ciuilem. Illam verò audebant improbare, hanc nò audebant. Illam culpandam proposuerunt, hanc eius similem comparandam exposuerunt, non vt hæc præ illa tenenda eligeretur, sed vt cū illa respuenda intelligeretur: atque ita sine periculo eorum qui ciuilem theologiam reprehendere metuebant, vtraque contempta, ea quam naturalem vocant apud meliores animos inueniret locum. Nam & ciuilem & fabulosam ambæ fabulosæ sunt, ambæque ciuiles: ambas inueniet fabulosas, qui vanitates & obscœnitates ambarum prudēter inspexerit, ambas ciuiles, qui ludos scenicos pertinētes ad fabulosam in deorum ciuiliū festiuitatibus, & in vrbiū diuinis rebus aduertit. Quomodo igitur vitæ æternæ danda potestas cuiquam deorum istorum tribuitur: quos sua simulachra & sacra conuincunt, diis fabulosis apertissimè reprobatis, esse simillimos formis, ætatibus, sexu, habitu, coniugiis, generationibus, ritibus, in quibus omnibus aut homines fuisse intelliguntur, & pro vniuscuiusque vita vel morte sacra eis, & solennia còstituta, hunc errorem insinuātibus firmantibusque dæmonibus, aut certè ex qualibet occasione immundissimi spiritus fallendis humanis mentibus irrepisse?

L. V I V E S.

a **V**iros muliebria pati. } *Galli matrem deum, cum non possent facere quæ viri, patiebantur quæ feminae.*

b **Q**uod longinquitas temporis. } *Interpretatio Cic. 2. De natura deorum, nam xp̄os est Græcè quasi χρόνος, de hoc alibi.*

De officiis singulorum deorum.

CAP. IX.



Vid ipsa numinum officia tam viliter minutatimque concisa, propter quod eis dicunt pro vniuscuiusque proprio munere supplicari oportere? Vnde non quidem omnia, sed multa iam diximus. Nónne scurilitati mimiçæ magis quàm diuinæ consonant dignitati? Si duas quisquã nutrices adhiberet infanti: quarū vna nihil nisi escam, altera nihil nisi potū daret: sicut isti ad hoc duas adhibuerunt deas, Educam

Educam & Potinam: nempe desipere, & aliquid mimo simile in sua domo agere videretur, Liberum à liberamento appellatum volunt, quòd mares in coeundo per eius beneficium emissis feminibus liberètur. Hoc idem in foeminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant, ^a quòd & ipsas perhibeant femina emittere, & ob hoc Libero eandem virilem corporis partem in templo poni, foemineam Liberam. ^b Ad hæc addunt mulieres attributas Libero & vinum, propter libidinem concitadam. Sic Bacchanalia summa celebrantur infania. Vbi Varro ipse cofiterur à Bacchantibus talia fieri non posse, ^c nisi mente commota. ^d Hæc tamen postea displicuerunt senatui saniori, & ea iussit auferri. Saltem hic tandem forsitan senserunt quid immundi spiritus, dum pro diis habentur, in hominum possint mentibus. Hæc certè non fierent in theatris. Ludunt quippe ibi, non furunt, quanuis deos habere, qui etiam ludis talibus delectentur, simile sit furoris: Quale autem illud est, quod cum religiosum à superstitioso ea distinctione discernat, vt à superstitioso dicat timeri deos: à religioso autem tantum vereri vt parentes. non vt hostes timeri, atque omnes ita bonos dicat, vt facilius sit eos nocentibus parcere, quam ledere quæquam innocentem? Tamen mulieri foete post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Sylvanus deus per noctem ingrediatur & vexet, eorumque custodum significandorum causa tres homines noctu circumire limina domus, & primo limen securi ferire, postea pilo, tertio deuertere scopis: vt his datis culturæ signis, deus Sylvanus prohibeatur intrare: quia neq; arbores cæduntur ac putantur sine ferro: neq; far coficitur sine pilo: neq; fruges coaceruantur sine scopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos deos: ^e Intercidonam à securis intercisione: ^f Pilumnun à pilo: Deueram à scopis: quibus diis custodibus contra vim dei Syluanii, foeta conseruaretur. Ita contra Dei nocentis sauitiam nõ valeret custodia bonorù, nisi plures essent aduersus vnũ: eique aspero, horrendo, inculto, vtpote syluestri signis culturæ tanquam contrariis repugnarent. Istane est innocentia deorum: ista concordia? Hæccine sunt numina salubria vrbium, magis ridenda quàm ludibria poetarum & theatrorum? Cum mas & foemina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus. sit hoc ferendum. Sed domum est ducenda quæ nubit, adhibetur deus Domiducus. Vt in domo sit, adhibetur deus Domitius.

Ut maneat cum viro, additur dea Manturna. Quid ultra quaeritur? Parcatur humanæ verecundiæ: peragat cætera concupiscentia carnis & sanguinis procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum: ^h quando & paranymphi inde discedunt? Et ad hoc impletur: non ut eorum præsentia cogitata maior sit cura pudicitia, sed ut foeminæ sexu infirmæ nouitate pauidæ, illis cooperantibus sine vlla difficultate virginitas auferatur. Adest enim dea Virginensis, & deus pater Subigus, & dea mater Prema, & dea Partunda, & Venus, & Priapus. Quid est hoc? Si omnino laborâtem in illo opere virum ab diis adiuuari oportebat: non sufficiebat aliquis vnus, aut aliqua vna. Nunquid Venus sola parum esset, quæ ob hoc etiam dicitur nuncupata, quòd sine eius vi foemina virgo esse non desinat? Si vlla est frõs in hominibus, quæ non est in numinibus? nõne cum credunt coniugati tot deos vtriusque sexus esse præsentis, & huic operi instantes, ita pudore afficiuntur, ut & ille minus moueatur, & illa plus reluctetur? Et certè si adest ⁱ Virginensis dea, ut virgini zona soluatur: si adest deus Subigus, ut viro subigatur: si adest dea Prema, ut subacta non se commoueat cum prematur, dea Partunda ibi quid facit? Erubescat, eat foras, agat aliquid & maritus. Valde inhonestum est, ut quod vocatur illa, impleat quisquam nisi ille. Sed fortè ideo toleratur, quia dea dicitur esse, non deus. Nam si masculus crederetur, & Partundus vocaretur, maius contra eum pro vxoris pudicitia posceret maritus auxilium, quàm Foeta contra Siluanum. Sed quid hoc dicam, cum ibi sit & ^k Priapus nimis masculus, super cuius ^l immanissimum & turpissimum fascinum sedere noua nupta iuebatur more honestissimo & religiosissimo matronarum? Eant adhuc, & ciuilem theologiam à theologia fabulosa, vrbes à theatris, templa à scenis, sacra pontificum à carminibus poetarum, velut res honestas à turpibus, veraces à fallacibus, graues à leuibus, serias à ludicris, appetendas à respuendis, qua possunt quasi contentur subtilitate discernere. Intelligimus quid agant, qui illam theatricam & fabulosam theologiam ab ista ciuili pendere nouerunt, & ei de carminibus poetarum tanquam de speculo resultare: & ideo ista exposita, quam damnare non audent: illam eius imaginem liberius arguunt & reprehendunt, ut qui agnoscunt quid velint, & hanc ipsam faciem cuius illa imago est, detestentur.

detestentur, quam tamen ipsi dij tanquam in eodem speculo se intuentes ita diligunt, vt qui qualesque sint in vtraque melius videantur. Vnde etiam cultores suos terribilibus imperiis compulerunt, vt immunditiam Theologiæ fabulosæ sibi dicarent, in suis solennitatibus ponerent, in rebus diuinis haberent: atque ita & seipfos immundissimos spiritus manifestus esse docuerunt, & huius vrbane Theologiæ velut electæ & probatæ illam theatricam, abiectam, atque reprobam, membrum partemque fecerunt, vt cum sit vniuersa turpis & fallax, atque in se contineat commentitios deos, vna pars eius sit in literis sacerdotum, altera in carminibus poetarum. Vtrum habeat & alias partes, alia quæstio est. Nunc propter diuisionem Varronis, & vrbani & theatricæ Theologiæ ad vnam ciuilem pertinere satis, vt opinor, ostendi. Vnde quia sunt ambæ similis turpitudinis, absurditatis, indignitatis, falsitatis: absit à viris religiosis, vt siue ab hac, siue ab illa vita speretur æterna. Denique & ipse Varro commemorare & enumerare deos cœpit à conceptione hominis, quorum numeros exorsus est à Iano, eamque seriem perduxit vsque ad decrepiti hominis mortem: & deos ad ipsum hominem pertinentes clausit ^m ad Næniam deam quæ in funeribus senum cantatur. Deinde cœpit deos alios ostendere, qui pertinerent non ad ipsum hominem, sed ad ea quæ sunt hominis, sicuti est victus, vestitus, & quæcunque alia quæ huic vitæ sunt necessaria, ostendens in omnibus quod sit cuiusque munus, & propter quid cuique debeat supplicari: in qua vniuersa diligentia nullos demonstrauit vel nominauit deos, à quibus vita æterna poscenda sit, propter quam vnam propriè nos Christiani sumus. Quis ergo vsque adeò tardus sit, vt non intelligat istum hominem ciuilem Theologiæ tam diligenter exponendo & aperiendo, eamque illi fabulosæ indignæ atque probrosæ similem demonstrando, atq; ipsam fabulosam partem esse huius satis euidenter docendo, non nisi illi naturali, quam dicit ad philosophos pertinere, ⁿ in animis hominum moliri locum, ea subtilitate vt fabulosam reprehendat, ciuilem verò reprehendere quidem non audeat, sed prodendo reprehensibilem ostendat, atque ita vtraque iudicio rectè intelligentium reprobata, sola naturalis remaneat eligenda? De qua suo loco in adiutorio Dei veri diligentius disserendum est.

a **Q**uod & ipsam perhibeant. & *A*tibi ipsas, quasi feminas, de quibus est magna controuersia inter philosophos. *P*lato & *A*ristoteles non semen eas autunt emittere, sed humorem quandam sudoris non dissimilem, qui ad generationem nihil faciat. *P*ythagoras & *D*emocritus semen contendunt emittere. *E*piscurus *D*emocratum sequitur, ut solet *H*ippocrates, quasi inter hos medius semen esse ait, sed generationi nihil confert: quippe quod exeat, non maneat in vas generationis.

Bacchus

b Ad hæc addunt mulieres. & *B*acchum sequebantur *S*atyri & mulieres furentes, quæ *B*acchæ dicebantur ululantes. *V*nde *E*ustathius deum *B*acchum dictum esse ab incondito illo clamore quasi à *βαχέειν*, deinde interposito elemento & dictum *B*acchum: nominata & *A*rimallionides à *A*rimante monte minoris *A*sia, & *B*assirides, & *T*hyiades, à *T*hyia, quæ prima sacris *L*iberi patris initiat est. *P*lutarchus in libello *D*e cupiditate opum, in antiquis *B*acchi sacris hanc fuisse pompam dicit, *A*mphoram vini cum palmite, hinc hircum quem trahabat aliquis, post cistam nucum & phallum, quæ postea obsoleuerunt, & preciosiora sunt indicta. *E*rat etiam & uannus sicut *V*ergilius in iuit: hoc est, cribrum cereale: ut exponit *S*eruius *V*arro uallum posuit, quod nihilo minus significat, & conus: id est, nux pimæ, ad similitudinem thyrsorum, quos ipse *B*acchæ, quæ in *I*ndiam secuta sunt *B*acchum, gestabat. *E*rant enim thyrsi haste præpilata pampinis & hederis circumuestite. *A*ddebatur hederæ, quod sit quedam eius species, uel furorem concitat: ut *P*lutarchus in *P*roblem. ait, & ebrios faciat absque uino: & in furorem procliuem leniat ac mansu. faciat: & ipsa hederæ in uin. sum. dicitur uel uocari, quod est, in *V*ener. trahere, deducitur. est etiam thyrsis corona nuptialis: est & lampas quam in *D*ionysij honorem præferbant, sed cum corona est, dicunt in ultima esse acutum tonum, sicut *D*upod. *I*n his sacris, furor sacrificantibus incuti batu: unde *B*acchum nominatum ait *V*alerius *P*robus. *E*st enim *B*acchari idem quod furere: & *B*acchæ pellatæ, quæ per furorem sacra *L*iberi patris celebrant. *I*deo *M*enades quoque dicta, & *B*acchus ipse *M*enoles, quasi totus furens, ut scribit *C*lemens. *E*sebio citante.

Thyrsi
Hedera

Menades

c *N*isi mente comota. & *N*am si quieta essent tranquillaque mente, nunquam talia facerent: partim inepta, stultaque, partim abominanda sæd. tatis, partim crudelia atque inhumana. *M*ulta enim cedes per eiusmodi sacrificiorum furorem committebatur. *S*ic occisi sunt *P*entheus, & *N*inus *I*ndia rex, & *L*ycurgus *T*hrax, & *O*rphæus.

d *H*æc tamen postea displicuerunt senatui & *D*e *B*acchanalium nefariis sceleribus, eorumque ab *I*talia expulsiōe per senatus-

consultum. *Liuius* abundè libro 39.

e. Intercidonem. } *Vetera exemplaria Intercidonam habent.*

f. Pilumnum à pilo. } *Seruius nono Aeneid. Pilumnus & Pi- Pilumnus*
cumnus fratres fuerunt dij: horum Picumnus stercorandorum agrorum
inuenit usum: unde & Sterquilinus dictus est: Pilumnus verò, pilen-
di frumenti: unde à pistoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est.
Seruius hæc. Capella lib 2. comminuendæ frugis farrisque fragmenta
Pilumno signat Italiæ. Pilum verò est & telum Romanum, pedum
quinque & semis, ut scribit Modestus: ferro trigono, & uiciram no-
uem: & instrumentum quo quid in mortario frangitur conteriturque.
Antiqui Eithuriæ & Latij populi fruges concidebant pani confi-
ciendo pilus: idque opus erat manuum. Stole deinde sunt inuenta com-
modiore rerum usu, in quibus etiam non deest suum pilum ruidò, ut
uocat Plinius lib 18. Marcellus Pilumnus & Picumnus, deos uo-
cat, Præsides auspicijs coniuugalibus, Varrò De uita pop. Rom. libro 2.
Natus fierat uitalis ac sublatus ab obstetrice statuebatur in terra, ut
auspicaretur rectus, diis que coniuugalibus, Pilumno & Picumno in adi-
buis lectus sternebatur.

g. Domiducus. } *Capella domiducam Iunone in uocat lib. 2 his uer-*
bus: Interducam & Domiducam Vnxiã, Cinthiam, mortales puellæ induca
debent in nuptias conuocare, ut earum & itinera protegas, Iunoni lo-
quuntur. & in optatas domos ducas, & cum postes uigent, faustum om-
nen affigas, & cingulum ponentes in thalamu, non relinquant.

h. Quando & paranymphe. } *Paranymphe à Hieronymo dici-*
tur pronuba: suspex quoque à Latini nominatur: nam auspicari sole-
bant, ut scribit Cic. Hi à marito mittebantur ad fæminam: ab hac ad
illam pronuba. Tacitus de Nerone: Ipse per lucita atque illicita fœdatus,
nil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex
illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum solen-
nium coniugiorum d. nupsisset. inditum imperateri flammæum, misit au-
spices duos, & genalis thorus, & faces nuptiarum.

i. Virginensis dea, ut uirgini zona soluatur. } *Hanc Capella Cin-*
thiam Iunonem uidetur appellare. Vt uetustis temporibus puellæ quandiu
erant uirgines, fasciam uirginalem perpetuò gestabant. Cuius meminit
Homerus II. Odysseæ: qui nos ad Romanos postea manauit. durauit-
que usque ad casum imperij. Martialis: Qui Zona non soluit diu ligatam.
Vtuntur & in Hispania uirgines fasciis.

k. Priapus nimis masculus. } *Hunc Seruius scribit pulsum è Lam-*
psaco, ubi erat natus, propter nimiam uirilis membri magnitudinem.
Lactantius scribit inter Priapum & Asinum Sileni, qui omnes erant

in comitatu Bacchi, ortum certamen de membri virilis magnitudine, Priapumque ab asino victum, interemisse victorem. Ideoque Columella Priapum vocat deum terribilis membri. Ouidius in Priapeia de pene Priapi plurima, que pudoris causa transeo.

Immanissimum & turpissimum, } Fascinum Priapi penem esse ostendit Ouidius in poemate obsceno:

Priape quod sis fascino gauis tento.

Et post paulum:

Soles sacrum reuinctus pampino caput,

Ruber sedere, cum rubente fascino.

Horatius fascino eandem rem nominat. Causam adducit Porphyrio, quod fascinandis rebus hæc membri deformitas adderetur. Ego potius ab auertendo fascino dictum esse puto, quod in sacris Dionysii ritè propiciato Priapo, & imposta illi corona à matrona honestissima, fascino à frugibus auerteretur, ut Augustinus proximo lib. ex Varro-
ne narrat. Ad fascino ergo amolendum iubebatur super id sedere: nam & Pompeius Festus versus fascenninos, qui in nuptiis dicebantur, etiam inde videri posse dictos scribit, quod fascino existimarentur arc. re. Sicut ergo in agris, ita & in nuptiis Priapus, seminum deus, ne fecunditas fascinatione impediretur, colebatur, nisi fortè illud potius sit, quod Lactantius ait lib. I. Mutinum esse deum, in cuius sinu pudendo nubentes primum sedeant, ut illarum pudicitiam prior deus delibasse videatur. Mutinum enim Priapum esse diximus lib. 4. qui præstet, ut in primo concubitu vir moueatur, virgo verò ne reluctetur: ut hic Augustinus significat. Festus idem autor est, nouam nuptam in lanata pelle solitam sedere: vel quod his vestiebantur veteres, vel quod lanificium prosteretur, & esset præstatura. Plutarchus in Problematis sponsam inducentes, pellem substernunt, ipsa secum colum & fusum domo affert.

Mutinus

Nania

in Ad Næniam deam. } Nania cermen erat lugubre, quod in laudem mortui ad tibiam cantabatur à præfica sola cæteris flentibus, cuius inuentionem Horatius Simonidem poetam fuisse significat. Fuit etiam dea, cuius sacellum extra portam Viminalem: nomen fictum est de voce flentium. Sunt qui eo verbo finem putent significari: alij ab extremi intestini vocabulo vocem deductam, quod Græci ἔστος dicunt, chordarum quoque ultima ἔστος vocatur, unde extremam cantionis vocem naniam nominari placuit. Festus lib. 12.

In animis hominum moliri locum. } An mollire, sed certè sensus est, Varronem clam & paulatim hoc agere, ut exclusis duabus theologis sola naturalis in hominum mentibus haberet.

De libertate Senecæ, qui vehementius ciuilem theologiam reprehendit quàm Varro fabulosam. CAP. X.

Libertas sanè que huic defuit, ne istam vrbānam theologiam theatricæ simillimam apertè sicut illam reprehendere auderet, Anneo Senecæ, quem nōnullis iudiciis inuenimus ^a Apostolorum nostrorum claruisse temporibus, non quidem ex toto, verū ex aliqua parte non defuit. Affuit enim scribenti, viuenti defuit. Nam ^b in eo libro quem contra superstitiones condidit, multò copiosius atque vehementius reprehendit ipse ciuilem istam & vrbānam theologiam, quàm Varro theatricam atque fabulosam. Cū enim de simulachris ageret, sacros inquit, immortales inuolabilesque deos in materia vilissima atque immobili dedicant, habitus illis hominū ferarūque & piscium. Quidam verò mixto sensu diuersis corporibus induunt: numina vocant, quæ si spiritu accepto subito occurrerent, mōstra haberētur, Deinde aliquanto pōst, cūm theologiā naturalem prædicans, quorundam philosophorum sententias digessisset, opposuit sibi quæstionem, & ait: Hoc loco dicit aliquis: Credam ego cælū & terrā deos esse, & supra lunam alios, infra alios? Ego feram aut Platonem, ^c aut Peripateticum Stratonem, quorum alter fecit Deum sine corpore, alter sine animo? Et ad hoc respondens, quid ergo tandem, inquit: veriora tibi videntur T. Tatij, aut Romuli, aut Tulli Hostilij somnia? Cluacinam T. Tatius dedicauit deam, Picum, Tyberinūque Romulus: Hostilius pauorem atque pallorem teterrimos hominum affectus, quorum alter mentis territæ motus est, alter corporis, nec morbus quidem, sed color. Hæc numina potius credes, & cælo recipies? De ipsis verò ritibus crudeliter turpibus quàm liberè scripsit? Ille, inquit, viriles sibi partes amputat: ille laceratos fecat. Vbi iratos deos timent, qui sic propitios merentur? Dij autem nullo debent coli genere, si & hoc volunt. Tantis est perturbatæ mentis & sedibus suis pulsæ furor, vt sic dij placentur, quemadmodum ^d ne homines quidem. Sæuiunt teterrimi ^e & in fabulas traditi crudelitatis Tyranni, lacerauerunt aliquorum membra, neminem sua lacerare iusserunt. In ^f regis libidinis voluptatem castrati sunt quidam, sed nemo sibi ne vir esset iubente domino manus intulit. Se ipsi in templis contrucidant, vulneribus suis ac sanguine supplicant. Si cui intueri vacet, quæ faciunt, quæque patiuntur.

tur, inueniet tam indecora honestis, tam indigna liberis, tam dissimilia fanis, vt nemo fuerit dubitaturus furere eos. Si cum paucioribus furerent, nunc sanitaris patrociniū insanientium turba est. Iam illa quæ in ipso Capitolio fieri solere commemorat, & intrepidè omnino coarguit, quis credat nisi ab irridentibus, aut furentibus fieri? Nam cum in sacris Ægyptiis Osirim lugeri perditum mox autem de inuento magnum fuisse gaudium derisisset, cum perditio eius inuentioque fingatur, dolor tamen ille atque lætitia ab eis qui nihil perdidērunt, nihilq; inuenerunt, veraciter exprimitur: Huic tamen, inquit, furori certum tempus est. Tolerabile est semel in anno insanire. In Capitolium perueni, pudebit publicatæ dementiæ, quod sibi vanus furor attribuit officij: alius numina Deo subicit, alius horas Ioui nunciat, alius lictor est, alius vnctor, qui vano motu brachiorum imitatur vngentem. Sunt quæ Iunoni ac Mineruæ capillos dissonant, longè à templo non tantum à simulachro stantes, digitos mouent ornantium modo. Sunt quæ speculū teneant, sunt quæ^h ad vadimonia sua deos aduocent. Sunt qui libellos offerant, & illos causam suam doceant.ⁱ Doctus archimimus senex iam decrepitus, quotidie in Capitolio mimum agebat, quasi dii libenter spectarent, quem homines desierant. Omne illic artificum genus operantium diis immortalibus desidet. Et paulo post: Hi tamen, inquit, etiāsi superuacuum vsū, non turpem nec infamē Deo promittant. Sedent quædam in Capitolio, quæ se à Ioue amari putant:^k nec Iunonis quidē, si credere poetis velis, iracundissimæ respectu terrentur. Hanc libertatem Varro non habuit, tantummodo poëticam theologiam reprehēdere ausus est, ciuilem non ausus est, quam iste concidit. Sed si verum attendamus, deteriora sunt templa, vbi hæc aguntur, quàm theatra, vbi finguntur. Vnde in his sacris ciuilibus theologiæ has partes potius elegit Seneca sapienti, vt eas in animi religione nō habeat, sed in actibusingat. Ait enim: Quæ omnia sapiens seruabit tanquàm legibus iussa non tanquàm diis grata. Et paulo post: Quid quod & matrimonia, inquit, deorum iungimus, & ne piè quidem fratrum scilicet & sororum? ^l Bellonā Marti collocamus: Vulcano Venerem: Neptuno Salaciam: quosdam tamen cœlibes relinquimus,^m quasi conditio defecerit, præsertim cum quædam viduæ sint, vt Populonia, vel Fulgora, & diua Rumina, quibus non miror petitorē defuisse.

se. Omnem istam ignobilem deorum turbam, quam longo ævo longa superstitio cōgessit, sic inquit, adorabimus, vt meminimus cultum eius magis ad morem, quàm ad rem pertinere. Nec leges ergo illæ, nec mos in ciuili theologia id instituerūt, quod diis gratum esset vel ad rem pertineret. Sed iste quem philosophi quasi liberum fecerunt, tamen quia illustri^o populi Romani senator erat, colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat: quod culpabat, adorabat: quia videlicet magnum aliquid eum philosophia docuerat, ne superstitiosus esset in mundo, sed propter leges ciuium morēque hominum, non quidem ageret fingentem scenicum in theatro, sed imitaretur in templo, eò damnabilius, quòd illa quæ mendaciter agebat, sic ageret, P vt eum populus veraciter agere existimaret. Scenicus autem ludendo potius delectaret, quàm fallendo deciperet.

L. V I V E S.

A Postolorum nostrorum claruisse temporibus. *¶ An forte indicio illarum epistolarum, quæ circumferuntur Pauli & Senecam, & huius vicissim ad illum, quæ non credi ab illis esse scriptas. Sed constat principatu Neronis & Senecam claruisse, consuleti que fuisse, & Petrum ac Paulum Apostolos extremo supplicio pro Christi pietate cohonestatos. Apostoli namque & Seneca intra duos annos è vita migrarunt, ac nescio an eisdem Sili Nerua & Attico V. Stimo consulibus.*

b In eo libro quem contra superstitiones. *¶ Libri Senecæ nonnulli sunt amissi, vt hi De superstitionibus, & De matrimonio, cuius meminit Hieronymus aduersus Iouinianum, disputans de matura morte, cuius Lactantius, & de terra motu, cuius idem ipse Seneca. Huius iacturam vt aliorum complurium veterum scriptorum, deplorauit Ioannes Andreas Straneus ciuis meus, in Annotationibus quas in Senecam ipsum scribit. quarum gustum misit ad me epistola qua necum amicitiam mūt. Homo qui vt summe eruditioni summam quoque probitatem adiunxit, ita mirum quàm literas meliores, optimaque studia adiuuare prouehereque pro virili conatur. & is qui in hoc incumbunt candide ac toto pectore bene vellet, & faueat.*

c Aut Peripateticum Stratonein. *¶ Strato Lampfacenus fuit Archylai filius, qui Physicus cognominatus, quòd eo studio sit præter cetera oblectatus, auditor Theophrasti, curatioque testamenti, & scholæ successor, Ptolemaei Philadelphi magister. Stratones oculo ponit Laertius in Vita.*

d Ne quidem homines. } *Volunt interponi semper aliquid gram-*
maticum inter ne & quidem, sed coniuncta sine verbo a quo interiecto
sexcenties apud Ciceronem, & Luuium, & Plinium, & alios inuenias,
nisi ad illa omnia unicam dent responsionem librarij eratum esse: non
quin putem elegantius interponi, nec auctori se loqui velim.

e Et in fabulas traditi crudelitatis. } *Ut Dionysu, Phalaris, Me-*
zentius, Tarquinius Superbus, Sylla, Cinna, Marius, Tyberius, &
Claudius, & c. aigula.

f Regiæ libidinis voluptate. } *Antiqui libri, in regia libidinis vo-*
luptatem. Habebant veteres reges præcipuè Persarum suos eunuchos,
quibus multum fidebant.

Osiris

g Osirim lugeri perditum. } *Cum Osiris à fratre Typhone esset*
laceratus, pœnâque de Typhone esset ab Iside & Oro Apolline acce-
pta, magno cum iuctu corpus Osirijs quaesitum est: cumque esset inuen-
tum, etiam si dispersum, tamen magno gaudio Isis est affecta, idq; postea
instituit, ut quotannis certo tempore cum lachrymis, & euulatu Osiris
quereretur, latitia magnijque ludis celebraretur productus puer, cen-
inuentus. Ideo Lucanus ait:

Nunquamque satis quaesitus Osiris.

Vadari h Ad vadimonia sua. } *Vadari est aliquem ad iudicem certa die ad-*
Vadi-
moniu. nuocare, vadimonium est sponsio ipsa ostendi se in iudicio. Hinc vadi-
monium obire apud Ciceronem, est se sistere, & non obire contra, quod est
deserere, sicut Plinius ait in præfatione historiae naturæ, nisi cum vadi-
monium est dilatatum à prætore. exemplorum pleni sunt auctores. Facie-
bant ergo deos ut homines aduocatos, cum causam essent dicturi.

Archi- i Doctus Archimimus. } *Mini à uarijs dicuntur, quasi imitato-*
mimus res, qui in scena gestus actusque eorum, quos irridere volunt, imitantur:
tum etiam mores, qui ethologi nominantur, & ethopæi, unde ethopæia
Pantom- apud Quintilianum. Pantomimi sunt rerum omnium imitatores. Archi-
mimus mimi præcipui, & cetera Minorum principes. qualis erat ille Faou tempo-
ribus Vespasiani, quis verò fuerit hic, cuius meminit Seneca non temere
affirmarunt.

Iuno

k Nec Iunonis quidem. } *Hæc enim Zelotypa erat, & vehemens*
seuâq; in priuignos omnes & pellices, quæ ne Dædalæ quæ idem illi igno-
uit, hoc est, statuæ lignæ, quam se Iupiter iratus finxit ducere in Bæo-
ria. Nam reconciliata coniugi Ioui statuam cremari iussit, ut Plutarchus
narrat. Hinc lex Numæ uerustissima, Pellex aram Iunonis ne tangito:
si tanget, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam caduo.

l Bellonam Marti. } *Alij Bellonam matrem esse volunt, non uxo-*
rem. Nerionem uerò, seu, ut Varro dixit, Nerionem eius esse coniugem.
quod

quod verbum, sicut Gellius tradit, Sabinum est, eoque significatur virtus & fortitudo. unde Neronis dicti à præstati fortitudine. sed Sabini à Grecis mutuati sunt, qui vincula & firmamenta membrorum videri nominant, unde Latini nervos. Plautus in Truculen. Mars peregrè adueniens salutat Nerienem uxorem suam, Gell lib. x. Noct.

in Quasi conditio defecerit. } Conditio in-fæminis est coniugium: unde querere conditio-em, & inuenire conditionem, filie. Querendam conditionem filie dixit Lilius lib. 4. & Cic. in Philippicis. Hinc apud iuriconsultos in verbis repudiè erant & illa Conditione tua non utar.

in Quem philosophi quasi liberum } Idem Seneca a philosophia seruiendum esse dicit, si liberi esse volumus, quasi liberum dixit argute. q. non exactè liber absoluteque fuerit, sed propemodum liber.

o Populi Ro. senator. } Exulavit Seneca sub Claudio principe: sed cum Claudius sublata Messalina Agrippinam duxisset, hæc Seneca reditum, & senatum, & præturam à Claudio impetrauit, ut Neronem filium institueret. Hinc factus est postea consul cum Trebellio Maximo, quemadmodum Vlpianus inquit lib. xxxvj. Pandect. iuris ciuilib, ingentes & inuidiosissimas opes possedit. Tranquillus & Tacitus. Iuuenalis: Seneca prædiuitis orti.

p Vt eum populus veraciter. } Ideo nocebat exemplo, quod ne committeret. Eleazarus maluit mortem obire. 2. Machab. 6. quantum hic sanctus & verius philosophicè.

Quid de Iudæis Seneca senserit.

CAP. XI.

Hic inter alias ciuilibs theologiæ superstitiones reprehendit etiam sacramenta Iudæorum, & maxime sabata, inutiliter, id eos facere affirmans, quòd per illos singulos septem interpositos dies, septimam ferè partem ætatis suæ perdant vacando, & multa in tempore vrgentia non agendo lædantur. Christianos tamen iam tunc Iudæis inimicissimos, in neutram partem commemorare ausus est, ne vel laudaret contra suæ patriæ veterem consuetudinem, vel reprehenderet contra propriam forsitan voluntatem. De illis sanè Iudæis cum loqueretur, ait: Cum interim vsque eò sceleratissimæ gentis consuetudo conualuit, vt per omnes iam terras recepta sit, victi victoribus leges dederunt. Mirabatur hæc dicens, & quid diuinitus ageretur, ignorans. Subiecit planè sententiam, qua significaret, quid de illorum sacramentorum ratione sentiret. Ait enim: Illi tamen causas ritus sui nouerunt, & maior pars po-

puli facit, quod cur faciat, ignorat. Sed de sacramētis Iudæorum, vel cur, vel quatenus instituta sint autoritate diuina, ac postmodum à populo Dei, cui vitæ æternæ mysterium reuelatum est, tēpore quo oportuit eadem autoritate sublata sint, & aliàs diximus: maximè cum^b aduersus Manichæos ageremus: & in hoc opere loco opportuniore dicendum est.

L. VIVES.

Contra propriam forsitan voluntatem. } *Incensa à Nerone Roma, cum rei facinoris multi per impudentissimam calumniam ab emissuris principis subiceremur, Christiani sumi quasi, quorum supplicia non dubitabat Nero, quin futura essent popularia ob nouum religionis genus, quorum pœna tam exquisita, omnēque humanitatem superantes fuere, ut spectanti populo misericordiam mouerent. Seneca à principe petit, ut in rūs aliquod secedere valetudinis causa liceret. quod cum non impetrasset, domi atque adeò in cubiculo multos menses se continuit. Tacitus ad euitandam inuidiam sacrilegiorum Neronis hoc interpretatur. Ego verò quòd lamienam insomium spectare non sustineret.*

b Aduersus Manichæos. } *Qui vetus instrumentum legemque Iudaicam calumniabantur, ut Augustinus narrat libro De hereticis, ad quod vult deum, easque sanctas scripturas, non à Deo, sed ab vno ex principibus tenebrarum dictas esse affirmabant. Contra hoc genus hominum variis disputat Augustinus.*

Quòd gentilium deorum vanitate detecta, nequeat dubitari æternam eos vitam nemini posse præstare, qui nec ipsam adiuant temporalem.

CAP. XII.

Nunc autem propter tres theologias, quas Græci dicunt mythicen, physicen, politicen: Latine autem dici possunt, fabulosa, naturalis, ciuilis: quod neque de fabulosa, quam & ipsi multorum falsorumque deorum cultores liberrimè reprehenderunt: neque de ciuili, cuius illa pars esse conuincitur, eiùsque & ista simillima vel etiam deterior inuenitur, speranda est æterna vita: si cui satis non sunt, quæ in hoc volumine dicta sunt, adiungat etiam illa, quæ in superioribus libris, & maximè quarto de fœlicitatis datore Deo plurima disputata sunt. Nam cui nisi vni fœlicitati propter æternam vitam consecrandi homines essent, si dea Fœlicitas esset? Quia verò non dea, sed munus est Dei: cui Deo nisi fautori fœlicitatis consecrandi sumus, qui æternam vitam

vitam vbi vera est, & plena fœlicitas, pia charitate diligimus? Non autem datorem esse fœlicitatis quenquam istorum deorum, qui tanta turpitudine coluntur: & nisi ita colantur, multo turpius irascuntur, atque ob hoc se spiritus immundissimos confitentur: puto ex his quæ dicta sunt, neminem dubitare oportere. Porrò qui non dat fœlicitatem, vitam quomodo possit dare æternam? Eam quippe vitã æternam dicimus, vbi est sine fine fœlicitas. Nam si anima in pœnis viuit æternis, quibus & ipsi spiritus cruciabuntur immundi, mors illa potius æterna dicenda est quàm vita. Nulla quippe maior & peior est mors, quàm vbi non moritur mors. Sed quod animę natura, per id quod immortalis creata est, sine qualicunque vita esse non potest, summa mors eius est alienatio à vita in æternitate supplicij. Vitam igitur æternam, id est sine vlllo fine fœlicem, solus ille dat, qui dat veram fœlicitatem. Quam quoniam illi, quos colit theologia ista ciuili dare non posse cõuicti sunt: non solùm propter ista temporalia atque terrena, quod superioribus quinque libris ostendimus, sed multò magis propter vitam æternam, quæ post mortem futura est: quod isto vno etiam illis cooperantibus egimus, colendi non sunt. Sed quoniam veterinosæ consuetudinis vis nimis in alto radices habet, si cui de ista ciuili iheologia respuenda atque vitanda parũ videor disputasse, in aliud volumen, quod huic, opitulante Deo, subiungendum est, animum intendant.





D I V I

A V R E L I I A V G V -
S T I N I E P I S C O P I A D
M A R C E L L I N V M D E
c i u i t a t e D e i

L I B E R S E P T I M V S .

An cū in theologia ciuili diuinitatem non esse constiterit, in
selectis diis eam inueniri posse credendum sit.

C A P . I .

Diligentius me prauas & veteres opiniones veritati pietatis inimicas, quas tenebrosis animis altius & tenacius diuturnus humani generis error infixit, euellere atque extirpare conantem: & illius gratiæ, qui hoc vt verus Deus potest, pro meo modulo in eius adiutorio cooperantem, ingenia celeriora atque meliora, quibus ad hanc rem superiores libri satis superque sufficiunt, patienter & æquanimiter ferre debent: & propter alios non putare superfluum, quod iam sibi sentiunt non esse necessarium. Multum magna res agitur, cū vera & verè sancta diuinitas, quauis ab ea nobis etiam huic quam nunc gerimus, fragilitati necessaria subsidia præbeantur: non tamen propter mortalis vitæ transitorium vaporem, sed propter vitam beatam, quæ non nisi æterna est, quærenda & colenda prædicatur. Hanc diuinitatem, vel, vt sic dixerim, deitatem: nam & hoc verbo vt iam nostros non piget, vt è Græco expressius transferant, id quod illi *θεότητα* appellant. Hanc ergo diuinitatem siue deitatem non esse in ea theologia, quam ciuilem vocant, quæ à M. Varrone sedecim voluminibus explicata est, id est, non perueniri ad æternæ vitæ felicitatem
taliū

talium deorum cultu, quales à ciuitatibus qualiterque colendi instituti sunt: cui nondum persuasit sextus liber, quem proximè absoluius: cùm istum forsitan legerit, quid de hac quæstione expedienda vltèrius desideret, non habebit. Fieri enim potest, vt saltem deos selectos atque præcipuos, quos Varro volumine complexus est vltimo: de quibus parum diximus, quisquam colendos propter vitam beatam, quæ non nisi æterna est, opinetur. Qua in re non dico ^bquod facilius ait Tertullianus fortasse quàm verius, si dij seliguntur vt ^cbulbi, vtique cæteri improbi iudicantur. Non hoc dico, video enim etiam ex electis seligi aliquos ad aliquid maius atque præstantius, sicut in militia cùm tyrones electi fuerint, ex his quoque eliguntur ad opus aliquod maius armorum. Et cùm eliguntur in ecclesia, qui fiant præpositi, non vtique cæteri reprobantur, cùm omnes boni fideles electi meritò nuncupentur. Eliguntur in ædificio lapides angulares, non reprobatis cæteris qui structuræ partibus aliis deputantur. Eliguntur vix ad vescendum, nec reprobamus alias, quas relinquinus ad bibendum. Non opus est multa percurrere, cùm res in aperto sit. Quamobrem nõ ex hoc, quod dij ex multis quidem selecti sunt, vel is, qui scripsit, vel eorum cultores, vel dij ipsi vituperandi sunt: sed animaduertendum potius quinam isti sint, & ad quam rem selecti videantur.

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
SEPTIMUM LIBRUM DE
ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.

Nam & hoc verbo vti iam nostros. } *Hieronymum, La-
stantium, Fulgentium, Græci olim à θεός, hoc est, diui-
nus, substantiuum deriuabant θεότης, diuinitas: quæ vox Deitas
Christianis hominibus tam latè patere visa est, quàm nomen ipsum
diuinus. Idcirco cùm propriam illam Dei naturam appositiore voca-*

bulo significare uellent, dicitur nominarunt, Athanasius, uterque Gregorius, & alij Græci, quod ipsis magis permittebatur, ut Quintilianus inquit, quam Latini. Sed nec Latini deterriti sunt arctis lingue, rigidisque præceptis, quominus & ipsi deitatem dicerent, naturam illam Dei significantes, quæ Deo propria est, nec ad alia egreditur, ad quæ diuinus & diuinitas. Nam diuinitas dicitur orationis, libri, reigesta, hominis, & aliarum rerum. Deitas non dicitur, sicut nec illa sunt dy, licet esse diuina possint. Quocirca Latinos Christiana pietatis scriptores immeritò mihi Laurentius Val. in Dialectica sua uidetur arguere, quòd deitate utantur nouo quidem uocabulo, sed in re prius non usu trita Nam Græcos reprehendere, quòd uerba suo sibi fingant arbitrati, hoc est, antiquam Græciæ libertatem opprimere.

b Quod facietius ait Tertullianus. } De hoc in scriptoribus ecclesiasticis Hieronymus: Tertullianus presbyter prouinciæ Africa, ciuitatis Carthaginiensis, patre Centurione proconsulari, hic acris & uehementis ingenij sub Seuero principe & Antonino Caracalla floruit, multaque scripsit uolumina, quæ quia nota sunt pluribus, præmittimus. Cyprianus martyr absque Tertulliani lectione, ne unam quidem diem præterisset, quem magistrum solitus erat uocare. Delapsus est Tertullianus ad Montani dogma, inuidia & contumeliis Romanæ ecclesiæ clericorum impulsus. Hæc Hieronymus. Huius libri cum multis ætatibus latuissent, anno quo hæc edebamus, sunt reperti in Germania, & cura Beati Rhenani Seletstadiensis, hominis eruditissimi, apud Frobenium typis æneis cusi.

c Bulbi. } Bulbi in uniuersum dicuntur omnes eæ radices, quæ sunt in modum ceparum. Nam & bulbos liliorum dicit Palladius: sed peculiariter sunt bulbi, quos nergarides uocant Arabes, Venerem excitantes. Quod ostenditur disticho Martialis. Pinius libro decimonono, nobilissima inter bulbos ait esse scyllam, quæ est ceu syluestris cape, & hanc comprehendere Epimenidiam, quam solam radicem in esum uenire ex scyllæis, testatur Theophrastus libro 7. nam aliæ non eduntur.

Qui sint dii selecti, & an ab officiis uiliorum deorum habeantur excepti.

C A P. II.

HOs certè deos selectos Varro unius libri cõtentione commēdat, Ianum, Iouem, Saturnum, Genium, Mercurium, Apollinem, Martem, Vulcanum, Neptunum, Solem, Orcum, Liberum patrem, Tellurem, Cererem, Iunonem, Lunam, Dianã, Mineruam, Venerem, Vestam; in quibus omnibus fermè viginti, duode-

duodecim mares, octo sunt foeminae. ^b Hæc numina vtrum propter maiores in mundo administrationes selecta dicuntur: an quod populis magis innotuerunt, maiorque est eis cultus exhibitus? Si propterea quia opera maiora ab his administrantur in mundo, non eos inuenire debuimus inter illam quasi plebeiam numinum multitudinem, minutis opusculis deputatam. Nam ipse primùm Ianus, cum puerperium concipitur, vnde cuncta opera illa sumunt exordium, minutatim minutis distributa numinibus, aditum aperit recipiendo femini. ^c Ibi est & Saturnus propter ipsum semen. ^d Ibi Liber, qui matrem effuso semine liberat. Ibi Libera, quam & Venerem volunt, quæ hoc idem beneficium conferat foeminae, vt etiam ipsa emisso semine liberetur. Omnes hi ex illis sunt, qui selecti appellantur. Sed ibi est & ^e dea Mena, quæ menstruis fluoribus præest, quauis Iouis filia tamen ignobilis. ^f Et hanc prouinciam fluorum menstruorum: in libro selectorum deorum ipsi Iunoni idem autor assignat, quæ in diis selectis etiam regina est: & hic tanquam Iuno Lucina cum eadem Mena priuigna sua eidem cruori præsidet. Ibi sunt & duo, nescio qui, obscurissimi, Vitumnus & Sentinus, quorum alter vitam, alter sensus puerperio largiuntur. Et nimirum multò plus præstant, cum sint ignobilissimi, quàm illi tot proceres & selecti. Nam profectò sine vita & sensu quid est illud totum quod muliebri vtero geritur, nisi nescio quid abiectissimum ^g limo ac pulueri comparandum.

L. V I V E S.

HOS certè deos selectos. } *Duodecim dÿs Consentibus, æe Dÿ selecti*
quibus alibi sumus locuti, adduntur octo velut patricij, sed non senatores, qui etiam magnos in mundi administratione gerunt magistratus, & intersunt certis generibus conciliorum: quod & faciunt interdum reliqui dÿ. Seneca in Ludicro libello, Ianum dicit sententiam à Ioue rogatum in num ro patrum conscriptorum, & quidem consulem pomeridianum: sed ibi ludit, & allegoricè loquitur. Tame si hæc omnia de diis ludi sunt, & ineptie mere. Itaque hoc modò coniunguntur, Iupiter & Iuno, Saturnus & Tellus, Mercurius & Minerva, non coniugio, sed communitate artium: sicut Liber pater & Ceres, tum fratres Apollo & Diana: hinc amasij Mars & Venus: tum duo ignes, Vulcanus & Vesta: & duo lumina mundi, Sol ac Luna, Ianus, Neptunus, Genius, & Orcus, sunt sine paribus ob ignobilitatem foeminarum.

b Hæc numina vtrum. } *Figura loquendi in problematis frequens.*

c Ibi est & Saturnus. } *Varro libro quarto De lingua Latina: Saturnus, inquit, à satu dicitur.*

d Ibi Liber, & c. ibi Libera. } *Cicero secundo De natura deorum, alium esse dicit Liberum: Bacchum, Semele & Ioue natum, quàm Liberum quem Romani augustè sanctèque cum Libera & Cerere colebant: qui duo Liber & Libera filij fuerunt Cereris, ideo Liberos dictos. Idem in Verrem actione sexta, Liberam dicit fuisse Proserpinam Cereris filiam. His tribus diis templum erat iuxta Circum maximum ab A. Posthumio dictatore votum, à Tiberio Cesare renouatum. Tacitus libro secundo.*

Mena.

e Dea Mena. } *Hæc Luna est, quæ Græcè ménis dicitur, quæ illa menstrua profluvia temperat, quæ ad eius rationem vel mouentur, vel quiescunt: ut Aristoteles libro De anima scribit, quæ etiam est Iouis & Latonæ filia. ideo primignam eam Iunonis vocat, ignobilis tamen est illo nomine apud Latinos.*

f Et hanc prouinciam fluorum. } *Iunonem Fluonam mulieres colebant, quòd eam sanguinis fluxum in conceptu retinere dicerent. Festus.*

g Limò ac pulueri. } *Ex principio Geneseos, ubi hominis corpus sumptum de limo scribitur, & abiturum in puluerem.*

Quàm nulla sit ratio, quæ de selectione quorundã deorũ possit ostendi, cum multis inferioribus excellentior administratio deputeretur.

C A P. I I I.



Væ igitur causa tot selectos deos ad hæc opera minima compulit, ubi à Vitumno & Sentino, quos fama obscura recondit, in huius munificentia partitione superentur? Confert enim selectus Ianus aditum & quasi ianuam semini: confert selectus Saturnus semen ipsum: confert selectus Liber eiusdem seminis emissionem viris: ^a confert hoc idem Libera, quæ Ceres seu Venus est fœminis: confert selecta Iuno, & hæc non sola, sed cum Mena filia Iouis, fluores menstruos ^b ad eius quod conceptum est incrementum. Et confert Vitumnus obscurus & ignobilis vitam: confert Sentinus obscurus & ignobilis sensum. Quæ duo tanto illis rebus præstantiora sunt, quanto & ipsæ res ab his intellectu ac ratione vincuntur. Sicut enim quæ ratiocinantur & intelligunt, profectò potiora sunt his, quæ sine intellectu atque ratione vt pe-

cora viuunt & sentiūt: ita & illa quæ vita sensūque sunt prædita, his qui nec viuunt nec sentiunt meritò præferuntur. Inter selectos itaq; deos Vitumnus viuificator, & Sentinus sensificator magis haberi debuerūt, quàm Ianus seminis admissor, & Saturnus seminis dator vel fator, & Liber & Libera seminum commotores vel emissores: quæ semina indignū est cogitare, nisi ad vitam sensūque peruenerint. Quæ munera selecta nō dantur à diis selectis, sed à quibusdam incognitis, & præ istorum dignitate neglectis. Quòd si responderetur, omnium initiorum potestatem habere Ianum, & ideo illi etiam quod aperitur, conceptui non immerito attribui: & omnium seminum Saturnum, & ideo seminationem quoque hominis non posse ab eius operatione seiungi: & omnium seminum emittendorum Liberum & Liberam, & ideo his etiam præesse, quæ ad substituendos homines pertinent: omnium purgandorum & pariendorum Iunonem, & ideo eam non deesse purgationibus scæminarum, & partibus hominum. Quærant quid respondeant de Vitumno & Sentino, vtrum & ipsos velint habere omnium quæ viuunt & sentiunt, potestatem. Quòd si concedunt, attendant, quàm eos sublimius locaturi sint. Nam seminibus nasci in terra, & ex terra est. viuere autem atque sentire, etiam deos sydereos opinantur. Si autem dicūt Vitumno atque Sentino hæc sola attributa, quæ in carne viuiscunt, & sensibus adminiculantur, cur non Deus ille qui facit omnia viuere atque sentire, etiam carni vitam præbet & sensum, vniuersali opere hoc munus etiam partibus tribuens? Et quid opus est Vitumno atque Sentino? quòd si ab illo qui vitæ & sensibus præest vniuersaliter cuncta regūtur, & his quasi famulis ista carnalia velut extrema & ima commissa sunt: itane sunt illi selecti destituti familia, vt non inuenirent quibus etiam ipsi ista committerent, sed cum tota sua nobilitate qua visi sunt seligendi, opus facere cum ignobilibus cogereantur? Iuno selecta & regina, Iouisque soror & coniunx, hæc tamen Iterduca est pueris, & opus facit cum deabus ignobilissimis Abeona & Adeona. Ibi posuerunt & Mentem deam, quæ faciat pueris bonam mentem, & inter selectos ista non ponitur, ^d quasi quicquam maius præstari homini possit. Ponitur autem Iuno, quia Iterduca est, & Domiduca, quasi quicquam profit iter carpere, & domum duci, si mens nō est bona. Cuius muneris deam selectores isti inter

selecta numina minimè posuerunt. Quæ profecto & Mineruæ fuerat præferenda, ^e cui per ista minuta opera puerorum memoriam tribuerunt. Quis enim dubitet multo esse melius habere bonam mentem, quàm memoriam quantumlibet ingentem? Nemo enim malus est, qui bonam habet mentem. ^f Quidam verò pessimi, memoria sunt mirabili, qui tanto peiores sunt, quanto minus possunt, quod malè cogitant, obliuisci. Et tamen Minerva est inter selectos deos. Mentem autem deam turba vilis operuit. Quid de Virtute dicam? quid de Fœlicitate? de quibus in quarto libro multa iam diximus: quas cum deas haberent, nullum eis locum inter selectos deos dare voluerunt, vbi dederunt Marti & Orco: vni effectori mortium, alteri receptori. Cum igitur in his minutis operibus, quæ minutatim diis pluribus distributa sunt, etiam ipsos selectos videamus, tanquam senatum cum plebe pariter operari: & inueniamus à quibusdam diis, qui nequaquam seligendi putati sunt, multò maiora atque meliora administrari, quàm ab illis qui selecti vocantur: restat arbitrari non propter præstantiores in mundo administrationes, sed quia prouenit eis vt populis magis innotescerent, selectos & præcipuos nuncupatos. Vnde dicit etiam ipse Varro, ^g quòd diis quibusdam patribus, & deabus matribus, sicut hominibus ignobilitas accidisset. Si ergo Fœlicitas ideo fortasse inter selectos deos esse non debuit, quòd ad istam nobilitatem non merito, sed fortuito peruenerunt saltem inter illos, vel potius præ illis Fortuna poneretur, quam dicunt deam non irrationabilè dispositione, sed vt temerè acciderit sua cuique dona conferre. Hæc in diis selectis tenere apicem debuit, in quibus maxime quid posset, ostendit: quando eos videmus, non præcipua virtute, non rationabili fœlicitate, sed temeraria, sicut eorum cultores de illa sentiunt, Fortunæ potestate selectos. Nam & vir disertissimus Salustius etiam ipsos deos fortassis attendit, cum diceret: Sed profecto Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis quàm ex vero celebrat obscuratque. Non enim possunt inuenire causam, cur celebrata sit Venus, & obscurata sit Virtus, cum ab istis ambarum consecrata sint numina, nec comparanda sint merita. Aut si hæc nobilitari meruit, quòd plures apperūt Venerem, quàm Virtutem, cur celebrata est dea Minerva, & obscurata est dea Pecunia: cum in omni genere hu-

mano ^hplures alliciat auaritia, quàm peritia? & in eis ipsis qui sunt artificiosi, rarò inuenies hominem, qui non habeat artem suam pecuniaria mercede venalem: plurisque pendatur semper propter quod aliquid fit, ⁱ quàm id propter quod illud fit. Si ergo insipientis iudicio multitudinis facta est deorum ista selectio, cur dea Pecunia Mineruæ prælata non est, cum propter pecuniam sint artifices multi? Si autem paucorum sapientium est ista distinctio, cur non prælata est Veneri Virtus, cum eam longe ratio præferat? Saltem certè, vt dixi, ipsa Fortuna, quæ, sicut putant qui ei plurimum tribuunt, in omni re dominatur, res cunctas ex libidine magis quàm ex vero celebrat obscuratque: si tantum & in deos valuit, vt temerario iudicio suo quos vellet celebraret, obscuraretque quos vellet, præcipuum locum haberet in selectis, quæ in ipsos quoque deos tam præcipuæ est potestatis. An vt illic esse non posset, nihil aliud etiam ipsa Fortuna, nisi aduersam putanda est habuisse Fortunam? Sibi ergo aduersata est, quæ alios nobiles faciens, nobilitata non est.

L. V I V E S.

a **C**onfert hoc idem Libera, quæ Ceres seu Venus est. } *Liberam sororem Dionysii diximus, Solémque & Lunam per eos significari, qui seminibus omnis generis præsumt, Lunam & Venerem esse ostendemus, & Cererem esse Apuleius lib. 11. Asini significat. & Macrobius libro 1. Saturnalium, & Valerius Probus, Seruisque primo Georgicôn Vergiliij. Porphyrius fructuum generatiuam virtutem in Luna Cererem nominari perhibet. Vergilius Liberum & Cererem coniungit, Varronem secutus, ex quibus datur faciliè intelligi Liberam quoque dici Cererem.*

b Ad eius quod conceptum est incrementum. } *De menstruo Menstruū Plinius libro 7. hæc est generando homini materia, semine è maribus coagulii modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur corpora uirque. Ergo quum grauidis fluxit, inualidi aut non vitales partus eduntur, aut famosi: ut auctor est Nigidius. Porò menstruo ipso nihil fieri potest magis vel tetrum, vel spurcum, vel etiam noxium, ut vel hoc unum satis sit ad pudesciendam hominis superbiam.*

c Iouisque soror & coniunx. } *Vergilius: Et soror & coniunx. De Iunone frequens hoc est.*

d Quasi quicquã maius. } *Vetus est omnium philosophorum nihil in orbe melius aut maius homine, nec in homine quicquam ipsa mente.*

e Cui per ista minuta opera puerorum. } *Quinquatribus Minerue pueri apophoreta magistris ferebant, vacabantque & illis diebus à discendo, ut Minerua operarentur, quæ præest memoria, quæ una continentur omnes disciplina, & quæ in pueris ingenij est signum præcipuum, ut Quintilianus ait præest etiam ingenij, quæ de Iouis capite putatur nata. Ouidius tertio Fastorum:*

Pallas

Pallada nunc pueri, teneraq; ornate puellæ:

Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

Et alia de Pallade eodem loco.

f Quidam verò pessimi. } *Plato iracundos homines & contentiosos multum memoria valere scribit in Theæteto: quod haud dubiè ex siccitæte & soliditate cerebri colligi potest.*

g Quod diis quibusdam patribus. } *Iupiter clarior est Saturno patre, hic Calo: huius parentes omnino ignorantur, etsi Phurnutus patrem Cæli Aemone[m] nominat penitus ignotum. Iuno etiam illustrior Ope, & hæc matre sua.*

h Plures alliciat auaritia. } *Quærenda pecunia primum est, Virtus post nummos: hæc Ianus summus ab imo Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata. senesque, ut ait Horatius. Apud Euripidem est quidam qui nihil curat quod pessimus vocetur, modò etiam ditissimus, addens causam. solitos omnes quærere num quis sit diues: non an bonus? tantique vnunquenque esse, quantum possidat.*

i Quàm id propter quod illud fit. } *Legendum: quàm id quod propter aliud fit. hoc sensus expostulat, & sic est in veteribus libris. à Циона est Arist. primo Posteriorum. Propter quod aliquid fit, id magis esse: cum probat non modò prius, sed magis etiam principia cognosci, quàm quæ ex eis manant. quanquam hic non tam de causâ finali loquitur. quàm efficiente: sed in primo Ethicorum docet ea, quorum gratia alia fiant, esse us que sunt præstantiora.*

Melius actum est cum diis inferioribus, qui nullis infamantur opprobriis, quàm selectis, quorum tantæ turpitudines celebrantur.

C A P. I I I I.



Gratularetur autem diis istis selectis quiscquam nobilitatis & claritudinis appetitor, & eos diceret fortunatos, si non eos magis ad iniurias, quàm ad honores selectos videret. Nam illam infimam turbam ipsa ignobilitas texit, ne obrueretur opprobriis. Ridemus quidè cum eos videmus si gnētis humanarum opinionum partitis inter se ope-

se operibus distributos, ^a tanquàm minutularios vectigalium conductores, ^b vel tanquàm opifices in vico argentario, vbi vnum vasculum vt perfectum exeat, per multos artifices transit, cum ab vno perfecto perfici possit. Sed aliter nõ putatum est operantium multitudini consulendum, nisi vt singulas artis partes citò ac facillè discerent singuli, ne omnes in arte vna tardè & difficillè cogerètur esse perfecti. Veruntamen vix quisquam reperitur deorum non selectorum, qui aliquo crimine famam traxit infamè: vix autem selectorum quispiam, qui non in se notam contumeliæ insignis acceperit. Isti ad istorum humilia opera descenderunt, illi in illorum sublimia crimina non peruenerunt. ^c De Iano quidem non mihi facillè quicquam occurrit quod ad probrum pertineat. Et fortassis talis fuit, vt innocentius vixerit, ^d & à fascinatoribus flagitiisque remotius. Saturnum fugientem benignus excepit, cum hospite partitus est regnum, vt etiam ciuitates singulas conderent: iste Ianiculum, ille Saturniam. Sed isti in cultu deorum omnis dedecoris appetitores, cuius vitam minus turpem inuenerunt, eum simulachri monstruosa deformitate turparunt, nunc eum bifrontem, nunc etiam quadrifrontem, tanquam geminum facientes. An fortè voluerunt, vt quoniam plurimi dii selecti erubescenda perpetrando ^e amiserant frontem: quantò iste innocentior esset, tantò frontosior appareret.

L. V I V E S.

a Tanquàm munuscularios vectigalium conductores. } *In antiquis libris variè legitur, in aliu munuscularios, in aliis minicularios: est vbi minutularios, nec omnino malè. Nam significantur tenues quidam publicani, qui nec per se, nec societate magna illa reipublicæ vectigalia redimunt, sed portiunculas exiguas.*

b Vel tanquàm opifices in vico argentario. } *Alius enim calat vas, alius inaurat, alius induit, vel labra, vel ansam, vel nasum: tamen si argentarij non sunt, qui argentea vasa calant, conduntque sed mensarij, quos Græci trapezitas vocant, apud quos pecuniæ deponuntur. & horum tabernæ argentariae vocantur, quæ erant circum forum, vt Vitruuius libro 5. & Liuius libro 26. significat. hinc est cedere foro Plauto in Persa. vicum tamen argentarium hic Augustinus posuit pro eo vbi sunt officinæ aurifabrorum.*

c De Iano quidem. } *Ianus indigena Italia regnavit in ea cum Ianus Camefese etiam indigena, ita vt regio vocaretur Camefena, vrbs verò*

*Ianiculum: sed illo mortuo, omnia in ditionem Iani concesserunt. Hic Saturnum arma filij ex Creta fugientē excepit: quem, cum ab eo edo-
ctus esset artem agri colendi, in partem regni accepit, ut adiuo Tarpeio
colle, ubi arx cum oppidulo Saturnia est dicta, qua postea cum Ae-
niopols esset ab Aenea nuncupata, vetus tamen nomen retinuit, &
Saturnia dicta est: cuius aliquot posterus quoque etatibus manserunt
vestigia, quod Saturni fanum in faucibus, quod Saturnia porta, que
postea Pandana, quod in muro scriptura hoc testatur: postea Tarpeia,
& condito templo, ac velut Saturno illinc quoque à filio puiso, Capi-
toium Iouis Optimi Maximi nominatum est. Vergil. lib. 8. & Seruius
eodem loco. Ouidius primo Fastorum. Eurapius, Solinus, Macrobius,
Dionysius, Prudentius. Libellus circumfertur nomine Berosi Baby-
lonici, qui Iapum dicit fuisse Neam, eum libellum ego mera somnia nar-
rare puto, digna profecto commentis Anianis. De Iano hoc eodem li-
bro paulo post plura.*

d Et à fascinatoribus flagitiisq; } Ouidius sexto Fastorum stuprasse
Ianum scribit Cranem nympham, que postea Carna est dicta, iusque
habet carminis. Sed Augustinus vel huius facti non meminit, cum hac
scriberet, vel commentitium prorsus & fabulosum putauit.

Frons

e Amiserant frontem. } Os, & facies, & frons, pro pudore capitur.
Hinc perfricare faciem apud Plinium, & frontem apud Quintilianum
ex Caluo, pro excutere pudorem, Lucanus:

Nec color imperij, nec frons erit ulla senatus.

Et Persius:

Exclamet Melicerta perisse

Frontem de rebus.

De paganorum secretiore doctrina, physicisque rationibus.

C A P. V.

Sed ipsorum potius interpretationes physicas audia-
mus, quibus turpitudinem miserimi erroris, velut
altioris doctrinæ specie colorare conantur. Primum,
eas interpretationes sic Varro commendat, ut dicat antiquos
simulachra deorum, & insignia, ornatúsque confinxisse, quæ
cum oculis animaduertissent hi, qui adissent doctrinæ my-
steria possent animam mundi ac partes eius, id est, deos ve-
ros animo videre: quorum qui simulachra specie hominis fe-
cerunt, hoc videri secutos, quod mortalium animus, qui est
in corpore humano, simillimus est immortalis animi: tan-
quam si vasa ponerentur causa notandorum deorum, & in
Liberi ædem ænophorum sisteretur, quod significaret vi-
num

num per id quod continet, id quod continetur: ita per simulachrum, quod formam habet humanam, significari animam rationalem, eo quod velut vase natura ista soleat contineri, cuius naturæ Deum volunt esse, vel deos. Hæc sunt mysteria doctrinæ, in quæ iste vir doctissimus penetrauerat, vnde in lucem ista proferret. Sed dic homo acutissimè, num in istis doctrinæ mysteriis, illam prudentiam perdidisti, qua tibi sobriè visum est, quod hi qui primi populis simulachra constituerunt, & metum dempserunt ciuibus suis, & errorem addiderunt, castiùsque deos sine simulachris vereres obseruasse Romanos? Hi enim tibi fuerunt autores, vt hæc contra posteriores Romanos dicere auderet? Nam etsi illi antiquissimi simulachra coluissent, fortassis totum istum sensum de simulachris non constituendis, interim veri timoris silentio premeres, & in huiuscemodi perniciosis vanisque figmentis mysteria ista doctrinæ loquacius & elatius prædicares. Anima tamen tua tam docta, & ingeniosa, (vbi te multum dolemus, per hæc mysteria doctrinæ ad Deum summum, id est, à quo facta est, non cum quo facta est: nec cuius portio, sed cuius conditio est: nec qui est omnium anima, sed qui fecit omnem animam, quo solo illustrante fit anima beata, si eius gratiæ non sit ingrata) nullo modo potuit peruenire. Verum ista mysteria doctrinæ, qualia sint quantique pendenda, quæ sequuntur ostendent. Fatetur interim vir iste doctissimus, animam mundi ac partes eius esse veros deos: vnde intelligitur totam eius theologiam eam ipsam scilicet naturalem, cui plurimum tribuit, vsque ad animæ rationalis naturam se extendere potuisse. De naturali enim paucissima præloquitur in hoc libro, in quo videbimus vtrum per interpretationes physiologicas ad hæc naturalem possit referre ciuilem, quam de diis selectis vltimam scripsit: quod si potuerit, tota naturalis erit. Et quid opus erat ab ea ciuilem tanta cura distinctionis abiungere? Si autem recto discrimine separata est, quando nec ista vera est, quæ illi naturalis placet: peruenit enim vsque ad animam, non vsque ad verum Deum, qui fecit & animam: quanto est & abiectior & falsior ista ciuilis, quæ maxime circa corporum est occupata naturam, sicut ipsæ interpretationes eius, ex quibus quædam necessario commemorare me oportet, tanta ab his exquisitæ & enucleatæ diligentia demonstrabunt.

L. VIVES.

Oenophorum fisteretur. *Quasi oīvs φόει, vinum ferens. vas est vinarium. Iuuenalis Satyra sexta utitur hoc vocabulo. Idem Apuleius lib. 2. & 8. Asini. & Martialis. Plinius inter opera Praxitelis recenset œnophoron, qui non tam vas, quàm puer esset vinum ferēs. Ex hoc clero Beroaldus colligit œnophoron poni solitum in tēplo Bacchi, non satis acuri: cen verò hoc fieri solere Augustinus his verbis significet.*

De opinione Varronis, quæ arbitratus est Deum esse animam mundi, qui tamen in partibus suis habeat animas multas, quarum diuina natura sit.

C A P. V I.

Dicit ergo idem Varro adhuc de naturali theologia præloquens, Deum se arbitrari esse animam mundi, quem Græci vocant *κόσμος*,^b & hunc ipsum mundum esse deum. Sed sicut hominem sapientem cum sit ex corpore & animo, tamen ab animo dici sapientem: ita mundum deum dici ab animo, cum sit ex animo & corpore. Hic videtur quoquo modo confiteri vnum Deum, sed vt plures etiam introducat, adiungit mundum diuidi in duas partes, cælum & terram: & cælum bifariam in æthera, & aëra: terram verò in aquam & humum.^c E quibus summum esse æthera, secundum aëra, tertiam aquam, infimam terram. Quas omnes quatuor partes animarū esse plenas, in æthere & aëre immortalium, in aqua & terra mortalium: à summo autem circuitu cæli vsque ad circulum lunæ, æthereas animas esse astra ac stellas, eosq; celestes deos non modo intelligi esse, sed etiam videri.^d Inter lunæ verò gyrum & nimborum ac ventorum cacumina aëreas esse animas, sed eas animo non oculis videri, & vocari heroas, & lares, & genios. Hæc est videlicet breuiter in ista prælocutione proposita theologia naturalis, quæ nõ huic tantum, sed & multis philosophis placuit: de qua tunc diligentius differendum est, cum de ciuili quantum ad deos selectos attinget, opitulante Deo verò, quod restat impleuero.

L. VIVES.

Dicit ergo idem Varro. *Platonici, Stoici, Pythagorici, & his antiquiores Ionici philosophi, mentem dicunt esse Deum, sed non eodem omnes modo. Nam Plato anima um dicit mundum esse animamque illam & mundum esse deum: sed alium deum, quem mentem vocat, hoc ipso priorem facit, & animæ mundi parentem. Stoicis ferè*

ferè cum Platone congruit, nisi quòd non omnes idem sentiunt. Thales Milesius, & Democritus non alium putant maiorem Deum animæ mundi. Pythagoræ sententiam alibi exposui.

b Et hunc ipsum mundum. } Platonice & Stoicè, & ex sententia plurimorum philosophorum.

c E quibus summum esse æthera. } Aristoteles supra hunc nostrum aerem ignis elementum locat, huc cælum. Platonici cælum putant esse igneum æther àque appellant. Tum & eam partem artis, quam incendit vicinus celestis ignis, flammam dicunt esse innoxiam & puram, quam multi affirmant Platonis fuisse sententiam. Pythagoram secuti, qui globo uniuersi quatuor addit corpora. Verùm hic Væro aerem facit cælo proximum, secutus multorum opinionem, maximè Stoicorum: tametsi non multum isti à Platonici & Peripatetici absunt si recte intelligantur: aut certe si disertius ipsi eloquantur sua. Sed æther non modò cælum & ignis, sed aer quòque dicitur, sicut & Latine cælum: velut apud Vergiliam:

Ille leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

d Inter lunæ vero gyrum. } Ea est prima regio aeris, ex Aristotelis diuisione, in libris sublatorum, qui primum aeris tractum esse dicit usque ad locum in quo nubes, niues, grādines, fulgura, & tonitrus fiunt: secundum ubi hæc fiunt: tertium usque ad ignis elementum.

An rationabile fuerit Ianum & Terminum in duo numina separati.

CAP. VII.

A nus igitur, à quo sumpsit exordium, quæro quis nam sit? Respondetur: Mundus est. Breuis est hæc planè atque aperta responsio. Cur ergo ad eum dicuntur rerum initia pertinere: fines verò ad alterum, quem Terminum vocant? Nam propter initia & fines duobus istis diis, duos menses perhibent dedicatos, præter illos decem, quibus usque ad Decembrem caput est Martius: Ianuarius Ianus, Februarium Terminus. Ideo terminalia eodem mense Februario celebrari dicunt. cùm sit sacrum purgatorium, quod vocant Februum: vnde mensis nomen accepit. Nunquid ergo ad mundum, qui Ianus est, initia rerum pertinent, & fines non pertinent, vt alter illis Deus præficeretur? Nonne omnia quæ in hoc mundo fieri dicunt, in hoc etiam mundo terminari fatentur? Quæ est ista vanitas in opere illi dare potestatem dimidiam, in simulachro faciem duplam? Nonne istum bifrontem multò elegantius interpretarentur, si eundem, & Ianum, & Terminum diceret: atque initiis vnam

faciem, finibus alteram darēt: quoniam qui operatur, vtrun-
que debet intendere? In omni enim motu actionis suæ, qui
non respicit initium, non prospicit finem. Vnde necesse est,
vt memoriæ respicienti, prospiciens connectatur intentio.
Nam cui exciderit, quod cœperit, quomodo finiat, non in-
ueniet. Quòd si vitam beatam in hoc mundo inchoari puta-
rent, extra mūdum perfici, & ideo Iano, id est, mundo, solam
initiorum tribuerent potestatem; profectò ei præponerent
Terminum, eúmque à diis selectis non alienarent. Quanquam
etiam nūc, cum in istis duobus diis initia rerum temporalium,
finisque tractātur. Terminò dari debuit plus honoris. Maior
enim lætitia est, cum res quæque perficitur: solitudinis au-
tem plena sunt cœpta, donec perducātur ad finem: quem qui
aliquid incipit, maximè appetit, intendit, expectat, exoptat:
nec de re inchoata, nisi terminetur, exultat.

L. VIVES.

- a **R**espondetur, mundus est. } *Macrobium 1. Saturn.*
- b **A**d eum dicuntur rerum initia pertinere. } *Xenon hanc adducit causam, quòd primus in Italia deos coli docuerit Ianus: idcirco in sacrificiis, iniuria & præfationem meruisse. Qui plura cupit de hoc legere, habet apud Macrobium autorem satù vulgarem.*
- c **D**uos menses. } *Ante Numam annus Rom. more Albanorum decem erat mensium, à Marcio ad Decembrem. Numa duos menses addidit ultimos anno, Ianuarium & Februarium. Varro & Plutarchus. Ouidius verò 2. Fast. putat Ianuarium, olim initium fuisse anni, Februarium verò finem, cuius vltima feria essent Termini, postea x. viros in xij tab. Februarium Ianuario iunxisse.*
- d **I**deo Terminalia. } *Vltimus festus dies Februarij ante fugam Tarquinij nam post Terminalia regis. gium est celebratum parta libertate. Terminalia verò fuerunt xxij. die Feb. Beda lib. De nat. rerum.*
- e **C**um sit sacrum. } *Non quod Terminalibus fiat expiatio illa sed quòd eo mense.*
- f **V**ocant Februum. } *Ouidius secundo Fastorum.*
Februa Romani dixerè pia mina patres. Et post:
Denique quocunque est, quo corpora nostra piantur.
Hoc apud insonsos nomen habebat auos.
Mensis ab his dictus.
- g **N**onne istum bifrontem. } *Cicero secundo De natura deorum, Ianum primis & extremis videtur præficere. Idem Macrobium ex sententia multorum,*

Ob quam causam cultores Iani, bifrontem imaginem ipsius finxerunt, quàm tamen etiam quadrifrontem videri volunt.

CAP. VIII.

S Ed Iani bifròtis simulachri interpretatio proferatur. Duas enim facies ante & retro habere dicitur, quòd hiatus noster cùm os aperrimus mundo similis videatur: vnde^b & palatum Græci *ἄγρον* appellant. Et nonnulli, inquit, poëtæ Latini cælum vocauerunt palatum: à quo hiatu oris, & foras esse aditum ad dentes versus, & introrsus ad fauces. Ecce, quò perductus est mundus propter palati nostri vocabulum, vel Græcum, vel poëticum. Quid autem hoc ad animam, quid ad vitam æternam? Propter solas saluas colatur hic Deus, quibus partim glutientis, partim expuendis sub cælo, palati vtraque panditur ianua. Quid est porrò absurdus, quàm in ipso mundo non inuenire duas ianuas ex aduerso fitas, pèr quas, vel admittat ad se aliquid intro vel emittat à se foras: & de nostro ore & gutture, quorum similitudinem mundus non habet, velle mundi simulachrum componere in Iano, propter solū palatum, cuius similitudinem Ianus non habet? Cùm verò eum faciunt quadrifrontem, & Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc interpretantur, quasi aliquid spectet mūdus foras, sicut per omnes facies Ianus. Deinde si Ianus est mundus, & mundus quatuor partibus constat, falsum est simulachrum Iani: quia Ianus & si quadrifrons legitur, nunquam tamen quadriianus inuenitur. Aut si propterea verum est, quia etiam nomine orientis & occidentis totus solet mundus intelligi, nunquid cùm duas partes alias nominamus septentrionis & austri, sicut illum quadrifrontem dicunt geminum Ianum, ita quisquam geminum dicturus est mundum? Non habent omnino vnde quatuor ianuas quæ intrantibus & exeuntibus pateant? interpretentur ad mundi similitudinem: sicut de bifronte, quod dicerent saltem in ore hominis inuenerunt, nisi Neptunus fortè subueniat & porrigat piscem, qui præter hiatum oris & gutturis etiam dextra & sinistra fauces paterent. Et tamen hanc vanitatem per tot ianuas nulla effugit anima, nisi quæ audit veritatem dicentem: Ego sum ianua.

L. VIVES.

S Ed Iani bifrontis. } *Alij hunc regem bifrontem fuisse referunt, quòd fuerit prudentissimus, videritque procul ventura,*

Et respexerit præterita. si ut de cordato *Homerus* inquit: ἀναθεῶν καὶ ὀπίωσιν λέγουσι *Plutarchus* in *Problematis* duas causas affert: alteram, quod *Ianus* fuerit *Perrhabus Græcus*, sic esse literis mandatum: qui postea quàm in *Italiam* venisset, linguam simul cum moribus mutauit. Altera causa est: quod *Italos* populos *Ianus* & agros colere docuerit, & rempublicam administrar. Alij, ut *Ouidius*, quod hic *Augustinus* attingit, quod *Ianus* sit mundus gemina facie, hac ortum spectante, illa occasum. Sunt qui *Ianum* solem uolunt, cuius est quotidie ortus & occasus. *Nigidius* est autem, colique à *Græcis* ἰανὸν ἡ δὲ Διὸς ἑστῶτος ἀγυῖα quasi *Ianitorum* & uis præfectum. Tameñ non crediderim eadem forma cultum, qua *Ianus*, apud *Romanos*. Nam *Ouidius* inquit:

Quem tamen esse deum dicam te laeæ biforum?

Nam tibi par nullum *Græcia* numen habet.

Pingebatur & quadriformis. *C. Bassus* de diis apud *Macrobius*: *Ianus* bifrons pingitur, quasi inferum & superum *ianitor*. Idem quadriformis, quasi uniuersa climata mansuetate sua complexus. Hic *Ianus* est is quem geminum in sacrificiis uocabant: nam simplex duplici tantum est fronte, & *Ianus* geminus, cuius porta claudebatur pace, bello patebat,

b *Palatum* *Græci* ἱερὸν ἔστιν ἢ *Vt Aristoteles* in lib. De partibus animalium. *Plinius* existimat hunc imitatum etiam cæli uocabulo usum eodem significatione libro undecimo. nam de cerebro loquens: Hoc, inquit, est uiscerum excelsissimum proximumque cælo caput.

c Cuius similitudinem. ἢ *Albus*, cuius similitudine *Ianus* nomen habet.

d Falsum est simulachrum *Iani*. ἢ *In alijs* sic: falsum est simulachrum *Iani* bifrons, ut reliqua supposititia sint: usq. Aut si propterea, quod non uidetur admodum absurdum ex eis que adduntur.

e Nisi *Neptunus* ἢ *Quamuis* id in hominibus non est inuenire.

De louis potestate, atque eiusdem cum *Iano* comparatione.

CAP. IX.

Mquem autem, qui etiam *Iupiter* dicitur, quem melius intelligi, exponant. *Deus* est, inquiunt, habens potestatem caesarum, quibus aliquid fit in mundo. Quæ quàm magnam sit, nobilissimus *Vergilij* versus ille testatur:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Sed cur ei præponitur *Ianus*, hoc nobis vir ille acutissimus doctissimisque respondeat. Quoniam penes *Ianum*, inquit, sunt

funt prima, penes Iouem summa. Merito ergo rex omnium Iupiter habetur: Prima enim vincuntur à summis : quia licet prima præcedant tempore, summa superant dignitate. Sed rectè hoc diceretur, si factorum prima discernentur & summa. Sicut enim initium facti est proficisci, summum peruenire : initium facti inceptio discendi, summum perceptio doctrinæ: ac sic in omnibus prima sunt initia, summæque sunt fines. Sed iam hoc negotium inter Ianum Terminumque discussum est. Causæ autem quæ dantur Ioui efficientia sunt, nõ effecta: neque vlllo modo fieri potest, vt vel tempore præueniantur à factis vitisue factorum. Semper enim prior est res quæ facit, quàm illa quæ fit. Quapropter si ad Ianum pertinent initia factorum, non ideo priora sunt efficientibus causis, quas Ioui tribuunt. Sicut enim nihil fit, ita nihil inchoatur vt fiat, quod non faciens causa præcesserit. Hunc sanè deum penes quem sunt omnes causæ factarum omnium naturarum, naturaliumque rerum, si Iouem populi appellant, & tantis contumeliis, tamque scelestis criminationibus colunt, tetriciore sacrilegio sese obstringunt, quàm si prorsus nullum putarent Deum. Vnde fatius esset eis alium aliquem Iouis nomine nuncupare, dignum turpibus & flagitiosis honoribus, supposito vano figimento, quod potius blasphemarent, Sicut Saturno dicitur suppositus lapis, quem pro filio deuoraret: quàm istum deum dicere, & tonantem, & adulerantem, & totum mundum regentem, & per tot supra diffluentem, & naturarum omnium naturaliumque rerum causas summas habentem, & suas causas bonas non habentem. Deinde quæro, quem iam locum inter deos huic tribuat Ioui, si Ianus est inudus: Deos enim veros animam mundi ac partes eius iste definiuit, ac per hoc quicquid hoc nõ est, non est vtiq; secundum istos verus Deus. Num igitur ita dicturi sunt, Iouem animam mundi, vt Ianus sit corpus eius. id est iste visibilis mundus: Hoc si dicunt, non erit quemadmodum Ianum deum dicant, quoniam mundi corpus non est Deus, vel secundum ipsos, sed anima mundi ac partes eius. Vnde idem Varro apertissimè dicit, Deum se arbitrari esse animam mundi, & hunc ipsum mundum esse Deum : sed sicut hominem sapientem, cum sit ex animo & corpore, tantum ex animo dici sapientem: ita mundum Deum dici ab animo, cum sit ex animo & corpore. Solum itaque mundi corpus non est Deus:

sed aut sola anima eius, aut simul corpus & animus: ita tamen, ut non sit à corpore, sed ab animo deus. Si ergo Ianus est mūdus, & deus est Ianus, nunquid Iouem ut deus esse possit aliquam partem Iani, esse dicturi sunt? Magis enim Ioui vniuersum solent tribuere, vnde est illud: Iouis omnia plena. Ergo & Iouem, ut deus sit, & maximè ut rex deorum, non alium possunt existimare, quàm mundum: ut in diis cæteris secundum istos suis partibus regnet. In hanc sententiam etiam quosdam versus^c Valerij Sorani exponit idem Varro, in eo libro, quem seorsum ab istis de cultu deorum scripsit, qui versus hi sunt.

^d *Iuppiter omnipotens regum rex ipse, deusque*

Progenitor, genitrixque deum, deus vnus, & omnis.

Exponuntur autem in eodem libro, ita ut eum^e marem existimarēt, qui semen emitteret, fœminā quæ acciperet: Iouemque esse mūdum, & eum omnia semina ex se emittere. & in se recipere, qua causa, inquit, scripsit Soranus: Iupiter progenitor genitrixque: nec minus cū causa vnum & eundem omnia esse. ^f Mundus enim vnus, & in eo vno omnia sunt.

L. V I V E S.

a **Q**ui etiam Iupiter dicitur. } *Nam duos rectos habet, Iupiter, & Iouis, & ex utroque obliquos Iouis & Iupitris: quamquam vsus alterius rectum, alterius obliquos reiecit, sicut in Græco Ζεύς & Διός.*

b Vergilij versus ille. } *Secundo Georgicorum, ubi eos fœlicissimos putat, qui rerum causas inquirunt, & consequuntur, ex sententia Peripateticorum & Academicorum, quam Arisi. lib. x. Ethicorum, & Cicero quinto De finibus fusè persequitur.*

c Valerij Sorani } *Huius Valerij Sorani meminerunt Cicero primo De oratore, Plin lib 3. Solinus in Polyhistore, Plutarch. in Problem. Macrobius lib. 1. Saturnalium, & Seruius 1. Greg. Fuit Latinus homo doctissimus togatorum, ut Crassus dicit in primo De oratore Cic. Tributum hoc est Varroni, sed ante Varronem Sorano: sicut Præta nomen Ennio ante Vergilium. Functus est Romæ honoribus, præcipuè tributatu plebis: & quod nomen illud arcanum vrbis Romæ, quod euulgari est nefas, ausus esset enunciare, pœnas luit. Plinius, Solinus, Macrobius, Plutarchus in Problematis. tamen si Plutarchus in Pompeio Q. Valerium philosophum, quod multi non dubitant de Sorano dici, à Pompeio narrat occidit iussu: sed autorē dicit huiusce rei Oppidū esse, cui cauendum, ne credulè assentiamur de Pompeio narranti, nempe*
hominē

homini Caesaris amico. Sunt qui putent hunc subita morte corruisse: alij suffixum esse cruci, ut Seruius.

d Iupiter omnipotens. } In antiquis codicibus versus prior sic legitur.


Iuppiter omnipotens regum, rerumque, deumque.

e Marem, & c. fœminam. } Ex Orpheo in Hymnis, ex quo sunt ipsi versus:


Ζεύς ἄσιν γένετο. Ζεύς ἄμβροτος ἔπλετο νόμην.

f Mundus enim vnus. } Ex sententia optimi cuiusque philosophi contra Anaximandrum, & Anaximenem, & Aristarchum, & Xenophanem, & Diogenem, & Leucippum, & Democritum, & Epicurum, qui plures construebant.

An Iani & Iouis recta discretio sit. CAP. X.

 Vm ergo & Ianus mundus sit, & Iupiter mundus sit, vnusque sit mundus, quare duo dij sunt Ianus & Iupiter? Quare seorsum habent templa, seorsum aras, diuersa sacra, dissimilia simulachra? Si propterea, quia alia vis est primordiorum, alia causarum, ex illa Iani, ex ista Iouis nomen accepit: nunquid si vnus homo in diuersis rebus duas habeat potestates, aut duas artes, quia singularum diuersa vis est, ideo duo iudices, aut duo dicuntur artifices? Sic ergo & vnus deus cum ipse habeat potestatem primordiorum, ipse causarum, num propter hoc duos deos esse necesse est putari, qui primordia causæque res duæ sunt? Quod si hoc iustum putant, etiam ipsum Iouem tot deos esse dicant, quot ei cognomina propter multas potestates dederunt: quoniam res omnes ex quibus illa cognomina sunt adhibita, multæ atque diuersæ sunt, ex quibus pauca commemoro.

De cognominibus Iouis, quæ non ad multos deos, sed ad vnum eundemque referuntur. CAP. XI.

 Ixerunt eum victorem, inuictum, opitulum, impulsorem, statorem, ^b centupedam, supinalem, tigillum, ^c almu, runinum, & alia ^d quæ persequi longum est. Hæc omnia cognomina imposuerunt vni Deo propter causas potestatesque diuersas, non tamen propter tot res etiam tot deos eum esse coegerunt: quod omnia vinceret, quod à nemine vinceretur, quod opem indigentibus ferret, quod haberet impellēdi, statuendi, stabiliendi, resupinandi potestatem, quod ^e tanquam tigillus mundum contineret ac sustineret, quod aleret omnia, quod ruma, id est man-

ma aleret animalia. In his vt aduertimus, quædam magna sunt, quædam exigua, & tamen vnus^f vtraq; facere perhibetur. Puto inter se propinquiora esse causas rerū, atq; primordia, propter quas res vnum mūdum, duos deos esse voluerūt, Iouem atq; Ianum, quem continere dicunt mundū, & mammam dare animalibus: nec tamē propter hæc duo opera tam longè inter se vi & dignitate diuersa, duo dij esse compulsi sunt, sed vnus Iupiter, propter illud Trigillus, propter hoc Ruminus appellatus est. Nolo dicere, quòd animalibus māmam præbere sugēribus magis Iunonē potuit dicere quàm Iouem: præfertim cū esset diua Rumina, quæ in hoc opus adiutorium illi famulatūmq; præberet. Cogito enim posse responderi, & ipsam Iunonem nihil aliud esse quàm Iouem, secundū illos Valerij Sorani versus, vbi dictum est.

Iupiter omnipotens rex um rerūque deū: que

Progenitor genitrixque deūm.

Quare ergo dictus est & Ruminus, cū diligentius fortassè quærentibus, ipse inueniatur esse etiam illa diua Rumina? ^s Si enim maiestate deorum rectè videbatur indignum, vt in vna spica alter ad curam geniculi, alter ad folliculi pertineret, quāto est indignius vnā rem infimam, id est, vt mammis alantur animalia, quorū deorū potestate curari, quorum sit vnus Iupiter rex ipse cunctorum: & hoc agat non saltem cum coniuge sua, sed cum ignobili nescio qua Rumina, nisi quia ipse est etiam ipsa Rumina, ipse Ruminus: Ruminus fortassè pro fugentibus maribus: Rumina pro fœminis? ^h Dicerem quippe noluisse illos Ioui fœmininum nomen imponere, nisi & in illis versibus progenitor genitrixque diceretur: & inter alia eius cognomina legerem, quòd etiam pecunia vocaretur, quam deam inter illos minuscularios inuenimus, vt in quarto libro iam commemorauimus. Sed cū & mares & fœminæ habeant pecuniam: cur nō & Pecunia & Pecunius appellatus sit, sicut Rumina & Ruminus, ipsi viderint.

L. V I V E S.

Iouis cog-
nomina

Dixerunt eum victorem. } *Iouis plurima fuerunt apud Gra-*
ecos & Latinos cognomina, quorum pleraque ex Græcis perse-
quitur institutis: suo Orpheus in Hymnis, & sparsim Homerus in v-
troque poemate & Hymnis: velut quòd sit φίλος, id est amicitia præses,
& ἑσπῆρος, hospitālis, & ὄταπειος, socius, & ἄρκμος, iurifurandi præses,
& alia

& alia quæ ad naturam eius potius pertinent, quàm ad usum hominum. Præter hæc erat & Iupiter Anxurus Terracina, quasi αἰὲς ἔυρη, sine nouacula verberis, unde & Anxur olim dictæ Terracina, Seruius. Erat & Ἄπομυας in Olympia, quem sacrauit Hercules, quasi nuscærum abactorem, cum illis inter sacrificandum infestaretur: & Athenis Iupiter φράτερος, quasi tribulus, cuius festum secundo die ἡμέρα πατρῶων, hoc est, deceptoriorum, isque dies ab effluxu cruoris hostiarum αἰετῶν dicebatur. & in Caria λαβραδὸς, quasi securarius, in cuius dextra non fulmen, sed securus erat, quam Lydi λαβραῶν dicunt, apud Plutarchum in Prob. Erat etiam in Græcia ἐλάθερος, quasi liberator, quod ab armis Persarum liberasset: in Asia minore Milesius: in Chaonia, Dodoneus: Ammonius in Africa: Athenis μνηχίος, cui nullum sacrificabatur animal, sed frugibus placabatur & pomis, Thucydides. Erat & ἀπίστος, quasi dimittens, & κίχνοξ Argis, hoc est, cuculus, & φύγιος à Phryxo sacrauit, quasi fugæ comes, ubi & vellus aureum, apud Apollonium: & Aratrius apud Phœnices, Cæli filius Saturni frater, cui fuit Dagoni nomen, aratri inventor, unde cognominatus Iupiter Aratrius: & παρδαίνιος totæ Græciæ communis. In Sicilia ἀρροπῶς, forensis, quod foro præesset, ei que statua eo loco erigebatur: Herodotus. Erat Roma præter ea nomina que commemorat Augustinus, Iupiter Feretrius, de ferèdis spoliis optimi, sacrauit à Romulo: Capitolinus, à loco: Elicius, quem sacrauit Numa in Auentino ab eliciendo è mentibus diuinis, quomodo procuranda essent fulmina & prodigia: Pistor, à pambus, quos de Capitolio iactauerunt obfessi Roma capta, cuius festum sexto Idus Iunij: Viminus, in colle Viminali: Prædator, prædæ adiutor, cui & aliquid debebatur de prædæ, Seruius: Vltor, quem sacrauit Agrippa: Tonans, quem Augustus post bellum Cantabricum: Custos à Domitiano in Capitolio: Latialis, à Tarquinio Superbo in monte Albano: Inuentus, cuius festum Idibus Iunij: Inuentor, cuius ara prope portam Trigemina, sacrauit ab Hercule inuentus bobus, cui iuuenctus immolabatur: Adulius, cui sacrificabatur in nuptiis. Linnus, Dionysius, Plutarchus, Suetonius, Lactantius, qui libro primo scribit Iouem de nominibus hospitum suorum esse plerumque cognominatum, velut Athabyrium, Lapriandum, à quibus in bello est adiutus, tum Laprium, & Molionem, & Cassium. Theseus Hecalesium Iouem, & eius sacra instituit in Attica terra de nomine Hecales vetule hospite sue. Aristoteles in libello De mundo, cuius iam alias mentionem fecimus, cum Deus sit vnus, multinominus est ab affectionibus omnibus, nempe Iupiter & ἀεραῖος, id est fulgurator, & βεργαῖος, tonans, & ἀήριος, serenator, & ἀψήριος, ce-

lestis, & κεραυνος fulminator, & υεινος pluuuus, & ὄπικαίρμος frugifer, & πολιεύς urbicuus, & γυνέθλιος natalitiuus, & ὄρκιος vallaris, & οὐώγγιος cognatiuus, & πάτριος patriuus: ipse est eti. *• fata & omnia. quæ de fato & parcis dicuntur, nempe ἀνάγκη, & μοίρα, & νέμεσις, & ἀδράσεια. Sic ille.*

b Centumpedam. } *Ab stabilitate sic est dictus, ut idem Augustinus explicat: nam firmitus res consistit, quo pluribus innuitur pedibus, & velut fulcris. Est & vermis centipeda.*

c Alinum. } *Alij codices alumnus, sed Alnum melius ut arbitror. nam alina & almus ab alendo dicuntur: unde Venus alma, & Ceres, & terra alma. Alumnus verò non facile est is qui alit, quod quidam putant.*

d Quæ per se prosequi longum est. } *Antiqui codices habent: Quæ persequi longum est. Commentatores verbi significationem parum intelligentes, per se prosequi deprauarunt, rati prosequi solum dici de insectatione mimica.*

e Tanquam tigillus mundum contineret. } *Tignus, unde tigillus trabs, cui tectum innuitur. Aristot. ἀεὶ τῷ κόμῳ, umbilicus quibus fornix continetur & sistitur, Deum esse in mundo similem ait, qui si absit vel momentum, corruat protinus natura & edificium necesse est, ut ablato umbilico fornixis structura tota dissoluta concideret. Non est ab hoc proposito dissonum, quod Orpheus in Hymnis de Ioue inquit:*

Ζεὺς πύθμῳ γαίης τε, & ἕραν ἀστέρωντος.

Et post.

Ζεὺς πόντου ἰίζα.

f Vtraque facere. } *Et magna & parua.*

g Si enim maiestate deorum. } *Libro 4. Derisa est opinio eorum, qui alium Deum curæ geniculi, alium folliculi tribuebant.*

h Dicere quippe voluisse. } *In antiquis melius: Dicerem quippe noluisse.*

Quòd Iuppiter etiam pecunia nuncupetur.

C A P. XII.



Vàm verò eleganter rationem huius nominis reddiderunt, & pecunia, inquit, vocatur, quòd eius sint omnia. O magnam rationem diuini nominis, imò verò ille cuius sunt omnia, vilissimè & contumeliosissimè pecunia nuncupatur. Ad omnia enim quæ cælo & terra continentur, quid est pecunia in omnibus omnino rebus, ^a quæ ab hominibus nomine pecuniæ possidentur? Sed nimirum hoc auaritia Ioui nomen imposuit, ut quisquis amat pecuniam, non quemlibet deum, sed ipsum regem omnium sibi amare

amare videatur. Longè autem aliud esset si diuitiæ vocarentur. aliud nanque sunt diuitiæ, aliud pecunia. ^b Nam dicimus diuites, sapientes, istos, bonos, quibus pecunia vel nulla, vel parua. Magis enim sunt virtutibus diuites: per quas eis etiam in ipsis corporalium rerum necessitatibus satis est quod adest: pauperes verò auaros dicimus semper inhiantes, & egētes. Quamlibet enim magnas pecunias habere possunt, sed in earum quantacunque abundantia non egere non possunt. Et Deum ipsum verum rectè dicimus diuitem, non tamen pecunia, sed omnipotentia. Dicuntur itaque & diuites pecuniosi, sed interius egeni, si cupidi. Item dicuntur pauperes pecunia carentes, sed interius diuites, si sapientes. Qualis ergo ista theologia debet esse sapienti, vbi rex deorum eius rei nomē accepit, ^c quam nemo sapiens concupiuit? Quantò enim facilius si aliquid hac doctrina, quod ad vitam pertineret æternam, saluoriter disceretur, Deus mundi rector non ab eis pecunia, sed ^d sapientia vocaretur, cuius amor purgat à sordibus auaritiæ, hoc est, ab amore pecuniæ?

L. V I V E S.

a **Q**uæ ab hominibus nomine pecuniæ. } *Omnia que possidentur, nomine pecuniæ sunt comprehensa: unde peculium dicitur à pecude deducta appellatione, ut aiunt Columella, Festus, & Seruius, quod hæc veterum essent unica diuitiæ, sicut adhuc sunt multarum gentium. Erant enim ferè pastores, à quibus manasse vocabulum hoc etiam Varro confirmat: lib. De Lat. lin. 4. postea ad opes urbanas se extendit.*

b Nam dicimus diuites. } *Paradoxum Stoicum, ὅτι οὐ σοφοὶ νότοι πλούσιοι. Quod Cicero ita esse multis magnisque rationibus suadet. Idem magnus ingenii philosophorum est disputatum, qui sepiusimè contra pecuniam perorarunt.*

c Quam nemo sapiens concupiuit. } *Salust. in Cat. Auaritia pecunie studium habet, qua nemo sapiens concupiuit: ea quasi venenus malis imbuta corpus animique virilem effæminat, semper infinita, insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur.*

d Sapientia vocaretur. } *Vt nos vocamus.*

Quòd dum exponitur quid Saturnus, quidve sit Genius vterque, vnus Iupiter esse doceatur. CAP. XIII.



Ed quid de hoc Ioue plura, ad quem fortasse cæteri referendi sunt, vt inanis remaneat deorum opinio plurimorum, cum hic ipse sit omnes: siue quando

partes eius, vel potestates existimantur: siue cū vis animæ, quam putant per cuncta diffusam ex partibus molis huius, in quas visibilis mundus iste consurgit, & multiplici administratione naturæ quasi plurium deorū nomina accepit? Quid est enim Saturnus? Vnus, inquit, de precibus deus, penes quem sationum omnium dominatus est. Nōne expositio versuum illorum Valerij Sorani sic se habet: Iouem esse mundum, & eum omnia semina ex se emittere & in se recipere? Ipse est igitur penes quem sationum omnium dominatus est. ^a Quid est Genius? Deus est, inquit, qui præpositus est, ac vim habet omnium rerum gignendarum. Quem alium hanc vim habere credunt, quā mundum cui dictum est:

Iupiter omnipotens progenitor genitrixque?

Et cū alio loco ^b genium dicit esse vniuscuiusq; animū rationalem, & ideo esse singulos singulorū: talem autem mundi animum Deum esse, ad hoc idem vtiq; reuocat, vt tanquā vniuersalis genius ipse mundi animus esse credatur. Hic est igitur quem appellant Iouem. ^c nam si omnis genius Deus, & omnis viri animus genius, sequitur vt sit omnis viri animus deus: quōd si & ipsos abhorreere absurditas ipsa compellit, restat vt eum singulariter & excellēter dicant deum genium, quem dicunt mundi animum, ac per hoc Iouem.

L. V I V E S.

^a **Q**uid est Genius. } *Fest. us Pōpeius: Genium appellabant deū, qui vim obtinet rerum omnium gerendarum. Augustinus: Geniu, inquit, est deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur, propterea Geniu meus nominatur, quia me genuit. Quæstio apud eruditos, quis deus esset Genius, inuentūque non simpliciter id dici. Nam Genius naturæ est deus parens illius, & Genij sunt cælorum multi quorum meminit Capella in Nuptiis: & Martis Geniu Melicerta, vt ait Pæthenus: & corporalium rerum Genij sunt elementa quatuor, ignis, aër, aqua, & terra. Quæ Græci cum σοιζεία vocent, γενήτες, quoque deus dicunt, cui non absimile est quod Macrobius adducit de penetibus naturæ, quod sint medius aër Iupiter, & infimus luno, & superius ether Minerva, quis tribus sub vno recto Tarquinius Priscus templum vouit. Duodecim cali signa cum sole & luna sunt qui Genios aiunt, & hi quidem Genij vniuersationes. Nam suus est cuique loco Geniu, quem faciunt ei præsidere. Quin & unicuique hominum suus sic dictus, vt Censorinus inquit, siue quōd in eius tutela, vt quisque natus est, uiuit: siue quōd vt*

gene-

generemur, curet: siue quòd unà gignatur nobiscum: siue etiã, quòd nos genitos suscipiat, ac tueatur. Eundem esse Genium & Larẽ multũ prodiderunt veterum, in quib. & C. Flaccus in libro quem ad Casarem De indigitamentis reliquit. Porro Lares, quemadmodum est apud Ouidium, gemini fuerunt filij Mercurij & Laræ siue Larundæ nymphæ. Ideo veterum pierique, inter quos Euclides, geminos singulis hominum addunt Lares: alterum bonum, alterum malum: qualis ille fuit, quem Plutarchus, Florus, & Appianus scribunt oblatum M. Bruto mediã nocte ad tenuem lucernam de bello cogitanti.

b Genium dicit esse vniuscuiusque animum rationalem. } De hoc copiosius proximo libro.

c Nam si omnis Genius deus. } Conclusio primæ formæ primi ordinis syllogisiorum, vulgo barbarã dicunt.

De Mercurij, & Martis officiis. CAP. XIII.

Mercurium verò & Martem, quomodo referrent ad aliquas partes mundi, & opera Dei quæ sunt in elementis, non inuenerunt, & ideo eos saltem operibus hominum præposuerunt, sermocinandi & belligerandi ministros. ^a Quorum Mercurius si sermone etiam deorum potestatem gerit, ipsi quoque regi deorum dominatur, si secundum eius arbitrium Iupiter loquitur, aut loquendi ab illo accipit facultatem, quòd vtrique absurdum est. Si autem illi humani tantum sermonis potestas tributa perhibetur, non est credibile ad lactandos mammas, non solum pueros, sed etiam pecora, vnde Ruminus cognominatus est, Iouem descendere voluisse, & curam nostri sermonis, quo pecoribus antecellimus, ad se pertinere noluisse: ac per hoc idem ipse est Iouis atque Mercurius. ^b Quòd si sermo ipse dicitur esse Mercurius, sicut illa quæ de eo interpretantur ostendunt. ^c Nam ideo Mercurius, quasi medius currens dicitur appellatus, quòd sermo currat inter homines medius, ^d ideo *ἑρμῆς* Græcè, quòd sermo vel interpretatio, quæ vtrique ad sermonem pertinet *ἑρμῆς* dicitur: ^e ideo & mercibus præesse, quia inter vendentes & ementes sermo fit medius: ^f ideo alas ei in capite & pedibus ponunt, volentes significare volucrum ferri per aëra sermonem: ^g ideo nuncium dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enunciantur. Si ergo Mercurius ipse sermo est, etiam ipsis confitentibus deus non est: sed cum sibi deos faciunt eos, qui dæmones sunt, immundis supplicando spiritibus, possidetur ab eis qui non dii, sed dæmones sunt.

Item quia nec Marti aliquod elementum vel partem mundi inuenire potuerunt, vbi ageret opera qualiacunque naturæ, deum belli esse dixerunt, quod opus est hominum, & optabile nō est. Si ergo pacem perpetuā Fœlicitas daret, Mars quid ageret nō haberet. Si autem ipsum bellum est Mars, sicut sermo Mercurius, vtinam quàm manifestum est, quod non sit Deus: tam non sit & bellum, quod vel falsò vocetur Deus.

L. V I V E S.

a **Q**VORUM Mercurius si sermonis. } Mercurios quinque fuisse narrat apud Ciceronem Cotta: primum, Cælo patre & Diæ matre natum: secundum, Valentis & Pheronidis filium, eum qui sub terris habetur idem Tryphonius est. Tertium, Ioue tertio natum & Maia. Quartum, Nilo patrem, quem Aegyptij nefas habebant nominare. Quintum, quem colunt Pheneate, qui Argum dicitur interenuisse, ob eamque causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptiis leges & literas tradidisse. hunc Aegyptij Theut appellant. Et ac Cicerone. Eius Theut meminit in Phædrio Plato & Eusebius libro 1. Præparationis Evangelicæ, qui eum ab Aegyptiis tradit vocari Thoyth, ab Alexandris Thot, Græcos ἱεροῦ δεικνύειν, qui & lueras primus docuit, & de theologiis aliis arcanis que scripsit. Diodorus etiam lib. 1. redegit hunc Mercurium narrat voces in ordinem, ac plerisque rebus indidisse nomina, sacræ que permulta & ceremonias tradidisse. De vocibus confirmat Horatius ex Alceo poeta, quibus de causis Aegyptij inuentorem & Deum sermonis illum putauerunt, interpretem quoque & nuntium dixerunt hominum ac deorum. Cùm quod sacra velut à diis ad homines pertulerit, tum vel maximè, quod sermo ab hominibus ad homines & ad deos transcurrat, sine quo nullum constat commercium. unde illa apud Aristidem Rhetorem fabella, nullum commercium, concordiam in genere humano nullam fuisse, prius quàm sermonem Mercurius in eo sparsisset, & inuentio literarum paratissima fuit commento occasio, quod procul disitis literis alloqueremur, unde inuentor eorum Mercurius ultrò citròque commeari existimatus est, & mandata diligentissimè exequi.

b Quod si sermo ipse dicitur. } Porphyrius in Physiologia: Orationis interpretandi vim Mercurium dixerunt, qui sensus reclusque fingitur propter orationis vigorem: ceterum, quod oratio composita est, aliam solarem voluit, quæ sit Mercurius, aliam lunarem; quæ Hecate: aliam uniuersalem, quæ Hermopis. Festus Pomp. unam ex causis cur Mercurius sit Cyllenius nuncupatus esse dicit, quod sermo sine manibus omnia conficiat, quibus partibus corporis ἐγὲν κλυδοὶ vocantur,

cantur, tametsi hoc nomen ad omnes mutilatos patet: alij de loco Cylle-
nium nuncupant.

c Nam ideo Merc. quasi med. currens. & At Festus ait, à merci-
bus esse dictum. Ego enim nomen à mercor derivatum puto, undè sunt
mercatus & mercatura, & merx, quibus omnibus præest Mercurius.

d Ideo ἐρμῆς Græcè. & τὸ τῆ ἐρμῆωδὲ δειχθῆναι, id est interpretari. Hoc
idem est esse nuncium deorum, non quòd dicta interpretetur, sed quòd di-
ligentissimè, & optima fide peragat, quæ sunt mandata, quod est munus
sermonis, perferre ab animis ad animos sensa quæ aliter patesi rī & edo-
ceri nequeunt: cumq; animi pro diis putarentur, ideo interpretes diuim, &
nuntius est appellatus. Plato in Cratylō: οὗ τὸ εἶπεῖν ἐμίστα το δὲ καὶ
αὐ καλοῖτο τὰ τῶν ἐπέμψων. καὶ δὲ ἐμῆς, ὡς οἰόμεθα, καὶ λιπίζοντες τὸ
ὄνομα ἐρμῆω καλεῖσθαι. καὶ ἔτι ἐστὶ τὸ εἶπεῖν ἐοικὸς κεκλιμῆναι ὅτι ἀγχι-
λῶ γιν. Qui irin, inquit, hic est loqui commētus est meritò vocetur à vo-
bis iremes. Nunc verò nos elegāsius rati nomen proferre, Heri am vo-
camus. Ipsa etiam Iris à dicendo videtur nominata, quoniam nuncia
quoque est. Porro omnis qui alic: in negotio conficiendo se int̄rpenit. di-
citur interpret, conciliator quoque & medius, sicut Seruius inquit 4.
Aeneid ut apud Ciceronem, qui interpretes corrumpendi iudicy esse so-
lent. Et Verg. ipse verbis Didonis Iunonem alloquentis, quæ conciliatrix
fuerat Didoni & Aeneæ:

Tūque harum interpretur curarum, & conscia Iuno.

e Ideo & mercibus præesse. & Sine sermone perit commercium
mortaliūm. Diodorus perhibet existimatum à quibusdam Mercurium
mensuram, pondus, & mercaturæ quæstum inuenisse. Extat & apud
Græcos proverbium κωνὸς ἐρμῆς.

f Ideo alas. & Mercurius alatus fingitur, non modò in pedibus, quæ
vocat talaria, & apud Homerum πτεδία, sed etiam in ten. poribus: v-
trinque enim ei prominent pinnule pares, ut Apuleius describit in A-
pologia. Fingitur enim deus ille petasatus, hoc est galero tectus, extanti-
bus supra galerum pinnis, quod in Amphy. significauit Plautus verbis
ipsius Mercurij: Ego has habeo usque in petaso pinnulas. Hanc anno-
tationem acceptam refero Beroaldo in Comment. Augusti Suetonij.

h Ideo nuncium. & Hoc idem, ut dixi, interpretes ex Diodore Siculo
lib. 6. & sic exponit Acron libro 1. Carm. Horatij.

De stellis quibusdam, quas pagani deorum suorum nominibus
nuncupauerunt.

CAP. XV.



Isi^a fortè istæ stellæ sunt hi dii, quas eorum appel-
lauere nominibus. Nam stellam quandam vocant
Mercurium, quandam itidem Martem: sed ibi est

& illa, quam vocant Iouem, & tamen eis mundus est Iouis. Ibi quam vocant Saturnum, & tamen ei præter eam dant non paruam substantiam, omnium videlicet seminum. Ibi est & illa omnium clarissima, quæ ab eis appellatur Venus: ^b & tamen eandem Venerem esse etiam Lunam volunt, quanuis de illo fulgentissimo sydere apud eos ^c tanquam de malo aureo Iuno v enúsque contendant. Luciferum enim quidam Veneris, quidam dicunt esse Iunonis: sed vt solet Venus Iunonem vincit. Nam multò plures eam stellam Veneri tribuunt, ita vt vix eortu quisquam reperiatur, qui aliud opinetur. Quis autè nõ rideat, cum regè omnium Iouem dicant, cum stella eius à stella Veneris tanta vincatur claritate? Tantò enim esse debuit cæteris illa fulgentior, quãtò est ipse potentior. Respondent ideo sic videri, quia illa quæ putatur obscurior, superior est, atq; à terris longe remotior. Si ergo superiorem locum maior dignitas meruit, quare Saturnus ibi est Ioue superior? An vanitas fabulæ, quæ regem Iouem facit, non potuit vsque ad sydera peruenire: ^d & quod non valuit Saturnus in regno suo neque in Capitolio, saltem est permittus obtinere in cælo? Quare autem Ianus non accepit aliquam stellam, si propterea quia mundus est, & omnes in illo sunt, ^e & Iouis mundus est, & habet tamen? An ilte causam suam composuit vt potuit, & pro vna stella quam non habet inter sydera, tot facies accepit in terra? Deinde si propter solas itellas Mercurium & Martem partes mundi putãt, vt eos deos habere possint, quia vtique sermo, & bellum non sunt partes mundi sed actus hominum, cur arieti & tauro & cancro & scorpionis, cæterisque huiusmodi quæ cælestia signa numerant, & itellis non singulis, sed singula pluribus constant, ^f superiúsque ista in summo cælo perhibent collocata ^g vbi constantior motus inerrabilem meatum syderibus præbet, nullas aras, nulla sacra, nulla templa fecerunt: nec deos, non dico inter hoc selectos, sed nec inter illos quidem quasi plebeios habuerunt?

L. V I V E S.

Nisi fortè illæ stellæ: *Plinio in Cratyllo inquit, veteres Græcos non alios pro diis habuisse coluisseque, quam quos etiam tum barbarorum complures, cælum, solem, lunam, & sydera, quos naturales vocant deos, vt Sanchoniato Berytius scribit, qui autor est, præscos mortales præcipuè Phœnicès, & Aegyptios bene meritis de se hominibus, quique aliquid in communem vitæ contulissent usum, eos honores habuisse,*

buiffe, ut templâ illius statuæque erigerentur, nominibus naturalium deorum impositis. Hunc enim calum, illum solem, alium Iouem, alium Saturnum nuncuparunt: hæc ille. Et haud dubiè vel quòd essent astrologiæ periti dii ipsi, ea nomina syderum sibi indebant, quarum virtutibus se crederent valere: vel posteris sidera nominibus eorum vocauerunt, qui eas artes attulerunt ad vitam. quarum effectricia existimarent ea esse sidera. Nam Mercurius stella homines ut putant reddit facundos, ingenio versatili, a commodatque naturæ illius planeta cui sese addit: quam causam video placuisse Seruio, cur Mercurius deorum nuntius appellatus sit: nam bonus benignusque est cum Ioue & Sole, atrox & maleficus cum Saturno & Marte. Mars quoque violentus est in cælo, & cruentus, bella motusque terris immittit. idcirco Martem irascentiæ vim Porphyrius interpretatur, quæ quoniam ignea est, atque cruenta, bellis est præfæcta. Hinc oritur theologia Stoicorum, referentium deorum rationes naturasque ad corpora mundi. unde nascitur tanta rerum omnium obscuritas, ut veritas altiss. tenebris obruta perspicui nulla arte queat: sicut ait tum ex eodem Sanchoniathone Eusebius lib. Præp. Euang. 1. tum etiam ex suis ipsius argumentis ac rationibus, vii & Aug. hoc libro disputat.

b Et tamen eandem Venerem esse etiam Lunam. } Ma. rob. lib. Saturn. 1 & adducit Philochorum in Athide, Venerem esse Lunam, eique sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quòd eadem & mas existimaretur, & fœmina. Apulcius libr. 11. Transfor. ad Lunam. Sed tu celestis Venus, quæ primis rerum exordiis sexuum diuersitatem generato amore sociasti, & æterna sobole humano genere propagato, nunc circumfluo Paphi sacrario coleris.

c Tanquam de malo aureo Iuno Venusque; } Fabula de aurei mali contentione inter tres deas, Iunonem, Venere, & Mineruam notior est, quàm ut sit opus hic eam explicare. Porro de Lucifero sic Pl. lib. 2. Lucifer Infra solem a orbita ingens sydus appellatum Veneris, alterno meatu vagu. ipsisque cognominibus amulū solis & lunæ, præueniēs quippe & ante matutinū exoriēs Luciferi nomē accipit, ut sol alter, diemque maturans: cōtra ab occasu resurgēs nuncupatur Vesper, ut prorogās lucē, vicemq. lunæ reddēs. Quæ naturā eius Pythagoras Samius primū deprehendit Olymp. circiter 42. qui fuit urbis Romæ annus 147. largiore magnitudini extra cuncta alia sidera est, claritatis quidē tāta, ut vnius huius stelle radius umbræ reddatur Itaque & in magno nominū ambitu est. Alij enim Iunonis, alij Isidis, alij Martis deū appellauere. Hæc ibi.

d Et quod non valuit Sat. } Nam è Creta pulsus à filio Ioue, & è Capitolio, quæ prius erat Saturnia, postea collis ille sacer fuit Ioni Capitolino.

e Et Iouis mundus est. } *Veterem rectum Iouis vsurpat, sic in sexto De repub. Cicero. Prosperus & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis.*

f Superiusq. ista. } *In octauo celo est signifer duodecim signis constans, animalium nominibus insignitus, dictus idcirco Ζωδιακός, quorum signorum unumquodque multis stellis est illustre.*

g Vbi constantior motus. } *Quia viginti quatuor horis circum terram voluitur, eundem cursum perpetuò seruans, unde fiunt nox & dies, ipsaque signa eodem semper sunt ordine, eisdem sita locis, cum planeta modo sint inter se aduersi, modo auersi, iam alius præcurrat alium, alius sequatur: quæ varietas motuum causam Græci præbuit vocandi stellas illas planetas, quasi erratiles, cum nullus eorum erret, sed simul omnes collati errare videantur difformitate motuum, quæ in octauo celi stellis nõ est, nempe situs omnibus eodem celo, quod ideo ἀπλανής dicitur.*

De Apolline & Diana cæterisque selectis diis quos partes mundi esse voluerunt.

CAP. XVI.

A Pollinem quanuis ^b diuinatorem ^c & medicum velint, tamen vt in aliqua partè mundi statuerent, ipsum etiam solem esse dixerunt: Dianamque germanam eius similiter lunam ^d & viarum præsidem. ^e Vnde & virginem volunt, quòd via nihil pariat, ^f & ideo ambos sagittas habere, quòd ipsa duo sydera de cælo radios terras vsque pertendant. Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mundi, Ditem patrem, hoc est Orcum, terrenam & infimam partem mundi. Liberum & Cererem præponunt feminibus, vel illum masculinis, illam fœmininis: vel illum liquori, illam verò ariditati feminum. Et hoc vtique totum refertur ad mundum, id est, ad Iouem, qui propterea dictus est progenitor genitrixque, quòd omnia semina ex se emitteret, & in se reciperet. Quandoquidem etiam matrem magnam eandem Cererem volunt, quam nihil aliud dicunt esse quàm terram, eamque perhibet & Iunonem. Et ideo ei secundas causas tribuunt rerum, cum tamen Ioui sit dictum progenitor genitrixque deum: quia secundum eos totus mundus ipse est Iouis. Mineruam etiam, quia eam humanis artibus præposuerunt, nec inuenerunt vel stellam vbi eam ponerent, eandem vel summum æthera, ^g vel etiam lunam esse dixerunt. Vestam quoque ipsam propterea dearum maximam putauerunt, quòd ipsa sit terra, ^h quanuis ignem mundi leuiorem, qui pertinet ad vsus hominum facilem, non violentiorem,

tiorem, qualis Vulcani est, ei deputandum esse crediderunt. Ac per hoc omnes istos selectos deos hunc esse mundum volunt, in quibusdam vniuersum, in quibusdam partes eius: in vniuersum, sicut Iouem: partes eius, vt genium, vt matrem magnam, vt solem, & lunam, vel potius Apollinem & Dianam: & aliquando vnum deum res plures: aliquando vnam rem deos plures faciunt. Nam vnus deus res plures sunt: sicut ipse Iupiter: & mundus enim totus Iupiter, & solum cælum Iupiter, & sola stella Iupiter habetur & dicitur. Itémque Iuno secundarum causarum domiua, & Iuno aër, & Iuno terra, ^ketsi Venerem vinceret Iuno stella. Similiter Minerua summus æther, & Minerua eadem luna, quam esse in etheris infimo limite existimant. Vnam verò rem deos plures faciunt. Et Ianus est mundus, & Iupiter. Sic & Iuno est terra, & mater magna, & Ceres.

L. VIVES.

a **A** Pollinem. } *Apollines Cicero 3 De nat. deorum quatuor ponit: Dianam tres. Tertium Apollinem, & secundam Dianam filios dicit fuisse Iouis Saturnij & Latona.* Apollo

b Diuinatorem. } *Hoc vulgatissimum est tot autoribus, tum Grecis, tum Latinis, ea de re scribentibus. Plato in Cratylo, Thessalos ait non ὀπίλινα dixisse, sed ἀπλῶν, propter diuinationem. in quo est, τὸ ἀπλῶς τὸ καὶ ἀπλῶν. ταῦτον γὰρ ὄντι: id est, propter verum & simplicitate. quæ idem sunt. Nisander in Aetolicis scribit Apollinem diuinam peritiã edoetum à Glaucò, qui postea factus deus marinus, & Melicerta nominatus est.*

c Et medicum. } *Macrobi. I. Saturnal. virgines Vestales sic indigent, Apollo m. dice, Apollo Pæan Eundem esse Asculapiam probat, hoc est, vim salubrem de substantia solis animis, & corporibus animantium subuenientem. Hæc & alia de Apolline plurima ibi.*

d Et viis præfidere. } *Festus lib. 9. Iuuenalia fingebantur Diana simul ichra, quia ea ætas fortis est, ad tolerandam viam. Diana enim viarum putatur dea: presidet enim saltibus & montibus, viasque illustrat, per quas frequens ingreditur, feras persequens, vt mox dicam.*

e Vnde & virginem volunt. } *Sic vulgò. & narrant edem Diana fuisse Romæ, in quam viros ingredi nefas, quòd quidam ibi cum mulieri, quæ deam salutatum venisset, vim attulisset, à canibus sit continuo discerptus. Plato Dianam ἀπειραν vocatam docet, διὰ τὸ ἀπειρῆς, καὶ τὸ κόσμον, διὰ τὴν τῆς παρθενίας ὀπίθυμιαν: id est, propter integritatem & modestiam, quam optione virginitalis habet: aut ὁς τὴν*

ἀποτο μισνοσίονε τῶν ἀνδρῶν ἐν γυναικί, quod viri & fœmina coitum oderit: tametsi fabulantur concubuisse cum Endymione, quod & de Pæne Mercurij filio narrant, qui Luna concubitus meruit precio pecoris albi. Verg. 3. Georg.

Munere sic niueo lana, si credere dignum est.

Pan deus Archadia, captam te Luna fefellit,

In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem es.

f Etideo ambos sagittas habere. } Arcum tenet in manu Apollo, & sagittas, quibus draconem Python confecit: inde apud Homerum frequenter ἀπόλλων ἐκυβόλος, id est, procul iaculans dicitur: etiam ἐκατηβόλος. q. supernè iaculans, & αἰετῶν βάλων: tum Diana virginitate perpetua animo destinata, sylvas & montes pererat venans, eo cultu, quo Venus Aeneæ inspecta est apud Verg. cothurnata, & pharetrata, præcincta, & in cursum expedita. has sagittas nihil aliud, quàm eorum radios putandum esse omnes docent, quibus sunt illa sydera armata: sicut de Sole Lactantius inquit:

Armatus radiis elementa liquentia lustrans.

g Vel etiam Lunam esse dixerunt. } Porphyrius in Naturalibus deorum interpretamentis, quod in sole, inquit, est Apollo, id in Luna est Minerva, per quam prudentia significatur.

h Quauis ignem mundi leuiorem. } Nempe ad focos, & usus hominum: tum etiam ad generationem pertinentem, ut dixi alibi: quamquam in his, ut rebus commentitiis: mira est sententiarum varietas. Phurnutus enim ait, Vulcanum esse ignem hunc crassiozem. quo passim utimur. Ille enim subtilior Iupiter est: & idem Prudentius. Ipse ignis, nostrum qui seruit ad usum, Vulcanus perhibetur, & in virtute superna fingitur, ac delubra deus & nomine acore assimulatus habet: nec non regnare caminis fertur, & Aeolia summus faber esse, vel Aetna.

i Solum cælum Iupiter. } Vnde illud Ennii: Aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes Iouem.

k Et si Venerem vinceret. } In contentione de nomine luciferi stellæ.

Quòd etiam ipse Varro opiniones suas de diis pronunciauetit ambiguas.

CAP. XVII.



T sicut hæc, quæ exempli gratia commemoravi, ita cætera non explicant, sed potius implicant: sicut impetus errabundæ opinionis impulerit, ita huc atque illuc, hinc atque illinc, insiliunt & resiliunt: ut ipse Varro de omnibus dubitare, quàm aliquid affirmare maluerit: nam & trium extremorum, primum cum de diis certis absoluisset librum,

librum, in altero ^a de diis incertis dicere ingressus, ait: Cùm in hoc libello dubias de diis opiniones posuero, reprehendi non debeo. Qui enim putabit iudicari oportere, & posse, cùm audierit, faciet ipse. Ego citius perduci possem, vt in primo libro quæ dixi, in dubitationem reuocem, quàm in hoc quæ perscribam, omnia ad aliquam dirigam summam. Ita non solum istum de diis incertis, sed etiã illum de certis fecit incertum. In tertio porrò isto de diis selectis, posteaquam prælocutus est, quod ex naturali theologia præloquendum putauit, ingressurus huius ciuilibus theologiæ vanitates & insanias mēdaces, vbi eum non solum nō ducebat rerū veritas, sed etiã maiorum premebat autoritas. De diis, inquit, po. Rom. publicis, quibus ædes dedicauerūt, eosque pluribus signis ornatos, notauerunt, in hoc libro scribam, sed vt^b Xenophanes Colophonius scribit, quid putem, non quid contendam ponam. Homini enim est hæc opinari, Dei scire. Rerū igitur non comprehensarum, nec firmissimè creditarū, sed opinatarū, & dubitarum, sermonem trepidus pollicetur, dicturus ea, quæ ab hominibus instituta sunt. Neque enim sicut sciebat esse mundum, esse cælū, & terram, cælū syderibus fulgidū, terrā feminibus fertilē: atque huiusmodi cætera, sicut hanc totam molem atque naturam vi quadam inuisibili ac præpotēti regi, atque administrari certa animi stabilitate credebat: ita poterat affirmare de Iano, quod mundus ipse esset: aut de Saturno inuenire quomodo & Iouis pater esset, & Ioui regnanti subditus factus esset, & cætera talia.

L. V I V E S.

DE diis incertis. } *Dixi alio loco de diis incertis, quorum incerta erat diuinitas: dicam pauca de diis ignotis, ne quis eisdem esse putet ignotos deos. & incertos. Erant in agro Attica multa diis ignotis sacra ara, vt Lucas attingit in Actis Apostol. cap. 17. & apud Pausaniam in Attica θεῶν ἀγνώτων βουαί: quæ ara inuento Epimenidis Cretensis sunt erectæ: nam cùm regio pestilentia laboraret, consultaque Pythia respondisset, expiari oportere urbem & agros, nec cui deo sacrum fieri oporteret dixisset, Epimenides, qui tum Athenis erat, iussit dimitti hostias per agros, sequique eas sacrificos, & in quo loco quæque constitisset ibi mactari eam, immolarique deo ignoto propicio. Itaque ex eo tempore etiã ad ætatem Laertij Diogenis, frequenter visabantur per pagos Attica terra sacra ara sine nomine. Hæc libenter enarrant, propter locum sacrarum literarum.*

b Xenophanes Colophonius. } *Orthomenis filius, ut ait Apollodorus ex Colophone Ionia ciuitate, ubi & natus est Mimernus poeta elegorum scriptor. Solion scribit putasse omnia esse incomprehensibilia, quod Laertius improbat. Euseb. Solionem secutus, sensus omnes falsos esse, scribit Xenophanem sensisse, rationemque simul cum sensibus infirmasse: scripsit de diis contra Homerum atque Hesiodum. Fuit & alter Xenophanes: sed Lesbicus & poeta.*

Quæ credibilior causa sit, quæ error paganitatis inoleuerit.

C A P. X V I I I.



E quibus credibilior redditur ratio, cum perhibetur homines fuisse, & unicuique eorum ab iis, qui eos adulando deos esse voluerunt, ex eorū ingenio, moribus, actibus, casibus, sacra & solennia constituta: atque hæc paulatim per animas hominum dæmonibus similes & ludicrarum rerum auidas irrependo, longè latèque vulgarūt, ornantibus ea mendaciis poetarum, & ad ea fallacibus spiritibus seducentibus. Facilius enim fieri potuit vt iuuenis impius vel ab impio patre interfici metuens, & auidus regni patrem pelleret regno, quàm id quod iste interpretatur: ideo Saturnum patrem à Ioue filio superatum, quod ante est causa, quæ pertinet ad Iouem, quàm semen quod pertinet ad Saturnum. Si enim hoc ita esset, nunquã Saturnus prior fuisset, nec pater Iouis esset. Semper enim semē causa præcedit, nec vnquam generatur ex semine. Sed cum conantur vanissimas fabulas siue hominum res gestas velut naturalibus interpretationibus honorare, etiam homines acutissimi tantas patiuntur angustias, vt eorum quoque vanitatem dolere cogamur.

L. V I V E S.

a ET unicuique eorum ab iis actibus. } *In antiquis libris sic scribitur: Et unicuique eorum ab iis, qui eos adulando deos esse voluerunt, ex eius ingenio, moribus, actibus, casibus, sacra & solennia constituta, atque hæc paulatim per animas hominum dæmonibus similes, & cetera.*

De interpretationibus, quibus colendi Saturni causam ratiocinantur.

C A P. X I X.

S Aturum, inquit, dixerunt, quæ nata ex eo essent solitum deuorare, quod eò semina vnde nascerentur redirent: & quod illi pro Ioue gleba obiecta est deuoranda: significat, inquit, manibus humanis obrui cœptas ferendo fruges, antequàm ytilitas arandi esset inuenta.

Saturnus

Saturnus ergo dici debuit ipsa terra, non semina. Ipsa enim quodammodo deuorat quæ genuerit, cum ex ea nata semina, in eam rursus recipienda redierint. Et quod pro Ioue accepisse dicitur glebam, quid hoc ad id valet, quod manibus hominum semen gleba coopertum est? Nunquid ideo non est, ut cætera, deuoratum, quod gleba coopertum est? Ita enim hoc dictum est, quasi qui glebam opposuit, semen abstulerit: sicut Saturno perhibet oblata gleba ablatum Iouem, ac non potius gleba semen operiendo fecerit illud diligentius deuorari? Deinde isto modo semen est Iupiter, non seminis causa, quod paulò antè dicebatur. Sed quid faciant homines, qui cum res stultas interpretantur, non inueniunt quid sapienter dicant? Falcem habet, inquit, propter agriculturam. ^a Certè illo regnante nondum erat agricultura, & ideo priora eius tempora perhibentur, sicut idem ipse fabellas interpretatur, quia primi homines ex his viuebant seminiibus quæ terra sponte gignebat. ^b An falcem sceptro perditio accepit. ut qui primis temporibus rex fuerat otiosus, filio regnante fieret operarius laboriosus? Deinde ^c ideo dicit à quibusdam pueros ei solitos immolari, sicut à Pœnis, & à quibusdam etiam maiores, ^d sicut à Gallis, quia omnium seminum optimum est genus humanum. De hac crudelissima vanitate quid opus est plura dicere? Hoc potius aduertamus atque teneamus, has interpretationes non referri ad verum Deum, viam, incorpoream, incommutabilemque naturam: à quo vita in æternum beata poscenda est, sed earum esse fines in rebus corporalibus, temporalibus, mutabilibus, atque mortalibus. ^e Quod Cælum, inquit, patrè Saturnus castrasse in fabulis dicitur, hoc significat penes Saturnum, non penes Cælum semen esse diuinum: hoc propterea quantum intelligi datur, quia nihil in cælo de seminibus nascitur. Sed ecce, Saturnus si Cæli est filius, Iouis est filius. Cælum enim esse Iouem immutabiliter, & diligenter affirmant. Ita ista quæ à veritate non veniunt, plerunque, & nullo impellente, seipsa subuertunt. ^f *Κεῖρον* appellatum dicit, quod Græco vocabulo significat temporis spatium: sine quo semen, inquit, non potest esse fœcundum. Hæc & alia de Saturno multa dicuntur. & ad semen omnia referuntur. Sed saltem Saturnus seminiibus cum tanta ista potestate sufficeret. Quid ad hæc dij alij requiruntur, maxime Liber & Libera, quæ est Ceres? De qui-

bus rursus quod ad semen attinet, tanta dicit, quasi de Saturno nihil dixerit.

L. V I V E S.

a **C**ertè illo regnante, nondum erat agricultura. } *Quis in-*
uenit artem colendi agri, non conuenit. Alij Cereri hoc tri-
bunt, ut vulgaris opinio: alij Triptolemo, seu certè hoc eum primum
fecisse, ut Iustinus & Ouidius: alij Dionysio, ut Tibullus: quam Osi-
rim nominant, ut Diodorus. Atque hæc omnia post Saturnum. Ideo
Vergilius inquit:

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.

Sunt qui Saturnum ipsum agriculturam docuisse Ianum, & Italos pu-
tent: sed postquam fugit è Creta adactus necessitate aliquid excogitãdi.
Ita semper posterior erit inuentio agriculturæ Saturni regno. Poetæ in
etate aurea, quæ sub Saturno fuit, nullam ponunt culturam agri: sed ut
inquit Verg.

Ipsa tellus

Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Et Ouid.

Fruges tellus inarata ferebat.

Quæ sunt de Hesiodo sumpta: κερπον δ' ἴσπερ ζείδ' ἄρως ἀΐσα Λύτο-
μοῦτι πολλόν τε καὶ ἀΐθορον.

b An falcem scæptro perditio. } *Silius Italicus lib. 14. falcem Sa-*
turni Zanclicæ ciuitate Siciliae repertam esse dicit: ideo sic eam urbem ap-
pellatam. nam ζάχην Sicula lingua, est falx, sicut Thucydides testatur.

c Ideo dicit à quibusdam pueros. } *Orosius lib. 4. cap. 6. & Tro-*
gus, Lactantius lib. 1. Poscennius Festus in libris Historiarum, per
satyrã refert, Carthaginenses Saturno humanam hostiam solitos im-
molare. hoc Herculi à Pœnis sacrificium fieri scribit Plinius lib. 36.
sed alij Saturno referunt. ut Plato in Timoe, & Dionysius Halicar-
nassensis. Idem Theodoricus Cyrenensis in Sacrificiis, & Eusebius, &
Tertullianus, qui addit principatu Tybery prohibitos illos id facere,
crucifixis etiam sacerdotibus: nihilominus tamen perseverasse in eo sacri-
ficio, etiam sua etate: sed occultè. Causam huius immanitatis sunt qui
referant ad odium Iunonis. Sed Eusebius in Euang. præpar. ex San-
choniathone theologiam Phœnicum recensens scribit: Saturnum re-
gionis Palestinae regem, cum hominem exiit, astrum illud, quod de eius
nomine vocatur, induisse: paulò post Anobreth nympham, quæ uni-
cum habebat ex Saturno filium, ac idcirco Leud appellatum, nam id
est illigenti unicus filius, coactam eum immolare quod periculoso bello
patria premeretur, essetque moris peruetusti, filium principi charissi-
imum, per eiusmodi discrimina demoni ulciscenti sacrificare, ad eius
iram

iram placandam. Carthaginenses autem, cum à Phœnicibus sint oriundi, hominem mactabant Saturno, cuius aliquando filius sic immolatus esset: vel ipsi hoc statuentes in Africa, vel institutum iam ex vetere patria secum transferentes in novam. Quemadmodum verò sacrificarentur hi pueri Saturno, Diodorus tradit in libro Bibliothecæ 20. Erat, inquit, apud eos ahenea statua Saturni, magnitudine enormi, cuius manus in terram dependebant sic contortæ & involuæ, ut qui pueri admouebantur in foveam inciderent, ignis plenam. Sic illæ. Quo tempore hæc edebamus, insula est à nostris nautis inuenta, quam de principis nomine Caloniam vocarunt. In ea frequentes visuntur statua deorum, quos gentes illæ colunt aheneæ, intrinsecus cavæ, manibus iunctis, passisque, in quibus infantes & pueros, quos diis illis immolant, statuunt, ibique videntur crudeliter igne in cauis simulachri accenso, & are calorem immodicum concipiente.

d Sicut à Gallis. } Plinius lib. xxx. & Solinus, & Mela, & Cesar, & Lucanus, & Lactantius non Saturno, sed Eso & Theutanti immolare eos humanam victimam scribunt: Tertullianus Mercurio: sed hic est, Theutantes. Plinius iussos eos refert à Tyberio tam immani superstitione abstinere. Suetonius hoc tribuit Claudio, cæptumque interdici tali genere sacrificij ab Augusto, sed civibus tantum. S. C. factum est anno V. C. 657. P. Licinio Crasso, Gn. Cornelio Lentulo Coss. ne in toto imperio Romano hostia humana immolaretur. quod genus sacrificij, toto pene orbe Hadriani principatu cessavit: tamen si Latialis Iupiter etiam Tertulliani, sed & Eusebii, & Lactantii tempore sanguine humano coleretur. Tum & ante Herculem homo Saturno immolabatur in Latio, quod sacrum Fannius instituit auro suo Saturno, ex oraculo, cuius erat versus, sicut ex Varrone Lactantius & Macrobius tradunt: καὶ κεφαλὰς ἀδῆ, καὶ τὸ πῦρ ἐπέμπετ φῶτα, hoc est, Diti ferte caput, patri quoque lumina ferte. Erat autem pater Plutonis Saturnus, apud Lactantium legitur, καὶ κεφαλὰς κεραϊδῆ φῶς, verò ambiguum est: φῶς lux est, φῶς est vir, ut apud Homerum:

Αὐτῆς δὲ μιν σῆεος ἐσφῆχτο ἰσῶθεος φῶς. & sæpe alibi.

Plutarchus in libello cui titulus καὶ δε βιωταίς, rationem reddit, cur φῶς sit & lux & vir. Verùm Hercules cum in Italiam venisset, videretque ex Græcis, qui ea in loca demigrarant passim ad immolandum ab indigenis Aboriginibus corripri, rogassetque tam immanis ritus causam, prolatum esse oraculi carmen, quod ipse interpretatus est, docuitque non viros Saturno, sed lumina debere esse sacra: ita institutum est, ut deinceps singulis annis Idibus Maij ex ponte Milvio per sacerdotes & virgines Vestales humana simulachra. xxx. è scirpeis virgultis constru-

Et in Tyberim deicerentur, qui Argæ dicerentur in memoriam uelusti moris. nam veteres illi Latini Græcos omnes Argiuos nuncupabant: luce uero Saturnus placaretur: autores Græci, Dionysius, & Plutarchus. Latini, Varro, Festus, Gellius, Macrobius, Propertius, Lactantius, Ouidius. Tametsi hic aliter narrat fabulam 5. Fast. Manethus historicus refert solitos Aegyptios in Solis ciuitate tres homines Iunoni mactare: Amasim uero regem pro hominibus cereos sacrandos instituisse.

e Quod Cælum, inquit, patrem. } Eusebius De theologia Phœnicum loquens, sic ait: Post triginta duos annos regni Cæli Saturnus eius filius insidius prope fontes ac fluuios locatus, patrem captum excucit. unde sacer sanguis in fontes ac fluuios stillauit: qui locus etiam his temporibus uisitur. Cælum Diodorus lib. 4. scribit peritissimum fuisse cursuum astrorum in tempo: umque, & annum digessisse, unde illi Cælo nomen, rudisque homines artes docuisse, & humanitatem, regnasse circa Septentrionem & Occidentem in Africa, genuisseque ex uariis uxoribus liberos quinque & quadraginta.

f Κρόνος appellatū dicit. } Quasi χρόνος, id est, tempus. Aliam Cæli, & Saturni, & Iouis interpretationem adducit Balbus Stoicus apud Cicer. 2. De nat. deorum. Saturnus uero non Chronos est, sed Cronos, hoc est χρόνος, tempus est χρόνος. Romani ueritatis patrem Saturnum existimabant, ut scribit Plutarchus, quod tempus omnia reuelat.

De sacris Ceretis Eleusina.

C A P. X X.

IN Ceretis autem sacris prædicantur illa Eleusina. quæ apud Athenienses nobilissima fuerunt. De quibus nihil iste interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, quod Ceres inuenit, & ad Proserpinam, quam rapiente Orco perdidit. Et hanc ipsam dicit significare fœcunditatem seminum. Quæ cum defuisset quodam tempore, eademque sterilitate terra mœreret, exortâ esse opinionem, quod filiâ Ceretis, id est, ipsam fœcunditatem, quæ à proserpêdo Proserpina dicta esset, Orcus abstulerat, & apud inferos detinuerat. Quæ res cum fuisset lectu publico celebrata, quia rursus eadem fœcunditas rediit, Proserpina reddita, exortâ esse lætitiâ, & ex hoc ei solennia instituta. Dicit deinde multa in mysteriis eius tradi, quæ nisi ad frugum inuentionem nõ pertineant.

L. V I V E S.

a **I**N Ceretis autem sacris. } De Ceretis sacris non fuerit uel inuicundum, uel inutile, si paulò plura dixerò, quàm soleant uulgò, qui de ea re tractant. Ceres ex Ioue Proserpinam genuit, quam Pluto rapuit

rapuit è Sicilia, materque eam querens magnam orbis partem peragravit, cùmque in Eleusini unum ex xij. oppidis Atticae terra venisset, hospitio à Celeo, qui tum ibi erat princeps, est excepta, aluitque dea Triptolemus recens ex Hyona Celeo natus, seu ut Straboni placet, Idemus. *mus*

Quisquis ille fuerit tam Cereris amans, sacra institui magni ceremonis peragenda, quae dictae sunt Eleusinae, & deae Eleusinae Ceres, ac Proserpina. Sunt qui ex Aegypto per Erichtheum adducta putent. Non fit inibi admodum absurdum veri. Nam illinc maxima pars vanitatis in reliquum se orbe dispersit. Ad ista sacra non patebat aditus nisi initiatis, praecòque abesse profanos iubebat: atque hinc sumpsisse Verg. versiculum illum, Procul ò procul este profani, autor est Serenus. & Alcibiadi tantum negotium facesitum, quod profanus interfuisse sacris Cereris diceretur. Primus qui haec sacra euulgavit, fuit Numerius philosophus, quem ferunt paulo post vidisse per quietem deas Eleusinas habitu meretricio, quae se adyto pudicitiae suae per illum extractas quærerentur, vulgòque prostitutas. quod profectò indicium est meretriciae illis contineri. Nam si honesta & sancta, nunquam eas pudisset euulgari. Obliquè haec perstrinxit Socrates, ut alia perinulia apud Platonem, cùm iubet turpia factaque à diis commissa sacris secretissimis occultari, & qui minatur se Isidis, quae eadem est Ceres, sacra recondita aditurum. Quo dicto cogit Isidem ipsam, quae is iubeat facere, satus declarat nefaria illa esse & pudenda, Gregorius Nazianzenus in Epiphaniis. ἡ δὲ κόρη περὶ ἡμῖν ἀπαράξεται, καὶ ἐκμήτηρ πλανᾶται, καὶ καλεῖται πῦας ἐπιπέταγαι, καὶ τριπτολίμου, καὶ δεκάοντα, καὶ τὰ μὲν ποιεῖ τὰ δὲ πάτχει. ἀσχώρομαι γὰρ ἡμέτερον δῶμα τῷ νυκτὸς πλεπέτῳ, καὶ ποιεῖν τῷ ἀσχωρόσι μὲν κερῶν. εἰ δὲ ἐλθὲν ταῦτα, καὶ εἰ ἦ σιωποῦμαι καὶ σιωπῆς ὄντων ἀξίον ἐπιπέταγαι. hoc est: Neque nobis virgo aliqua rapitur, nec Ceres errat, nec Celeus adducit, & Triptolemos, & Diacones, partimque agit, & partim patitur: nam pudet me diem afferre sacrificiis nocturnis, & ex mysterio turpitudinem efficere. Scit Eleusis haec, & spectatores rerum, quae tacentur, & certè silentio digna sunt. Et Theocritus ἐὶ ἀναρριδίδι. Ζαῖ ὦ δὲ φίλα γυνὴ Ἰασίωνα, οὐ τίποσι ἐκύρησι ἔοσι ἢ πεισισθε βίβραλοι. Beatum arbitrantur Iasiona, qui tantum affectus sit, quantum prophani non facillè crediderint: in quo occultè perstrinxit concubitum Cereris & Iasionis. Quid illis sacris contineretur sic Eusebius docet ex Clemente: Quidam, inquit aiunt, Asclapodem Amythaonis filium ab Aegypto in Graciam lucum Cereris sollemniter celebratum reportasse. Ceres peperit, educatur puella, Perephattem nonnulli appellant, cui Iupiter, qui genuit, draco factus coniungitur: inde in Sauiatorum mysteriis draco in spiram involutus in sacrificiis ad

factorum memoriam, imò verò in testimonium tantæ turpitudinis, ut ego dixerim, adhibetur. Peperit & Perephatte tauriforme filium, unde poeta quidam taurum laudant Dracenis patrem, & Draconem rursus tauri patrem, & in montem arcana hæc facta ducentes pastorem stimulum celebrabant: pastorem, ut puto stimulum, ferulam, quod genus ligni bacchantes ferunt. Nequeo latius huius Periphatta sacra enarrare, quasillum, rapinam. Idonera terra hiatus, sive Eubolei, quas eodem hiatu simul & duas deas absorptas aiunt fuisse: unde & Megareum in Thesinoporus suis immittunt, quæ sacra variis modis mulieres, quoniam hæc fabula variè narratur, per ciuitates Græciæ celebrant, Thesinophoria, Scirophoria, Inephabiliphoria vocantes, & multis modis Perephatta rapinam complorantes. Tantum Clemens, interprete Georgio Trapuntio: nam codicem Græcum non habebam. Ferebantur & cista operta à sacerdotibus puellis, altera florum, qua ver significatur: altera spicarum, qua aetas. Virgines istas vocabant *κάνφορος*, id est canistriferas: quarum Cicero meminit in Verrem de signis: tametsi Porphyrius super illo versu Horatii: *Velut qui Iunonis Canephoris sacra ferret*, Canephoros Iunonis dicit esse. Athenis Orgia quoque hæc Orgia. sacra nominabantur, sicut idem Clemens ait, ab ira quam aduersus Iouem concepit Ceres. Catullus:

Pars obscura canis celebrabant Orgia cistis:

Orgia, que frustra cupiunt audire prophani.

Strabo lib. 10. & Ser. 4. *Aeneid.* omnia ferè sacra Orgia esse à Græcis dicta perhibent. Imagines in illis sacris deorum hæc fuerunt, Creatoris, quam gestabat antistes hierophantes: Solis, quam facifer: Lunæ, quam minister ad aram: Mercurij, quam præco sacrorum: & quemadmodum in sacris Dionysij circumferabatur Priapus, ita in istis natura muliebris, ut Theodoritus testatur: qui etiam affirmat Iouem cum Cerere matre, & cum Proserpina filia concubuisse. Et hæc erant sacra. ad que non patebat aditus, præterquam initiatis, & in que nemini licebat penetrare, qui sibi sceleris perpetrati conscius esset, id præcone complamante. Quibus nec ausus est interesse Nero, quòd impius esset, & initiari voluit Antoninus princeps, ut probaret se innocentem. Tametsi nescio, an magnis sacris ille sit initiatus: nam lex erat apud Athenienses vetus, ne hospes ullus ad ea sacra admitteretur: ut commentator Aristophanis meminit. Cùmque Hercules vellet illis initiari, & lege vetaretur, quòd tamen erat & amicus, & Iouis filius, parua sacra Eleusina sunt instituta, quibus hospites reciperentur: magnæque Cereris fuerunt, parua verò Proserpina, que ille *ὄσπερ ἀεγυρίδαρον καὶ ἀεγυρίδαρον* ait esse *τῆς μεγάλων*, id est, purgationem & velut sanctificationem

cationem ad magna. Et tunicam quidem quam initiationis die induerant nouam, & per quam mundam, nunquam exuebant, quo ad tandem lacera gestari amplius nequiret. Sunt qui existiment ad fascias filiorum infantum seruari consuesse. Et hæc quidem in Græcia. Roma verò solibat magnum Cereris æniuersarium quotannis celebrari, quod à lugentibus fieri nefas erat, ut scribit Liu & nuptiæ Cereris siue Orci, quibus vinum infervi piaculum sed etus, & tedas, de quibus Plaut. loquitur in *Aulularia*: Cereri nuptias facturi estis, quia nihil timeti allatum video. *Macrob. de viroque sacro in Sat. & Serui. l. Geor. illo loco:*

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,

Cui tu lacte fauos, & milti dilue Baccho.

Celebrabantur quoque ludi in honorẽ Cereris, quæ Cerealia sunt dicta: Cerealia de quibus extat caput in *Miscel. Politiani hominis exculitissimi*. Et ne quis autoritate viri fallatur, dicam quid de ea re sentiam. Primum, non sunt iidem Circenses illi veteres, iam inde à Romulo instituti, & hi Cereales multo recentiores: nam illi Neptuno equestri fuerant semper sacri: deinde Cereales ludos longe ante Memmianum factos fuisse testis est *Liuus*, nempe xvi. anno secundi belli Punici ex S. C. à dictatore *Gn. Seruilio Gemino*, & magistro equitum, *Aelio Peto*. Nec *Tacitus* & *Onidius* aliud indicant, quàm in Circo celebrari solitos ludos Cereris: & Cereales ædiles rei frumentariæ curandæ creati erant, non ludorum ergo, tamen si ludos facerent Cereri. Tum & illud in capite miror putasse *Politianum C. Memmianum*, quem *Cæsar* fecisset ædilem, esse, cui *Lucretius* dicasset opus suum: vel etiam si diis placet filium, cum obierit *Lucretius Pompeio* & *Crasso* secundum consulibus, epusque constet scriptum *C. Memmianum* propè adolescente adhuc. Profecto verum est illud. d. erratum unum parentem esse multorum. Quæ nolim quisquam putet esse à me dicta, ut aliquid detraham memoriæ clarissimi viri: neque enim minoris est habendus *Politianus*, quod aliquot locis sui falsus, nempe homo & ipse. Ita quæ dixi, non sigillandi gratia, sed ut prosim, sunt dicta. Quod si quis existimarit me carpendi studio esse ductum, quod non est ita, us quoque velim, ut ne ignoret, non esse piaculum, non modò *Politianum*. sed ne quæquam ex sacratissimis vetustate reprehendere: verum de Cerealibus satis superque.

De turpitudine factorum, quæ Libero celebrabantur.

C A P. X X I.



Am^a verò Liberi sacra, quem liquidis seminibus, ac per hoc non solum liquoribus fructuum, quorum quodammodo primatum vinum tenet: verum etiam seminibus animalium præfecerunt, ad quantam turpitudinem

peruenerint, piget quidem dicere, propter sermonis longitudo-
 tudinem: sed propter superbam istorum hebetudinem non
 piget. Inter cætera quæ prætermittere, quoniam multa sunt,
 cogor: in Italiæ cõpitis quædam dicit sacra Liberi celebrata,
 cum tanta licentia turpitudinis, vt in eius honorem pudenda
 virilia colerentur: non saltem aliquantum verecundiore se-
 creto, sed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc turpe
 membrū per Liberi dies festos cum honore magno ^b plostel-
 lis impositū, prius per rura in cõpitis, & vsq; in urbem postea
 vectabatur. ^cIn oppido autē Lauinio vnus Libero totus men-
 sis tribuebatur, cuius diebus omnes verbis flagitiosissimis v-
 rebantur, donec illud membrū per forum transuectum esset,
 atque in loco suo quiesceret. Cui mēbro inhonesto matrem-
 familiās honestissimam, palām coronam necesse erat impo-
 nere. Sed videlicet Liber deus placandus fuerat pro euētibus
 seminum: sic ab agris fascinatio repellenda, vt matrona hoc
 facere cogeretur in publico, quod nec meretrix si matronæ
 spectarent, permitti debuit in teatro. Propter hoc Saturnus
 solus creditus est nō sufficere posse seminibus, vt occasiones
 multiplicandorum deorum immunda anima reperiret, & ab
 vno vero Deo meritō immunditiæ destituta, ac per multos
 falsos auiditate maioris immunditiæ prostituta, ista sacrilegia
 sacra nominaret, seseque spurcorum dæmonum turbis cõ-
 uiolandam polluendāque præberet.

L. V I V E S.

Bacchi sa- a **I** Am verò Liberi sacra. } *Thebanis tertio quoque anno sacra*
sta *Baccho celebrabantur in Cytherone mōte nocturna, qua de tem-*
pore Nyctilena sunt nominata, vt inquit Seruius. & ab annis Tri-
terica, ceu triennialia. In eis erant phalli, sicut Herodotus, & Plutar-
chus libello De cupiditate opum perhibent, hoc est, mentula prægrandes.
Phallus *Aegypti statuas pusillas confingebant immani virilis membri mole:*
aliae multæ gentes solam mentulā ducebant circum agros ad fertilitatem
frugum. Theodoritus lib. 3. refert phallogogia dictas ferias, quibus phalli
circumferebantur. Porrò Priapum Bacchi sacris addi multa sunt in cau-
sa. Primum quòd Priapus comes fuit expeditionum Bacchi: deinde
quòd sine beneficio Bacchi frigeat, ideo filius putatur Liberi & Vener-
ru. Iam & Bacchus seminibus præesse creditur, quorum membrum in-
strumentū nque inter omnia primum esse Priapus, & hac de causa hortis
præficiabatur, cuiusque sacra per pagos villasque à rusticis magna læntia
risque celebrata sunt. Postremò Diodorus Osridem, quem eundem
Bacchum

Bacchum fuisse ferunt, discerptum à Typhone fratre narrat, datumque unicuique eorum, qui cum Typhone coniurarent, partem aliquam, quo & fideliores inter se forent, & Osiridis mors melius celaretur: virile membrum, cum nemo vellet recipere, in Nilum est abiectum. Postea isis mariti necem ulta, membra omnia ex coniuratis re. upe. ruit, ac ubi deesse mentulam intellexit, imaginem eius sacrauit, & ad suam consolationem maiore habuit honore, quam reliquas partes, cerem. niãque & sacra illi instituit, phallumque dixit, cui primum initiabantur futuri sacerdotes. Gregorius Nazianzenus phallos & ityphallos ponit dicens: εἰς Ἰθυφθαλλοῦ καὶ τῆς ἰδύφθαλλοι ἀρχῆς καὶ τοῖς χύμασι καὶ τοῖς ἀγνύμασι. Sed lus inter phallum & ityphallum discrimen nullam esse arbitror aliud. quam quod ityphallus à re. ctitudine & ar. re. ctione videtur dictus, ex Græca voce.

b Plostellis. & A plostris plostellæ diminutiue Horatius lib 2. Sermo. Plostellæ
num: Plostellæ adiungere mures. Valerius Probus plaustra dicit ab im. peritis dici, plostra esse dicendum. tamen si usus plaustra obtinuit. Suetonius narrat admonitum Vespasianum à Floro ut diceret plaustra, non plostra, imperatoremque postridie Flaurum illum salutasse, non Florum.

c In oppido autem Lauinio. & Quod est in Latio, quod Aeneas Laninium conditum à se nomine uxoris appellauit. Huius colonia fuit Alba longa. Dixi de hoc alibi.

De Neptuno, & Salacia, ac Venilia.

C A P. X X I I.

NAm utique habebat Salaciam Neptunus uxorem, quam inferiorem aquam maris esse dixerunt, ut quid illi adiuncta est & Venilia, nisi ut sine vlla causa necessariorum sacrorum sola libidine animæ prostitute multiplicaretur inuitatio dæmoniorum? Sed, proferatur interpretatio præclaræ theologiæ, quæ nos ab ista reprehensione reddita ratione compescat. Venilia, inquit, vnda est quæ ad litus venit: Salacia quæ in salum redit. Cur ergo deæ sunt duæ, cum sit vna vnda, quæ venit & redit? Nèpe ipsa est exæstiuans in multa numina libido vesana. Quauis enim aqua non geminetur quæ it & redit, huius tamen occasione vanitatis, duobus dæmoniis inuitatis, amplius anima commaculatur, quæ it & non redit. Quæso te Varro, vel vos qui tam doctorum hominum talia scripta legistis, & aliquid magnum vos didicisse iactatis, interpretamini hoc: nolo dicere secundum illam æternam incommutabilemque naturam, quæ solus est deus, sed saltem secundum animam mudi & partes eius, quos

deos veros esse existimatis. Partem animæ mundi, quæ mare permeat, deum vobis fecisse Neptunum, vtcunque tolerabilioris est erroris. Itâne vnda ad litus veniens, & in salum rediens, duæ sunt partes mundi, aut duæ partes animæ mundi? Quis vestrum ita desipiat, vt hoc sapiat? Cur ergo vobis duas deas fecerunt, nisi quia prouisum est à sapientibus maioribus vestris: non vt dij plures vos regerēt, sed vt ea, quæ istis vanitatibus & falsitatibus gaudent, plura vos dæmonia possiderent? Cur autem illa Salacia per hanc interpretationem inferiori maris partem, qua viro erat subdita perdidit? Nāque illam modo cūm resluentem fluctum esse perhibetis, in superficie posuistis. An quia Veniliam pellicem accepit, irata suum maritum de supernis maris exclusit?

L. V I V E S.

a **N**Empe ipsa est exæstuans. *¶ Allusit ad æstum marinum.*
 b **Q**uæ it & non redit. *¶ De his hoc dicitur, quæ sempiternis addictæ supplicii non redeunt, vel ad vitam, vel ad spem vllam. Allusit ad verba Iob. 10. Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum. Quod de terra inferni dici constat, & ex verbis, & ex ipsis interpretib.*
 De Terra, quam Varro deam esse cōfirmat, eo quod ille animus mūdi, quem opinatur deum, etiam hanc corporis sui infimam partem permeet, eique vim diuinam impertiatur.

C A P. X X I I I.

NEmpe vna est terra, quam quidem plenam videmus animalibus suis: veruntamen ipsam magnum corpus in elementis, mundi que infimam partem, cur eam volunt deam? An quia fœcunda est? Cur ergo non magis homines dij sunt, qui eam fœcundiorē faciunt, excolendo: sed cūm arant, non cūm adorant? Sed pars animæ mundi, inquirunt, quæ per illam permeat, deam illam facit: quasi non euidentior sit in hominibus anima, quæ vtrum sit, nulla sit quæstio, & tamen homines dij non habētur. Et quod est grauius dolendum, his qui dij non sunt, & quibus ipsi meliores sunt colendis & adorandis mirabili & miserabili errore subduntur. Et certè idem Varro in eodem libro de diis selectis, ^a tres esse affirmat animæ gradus in omni vniuersaque natura. Vnum, qui omnes partes corporis quæ viuunt, transit, & non habet sensum, sed tantum ad viuendum valetudinem. Hanc vim in nostro corpore permanere dicit

dicit in ossa, vngues, capillos: sicut in mundo arbores sine sensu aluntur & crescunt, & modo quodam suo viuunt. Secundū gradum animæ dicit, in quo sensus est. Hanc vim peruenire in oculos, aures, nares, os, tactum. Tertium gradum animæ esse summum, qui vocatur animus, in quo intelligentia præeminet: hoc præter hominē^b omnes carere mortales: in qua, quoniam homines Deo videntur esse similes, hanc partem animæ mundi dicit Deum, in nobis autem genium^{*} vocari. Sic ergo & in anima mundi tres gradus instituens, vnam partem eius lapides esse dicit ac ligna: & hanc terram quam videmus, quod nō permanat sensus. Aliam verò, quam sensum vocat eius, vt æthera. Tertiam porrò, quam & animam eius nuncupat, quæ scilicet peruenit in astra: eam quoque asserit facere deos, & per eam quando in terram permanat, deam Tellurem: quod autem inde permanat in mare atque Oceanum, deū esse Neptunum. Redeat ergo ab hac quam theologiam naturalē putat, quod velut requiescendi causa, ab his ambagibus atque anfractibus fatigatus egressus est. Redeat, inquam, redeat ad civilem, hic eum adhuc teneo, tantisper de hac ago. Nondum dico si terra & lapides nostris sunt ossibus & vnguibus similes, similiter eos intelligentiam non habere sicut sensu carent. Aut si idcirco habere dicuntur, ossa, & vngues nostri intelligentiam, quia in homine sunt, qui habet intelligentiam, tam stultus est qui hos deos in mundo dicit, quam stultus est qui in nobis ossa, & vngues homines dicit. Sed hæc cum philosophis fortassis agenda sunt, nunc autem istum adhuc politicum, id est, civilem, volo. Fieri enim potest vt licet in illam naturalis theologiæ veluti libertatem caput erigere paululū voluisse videatur, adhuc tamen hunc librum versans, & se in illo versari cogitans: eum etiam inde respexerit: & hoc propterea dixerit, ne maiores eius, siue aliæ ciuitates, Tellurem atque Neptunum coluisse inaniter credantur. Sed hoc dico, pars animi mūdani, quæ per terram permeat, sicut vna est terra: cur etiam non vnam fecit deam, quam dicit esse Tellurem? Quod si ita fecit, vbi erit Orcus frater Iouis atque Neptuni, quem Ditem patrem vocant? Vbi eius coniunx Proserpina, quæ secundum aliam in eisdem libris positam opinionem, non terræ fœcunditas, sed pars inferior perhibetur? Quod si dicunt animi mundani partem cum permeat terræ partem superiorem, Ditem patrem facere deum: cum verò

* Al. voca

rā

Esse autem

in mundo

lapides ac

terrā, quæ

videmus,

quod nō per

manat sen

sus, vt ossa,

vngues

dei. Solem

verò, lu-

nam, stel-

las, quæ sē

tuntur, qui-

busque i-

pse sentit,

sensus esse

eius.

Æthera

porrò ani-

mam eius

cuius vim,

quæ perue-

nit in astra

ipsam quo-

que facere

deos, &

per eam

quod in ter

ram, &c.

inferiorem Proserpinam deam, Tellus illa quid erit? Ita enim totum, quod ipsa erat, in duas istas partes deosque diuisum est: ut ipsa tertia quæ sit, aut vbi sit, inueniri non possit: nisi quis dicat simul istos deos Orcum atque Proserpinam, vnam deam esse Tellurem: & non esse iam tres, sed aut vnam, duos: & tamen tres dicuntur, tres habentur, tres coluntur aris suis, delubris suis, sacris suis, simulachris suis, sacerdotibus suis: & per hæc etiam fallacibus prostitutam animam cõstuprantibus dæmonibus suis. Adhuc respondeatur, quam partem terræ permeet pars mūdani animi, ut deum faciat Tellumonem? Non, inquit, sed vna eadem terra habet geminam vim, & masculinam quod semina producat, & fœminam quod recipiat, atque enutriet: vnde à vi fœminea dictam esse Tellurem, à vi masculina Tellumonem. Cur ergo pontifices, ut ipse indicat, additis quoque aliis duobus, quatuor diis faciunt rem diuinam, Telluri, Tellumoni, Altori, Rufori? De Tellure & Tellumone iam dictum ex Altori quare? Quòd ex terra, inquit aluntur omnia, quæ nata sunt. Rufori quare? Quòd rursus, inquit, cuncta eodem reuoluuntur.

L. VIVES.

TRes esse affirmat animæ gradus. } Pythagoras & Plato tres animæ species esse dicunt: vegetalem, sensibilem, & rationis participem. In homine ipso animam duas habere partes aiunt: alteram rationis expertem, alteram participem: & illam duplicem esse, Iræ & Cupidinis: quas omnes locis faciunt distinctas: ut Plato ipse quarto De republica disputat. Aristoteles tribus illis primis animæ formis: quartam addit ad motum spectantem, quam dicit progressibilem. Sed in anima rationali partes illas solus putat esse distinctas ministeriis, non re ipsa aut loco: idcirco potestates nominat, quæ ut idem in Libris moralibus inquit, ad opera referuntur Alexander Aphrodisiensis quo pacto potentiæ sint in anima, docet: sed hæc tractare forsitan est huic loco alienum. Illud constat modò, vnam esse animam, quæ officis illis fungitur angendi capillus atque ossa, afficiendi sensu nervos, ratione cor ac cerebrum instruendi.

b Omnes carere mortales. } Hic locus variè in variis codicibus habetur. Alibi enim hoc totum non scribitur, In qua quoniam homines non videntur esse similes: & in eo quod sequitur, pro genio in aliis ingenium habetur. Tum illa sic ergo. In aliis ita leguntur, ut verba sint multum diuersa, sed quoniam sensus est idem, nihil necesse erit annotare.

c Altori. *Dis pater & Proserpina in antiquis sacris multi nomines erant: ille Dis pater dictus, & Tellumo, & Altor, & Rasor, & Cocytus. Proserpina uero Libera, & Orca, & Tellus nutritrix. Sic est in pontificum libris. Romulus quoque Altelus est dictus ab alendo, quod ipse suas vicinis omnibus inuisos admirabit a'eret arte. Mercurius Trimegi-
stus in Aesclepio, Terra uero & mari dominatur Iupiter Plutonium: & hic nutritor est animantium mortalium & fructiferarum.*

De Telluris cognominibus, eorumque significatio nibus, quæ etiam si erant multarum rerum indices, non multorum deorum debuerunt firmare opiniones.

C A P. XIII.

DEbuit ergo vna terra propter istam quadrigeminã vim, quatuor habere cognomina, non quatuor face- re deos: sicut tot cognominibus vnus Iupiter, & tot cognominibus vna Iuno: in quibus omnibus vis multiplex esse dicitur ad vnum deum, vel ad vnã deã pertinens: non multitudo cognominum deorum etiam multitudinem faciẽs. Sed profecto sicut aliquando etiam ipsas vilissimas fœminas earum, quas libidine quæsierunt, tædet pœnitẽtq. turbarũ: sic animam vilem factam, & immundis spiritibus prostitutam, deos sibi multiplicare, quibus contaminanda prosterneretur, sicut plurimum libuit, sic aliquando & libuit. Nam & ipse Varro quasi de ipsa turba verecundatus vnã deã vult esse Tellurem. ^aEandem, inquit, dicunt Matrem magnam, quod tympanũ habeat significari esse orbem terræ: quod turres in capite, oppida: quod sedes fingantur circa eam, cum omnia moueantur, ipsam nõ moueri. Quod Gallos huic deæ vt seruirent fecerunt, significat eos qui femine indigeant, terram sequi oportere, in ea quippe omnia reperiri. Quod se apud eum iactant: præcipitur, inquit, qui terram colunt, ne sedeant, semper enim esse quod agant. Cymbalorum sonitus, ferramentorum iactandorum ac manuum, & eius rei crepitus in colendo agro quid sit, significat ^b quod ferramenta illa erant: ideo ex ære, quod eam antiqui colebant ære, antequam ferrum esset inuentum. Leonem, inquit, adiungunt solum ac mansuetum, vt ostendat esse nullum genus terræ tam remotum ac vehementer ferum, quod non subigi colique conueniat. Deinde adiungit, & dicit Tellurem matrem & nomini- bus pluribus, & cognominibus quod nominarunt, deos existimatos esse complures. Tellurem, inquit, putant esse Opem;

quòd opera fiat melior : matrem, quòd plurima pariat: magnam, quòd cibū pariat: Proserpinam, quòd ex ea proserpant fruges: Vestam, quòd vestiatur herbis. Sic alias deas, inquit, non absurdè ad hanc reuocant. Si ergo vna dea est, quæ quidem consulta veritate nec ipsa est, interim quid itur in multas? Vnius, sint ista multa nomina, non tam deæ multæ quàm nomina. Sed errantium maiorum autoritas deprimit, & eundem Varronem post hanc sententiam trepidare compellit. Adiungit enim & dicit: Cùm quibus opinio maiorum de his deabus, quòd plures eas putarunt esse, non pugnat. Quomodo non pugnat, cùm valde aliud sit vnā deam nomina habere multa, aliud esse deas multas? Sed potest, inquit, fieri, vt eadem res & vna sit, & in ea quædam res sint plures. Concedo, vt in vno homine esse res plures. nunquid ideo & homines plures? Sic in vna dea esse res plures, nūquid ideo & deas plures? Verùm sicut volunt, diuidant, consent, multiplicent, replicent, implicent. Hæc sunt Telluris, & Matris magnæ præclara mysteria, vnde omnia referuntur ad mortalia semina, & exercendam agriculturam. Itane ad hæc relata, & hunc finem habetia tympanum, turres, Galli iactatio insana membrorum, crepitus cymbalorum, confectio leonum, vitam cuiquam pollicentur æternam, Itane propterea Galli abscissi huic Magnæ deæ seruiunt, vt significant qui semine indigeant, terram sequi oportere: quasi non eos ipsa potius seruitus semine faciat indigere? Vtrum enim sequendo hanc deam, cùm indigeant semen acquirant: an potius sequendo hanc deam, cùm habeant semen amittant? hoc interpretari est, an detestari? Nec attenditur quantum maligni dæmones præualuerint, qui nec aliqua magna his sacris polliceri ausi sunt, & tam crudelia exigere potuerunt. Si dea terra non esset, manus ei homines operando inferrent, vt semina conseruerentur per illam: non etiam sibi sæuendo, vt semina perderent propter illam. Si dea non esset, ita fecunda fieret manibus alienis, vt non cogeret hominem sterilem fieri manibus suis. Iam quod in Liberi sacris honesta matrona pudenda virilia coronabat, spectante multitudine: vbi rubens & sudans, si est vlla frons in hominibus, astabat forsitan & maritus: & quod in celebratione nuptiarum, super Priapi scapulum noua nupta sedere iuebatur: longè contemptibilia atque leuiora sunt ista præ turpitudine crudelissima, vel crudelitate

delitate turpissima. Ibi dæmoniacis artibus sic vterque sexus illuditur, vt neuter suo vulnere perimatur. Ibi fasciatio timetur agrorum, hic membrorum amputatio non timetur. Ibi sic dehonestatur nouæ nuptæ verecundia, vt non solum fœcunditas, sed nec virginitas adimatur: hic ita amputatur virilitas, vt nec conuertatur in fœminam, nec vir relinquatur.

L. VIVES.

a EAndem, inquit, dicunt matrem. } *Ouid. 4. Fast. aliam affert sacrorum Magnæ matris rationem. nam tympana & cymbala pulsari ait ad imitationem Corybantum, qui sonitu scutorum & galearum seruarunt Iouem: ideo pro clypeis pulsari tympana ex membranis, pro galeis cymbala ex ære: Turritam gestat ipsa dea coronam, quod ipsa prima turres in urbibus erexit. Gallos ei placere propter Atym: leonibus veltari: quod ipsa iras illorum mollierit.*

b Quod ferramenta illa. } *Alibi hoc deest, & sequens legitur, ideo ære quod. &c.*

c Super Priapi scapum. } *Metaphora est vsus. nam scapus est caulis siue stipes herbæ apud Varronem & Plinium. Significat virile membrum, quod est in modum stipitis erectum. Sunt & scapi in aedificiis apud Virruuium.*

d Confusibilia. } *In veteribus, leniora legitur, & sensui congruentius:*

e Vt nõ solum fœcunditas. } *Priapus adhibebatur, vt viro adiutor esset in admenda vxoris virginitate, & fœmine in fœcunditate prolis.*

Quam interpretationem de abscissione Atys Græcorum sapientium doctrina repeterit. CAP. XXV.

F T Atys ille non est commemoratus, nec eius ab isto interpretatio requisita est, in cuius dilectionis memoriam Gallus abscinditur. Sed docti Græci atque sapientes, nequaquam ratione tam sanctam atque præclaram tacuerunt. Propter vernalem quippe faciem terræ, quæ ceteris temporibus est pulchrior, ^b Porphyrius philosophus nobilis Atym flores significare perhibuit: & ideo abscissum, quia flos decidit ante fructum. Non ergo ipsum hominem, vel quasi hominem Atym, sed virilia eius flori comparauerunt. Ipsa quippe illo viuentē deciderunt: imò verò non deciderunt, neque decerpta, sed planè discerpta sunt. Nec illo flore amisso, quisquam postea fructus, sed potius sterilitas consequuta est. Quid ergo ipse reliquit, & quicquid remansit

abscisso, quid eo significari dicitur? Quò refertur? Quæ interpretatio inde profertur: An hæc frustra moliendo, nihilque inueniendo persuadent illud potius esse credendum quod de homine castrato fama iactauit, literisque mandatū est? Meritò huic aduersatus est Varro noster, neque hoc dicere voluit: nō enim hominem doctissimum latuit.

L. V I V E S.

GAllus abscinditur. } *Sacerdos Gallus. Diximus alibi de his omnibus. Festus tamen inquit Gallos idcirco etiam se excidere, quòd violarint parentis nomen, ne & ipsi possint unquam parentes fieri. Apud Bardesanem Syrum legitur in Osroëne iussisse Abgatum regem abscindi manus eorum omnium qui se excidissent: ita ibi ritum illum cessasse. Macrobius eadem interpretatur in Magna matre, & Attyde, quæ in Venere & Adonide, quæ in Iside & Osride: scæminas esse terram, viros solem.*

Porphyrus philosophus. } *De Porphyrio alibi. Hæc ipse dicit in libro De ratione naturali deorum: Atys, inquit, & Adonis ad fruges fructusque spectant: sed per Atym maxime flores significantur, qui prius decidunt, quàm ad fructum perueniant: idcirco excissum eum fabulantur: quoniam flores defluxi fructus non tulere.*

Ipsum hominem, vel quasi hominem. } *Alludit ad Platonis ænigma, qui in de rep. Homo non homo, videns non videns, percussit non percussit, lapide non lapide, auem non auem, super arbore non arbore: id est, eunuchus luscus percussit pumice vespertilionem super sambuco.*

De turpitudine sacrorum matris magnæ.

C A P. X X V I.

Témque de mollibus eidem Matri magnæ contra omnem virorum mulierumque verecundiam cōsecratis, qui vsque in hesternū diem madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, incessu scæmineo per plateas vicósque Carthaginis, etiam à populis vnde turpiter viuerent, exigebant: nihil Varro dicere voluit, nec vsquam me legisse cōmemini. Defecit interpretatio, erubuit ratio, contuit oratio. Vicit Matris magnæ omnes deos filios non numinis magnitudo, sed criminis. ^c Huic monstro, nec iam monstris cōparatur. Ille in simulachris habebat solam deformitatem, ista in sacris deformem crudelitatem. Ille membra in lapidibus addita, hæc in nominibus perdita. Hoc dedecus tot Iouis ipsius vitia, & tanta supra non vincunt. Ille inter scæmineas

mineas corruptelas ^d vno Ganymede cælum infamavit; ista tot^e mollibus profectis & publicis & inquinavit terram, & cælo fecit iniuriam. Saturnum fortasse possemus huic in isto genere turpissimæ crudelitatis siue conferre, siue præferre, qui patrem castrasse perhibetur: sed in Saturni sacris homines alienis manibus potius occidi, quam suis abscidi potuerunt. Deoravit ille filios suos, vt poetæ ferunt: & physici ex hoc interpretantur quod volunt: vt autem historia prodit, necavit. Sed quod ei Pœni suos filios sacrificauerunt, nō recepere Romani. At verò ista magna deorum mater etiā Romanis templis castratos intulit, atque istam sæuitiam morémque serauit: credita vires adiuuare Romanorum, exsecando virilia virorum. Quid sunt ad hoc malum Mercurij furta, Veneris lasciuia, supra, & turpitudines ceterorum, quæ proferremus de libris, nisi quotidie cantarentur, & saltarentur in theatris? Sed hæc quid sunt ad tantum malum, cuius magnitudo magnæ matri tantummodo competebar, præsertim quòd illa dicuntur à poëtis esse conficta: quasi poëtæ id etiam finxerint, quòd ea sint diis grata & accepta? Vt ergo canerentur vel scriberentur, audacia fuit, vel petulãtia poëtarum. Vt verò diuinis rebus & honoribus eisdem imperatibus & extorquentibus numinibus adderentur, quid est nisi crimen deorum, imò verò confessio dæmoniorum, & deceptio miserorum? Verum illud quod de abscissorum consecratione mater deorum colimur, non poëtæ confinxerunt, sed horrere magis quàm canere maluerunt. His ne diis selectis quisquam consecrandus est, vt post mortem viuat beatè, quibus consecratus ante mortè honestè non potuit viuere, tam fœdis superstitionibus subditus, & immundis dæmonibus obligatus? Sed hæc omnia, inquit, referuntur ad mundum: videat ne potius ad immundum. ^f Quid autem non potest referri ad mundum, quod esse demonstratur in mundo? Nos autem animum quærimus, qui vera religione confusus, non tanquam deum suum adoret mundum, sed tanquam opus Dei propter Deum laudet mundum, & mundanis sordibus expiatus, mundus perueniat ad Deum, qui condidit mundum. Istos verò selectos deos videmus quidem clarius innotuisse quàm cæteros: non tamen vt eorū illustrarentur merita, sed ne occultarentur opprobria: vnde magis eos homines fuisse credibile est: sicut non solum poeticæ literæ, verum etiam historicæ tradiderunt. Nam quod Vergilius ait:

¶ *Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,*

Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.

Et quæ ad hanc rem pertinentia subsequuntur, h^o totam de hoc Euhemerus pandit historiam quam Ennius in Latinum vertit eloquium. Vnde quia plurima posuerunt, qui cōtra huiusmodi errores ante nos vel Græco sermone, vel Latino scripserunt, non in eo placuit mihi immorari.

L. V I V E S.

a ¶ *Tiam à populis vnde turpiter viuerent. } Gallis matris deum licebat stipem à populo pescere lege à Metello lata. Causam Quid scribit his verbis:*

Dic, inquam, parua cur stipe querat opes?

Contulit es populus, de quo delubra Metellus

Fecit, ait, danda mos stipis inde manet.

Cicero in seuerissimis illis suis & sanctiss. ut illis temporibus, legibus, sic iubet: Præter idea matris famulos, & que iustis diebus, ne quis stipem cogito. Rationem addens inquit: Stipem sustulimus nisi eam quam ad paucos dies propriam Idea matris excepimus. Implet enim superstitione animos, & exhaurit domos. Quid si nunc viderent Augustinus & Cicero diuissima & amplissima sodalitia ab eis poscere stipem, quibus deceret potius sua impartiri, quibus redundant & affluunt? Cum interea qui dedit arrodat siccum & cibarium panem, oleribus mensam instruens, & fictilibus vasis aque duntaxat plenis, liberis circumspectus, pro quibus noctes & dies sollicitus operi intentus agit: qui accepit opulens mendicus, candido & siligineo pane perdicibus capisque, generoso vino ac leni se obruat.

b *Nec vspiam me legisse. } Interpretationem eorum.*

c *Nec monstrositas comparatur. } De Priapo videtur intelligendum.*

d *Vno Gan. } Ganymedes Trois Phrygiæ regis filius, adolescens fuit speciosissima forma. quem Tantalus venantem maxima celeritate rapuit, & in Cretam perlatum Ioui dono dedit: hunc Iupiter habuit in delitiis concubinum. Fab. Lanus poetæ Iouem in a iuliam versum eum rapuisse, præfecisseque poculis loco Hebes, & Vulcani Iunonis liberorum: vertisseque in signum celeste, quem nunc Aquarium dicimus.*

e *Mollibus professis. } Id est, qui mollitiem profitebantur, & flagitia obscenissima.*

f *Cui enim hic mundus. } Mirum quàm aliter alibi scribatur sic. Quid autem non potest referri ad mundum quod esse demonstratur in mundo?*

g *Primus ab æthereo. } Verg. 8. Aen. } verbis Euandri ad Aeneam.*

h *Totam*

H Totam de hoc Homerus pandit historiam. } *Euhemerus habent veteres libri, & certum est sic esse legendum, nam hic, ut dixi, scripsit sacram historiam.*

De physiologorum figmentis, qui nec veram diuinitatem colunt, nec eo cultu quo colenda est vera diuinitas CAP. XXVII.

Pfas physiologias cū considero, quibus docti & acuti homines has res humanas conātur vertere in res diuinas: nihil video nisi ad tēporalia terrenaque opera, naturamque corpoream: vel etiā si inuisibilem, tamen mutabilem potuisse reuocari, quod nullo modo est verus deus. Hoc autem si saltem religiositati congruis significationibus ageretur, esset quidem dolendum, non his verum Deum annunciari. atque prædicari: tamen aliquo modo ferendum tam fœda & turpia non fieri, nec iuberi. At nunc cum pro Deo vero; quo solo anima se inhabitāte sit fœlix, nefas sit colere aut corpus aut animam: quāto magis nefarium est ista sic colere, vt nec salutem, nec decus humanū corpus aut anima colentis obtineat? Quamobrem si tēplo, si sacerdote, si sacrificio, quod Deo vero debetur, colatur aliquod elementū mūdi, vel creatus aliquis spiritus, etiam si non immundus & malus, non ideo est maiū, quia illa mala sunt quibus colitur, sed quia illa sunt talia, quibus solus ille colendus sit, cui talis cultus seruitūsque debetur. Si autem stoliditate vel mōstrositate simulachrorū, sacrificiis homicidiorum, coronatione virilium pudendorū, mercede stuprorū, sectione mēbrorū, abscissione genitaliū, consecratione molliū, festis improborū obscenorumque ludorū, vnū verum Deum, id est, omnis animæ corporisq; creatorem colere se quisque contendat: non ideo peccat, quia nō est colendus quem colit, sed quia colēdum, non vt colēdus est colit. Qui verò & rebus talibus, id est, turpibus & scelestis & non Deum verū, id est animæ corporisq; factorem, sed creaturam quanuis non vitiosam colit, siue illa sit anima siue corpus, siue anima simul & corpus, bis peccat in Deū, quod & pro ipso colit, quod nō est ipse: & talibus rebus colit, qualibus nec ipse colendus est, nec non ipse. Sed hi quōnam modo, id est quāturpiter nefariēq; coluerint, in prōptu est. Quid autem, vel quos coluerint esset obscurum, nisi eorū testaretur historia, ea ipsa quæ fœda & turpia confitentur numinibus terribiliter exigētibus reddita. Vnde remotis cōltat ambagibus, nefarios dæmones atq; immundissimos spiritus, ab omni ciuili


theologia in visendis stolidis imaginibus, & per eas possiden-
dis etiam stultis cordibus inuitatos.

L. V I V E S.

a **N**Ec ipse colendus est, nec non ipse. } *Nulla res eo genere
cultus est colenda, neque Deus, neque aliud quicquam, quod
non sit Deus: nam cultus ille ex se est nefarius & impius.*

Quòd doctrina Varronis de theologia in nulla sibi parte concordet.

C A P. XXVIII.

 Vid igitur valet quod vir doctissimus & acutissimus
Varro velut subtili disputatione hos omnes deos in
cælum & terram redigere ac referre conatur, & non
potest? Fluunt de manibus, resiliunt, labuntur, & decidunt. Di-
cturus enim de fœminis, hoc est, de deabus: quoniam, inquit,
vt in primo libro dixi de locis, duo sunt principia deorum a-
nimaduersa de cælo & terra, à quo dij partim dicuntur cæle-
stes, partim terrestres, vt in superioribus initium fecimus à
cælo cùm diximus de Iano: quem alij cælum, alij dixerunt
esse mundum: sic de fœminis initiū scribendi fecimus à Tel-
lure. Sentio quantam molestiam tale ac tantum patiat in ge-
nium. Ducitur enim quadam ratione verisimili, cælum esse
quod faciat, terram quæ patiat: & ideo illi masculinam vim
tribuit, huic fœmininam: & non attendit eum potius esse qui
hæc facit, qui vtrunque fecit. ^a Hinc etiã Samothracum no-
bilia mysteria in superiore libro sic interpretatur, eaque se
quæ nec suis nota sunt scribendo expositurū, eisque misurum
quasi religiosissimè pollicetur. Dicit enim se ibi multis indi-
ciis collegisse in simulachris, aliud significare cælū, aliud ter-
ram, aliud exempla rerum, ^b quas Plato appellat ideas: cælū
Iouem, terram Iunonem, ideas Mineruam vult intelligi. Cæ-
lum à quo fiat aliquid, terrā de qua fiat: exemplum, secundum
quod fiat. Qua in re omitto dicere, quòd Plato illas ideas tan-
tam vim habere dicit, vt secundū eas non cælū aliquid fece-
rit, sed etiã cælum factum sit. Hoc dico istum in libro selecto-
rum deorum rationem illam trium deorū, quibus quasi cūcta
cōplexus est perdidisse. Cælo enim tribuit masculos deos, fœ-
minas terræ. Inter quas posuit Mineruam, quam supra ipsum
cælū antè posuerat. Deinde masculus deus Neptunus in ma-
ri est, quod ad terrā potius quàm ad cælū pertinet. Dis pater
postremò, ^c qui Græcè *πλάτων* dicitur, etiã ipse masculus frater
amborū terrenus deus esse perhibetur, superiorem terrā te-
nens,

nens, in inferiore habens Proserpinam coniugem. Quomodo ergo deos in cælo, deas in terra esse perhibet, qui rursus deas in terram, deos ad cælum referre conantur? Quid solidum, quid constans, quid sobriū, quid definitū habet hæc disputatio? Illa autem est tellus initium dearū, mater scilicet magna, apud quam mollium & abscisorum seseque secantium atque iactantium insana perstreperit turpido. Quid est ergo quod dicitur, caput deorum Ianus, caput dearū Tellus: ^d nec tibi facit vnum caput error, nec hic sanum furor? Cur hæc frustra referre nituntur ad mundum, ^e quasi possit pro vero Deo mundus, vel opus pro factore coli? Et tamen eos, nec hoc posse veritas aperta conuincit. Referant hæc potius ad homines mortuos, & ad daemones pessimos, & nulla quæstio remanebit.

L. V I V E S.

H Inc etiam Samothracum nobilia. } Dixi alibi de his diis.
Varro lib. 4. De ling. Lat. magnos deos, qui et Samothracæ sunt, cælum et terram esse dicit, Iouem et Iunonem. Additur Minerva, quibus tribus Capitolum est sacratum, excellentissimum in urbe templum. Inter Græcos ipsos non satis constat, qui dicantur dii Samothracæ. Adscribam quæ memini me super his apud interpretem Apollonij Legisse: Καθεύκεις τὰς ἐν τῇ Σαμοθρακῇ καλοῦσι θεούς, ἃν καὶ μιᾶς αἰῶνος ᾔσκησεν τὰ ἰούατα. Τέσσαρες εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν ἀξίους, ἀξιοκέρτα, ἀξιοκέρτατος ἀξίους ὑπὲρ ἑνὶς ἢ δυοῖν ἀξίους, ἀξιοκέρτατος ἢ περισσόθεν. ἀξιοκέρτατος δὲ ὁ ἀδης. ὁ δὲ ποσειδεύς τεταρτὸς κατωτάτος ὁ ἑρμῆς ἐστίν, ὡς ἰσορεῖ διονυσόδωρος. Ἀθηνῶν δὲ γησι ὁ πῖσις καὶ ἀλέκτρα ἐγένετο Ἰασίων καὶ δάρδανος. Καθεύκεις δὲ δοκῶν ποσειδάωνος καὶ δάρδανος τῶν καθεύκων ἐστὶν ὁ πῖσις ὁ δὲ δέν μετὰ τῶν ποσειδωνίων. οἱ δὲ δύο εἶναι τὰς καθεύκεις φασί, ποσειδωνοῦ τε καὶ δάρδανος. Hoc est, Caberos vocant deos Samothracæ, quorum etiam nomina Minaseas prodidit: quatuor sunt, Axierus, Axiocersa, Axiocersus. Axierus est Ceres ipsa, Axiocersa Proserpina, Axiocersus Dis pater: quartus his additus est administrer Mercurius, ut Dionysodorus narrat. Aibennion verò inquit huius esse Ioue et Electra genitos, Iasionem et Dardanum: videntur Caberi nominati à Caberis Phrygiæ montibus, quòd illinc sunt transl. ti. Nec desunt qui duos tantum esse dicant, priorem seniore Iouem, alterum Iunior em Dionysum. Porro Iasionem Cereris filium fuisse dicit, Caberum nominatum Dardanum fratrem. Alii Iasionem et anasse et concubuisse cum Cerere narrant, idcirco fulmine interceptum. De Caberis si quis desiderat plura cognoscere, habet apud Strab. lib. 10.

Dij Samo-
thracæ

b Quas Plato appellat Ideas. } *Idea* Platonice ab spectando sunt dictæ: quoniam qui aliquid est acturus, ideam inspicit, ad quam suam actionem aptet, ut pictori qui de exemplari aliquid pingit, hoc exemplar est idea. Idcirco sic finitur exemplar rei agenda. Sunt omnium rerum apud deum idea: quas spectans ille fabricator mundi singula in lucem mundumque edidit. Itaque Platonis tria sunt uniuersorum principia: mens, que opus conficit Deus ipse: materia, ex qua fabricatur: & exemplar, quod cum aliquid agi spectat. Cum opus hoc natura Deus editurus esset, exemplar ei a se fuit, quod sequeretur, ut in *Timæo* scribit. Non ergo solum singula rerum species, sed cælum, elementa, ipsumque uniuersum, quod totum dicunt, principium sui habuit ideam. Apuleius in dogmatis Platonis: Ideas uero, id est formas omnium simplices & æternas esse, nec corporales tamen. Esse autem ex his que Deus sumpsit exempla rerum, que sunt erunt ue: nec posse amplius quam singularum specierum singulas imagines in exemplaribus inueniri, gignentium que omnium ad instar cere formas & significationes ex illa exemplorum figuratone signari. Vbi uero hæc sunt ideae, altior quaestio, & uariis sententiis à Platonice tractata, at ubi de ea differemus.

c Qui Græcè *πλούτων*. } *A diuitiis* sic nominatus, qui apud illos est *πλούτος*: ideo Latini *Diem* uocant, & diuites dites. Ex abditis enim terra uelut ex eius regno metalla & gemmae opes hominum eruantur: idcirco is Deus subterranea Hispaniæ incolere ueteribus dictus est, ut *Strabo* refert: quod ibi esset magna metallorum omnis generis copia, tum etiam è terra emergunt fruges, & pascua pecorum, unde pecunia & *proculum*, ut dixi.

d Nec ibi facit unum caput error. } *Quia Ianus biceps, & sacerdotes magnæ matris insani.*

e Quasi pos. } *Alibi sic: quod etsi possint, mundum nemo pius colit.*

Quod omnia que physiologi ad mundum partesque eius retulerunt, ad unum uerum Deum referre debuerunt. CAP. XXIX.

N Anque omnia que ab eis ex istorum deorum theologia uelut physicis rationibus referuntur ad mundum, quam sine ullo scrupulo sacrilege opinionis Deo potius uero qui fecit mundum, omnis animæ & omnis corporis conditori tribuantur, aduertamus hoc modo: Nos Deum colimus, non cælum & terram, quibus duabus partibus mundus hic constat: nec animam uel animas per uiuentia quæcunque diffusas, sed Deum qui fecit cælum & terram, & omnia que in eis sunt. Qui fecit omnem animam, siue quocumque modo uiuentem, & sensus & rationis expertem: siue etiam sentien-

tem,

tem, siue etiam intelligentem. ^b Et vt iam incipiam illa vnus & veri Dei opera percurrere, propter quæ isti sibi dum quasi honeste conantur sacramenta turpissima & scelestissima interpretari, deos multos falsosque fecerunt. Illum Deum colimus qui naturis à se creatis & subsistendi, & mouendi initia finisque constituit, qui rerum causas habet, nouit atque disponit: qui vim seminum cõdidit: qui rationalem animã, quod dicitur animus, quibus voluit viuentibus indidit: qui sermonis facultatem vsũque donauit: qui munus futura dicendi, quibus placuit spiritibus impartiuit: & per quos placet futura prædicat: & per quos placet malas valetudines pellit: qui bellorum quoque ipsorum, cum sic emendandum & castigandum est genus humanum, exordiis, progressibus, finibusque moderatur. Qui huius mundi ignem vehementissimũ & violentissimum præ iminensẽ naturæ temperamento, & creauit, & regit: qui vniuersarum aquarum creator, & gubernator est: qui solem fecit corporalium clarissimũ luminum, eique vim congruam & motum dedit. ^c Qui ipsis etiam inferis dominationem suã, potestatemque non subtrahit: qui semina & alimenta mortaliũ, siue arida siue liquida naturis competentibus attributa substituit. Qui terram fundauit atque fœcundat: qui fructus eius animalibus, hominibusque largitur: qui causas non solum principales, sed etiam subsequentes nouit, atque ordinat: qui lunæ statuit motum suum: qui vias cælestes atque terrestres locorum mutationibus præbet. Qui humanis ingeniis, quæ creauit, etiam scientias artium variarum, ad adiuuandam vitã naturamque concessit. Qui coniunctionem maris & fœminæ ad adiutorium propagandæ prolis instituit: qui hominum cœtibus, quem focus & luminibus adhiberent, ad facillimos vsus munus terreni ignis indulgit. Ista sunt certè quæ diis selectis, nescio per quas physicas interpretationes, vir acutissimus atque doctissimus Varro, siue quæ aliunde accepit, siue quæ ipse coniecit, distribuere laborauit.

L. V I V E S.

a **Q** Vibus duabus partibus. } *Sicut in exordio Geneleos: In principio creauit Deus calum & terram, quibus duobus mundus hic continetur, ut per calum caelestia, per terram mortalia omnia intelligantur.*

b Et vt iam incipiam. } *Epilogo colligit vires deorum omnium, de quibus egit.*

c Qui ipsis etiam inferis. } *Iob 40. & 41. capit. de potentia demoniorum à Deo ipsis permissa.*

Qua pietate discernatur à creaturis creator, ne pro vno tot
dij colantur, quot sunt opera vnius auctoris.

C A P. XXX.

Ec autem facit, atque agit vnus verus Deus. Sed sicut idem Deus vbique totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes sectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cælum & terram præsentem potentia, non absente natura. Sic itaque administrat omnia quæ creauit, vt etiam ipsa proprios exercere, & agere motus sinat. Quauis enim nihil esse possit sine ipso, non tamen sunt vlla, quod ipse. Agit autem multa etiam per angelos, sed non nisi ex seipso beatificat angelos. Ita quauis propter aliquas causas hominibus angelos mittat: non tamen ex angelis homines, sed ex seipso, sicut angelos beatificat. Ab hoc vno & vero Deo vitam speramus æternam.

L. V I V E S.

a **N**on absente natura. } *In antiquis est: Non indigente natura, qualis est cæterorum deorum, qui adiutoribus indigent.*

Quibus propriè beneficiis Dei, excepta generali largitate, sectatores veritatis vtantur.

C A P. XXXI.

Habemus enim ab illo præter huiuscemodi beneficia, quæ ex hac, de qua nonnulla diximus, administratione nature bonis, malisque largitur, magnum, & bonorum proprium magnæ dilectionis indicium. Quanquàm enim, quod sumus, quod viuimus, quod cælum terramque conspiciamus, quod habemus mentem atque rationem, qua eum ipsum, qui hæc omnia condidit, inquiramus, nequaquàm valeamus actioni sufficere gratiarum: tamen quod nos oneratos obrutosque peccatis, & à contemplatione suæ lucis auersos, ac tenebrarum, id est iniquitatis dilectione cæcatos, non omnino deseruit. Misitque nobis verbum suum, qui est eius vnicus filius, quo pro nobis in assumpta carne nato, atque passo, quanti Deus hominem penderet nosceremus, atque illo sacrificio singulari à peccatis omnibus mundaremur, eiusque spiritu in cordibus nostris dilectione diffusa, omnibus difficultatibus superatis in æternam requiem, & contemplationis eius ineffabilem

lem dulcedinem veniremus. Quæ corda, quæ linguæ ad agēdas ei gratias fatis esse cōtenderint?

L. V I V E S.

Quanti Deus hominem penderet. } *Paulus ad Romanos 8.*
Qui proprio filio non p. percit. sed pro nobis omnibus tradidit illū.

Quòd sacramentum redemptionis Christi nullis retro temporibus defecit, semperque sit diuersis significationibus prædicatum.

C A P. X X X I I.

Hoc mysterium vitæ æternæ iam inde ab exordio generis humani per quædam signa & sacramenta temporibus congrua, quibus oportuit per angelos prædicatum est. Deinde populus Hebræus in vnâ quandam rempublicam, quæ hoc sacramentum ageret, congregatus est, ^aubi per quosdam scientes, per quosdam nescientes, id quod ex aduentu Christi, ^bvsq; nunc & deinceps agitur, prænunciaretur esse venturum. Sparsa etiam post eadem gēte per gentes ^cpropter testimonium scripturarum, quibus æterna salus in Christo futura prædicta est. Omnes enim non solum prophetiæ, quæ in verbis sunt: nec tantum præcepta vitæ, quæ mores pietatemque conformant, atque illis literis continentur, verum etiam sacra, sacerdotia, tabernaculum, siue templum, altaria, sacrificia, ceremoniæ, dies festi, & quicquid aliud ad eam seruitutem pertinet, quæ Deo debetur, & Græcè propriè latria dicitur, ea significata & prænunciata sunt, quæ propter æternam vitam fidelium in Christo & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

L. V I V E S.

Vbi per quosdam scientes, per quosdam nescientes. } *Propheta nec omnes sua vaticinia intelligebant: nec qui intelligebant, omnia intelligebant. Non enim ex se loquuntur: sed ex superiore Dei afflatu, cuius consilia non omnia erant eis manifesta. ut ubi dicitur: Deus illis non velut consultus futurorum, sed instrumentum, quibus homines alloqueretur. Et si negandum non est summam visionum, hoc est, id quod prophetiæ omnes referebantur, esse illis à Deo patescens, puta de Messia venturo. Gentiles quoque non omnia quæ Sibyllæ & reliqui diuino furore concitati prædicebant, existimabant ab eis intelligi: sine ratione enim & mente ea fundebant, nec sui erant compotes: quippe qui exuti a lione propria anima, pro anima Deum haberent. Idcirco Iam-*

hlichus sacer dotes, Sibyllas & prophetas ait, quo prudentiores sunt, magis que & sobrii, & sui compotes, eo minus obscuriusque raticinari. Tunc demum apertissime & optime predicere futura, cum toti à Deo corripiuntur. Hac & alia ipse in mysteriis.

b Vsq̄ue nunc & deinceps agitur. & Nòdum enim finis est prophetiarum: & quanquam summa earum absoluebatur in Christo, nihilominus tamen ex eo quedam nascuntur, ad quæ prophetarum oracula quedam peculiaria spectant, quale est illud non apud unum prophetam de reliquiis Israel, quæ omnes in fine seculi seruabuntur.

c Propter testimonium scripturarum. & Vt scripturas suas per orbem totum cunctisque gentes spargerent, quibus tam aperte quæ in Christo secuta sunt, erunt prædicta, ut nemo eas legat, qui si Christi æta totamque vitam cognoscat, dubitare non possit, quin ille ipse sit, de quo illa præcuntur.

Quod per solam Christianam religionem manifestari potuerit fallacia spirituum malignorum de hominum errore gaudentium.

C A P. X X X I I I.

D Er hanc verò religionē vnā & verā, potuit aperiri deos gentium esse immundissimos dæmones, sub defunctorum occasionibus animarum, vel creaturarum specie mundanarum deos se putari cupiētes, & quasi diuinis honorib. eisdemq; scelestis ac turpibus rebus superba impuritate lætantes, atq; ad verum Deum conuersionem humanis animis inuidentes. Ex quorum immanissimo & impiissimo dominatu homo liberatur, cū credit in eum qui præbuit ad exurgendum tantæ humilitatis exemplum, quanta illi superbia ceciderunt. Hinc sunt non solū illi, de quibus multa iam diximus: & alij atque alij similes cæterarum gentium atque terrarum, sed etiam hi, de quibus nunc agimus tanquam in senatu deorum selecti: sed planē selecti nobilitate criminum, non dignitate virtutum. Quorum sacra Varro, dum quasi ad naturales rationes referre conatur, querens, honestare res turpes, quomodo his quadret, & consonet, non potest inuenire: quoniam non sunt ipsæ illorum sacrorum causæ quas putat, vel potius vult putari. Nam si non solū ipsæ, verum etiam quælibet aliæ huius generis essent, quauis nihil ad Deum verum vitamque æternam, quæ in religione quærenda est, pertinerēt: tamē qualicunq; de rerū reddita ratione, aliquantulū mitigarent offensionē, quam non intellecta in sacris aliqua velut turpitudine aut absurditas fecerat:

sicut in quibusdam theatrorum fabulis vel delubrorum mysteriis facere idem Varro conatus est. Vbi non theatra delubrorum similitudine absoluit, sed theatrorum potius similitudine delubra damnauit: tamen utcunque conatus est, ut sensum horribilibus rebus offensum, velut naturalium causarum ratione reddita, deliniret.

De libris Numæ Pompilij, quos senatus ne sacrorum causæ, quales in eis habebantur innotescerent, iussit incendi.

CAP. XXXIII.

Sed contra inuenimus, sicut ipse vir doctissimus prodidit de Numæ Pompilij libris, redditas sacrorum causas, nullo modo potuisse tolerari: nec dignas habitas quæ non solum lectæ innotescerent religiosis, sed saltem scriptæ recondiderentur in tenebris. Iam enim dicam, quod in tercio huius operis libro, me suo loco dicturum esse promiseram. ^aNam sicut apud eundem Varronem legitur in libro De cultu deorum: Terentius quidam, cum haberet ad Ianiculum fundum, & bubulcus eius iuxta sepulchrum Numæ Pompilij traiciens aratrum, eruisset ex terra libros eius, ubi sacrorum institutorum scriptæ erant causæ, ^b in urbem pertulit ad prætorem. At ille cum inspexisset principia, rem tantam detulit ad senatum. Vbi cum primores quasdam causas legissent, cur quidque in sacris fuerit institutum, Numæ mortuo, senatus assensus est, eosque libros tanquam religiosi patres conscripti, prætor ut combureret, censuerunt. Credat quisque quod putat, imò verò dicat quod dicendum suggererit vesana contentio, quilibet tantæ impietatis defensor egregius. Me admonere sufficiat, sacrorum causas à rege Pópilio Romanorum sacrorum institutore conscriptas, nec populo, nec senatui, nec saltem ipsis sacerdotibus innotescere debuisse, ipsumque Numam Pompiliū curiositate illicita, ad ea dæmonum peruenisse secreta, quæ ipse quidem scriberet, ut haberet unde legendo commoneretur. Sed ea tamē cum rex esset, qui minimè quenuquam metueret, nec docere aliquem, nec delendo, nec quoquo modo consumendo perdere auderet: ita quod scire neminem voluit, ne homines nefaria doceret: violare autem timuit, ne demones iratos haberet: obruit, ubi tutum putauit, ^dsepulchro suo propinquare aratrum posse non credēs. Senatus autē cum religiones formidaret danare maiorū, & ideo Numæ assentire cogeretur, illos tamē libros tam perniciosos esse iudicauit: ut nec obrui rursus

iuberet, ne humana curiositas multò vehementius rem iam proditā quæreret, sed flammis aboleri nefanda monimēta, vt quia iā necesse existimabāt sacra illa facere, tolerabilius erra retur, causis eorū ignoratis quàm cognitis ciuitas turbaretur.

L. VIVES.

NAm sicut apud eundem Varronem. } *Historia est apud Liuium, & Valerium, & Plinium, & Laetantium Liuius & hunc, vt assolet, se. utus Valerius, L. Patilium dicunt inuenisse libros, Plin. Cassi Heminae autoritate Gn. Terentium, & vnā arcam, non duas, Liuius consules eo anno scribit C. Bebiū Pampiliū, & M. Aemiliū Lepidū. Hemina pro hoc P. Cornelium Cethegum habet, & hos anno post Numæ regnū 535. De libris opiūiones multorum scire qui cupit, Plinium adeat lib. 13 cap. 13.*

b In urbem pertulit ad prætorem. } *Q. Patilium conuenit sic vocatum, sed alij petiisse prætorē legendos aiunt, alij scribam suapte sponte tulisse. Historia est libr. 40. Linij, & apud Plinium & Valerium lib. 1. Satis est locus indicasse. In urbem pertulisse ait, tametsi Numæ sepulchrum in urbe erat, nempe regione 14. in Ianiculo: sed quod ea Transybryna erat, qui ad forum & curiam veniebant in urbem, rure videbantur venire.*

c Tanquam religiosi patres. } *Quasi metu aliquo tangerentur religionis, ne illa euulgaremur, quæ ibi erant scripta. Quod periculum esset religionibus ab illis si notiora fierent. Alibi legitur, libros religiosos. q. religionem incutientes animis. id est, scrupulos in religione, quod vulgo dicimus perturbari conscientias. Hoc est enim Latine religionem iniicere: nisi quis malit legere irreligiosos.*

d Sepulchro suo. } *Sepulchrorum vetustissima fuit religio, ne quis violaret, deiceret, frangeret, quæ lex non modo in xij. fuit, & in Solonianis, sed etiā in antiquissimis Numæ, ac Latinorum Græcorūque: quæ non tam ad ius ciuile profanum, quàm ad sacra, religionēque pertinere videbatur, quòd sepulchra velut templa quadam esse deorum manium existimarentur. Ideòque inscribatur in eis D. M. S. id est, diis manibus sacrum, & quæ illis celebrarentur sacra Necyā sunt dicta Cicero 2. De legibus.*

De hydromantia, per quam Numa, visis quibusdam dæmonum imaginibus, ludificabatur.

CAP. XXXV.



Am & ipse Numa, ad quē nullus Dei propheta, nullus sanctus angelus mittebatur, hydromantiam facere compulsus est: vt in aqua videret imagines deorum, vel potius ludificationes dæmonum, à quibus audiret,

quid

quid in sacris constituere atque obseruare deberet. Quod genus diuinationis idem Varro à Persis dicit allatum, quo & ipsum Numã,^b & postea Pythagorã philosophum vsum fuisse cõmemorat: vbi adhibito sanguine etiã inferos perhibet sciscitari: & *νεκρομαντία* Græcè dicit vocari, quæ siue hydromãtia, siue necromantia dicatur, id ipsum est, vbi videntur mortui diuinare. Quibus hæc artibus fiant, ipsi viderint. Nolo enim dicere has artes etiam ante nostri saluatoris aduētum in ipsis ciuitatibus gentiũ legibus solere prohiberi, & pœna seuerissima vindicari. Nolo inquam hoc dicere: fortassis enim talia tunc licebant. His tamen artibus didicit sacra illa Pompilius, quorũ sacrorũ facta prodidit, causas obruit: ita timuit, & ipse quod didicit, quarum causarum proditos libros senatus incendit. Quid mihi ergo Varro illorum sacrorum alias nescio, quas causas velut physicas interpretatur: qual es, si libri illi habuissent, non vtique arsisent: aut & istos Varronis ad Cæsarẽ pontificem scriptos, atque æditos, patres conscripti similitèr incendissent? Quod ergo aquam egresserit, id est, exportauerit Numa Pompilius. vnde hydromantiam faceret, ideo^d nympham Ægeriam coniugem dicitur habuisse, quemadmodum in suprascripto libro Varronis exponitur. Ita enim solèt res gestæ aspersione mendaciorũ in fabulas verti. In illa igitur hydromantia curiosissimus ille rex Ro. & sacra didicit, quæ in libris suis pontifices haberent: & eorum causas, quas præter se neminem scire voluit. Itaque eas seorsum scriptas secũ quodammodo mori fecit, quando ita subtrahendas hominum notitiæ, sepeliendaque curauit. Aut ergo dæmonum illic tam fordidæ & noxiæ cupiditates erant conscriptæ, vt ex his tota illa theologia ciuilis etiam apud tales homines execrabilis appareret, qui tam multa in ipsis sacris erubescenda susceperant: aut illi omnes nihil aliud quàm homines mortui prodebantur, quos tã proluxa temporis vetustate ferè omnes populi gentium deos immortales esse crediderant, cùm & talibus sacris iidem illi dæmones oblectarèntur, qui se colendos pro ipsis mortuis, quos deos putari fecerāt, quibusdam fallacium miraculorum attestacionibus supponebant. Sed occulta Dei veri prouidentia factũ est, vt & Pompilio amico suo illis conciliati artibus, quibus hydromãtia fieri potuit, cuncta illa confiteri permitterentur: & tamen vt moriturus incenderet ea potius quàm obrueret, admonere non permitterentur: qui ne

innotescerent, nec aratro quo sunt eruta obsistere potuerunt, nec stylo Varronis, quo ea quæ de hac re gesta sunt, in nostrâ memoriam peruenerunt. Non enim possunt quod non finuntur efficere. Sinuntur autem alto Dei summi iustoque iudicio pro meritis eorû, quos ab eis vel affligi tantû, vel etiâ subici, ac decipi iustum est. Quàm verò perniciosæ vel à cultu veræ diuinitatis alienæ illæ litære iudicatæ sint, hinc intelligi potest, quòd eas maluit senatus incendere, quas Pompilius occultauit, quàm timere quod timuit, qui hoc timere non potuit. Qui ergo nec fœlicem in futuro vitam, nec modo habere vult piam, talibus sacris mortem quærat æternam. Qui autem cum malignis dæmonibus non vult habere societatem, non superstitionem, qua coluntur noxiam: pertimescat, sed veram religionem, qua produntur & vincuntur, agnoscat.

L. VIVES.

Diuinationum genera.

HYDROMANTIAM facere. Ἰδρωμαντία ad verbum est aquæ diuinationo. Multis enim modis fiebat olim diuinationo. Nam vel ex terra petebatur & erat geomantia: vel ex igne, & pyromantia, quæ eadem ignispiina: cuius autor, ut inquit Plinius, Amphiaræus. Vel ex fumo, quæ capnomantia: vel ex auiibus, quæ auguria: vel ex extis, quæ aruspicina, in qua multum Etrusci valuerunt, & Ianus apud Heleos Apollinis filius: & post eum Thrasylbulus, qui canem inspiciebant sectis iæcur ostendentem. Vel ex cribro, quæ cœcinomantia: vel ex securibus, quæ axinomantia: ex herbis, botanomantia sagarum ars: vel ex mortuis, quæ necromantia seu necyomantia: vel ex astris, quæ astronomia, in qua qui peritissimi dicuntur Chaldei, etiam si in Chaldæa non sint nati. Ex sortibus, cleronomantia: ex manuum lineamentis, chiromantia: ex facie ipsa & filo totius corporis, physiognomia: vel ex piscibus, quæ ichthyomantia, quæ obiecta est Apuleio: vel ex palpitatione oculorum, quæ saluatio, & palmicum augurium. Tum somniorum coniecturæ, & omnia quæ latissimè patebant, ad visum, & audita, in quibus erant fulgura, & fulgetræ, monstra, voces sternutamenta. Iam dæmonum euocandorum mille artes, quas satius est ne nominari quidem. Hydromantiam ad ultimum reseruauit, quoniam agimus de ipsa, ea non fit simpliciter. Nam & in ampulla vitrea imposita aqua, quæ à puero inspicitur, quam gastromantiam dicunt, à tumore & ventricositate ampulle. Tum & in peluim aqua infusa, quæ lecanomantia. Huius peritissimos tradit Strabo esse in Asia illa, & plurimos. Michael Psellus de demonibus idem affirmat, ac quomodo fiat, docet: dæmonibus in fundo repentibus, sonitumque lenem exilèmq; emittentibus, ac obscurum, nè plenè possit percipi,

nec

nec mendacia deprehendi, sed quicquid eueniat, hoc putentur dixisse. Inspectabant & in fontibus plerique, indeque imaginibus oblati videre sibi futura videbantur. Sic Pausanias apud Aeginenses Achaie scribit, templum esse Cereris, a fontem proximum, in quem agri post peracta sacra despectantes morbi valetudinisque exitum vident. Iamblichus Colophon subterraneum fuisse locum narrat, in quo fons erat, de quo sacerdos status noctibus sacris operatus gustabat, reddebaturque inuisibilis, & consulentibus responsa dabat. Idem scribit in Branchide fatidicam mulierem solitam in axe sedere, aut manu virgulam tenere ab aliquo deorum datam, aut pedem lumbumve in aquam tingere, vel ex aqua haustulum sorbere, hisque modis diuino afflatu impleri. Apuleius in Apologia de magia, Varronem scribit narrare, Trallibus de euentu Mithridatici belli magica percontatione consulentibus, puerum in aqua simulachrum Mercurij contemplantem, que futura erant clx. versibus cocinisse. Sed credo quatenus pueri meminit, de gastronomia intelligi. Hoc ultimo diuinandi genere fonte inspecto usus est Numa. Plutarch. in Cesare mulieres fuisse tradit in Germania, qua ex fluminum cursu vorticibus, & strepitu futura conicerent.

b Et postea Pythagoram. } Optime obseruata ratione temporum. Nam multis annis obiit Numa ante Pythagoram natum. Contra quosdam, qui Pythagoram ab illo auditum ferunt: quos secutus est Ouidius. Sed poeta hoc dicere non erat tam turpe, quam historico.

c Varronis ad Cæsarem pontificem. } C. Cæsar dictator pont. maximus fuit, ad quem Varro De antiquitatibus scripsit.

d Nympham Egeriam. } Hanc sunt qui putent ex Musis unam fuisse, unde lucus ille in quo erat dea, Camænarum dicebatur. Alij nympham fontium fuisse, versamque à Diana in fontem post Numæ mortem, Ouidius 15. Metamorph ab egerendo esse dictam illud quoque est argumento, quòd ei prægnantes sacrificabant, quòd facile conceptum alium egerere existimaretur, ut scribit Festus.

c Quam timere quod tim. } Timere quod extimuit Numa, qui ausus non est ea volumina comburere, ne demonum iram in se concitaret.



D I V I

A V R E L I I A V G V -
S T I N I E P I S C O P I A D
M A R C E L L I N V M D E
c i u i t a t e D e i

L I B E R O C T A V V S .

De quæstione naturalis theologiæ cum philosophis excel-
lentioris scientiæ discutienda.

C A P . I .

Nunc intentiore nobis opus est animo multo, quam
erat in superiorum solutione quæstionum & expli-
catione librorum. De theologia quippe, quam na-
turalem vocant, non cum quibuslibet hominibus:
non enim fabulosa est, vel civilis, hoc est, vel theatra-
ria, vel urbana, quarum altera iactitat deorum crimina, altera indi-
cat eorum desideria criminiosiora, ac per hoc malignorū po-
tius dæmonum, quam deorum, sed cum philosophis est habenda
collatio: ^a quorum ipsum nomen si Latine interpretemur,
amorem sapientiæ proficitur. ^b Porro si sapientia Deus est, per
quem facta sunt omnia, sicut diuina autoritas veritasque mon-
strauit, verus philosophus est amator Dei. ^c Sed quia res ipsa,
cuius hoc nomen est, non est in omnibus, qui hoc nomine glo-
riantur: ^d neque enim continuo veræ sapientiæ sunt amatores,
quicumque appellantur philosophi, profecto ex omnibus quo-
rum sententias ex literis nosse potuimus, eligendi sunt, cum
quibus non indignè quæstio ista tractetur. Neque enim hoc ope-
re omnes omnium philosophorum vanas opiniones refutare
suscepi, sed eas tantum quæ ad theologiam pertinent, ^e quo ver-
bo Græco significari intelligimus de diuinitate rationem siue
sermo-

sermonem: nec eas omnium, sed eorū tantū, qui cū & esse diuinitatem & humana curare consentiant, nō tamē sufficere vnus incommutabilis Dei cultū ad vitam adipiscendam etiā post mortem beatā, sed ab illo sanē multos vno conditos atq; institutos, ob eam causam colendos putant. Hi etiā iam Varronis opinionem veritatis propinquitate transcendunt. Siquidem ille totam theologiam naturalem vsque ad mundū istū vel eius animam extendere potuit, isti verò suprā omnē animæ naturam confitentur Deum, qui non solū mundū istum visibilem, qui sæpe cæli & terrę nomine nuncupatur: sed omnem etiā omnino animam fecerit. Et qui rationalē & intellectualem, cuius generis anima humana est, participatione sui luminis incōmutabilis & incorporei beatā facit. Hos philosophos Platonicos appellatos à Platone doctore vocabulo deriuato, nullus qui hæc vel tenuiter audiuit, ignorat.

L. VIVIS PROEMIVM IN tres sequentes libros.

Tribus in sequentibus libris disputatur cum viris acutissimis summaque præditi eloquentia, qui ex Platonis scholacateris bonis artibus instructi religione sola caruerunt, quorum sententias ac in primis selecta principis Platonis suscipis forsitan explicuimus, quàm instituti nostri ratio videbatur postulare: verū hoc consilio, quoniam à nostris hominibus qui in philosophorum scholis theologorumque versantur prorsus sunt ignorata, cum sint tamen cognosci dignissima, tum propter subtilitatem rerum magno ingenio contraque excusari, tum vel maxime quòd vicina sunt nostræ pietati. Et vt sciretur quale philosophorum genus Augustinus potissimum elegerit, cum quo de negotio religionis disputaret, ostenderetque bene dicta eorum cum nostris congruere, maledicta verò à nobis corrigi & emendari. Hæc me pauco longius, quàm oportebat euexerunt, & profectò in dulcedine rerum, de quibus commentabar, difficile fuit propositam seruare breuitatem, aliàs hoc tēporis iacturæ lectori resarciemus: & si spero ipsum nihil sensurum se legendis istis tam eruditis sanctisque fecisse iacturæ, nisi fortè aut indoctior sit quàm vt intelligat, aut doctior quàm vt egeat, aut negligentior quàm vt curet, aut morosior quàm vt perferat, quibus hominum generibus hæc non elaborantur. Neque verò ita vel oblitus sumus breuitatis, vel eam contemptissimus, vt quantum potuimus, sit à nobis de vnaquaque re disertum: multa sunt prætermissa, plerunque Platonis contenti dictis, Platoniorum afferre sententias superseuimus, ne tanta prolixitas vel patientibus stomachis fastidium pareret. Sunt tamen aliqua à nobis in-

terdum repetita, tum ut melius quid sentiret Augustinus, declararetur: tum ut admoneretur lector, ne dicta exciderent, cuius causa fuit Augustinus ipse, qui quo manifestius aduersarios confutaret, eadem dogmata, placitæque illorum subinde retractauit.

IOANNIS LODOVICI

VIVIS VALENTINI IN

OCTAVVM LIBRVM DE

ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.



Vorum ipsum nomē, si Latine interpretemur, } *φιλία*
σοφίας, amor sapientie, & φιλοσοφίας, amicus sapientie: cuius
contrarium est ἀσφιλία, } *σοφία*, quasi sapientiam quis & ratio-
nes auersatur, ut Spensippus ait.

b Porro si sapientia Deus est. } *Sapientie 7. & Paulus ad Hebr.*
I, Dei filium sapientiam patris nominant, per quam fecit mundum uni-
uersum.

c Sed quia res ipsa. } *Lactantius lib. 3. de hoc multis rationibus con-*
tra philosophos agit. versus est Pacuuij: non minus lepidus, quam
grauis:

Egredere odi homines ignaua opera, & philosopha sententia.
Sed de hoc argumento à variis sunt multa conscripta.

d Neque enim continuet. } *Legendum continuo. quæ est casualis con-*
iunctio, sicut protinus, & statim cum negatione.

e Quo verbo Græco. } *θεῶν λόγος, de Deo sermo, seu dissertio, sine*
ratio. *Hæc enim omnia est λόγος.*

De duobus philosophorum generibus, id est, Italico, & Ionico,
eorumque autotibus. CAP. II.



E hoc igitur Platone, quæ necessaria præsentī quæ-
stioni existimo, breuiter attingam, prius illos com-
memorans, qui eum in eodē genere literarum tem-
pore præcesserunt. Quantum enim attinet ad literas Græ-
cas, quæ lingua inter cæteras gentium clarior habetur,
a duo philosophorum genera traduntur: vnum Italicum,
b ex ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia nuncupa-
ta est: c alterum Ionicum, in eis terris, vbi & nunc Græcia
nuncupa-

nuncupatur. Italicum genus autorem habuit^d Pythagoram Sámium, ^e à quo etiam ferunt ipsum philosophiæ nomen exortum. Nam cum antea sapientes appellarentur, qui modo quodam laudabilis vitæ aliis præstare videbãtur. iste interrogatus, quid profiteretur, philosophum se esse respõdit, id est, studiosum, vel amatorem sapientiæ, quoniam sapientem profiteri, arrogantissimum videbatur. Ionici verò generis princeps fuit^f Thales Milesius, ^g vnus illorũ septem, qui appellati sunt sapientes ^h Sed illi sex vitæ genere distinguebantur, & quibusdam præceptis, ad bene viuendum accommodatis. Iste autem Thales, vt successores etiam propagaret, rerum naturam scrutatus, ⁱ suasque disputationes literis mandãs, eminuit; maximeque admirabilis extitit, quod ^k astrologiæ numeris comprehensis, defectus solis & lunæ etiam prædicere potuit. ^l Aquam tamẽ putauit rerum esse principium: & hinc omnia elementa mundi, ipsumque mundum, & quæ in eo gignuntur, existere. ^m Nihil autem huic operi, quod mundo considerato, tam admirabile aspicimus, ex diuina mente præposuit. Huic successit ⁿ Anaximander, eius auditor: mutauitque de rerum natura opinionem. Non enim ex vna re^o, sicut Thales ex humore, sed ex suis propriis principiis, quasque res nasci putauit. Quæ rerum principia singularum esse credidit infinita: & innumerabiles mûdos gignere, & quæcunque in eis oriũtur, eosque mûdos, modò dissolui, modò iterum gigni, existimauit: quanta quisque ætate sua manere potuerit: ^o nec ipse aliquid diuinæ menti, in his rerũ operibus tribuens. ^p Iste. Anaximenes discipulum, & successorem reliquit: qui omnes rerum causas ^q infinito aëri dedit; nec deos negauit, aut tacuit: non tamen ab ipsis aërem factum, sed ipsos ex aëre ortos credidit. ^r Anaxagoras verò eius auditor, harum rerum omnium quas videmus effectorem, diuinum animum sensit: & dixit, ex infinita materia, ^s quæ constaret, dissimilibus inter se particulis, rerum omnium genera pro modulis & speciebus propriis singula fieri, sed animo faciente diuino. ^t Diogenes quoque Anaximenes alter auditor, ^u aërem quidem dixit, rerum esse materiam, de qua omnia fierent: sed eum esse compotem diuinæ rationis, sine qua nihil ex eo fieri posset. Anaxagoræ successit. ^x auditor eius Archelaus: ^y etiam ipse de particulis inter se dissimilibus, quibus singula quæque fieret: ita omnia constare putauit, vt inesse etiam mentem diceret, ^z quæ cor-

pora dissimilia, id est, illas particulas coniungendo & dissimulando ageret omnia. ^a Socrates huius discipulus fuisse perhibetur, magister Platonis, propter quem breuiter cuncta ista recolui.

L. VIVES.

DVo philosophorum genera traduntur. } Sic olim prima philosophantium in Græcia hereses sunt separata, ut de terris principum nomen acciperent: alteri ab ea regione in qua philosophatus est magister Pythagoras Italia: alteri à patria Thaletis Ionia, in qua est Miletos, quæ etiam urbs Ionia est dicta, ut tradit Mela. quod præcipua esset in ea regione. Sic Plato, sic Aristoteles etiam huius vetustiores distinxerunt.

Magna
Græcia

b Ex ea parte Italiæ. } *A* Locris, inquit Plinius, incipit Italiæ frons, quam magnam Græciam dicunt, in tres sinus diuisa, qua Græciam spectat ad mare superum: in quam regionem frequenter traiecere Græci. Miror esse qui putent totam Italiam magnam Græciam olim nominatam, & quidem per moti dicto Plinij lib. 3. sic scriberent: Quid ipsi de ea iudicauerint Græci, genus in gloriam suam effusissimum, quod tam partem ex ea appellando Græciam magnam? Quibus verbis aperte ostendit, non magnam Italiæ portionem vocatam olim magnam Græciam. In primo ex illis sinibus, quos dixi, sunt Tarentus, Metapontus, Heraclea, Croto, Turij. Patet inter promontoria Salem & Lacinium, ut scribit Mela, Tarentinus vocatur. Hic docuisse Pythagoras fertur.

Ionia

c Alterum Ionicum. } Ionia est regio in minore Asia inter Lycaones Lydisque & mare nostrum lateribus cincta Acolibus & Caribus: huius à Meridie, illius à Septentrione. In ea est Miletos urbs, sicut Mela narrat, Ionia totius belli pacisque artibus princeps, patria Thaletis astrologi, & Timothei musici, & Anaximandri physici, aliorumque cuiusmodi inelytis ingenii merito inelyta. Thales Anaximandrum ciuem suum docuit: hic Anaximenem itidem ciuem Milesium. Ab hoc edoctus Anaxagoras Clazomenius, Periclem, Archelaum, Socratemque Athenienses instituit: à Socrate philosophia ferè tota Athenis.

Pythagoras

d Pythagoram Samium. } Aristoxenus Tyrrenum prodidit, quæ est una ex illis insulis quas Athenienses expulsis Tyrrenis occupauerunt. Cum ex Aegypto redisset, quo profectus est Amaside rege, offensus tyrannide Polyeratis Samij in Italiam transmisit.

e A quo etiam ferunt ipsum philosophiæ nomen exortum. } Cicero s. Tuscul. quæst. ex Heraclide Pontico Platonis auditore narrat, Pytha-

Pythagoram à Leonte Phliasiorum tyranno rogatum, quid artis profiteretur: cumque superiores qui eidem studio essent dediti, sapientes se cognominassent, ipsum se philosophum, id est, sapientiae studiosum modestiore nomine appellasse. Hinc sophi nomen tanquam superbum nimis & inuidiosum reiectum, ceterosque philosophos esse nuncupatos. Neque enim sapiens est mortalium quisquam, soli Deo id nominis congruit.

f *Thales Milesius.* } *Hic fuit primus qui in Graecia de rebus naturalibus coepit philosophari, natus Olympiadis xxxv. anno primo, ut Milesius*

Apollodorus numerat apud Laertium.

g *Vnus illorum septem.* } *Cum à piscatoribus Milesius iuuenes quidam iactum essent mercati, huius mensam auream traxissent, contententibus utrisque de mensa ac sibi vendicantibus, Apollo consultus iussit sapienti dari. Data est ergo primum Thaleti, qui à multitudine Ioniam sapiens existimabatur. Hic eam misit alij ex illis septem, qui alij remisit, quoad ventum est ad Solonem, qui mensam iussit Apollini, ne inpe vere sapienti dari. Atque hi septem magna fama fuerunt ad posteros sapientiae nomine, septemque Graeciae sapientes celebrantur.*

h *Sed illi sex vitae genere distinguebantur.* } *Chilo Lacedaemonius, Pithacus Mitileneus, Bias Prieneus, Cleobulus Lindius, Persander Corinthius, & Solon Atheniensis, de quibus lib. 18. fise differam.*

i *Suasque disputationes literis mandans.* } *Nauticam astrologiam opus esse illius ferunt, alij ad Phœcum Samium referunt. Lobon verò Argivus ad ducentos versus ipsum de astrologia scripsisse est autor.*

k *Astrologiae numeris comprehensis.* } *Eudemus in historia astrologica solis defectus conversionesque praedixisse illum tradit. Plin. lib. 2. de observatione caelesti loquens: Apud Graecos, inquit, inuestigavit primus omnium Thales Milesius, Olympiadis xlviij. anno iij. praedicto solis defectu, qui sub Halyatte rege factus est, Urbis condita anno clxx. Idem Eusebius, & Cicero libro 1. De diuinat. ubi non sub Halyatte legitur. sed sub Assiage. Sed anbo eodem fuere tempore, & gesserunt bellum inter se.*

l *Aquam tamen putavit.* } *Secutus Homeri opinionem, qui Oceanum omnium patrem vocat. Plutarch. in Placitis, & alij complures coniecturam Thaletis adducunt, quod semen animantium omnium humidum sit. nec alimentum sine humido constet: quin & astra ipsa putant Oceanum humoribus vegetari & ali.*

m *Nihil autem huic operi.* } *Tametsi Valerius apud Ciceronem Thaletem refert omnia putasse ex aqua fieri, mentemque quae cuncta sit ex humore fabricata, deum esse: & Laertius illum ait, plena omnia*

putasse demonibus: rogatumque, lateret ne deos homo male faciens: ne cogitans quidem respondisse. Hæc tamen scientiam Dei arguunt, non administrationem rerum.

Anaximander

n Anaximander. } Et hic Milesius, sed alius ab illo Anaximandro ciue suo, qui historias scripsit. Hic elementum infinitum posuit pro rerum principio, sed non definiens, cuius esset nature, an ærea, an aquæ, an igneæ: partes verò illius infiniti mutari subinde, ipsum verò totum immutabile esse, Aristot. Plutarch. Laert. Eusebius.

o Nec ipse aliquid diuinæ menti. } In hoc reprehenditur à Plutarcho, quod cum materiam substituatur, efficientem causam tollat. Infinitas enim illa materia est, quæ ex se gignere nihil valet sine efficiente aliquo. Cic. tamen l. De nat. deorum: Anaximandri, inquit, opinio est, nativos esse deos longis interuallis Orientales, Occidentalesque, eosque innumeras esse mundos: ita eundem esse qui faceret, & ex quo faceret, & quæ fieret contrarietates quæ in ipso sunt, hoc est per calidum & frigidum sempiternum, ut inquit in Præpar. Euang. Euseb. quod & Aristoteles subindicat l. lib. De physica auscultatione.

Anaximenes

p Ilte Anaximenes. } Eurystrati filium itidem Milesium, qui natus Olymp. lxxij. mortuus est eo anno, quo Cræsi opes sunt euerse: ut Apollodorus computat.

q Infinito aëri. } Genere, inquit Euseb. infinito, qualitatibus finito: cuius condensatione & rarefactione omnia gignantur. Cicero: Anaximenes aera deum statuit, eumque gigni, esse immensum, & infinitum, & semper in motu. Sydera autem, solémque, & lunam de terra natam esse opinatur.

Anaxagoras

r Anaxagoras. } Clazomenis genitus, quæ sunt etiam in Ionia. Obiit lxxvij. Olymp. lxxij. ætatis anno: opus suum sic tradunt Plutarchus, & Laertius Diogenes incœpisse: Vna res erat vniuersa: deinde accessit mens, eaque disiunxit atque composuit: materiam enim finxit, in qua infinite inessent, tum earundem rerum, tum diuersarum particule commiste, quæ separantur mente diuina fiuntque res singule, velut caro, si plures sunt carnis particule: os, si ossis, neruus, si nerui, pluresque cuiusquam alterius rei: non quin infini in osse, & carnis, & nerui, & ignis, & chartæ, & ligni particule: qui enim fieri posset, ut ex pane fieret vel os, vel sanguis, vel semina, & minutule ossis, sanguinisve portunculæ in pane inessent, propter exiguitatem tamen sui, nobis imperceptæ. Aristot. Plutarch. Laertius.

s Quæ constaret dissimilibus inter se. } In veteribus libris, similibus inter se legitur, utrunque rectè. nam ut Aristot. inquit, Anaxagoras infinitas partes in unoquoque ponebat corpore, & similia, &

contra;

vexit: idcirco & *Physicus est cognominatus*: tum etiam quod *moralem discipulus eius Socrates induxit.*

y Etiam ipse de particulis. & *Plutarchus aerem immensum ait eum pro principio posuisse, & quæ circa eum essent rarum ac densum, hanc aquam, illum ignem esse.*


z Quæ cor. d. & *In veteribus libris est, non dissimilia, sed æterna.*

Socrates

a Socrates huius discipulus. } *Hic est Socrates ille, de quo nihil satis posset pro dignitate dici, quem fuisse gentiliū omnium sapientissimum constat, proximèque ad Christianam sapientiam ex illis omnibus accessisse. Natus est Athenis Sophronisco marmorario patre, & Phænareta obsetrice matre: vir temperans, castus, iustus, modestus, iniuriarum patiens: neque opum, neque voluptatis, ac ne gloriæ quidem appetens: nihil enim eum scripsisse certum est. Hic primus, cum ceteri nihil se nescire profiterentur, nihil se scire professus est.*

De Socratica disciplina.

CAP. III.

ocrates^a ergo primus vniuersam philosophiam ad corrigendos, componendosque mores flexisse memoratur: cum antè illū omnes magis physicis, id est, naturalibus rebus perscrutandis operam maximam impenderint. Non mihi autem videtur posse ad liquidum colligi, vtrum Socrates, vt hoc faceret, ^b tædio rerum obscurarum, & incertarum ad aliquid apertum & certum reperiendum animum intenderit: quod esset beatæ vitæ necessarium: propter quam vnā omniū philosophorū inuigilasse ac laborasse videtur industria. An verò, sicut de illo quidam beneuolentius suspicantur, ^c nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos se extendere in diuina conari: quādoquidem ab eis causas rerū videbat inquiri, quas primas atque summas, non nisi in vnius veri ac summi Dei voluntate esse credebat. ^d Vnde non eas putabat nisi mundata mente posse comprehendere: & ideo purgandæ bonis moribus vitæ censebat instandum, vt deprimētibus libidinibus exoneratus animus, naturali vigore in æterna se attolleret: naturamque incorporei & incommutabilis luminis, ^e vbi causæ omnium factarum naturarum stabiliter viuunt, intelligentiæ puritate conspiceret. ^f Constat eum tamen imperitorum stultitiam scire se aliquid opinantium, etiam in ipsis moralibus quæstionibus, quò totum animum intendisse videbatur, vel confessa ignorantia sua vel dissimulata scientia, lepore mirabili differendi & acutissima vrbantate agitalle, atque verasse. ^g Vnde & concitatis inimicitiis

citiis^h calumniosa criminatione damnatus, morte multatus est.ⁱ Sed eum postea illa ipsa, quæ publicè damnauerat Athenien. ciuitas, publicè luxit, in duos accusatores eius vsque ad eò populi indignatione conuersa, vt vnus eorum oppressus vi multitudinis interiret, exilio autem voluntario atque perpetuo pœnam similem alter euaderet. Tam præclara igitur vitæ mortisq; fama Socrates^k reliquit plurimos suæ philosophiæ sectatores,^l quorum certatim studiū fuit in quæstionum moralium disceptatione versari, vbi agitur de summo bono, sine quo fieri homo beatus non potest.^m Quod in Socratis disputationibus dum omnia mouet, asserit, destruit, quoniam non euidenter apparuit, quod cuique placuit, inde sumpserunt, & vbi cuique visum est, constituerunt finem boni.ⁿ Finis autem boni appellatur quò quisque cùm peruenerit beatus est. Sic autem diuersas inter se Socratici de isto fine sententias habuerunt, vt (quod vix credibile est vnus inagistri potuisse facere sectatores) quidam summum bonum esse dicerent voluptatem,^o sicut Aristippus: quidam virtutem,^p sicut Antisthenes.^q Sic alij atque alij aliud atque aliud opinati sunt: quos commemorare longum est.

L. V I V E S.

a Socrates ergo pri. & Cic. i. Acad. quæst. Socrates mihi videtur, *Socrates* Sid quod constat inter omnes, primus à rebus occultis & ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerant auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse, vt de virtutibus & vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quæreretur: caelestia autem vel procul esse à natura cognitione censeret, vel si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene viuendum conferre.

b Tædio rerū obscu. & in. ad aliquid ap. & Melius legitur in antiquis lib. apertum. Xenoph. in Comment. i. Rerum Socraticarū, Socratem scribit mirari solitum non deprehendisse istos, qui res naturales notet & dies inquirunt, & tractant, nihil posse in eis inueniri certi atque perspecti: quam sententiam fuisse multis exemplis prosequitur.

c Nolebat immund. ter. & Lact. lib 3. Non inficior Socratem fuisse paulò cordatorem, quàm ceteros, qui naturam rerū putauerunt ingenio posse comprehendere, in quo illos non tantum excordes fuisse arbitror, sed etiam impios, quòd in secreta illius caelestis prouidentia curiosos oculos voluerunt immittere. & post: Nimirum multò sceleratiores, qui arcana mundi, & hoc caelestis templum prophanari impijs disputationibus quærun, quàm qui edem Vestæ, aut Bonæ deæ, aut Cereris intrarint.

d Vnde non eas putabat nisi mund. m. 3 *Socrates de hoc copiosè disputat moriturus apud Plat. in Phedone, ubi ostendit philosophari neminem rectè posse, nisi se quàm maximè fieri possit à consortio corporis, id est, ab omnibus affectibus seungat: quod tum optimè fiet, cum animus liber erit, corpusq; carcere solutus: & in hac vita ut quisque se maximè perurbationibus exoluit, ita liberrimè verissimèq; id quod est, verumque ipsum, hoc est, Deum & diuina contempletur: idcirco philosophia definitur mortis meditatio, id est corporis animaq; separatio, & ceu diuortium quoddam, ut animus purus sit, corporis fece non contaminatus: nam purissimum illud diuinum verum ab impuro animo contingi nefas: ideo amicis decorum plura esse cognita existimabat, quàm impuris hominibus, & qui Deū non sequuntur. In Cratylo solos bonos viros sapientes esse dicit: & in Epimenide peritiam rerum caelestium docturū aliquē, nisi opem Deus tulerit, negat. Apul. ex Plat. & alia initia rerum inueniri forsitan posse, aut que Deo nota sint, vel ei qui sit diis amicus.*

e Vbi causæ. om. fa. na. 3 *Hæc sunt ex doctrina Plat. & August. non quid ipse, sed quid Socrat. sentiat refert. Istud adieci, quoniā Philaichthes noster sententiam putat esse Aug. cui statim veritatē suam addit cum realitatibus & formalitatibus, quales nunquam ne per somnium quidem August. cogitauit. Plato enim in 6. De rep. deum ait lumen esse mentis, nō secus quam sit sol hic, quē videmus, lumen oculorū corporis, & ut beneficio huius habemus, quod cernimus: ita beneficio Dei, quod intelligimus, lumenq; illud sacrū & diuinū rebus ipsis veritatē nobis verò vum eius percipiendæ tenendæq; largiri, ac esse ut ex Plat. inquit Greg. Naz. solem hunc mundi visibilis lumen, Deum verò mundi inuisibilis.*

f Cōtat eū tamen. 3 *Eius sermones retulerunt in Dialog. Socratici Plat. Xenoph. Aeschin. Xenocrat. & alij, quib. ipse mi. a dexteritate inscitiam eorum, qui nihil ignorare sibi ac multitudini persuaserant, detegit: velut Protagoræ, Gorgiæ, Eutydem, Dionysodori, & aliorum.*

g Vnde & concitatis inimicitias. 3 *Plat. in Apol. ex disp. Socrat. natas esse illi inimicitias narrat. idem Laert. tres Socratem accusarunt, Anytus, Melitus, & Lycon orator, qui fuit actor, cum Anytus opificum urbem tueretur, & reliquorum urbanorum, quos sæpe Socr. derisisset. Melit. verò poetarum, quos Socr. dānasset, & expellēdos è ciuitate cēferet: de his reb. Plato, & Xenoph. in Socr. Apologiis. Sed explicatiuam rem omnem persecutus est Laer. in Socrat. damnatus est 281. sententiis.*

h Calumniosa crim. 3 *Non me, inquit Socrates, vel accusatores periment, vel crimina, sed inuidia sola, qua una præclari viri quàm plurimi interierunt & interibunt.*

i Sed eum postea. 3 *Tanta cepit Athenienses omnes ob damnatum Socr.*

Socr. pœnitentia, ut paulo pòst gymnasia omnia clauderent, facièsque instititj esset in ciuitate: Melitum morte mulctarint, Anytum exilio; Socrati statua ahenæ crectâ sit, Lysippi opus.

k Reliquit plurimos. } Omnes ferè philosophantium sectæ in Socratem in tutum suæ disciplinæ referebant. Platonici. Academici, Cyrenaici, Cynici. Peripatetici, Megarenses, Stoici.

l Quorum cer. stu. fuit. } Hac una quæst. de summo bono summòque malo distinguebantur sectæ.

m Quod in Soc. disp. } Ita enim disputabat ille, ut magis eliceret ref. carètque sententiam etus, qui cum disputabat, quam suam ipse proderet aut affirmaret. Neque enim putabat esse eius, qui nihil se scire diceret, aliquid asserere, ut ipse dicit in Theæt. to Plat.

n Finis aut boni. } Is est, in que ut Cic. 1. De fin. inquit, omnia bene viuendi, recteque faciendi consilia sunt referenda, & in 3. Cùm enim hoc sit extremũ, septis enim credo me iã diu, quod Græcus τῆλος dicat, id dicere tum extremum, tum ultimam, tum summum, licebit etiam finem pro extremo, aut ultimo dicere, hic propter seipsum quæritur, & alia omnia propter hunc. Sicut Plato, Arist. & reliqui philosophi dixerunt.

o Sicut Aristippus. } Hic Cyrenus natus est, primusque ex Socraticis mercede docuit, ut etiam doceri voluit. Tametsi pretium Socr. nunquam accepit, dicēs prohiberi se à demone, tum etiam inferiori Dionys. Syracusano essentari & perferre ab eo contumelias sustinuit quæstus gratia. Corporis voluptatem summum bonum posuit. Diogenes Laert. ab hoc philosopho Cyrenaici iant constitui. Obiter dictum Hier. annotabo, qui in comment. in Ecclesiastem, cùm de voluptate loquitur. Et hæc inquit, aliquis loquatur Epicur. & Aristippus, & Cynici, & ceteri pecudes philosophorum. legendum & Cyrenaici. Quid enim voluptati cum institutis Cynicorum?

p Sicut Antisthenes. } Hic est autor Cynicæ sectæ, id est, caninæ. Diogenem Sinopensem Cynicum docuit, virtutem voluit summum esse bonum.

q Sicque alij atque alij. } Cicero opiniones multorum recenset De finibus, bon. rum in 2. lib. eius argumenti. Illinc petat, qui desiderat, & nos obiter attigimus in præfatione legum Cic.

De præcipuo inter discipulos Socratis Platone, qui omnem philosophiam triplici partitione distinxit. CAP. IIII.

Sed inter discipulos Socratis non quidem immerito excellentissimæ gloria clauit, qui omnino cæteros obscuraret, Plato. ^a Qui cùm esset Atheniensis, honesto apud suos loco natus: & ingenio mirabili, lóge suos cõ-
 Aug. de ciuit. Dei, Tom. j. ff

discipulos anteiret, parum tamen putans perficiendæ philosophiæ sufficere seipsum, ^bac Socraticam disciplinam, quam longè latèque potuit peregrinatus est, quaquaersum eum alicuius nobilitatæ scientiæ percipiendæ fama rapiebat. ^cItaque & in Ægypto didicit, quæcunque illic magna habebantur, atque docebântur, & inde ^din eas Italiæ partes veniens, vbi Pythagoreorum fama celebrabatur, quicquid Italicæ philosophiæ tunc florebat: auditis eminentioribus in ea doctoribus, facillimè cõprehendit. Et quia magistrum Socratem singulariter diligebat, eum loquentem ferè in omnibus sermonibus suis faciens, ^eetiã illa, quæ vel ab aliis didicerat, vel ipse quanta potuerat intelligentia viderat, cum illius lepõre & moralibus disputationibus temperauit. ^f Itaque cum studium sapientiæ in actione & contemplatione versetur, vnde vna pars eius actiua, altera cõtemplatiua dici potest. Quarũ actiua ad agendam vitam, id est, ad mores instituendos pertinet, contemplatiua autem ad conspiciendas naturæ causas, & syncerissimam veritatem. ^gSocrates in actiua excelluisse memoratur: Pythagoras verò magis contemplatiuæ quibus potuit intelligentiæ viribus institisse. Proinde Plato vtrunque iungendo philosophiam perfecisse laudatur, quàm in tres partes distribuit. Vnam moralem, quæ maximè in actione versatur. Alteram naturalem, quæ contemplationi deputata. Tertiam rationalem, ⁱqua verum determinatur à falso. ^kQuæ licet vtrique, id est, actioni & contemplationi sit necessaria, maximè tamen contemplatio perspectionem sibi vendicat veritatis. Ideo hæc tripartitio non est contraria illi distinctioni, qua intelligitur omne studium sapientiæ in actione & contemplatione consistere. Quid autem in his vel de his singulis partibus Plato senserit, id est, vbi finem omnium actionum, vbi causam omnium naturarum, vbi lumen omnium rationum esse cognouerit vel crediderit, differendo explicare & longũ esse arbitror, & temere esse affirmandum non arbitror. ^lCum enim magistri sui Socratis, quem facit in suis voluminibus disputantem, notissimum morem dissimulandæ scientiæ vel opinionis suæ seruare affectat, quia & illi ipse mos placuit, factum est vt etiam ipsius Platonis de rebus magnis sententiæ non faciliè perspici possint. Et his tamen quæ apud eũ leguntur, ^msive quæ dixit, siue quæ ab aliis dicta esse narrauit, atque conscripsit, quæ sibi placita viderentur, quædam commemorari,

rari, & huic operi inferi oportet à nobis: vel vbi suffragatur religioni veræ, quàm fides nostra suscipit, ac defendit, vel vbi ei videtur esse contrarius: quantû ad istam de vno Deo & pluribus pertinet, quæstionem, quem propter vitam, quæ post mortem futura est veraciter beatam, colédum esse catholicæ religionis asserit disciplina. Fortassis enim qui Platonem cæteris philosophis gentium longè latèque prælatum acutius atque veracius intellexisse, atque secuti esse fama celebriore laudantur: aliquid tale de Deo sentiunt, vt in illo inueniatur, & causa subsistédi, & ratio intelligendi, & ordo viuédi. Quorum trium, vnum ad naturalem, alterum ad rationalem, tertium ad moralem partem intelligitur pertinere. "Si enim homo ita creatus est, vt per id quod in eo præcellit, attingat illud quod cûcta præcellit, id est, vnum verum optimû Deum, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus vsus expedit: ipse quæeratur, vbi nobis omnia sunt secura: ipse cernatur, vbi nobis certa sunt omnia: ipse diligatur, vbi nobis recta sunt omnia.

L. VIVES.

Q Vi cum esset Atheniensis. } *Platonis parentes fuere Aristot.*
 & Perictione paternum genus in Codrum referebatur, qui vltimus regnum Athenis tenuit: maternum in Solonem, vnum ex septem sapientibus, inclytum legibus Athenien. latin. vtrâque gens pro auctorem sue nobilitatis Neptunum nominat. Natus est Plato Athens Olympiade lxxxviij. Huius viri vitam, actusque præclaros multi literis mandarunt, multi illum supra humanum omne fastigium de moribus & sapientia collocant, sed reuera tantum abest, vt amore longius iusto euectos credam, vt nisi si irem addictis mos illi esse, qui hæc faciunt, subinvidisse laudibus illius suspicarer. Fallitur mea sententia, quisquis Platonem non aliquantò plus quàm hominem, aut certè non ex optima illa & rarissima hominum nota fuisse putat.

b Ac Socraticam disciplinam. } *Alibi, à Socratica disciplina. q.*
 post perceptam à Socrate disciplinam Athens.

c Itaque & in Ægypto. } *Laertius postquam ex Italia rediit, ad Ægyptum eum profectum scribit cum Euripide.*

d In eas Italiæ p. v. } *In magnam Græciam, vbi Pythagoras philosophatus, multos discipline sue admiratores, ac sectatores reliquerat. Ex eis Plato Tarenti audiuit Archytam seniore, & Eurytum, Locri Timæum, Crotoni Philolaum. Cicero in Catone, Platonem scribit*

Tarentum venisse *L. Aemilio, Ap. Claudio Coss.* tametsi *Linus* eo tempore, id est, ante *Caudinam* subiugationem annis 4. & 20. non ponit *Appium cum Aemilio* consulem. sed *L. Furium* & *Abillum*. Profectus est etiam *Plato* *Megarum* ad *Euclidem mathematicum*, & *Cyrenas* ad *Theodorum* itidem mathematicum, profecturus à *Persarum* magos, nisi bella obstitissent.

e Etiam illa quæ vel. } *Plato* quæcunque scripserat, *Socratis* dicebat esse, ut in *Epistola* ait ad *Dionysium*, & non solum moralia, quibus *Socrates* plurimum valebat, sed naturalia quædam in *Dialogis* ei attribuit.

f Itaque cum. } *Plato* & *Aristot* disciplinas quasdam ponunt, quas neque actiuas dicant, nec contempniuiuas. sed effectricas, velut architecturam, & totam artem fabrilem. Itaque alias artes ad speculationem pertinere aiunt, ut theologiam: alias ad agendum, in quibus post actum, opus nullum restat, ut rhetoricen, & musicen: alias ad fabrefaciendum, unde sunt tam multa opera vitæ uilia, ædes, naues, urbes, mensæ, vestes. Sed hæc diuisio artium non spectat ad studium sapientia, de quo hic loquimur.

g *Socrates* in actiua. } Actiuam dicit. quæ ad virtutem, mores, vitamque agendam spectat, in qua totus fuit *Socrates*, cum aliqui multum in ea contemplerentur. *Adimantus* enim sic *Socrati* loquitur in 2. lib. *De rep. Platonis*: Omnem vitam nulla in re alia, quam speculatione consumpsisti. Idem *Socrates* quantum inquirendis perspicuendisq. rebus ad vitam pertinentibus posuerit operæ, declarat apud *Platonem* in *Apologia*: sed ea res ad agendum dirigebantur: quas uerò *Pythagoras* scrutabatur, cum aperte erant, & ad cognitionem peruenerant sui ulterius non progrediebantur.

h *Quam in t. p. d.* } *Euseb. lib. Prepar. Euang.* hanc *Platonis* philosophia sectionem ab *Hebræis* deriuatam esse dicit, affertque sententiam *Attici* philosophi, qua diuisio illa declaratur apertius, docetq. *Platonem* coniunxisse partes omnes philosophia in unum uelut corpus, dispersas prius ceu membra *Penthei*: nam *Thales* & eius discipuli physica totos se tradiderant: jex alij sapientes, *Ethica*: *Zeno* & omnes *Eleatici*, *dialectica*. *Plato* hæc omnia coagmentauit. & ostendit hominibus, non laceram philosophiam. sed integram atque absolutam: cui suffragatur *Arist. ipse* lib. 7. *Philos.* *Laertius* in *Plat.* *Philosophia* ratio olim circa unam tantum physica speciem versabatur: accersit *Socrates*, & addidit ethicen tertiam *Plato* philosophia dialecticen adiecit, & consummato philosophia operi extremam manum imposuit. *Apuleius* in *Dogmate Platonis*, de ipso loquens. *Quapropter inuenta Parmenidis, ac Zenonis*

Zenonis studiosus executus, ita omnibus quæ admirationi sunt singula, suos libros expleuit, ut primus tripartitam philosophiam copularet, sibi que inuicem necessarias partes, neque pugnare inter se tantummodo, sed etiam mutus adiuuari auxiliis ostenderit. Hæc ille. Ex Dialogis Platonis, alij ad rationem differendi pertinent, ut Gorgias, & Eutydemus: alij ad mores priuatos, ut Menon, Eutyphro, Philebus, Crito: alij ad mores publicos, ut leges, & respublica, alij ad res naturæ, ut Timæus: alij ad τὰ ὄντα τὰ φυσικά, ut Parmenides, & Sophista. tametsi cum ratione dialectica sunt hæc dialogi coniuncti.

i Qua verum determinat à falso. } Antiqui codices. Quæ verum determinat à falso, hoc est, separat, ut Lucretius: Qui Gallica certus Limes ab Ansonius determinat arua colonis. Et Mela: Europam ab Asia stadiis v. determinat Thracius, ut dictum est, Bosphorus.

k Quæ licet utrique, id est, actioni, & contemplationi. } Magnis & odiosis contentioibus nostri philosophi querunt, sit ne dialectica scientia practica an speculatiua: quæ disputatio inutilis mea sententia, quales sunt penè omnes quæ hac tempestate in philosophia docentur, discunturque; distincti studia iuuenum, confictis miris somniis de speculatione & praxi. Tandem sententia litis vulgo nunc pro praxi datur, quod dialectica doceat argumētari: quasi verò non magis in inspectione naturæ argumentemur, quam in actione vitæ. Sed isti nec quid sit inspicere res naturæ sciunt, nec quid agere vitæ, aut quo modo sit agenda: Nō quod putent eam in sola speculatione sitam esse, sed optimè hic Augu. de finisse utrique philosophiæ esse illam necessariam, magis tamen ad inuestigandum quid ubique verum, quid falsum, quid probabile, quid secus sit, accommodari.

l Cum enim magistri sui Soc. } Ipse Plato, ut dixi, libros ferè suos Socratis esse fatebatur & in omnibus dialogis eius quæ Socrati dantur, ea sunt ex sententia Plat. credenda, sed ex verbis quoque Timæi, & hospitis Atheniensis, & Eleatis Plato sententiam suam profert.

m Siue quæ ab aliis. } Alibi, ab illo scilicet Socrate: ea enim sentit Plato, quæ Socrates. quanquam & quæ alij nonnulli, ut modò dixi.

n Si enim homo ita cre. v. per id. q. in eo. pr. } Quid opus est tam multis clamoribus disputare, sitne hoc intellectus, an voluntas, cum factis, ut alios præteream, ab Arist. in lib. Moralib. dictum sit, mentem esse in homine omnium optimam, & præstantissimam. In ea est, & quem vocant intellectum, & voluntas, & memoria: verum illa quia sic dicuntur, ut nec unquam fuerint, nec intelligantur, admirationi sunt. Hæc quia intelliguntur, & propemodum præhenduntur manibus, sordent.

o Ipse queratur. } Subinde alludit ad illam tricipitem philosophiæ distributionem: & in veterib. lib. sic legitur: ipse queratur, ubi nobis certa

Sunt omnia: ipse cernatur, ubi nobis vera sunt omnia, &c.

Quòd de theologia cum Platonice potissimum disceptandum sit, quorum opinioni omnium philosophorum postponenda sunt dogmata. C A P. V.

SI ergo Plato Dei huius imitorem, cognitorem, amatorem dixit esse sapientem, cuius participatione sit beatus, quid opus est excutere cæteros, quorum nulli nobis, quàm isti propius accesserunt? Cedat eis igitur non solum theologia illa fabulosa, deorum criminibus oblectans animos impiorum, nec solum etiam illa ciuili, ubi impuri dæmones terrestribus gaudiis deditos populos deorum nomine seducetes, humanos errores tanquam suos diuinos honores habere voluerunt: ubi ad spectandos suorum criminum ludos, a cultores suos tanquam suæ vanitatis administratores habuerunt: ubi per eos ad suum cultum studiis immundissimis alios excitantes, & sibi delectabiliores ludos de ipsis spectatoribus exhibentes. Vbi si qua velut honesta geruntur in templis, coniuncta sibi theatrorum obscenitate turpantur, & quæcunque turpia geruntur in theatris, comparata sibi templorum foeditate laudantur. Et ea quæ Varro ex his facris, quasi ad cælum & terram rerumque mortalium semina & actus interpretatus est, quia nec ipsa illis ritibus significantur, quæ ipse insinuare conatur, & ideo veritas conatem non sequitur. Et si ipsa essent, tamen animæ rationali ea quæ infra illam naturæ ordine cõstituta sunt, pro Deo suo colenda non essent: nec sibi præferre debuit, tanquam deos eas res, quibus ipsam prætulit verus Deus, & ea quæ Numa Pompilius reuera ad sacra eiusmodi pertinentia secum sepeliendo curauit abscondi, & aratro eruta senatus iussit incendi. In eo genere sunt etiam illa, vt aliquid de Numa mitius suspicemur, b quæ Alexander Macedo scribit ad matrem sibi à magno antillite sacrorum Aegyptiorum quodam Leone patefacta. Vbi non Picus, & Faunus, & Aeneas, & Romulus, vel etiam Hercules & Aesculapius, & Liber Semele natus, & Tindaridæ fratres, & si quos alios ex mortalibus pro diis habent, c sed ipsi etiam maiorum gentium dij, quos Cic. in Tusc. tacitis nominibus videtur attingere: Iupiter, Iuno, Saturnus, Vulcanus, Vesta, & alij plurimi, quos Varro conatur ad mundi partes siue elementa transferre, homines fuisse produntur. Timens enim & ille quasi reuelata mysteria, petens adimonet Alexandrum, vt cum

vt cum ea matrici conscripta insinuauerit, flammis iubeat concremari. Non solum ergo ista quæ duæ theologiæ continent, fabulosa scilicet & ciuilibus, Platonicis philosophis cedant, qui verum Deum, & rerum autorem, & veritatis illustratorem, & beatitudinis largitorem esse dixerunt. Sed alij quoque philosophi, qui corporalia naturæ principia corpori deditis mentibus opinati sunt, cedant his tantis & tanti Dei cognitoribus viris, vt Thales in humore, Anaximenes in aëre, ^dStoici in igne, Epicurus in atomis, hoc est, minutissimis corpusculis, quæ nec diuidi nec sentiri queunt, & quicumque alij quorum enumerationi immorari non est necesse: siue simplicia, siue coniuncta corpora: siue vita carentia: siue viuientia, sed tamen corpora, causam principiumque rerum esse dixerunt. ^e Nam quidam eorum à rebus non viuis res viuas fieri posse crediderunt, sicut Epicurei. ^f Quidam verò à viuente quædam viuientia, quædam non viuientia, sed tamen à corpore corporea. ^g Nam Stoici ignem: id est, corpus vnum ex his quatuor elementis, quibus visibilis mundus hic constat, & viuentem, & sapientem, & ipsius mundi fabricatorem atque omnium quæ sunt in eo, eumque omnino ignem Deum esse putauerunt. Hi & cæteri similes eorum, id solum cogitare potuerunt, quod cum eis corda eorum obstricta carnis sensibus fabulata sunt. ^h In se quippe habebant, quod non videbant, & apud se imaginabatur, quod foris viderant, etiam quando non videbant, sed tantummodo cogitabant. Hoc autem in conspectu talis cogitationis iam non est corpus, sed similitudo corporis. Illud autem vnde videtur in animo hæc similitudo corporis, nec corpus est, nec similitudo corporis: & vnde videtur, atque vtrum pulchra an deformis sit iudicatur: profectò est melius quam ipsa quæ iudicatur. Hæc mens hominis & ipsa rationalis animæ natura est, quæ utique corpus non est, si iam illa corporis similitudo cum in animo cogitantis aspicitur atque iudicatur, nec ipsa corpus est. Non est ergo, nec terra, nec aqua, nec aër, nec ignis: quibus quatuor corporibus quæ dicuntur quatuor elementa, mundum corporeum videmus esse corruptum. Porro si noster animus corpus non est: quomodo Deus creator animi corpus est? Cedant ergo & isti vt dictum est, Platonicis, ⁱ cedat & illi quos quidem puduit dicere Deum corpus esse, veruntamen eiusdem naturæ cuius ille est, animos nostros esse putauerunt. Ita non eos mouit tanta mutabilitas a-

nimæ, quã Dei naturæ tribuere nefas est.^k Sed dicunt: corpore mutatur animæ natura: nam per seipsam incommutabilis est. Poterant isti dicere, corpore aliquo vulneratur caro, nã per seipsam inuulnerabilis est. Prorsus quod mutari non potest, nulla re potest, ac per hoc quod corpore mutari potest, aliqua re potest, & ideo incommutabile rectè dici non potest.

L. V I V E S.

a **C**ultores suos tanquam suæ. } *Alibi sic legitur, Cultores suos tanquam ad suum cultum studiis im. excitatos.*

b **Q**uæ Alexander Macedo scribit ad matrem. } *Cyprianus de idololatriæ vanitate, ubi dicit deos omnes gentium homines fuisse: Hoc, inquit, ita est: Alexander magnus insigni volumine ad matrem suam scribit, metu suæ potestatis proditum sibi de diis hominibus à sacerdote secretum, quod maiorum regum memoria seruata sit, inde colendi & sacrificandi ritus inuenerit.*

Maiorum gentium dij

c Sed ipsi etiam maiores gētium dij, quos Cicero in Tuscul. tacitis nom. } *Legentium maiorum gentium dij. Tarquinius Priscus quintus Rom. rex, veteri senatu centum senatores adiecit, ut in eo ordine maiores vires obtineret. Hi sunt minorum gentium patres dicti, priores illi, maiorum: ita παραποικως Cicero præcipuos illos & vetustate confirmatos deos maiorum gentium vocat. Hoc dicto primo Tuscul. quest. Si verò scrutari vetera, & ex iis, ea quæ scriptores Græcia prodiderunt eruere coner, illi ipsi maiorum gentium dij qui habentur, hinc à nobis profecti in calum r. periantur. Hæc Cicero docens animos hominum esse immortales, eosque esse, quos pro diis colamus, cum corpore soluti in calum euolarunt. Tales esse Romulum, Herculem, Liberum Semele natum, Tindaridas, hoc est, Castorem & Pollucem matrem Matutam, ac totum propè calum, hominibus esse completum. In Leg. idem Cicero deos maiorum gentium vocat eos, qui caelestes semper sunt habiti. Adscriptitios dicit, quos in calum merita vocarunt.*

d Stoici in igne. } *Cic. in lib. De nat. deorum: Stoici, inquit, omnem vim dicunt esse ignem, Heraclitum, ut verisimile est secuti. & Zeno princeps illorum naturam, quam eandem deum putauit sic finit: ignem artificiosum ad gignendum procedentem via.*

e Nam quidam eorum à rebus non viuis. } *Epicurei ex atomis temerè volantibus, & fortuitu coeuntibus homines & reliqua conflare animantia dicebant.*

f Quidam verò à viuente, quædam viuentia. } *Sic est legendum ex Scriptura antiquorum codicum: Quidam verò à viuente quidem, & viuentia & non viuentia, sed tamen à corpore corpora.*

g Nam

g Nam Stoici ignem. } De hoc plurima Cic. 2. De nat. deor.

h In se quippe habebant. } Animum suum incorporalem imaginari non poterant, sed tantum corporalia, nec ea quævis, sed quæ aliquando sub sensus nostros venerunt. Decantatum illud in scholis etiam pueris: Nihil esse in mente, quod prius non fuerit in sensu: hoc est, mentem nostram nihil cogitare posse, quod circum vestitum non sit aliqua ex his rebus, quas aliquando sensu percepit: ita res ex se incorporeas corporaliter cognoscimus, & res corporales quas nunquam vidimus, cum animo & cogitatione intuemur, ea forma facièque inspicimus qua erant aliæ res, quas vidimus, ut si quis cum Romam nunquam viderit, de ea cogitet, muros, templa, ædificia illi affinget, quæ vel Parisiis, vel Louany, vel Valentia inspexit. Docet dehinc Augustinus cogitationes hominum esse incorporeas, sensusque internos animi à quibus cogitationes fiunt, & cogitationibus & corporibus uniuersis antestare: cuius animi mentisque cum sit parens ipse Deus, colligitur non corpus esse Deum, sed rem aliquam & cunctis corporibus, & animis quoque præstantiorem.

i Cedant & illi quos puduit dicere Deum corpus esse. } Cic. 1. De nat. deor. Nam Pythagoras, qui censuit Deum esse animum per naturam rerum intentum & comineantem, ex quo nostri animi caperentur, non vidit distractione humanorum animorum discerpi & lacerari Deum, & cum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum Dei partem esse miseram, quod fieri non potest. Plato verò animos nostros de substantia astrorum decisos putat, & eodem redituros, si puri ex hac vita discesserint, unumquemque ad astrum, è quo est desumptus: cumque sidera ex elementis quatuor sint coagmentata, & animas insas eiusdem esse constitutionis ac nature, tametsi longe diuersæ rationis, quam sit ista corporum ex elementis compositio.

k Sed dicunt corpore. } Verg. 4. Georg. & 6. Æneid. opinionem Pythagoricam adducit, ex deo, id est, anima mundi canens:

Quenque sibi tenues nascentem arcessere vitæ,
Et ad eam post mortem redire. Sed quoniam dubitari posset, qui sit. ut cum omnes animæ de eodem principio sint deriuatæ, non omnes eodem intelligent modo, & sapiant, & ratione utantur: idcirco à corporibus hæc manare discrimina ostendit, non ab animis ipsis. sic enim inquit:

Principio cælum & terras, campósque liquentes,
Lucentemque globum lunæ, Titaniæque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,

*Et quæ marmoreo fert monstra sub equore pontus.
 Igneus est ollis vigor, & celestus origo
 Semimbus, quantum non noxia corpora tardant,
 Terrenique hebetant artus moribundique membra.
 Hinc metuent, cupiuntque, dolent gaudentque, nec auras
 Respiciunt: clausæ tenebris & carcere cæcæ.*

Quæ omnia declarat fusè Seruius grammaticus Porphyrius 4. De sacrificiis compati animam cum corpore ex Pythagorica disciplina concedit, & è corpore bene aut secus affecto aliquid in animum redundare, permūtari tamen ex hoc anima naturam negat.

De Platonicorum sensu in ea parte philosophiæ, quæ physica nominatur. CAP. VI.



Viderunt ergo isti philosophi, quos cæteris non immerito fama atque gloria prælatos videmus, ^a nullum corpus esse Deum, & ideo cuncta corpora transcendunt, quærentes Deum, ^b Viderunt quicquid mutabile est, non esse summum Deum: & ideo omnem animam mutabilisque spiritus transcendunt, quærentes summum Deum. ^c Deinde viderunt omnem speciem in re quacunque mutabili, qua est quicquid illud est, quoquo modo & qualiscunque natura est, non esse posse nisi ab illo, qui vere est, quia & incommutabiliter est. Ac per hoc siue vniuersi mundi corpus, figuras, qualitates, ordinatumque motum, & elementa disposita à cælo vsque ad terram, & quæcunque corpora in eis sunt, siue omnem vitam, vel quæ nutrit, & continet, qualis est in arboribus: vel quæ & hæc habet, & sentit, qualis est in pecoribus, vel quæ & hæc habet, & intelligit, qualis est in hominibus: vel quæ nutritorio subsidio non indiget, sed tantum continet, sentit, intelligit, qualis est in angelis, nisi ab illo esse non posse, qui simpliciter est. ^d Quia nõ aliud illi est esse, aliud viuere, quasi possit esse non viuens: nec aliud illi est viuere, aliud intelligere, quasi possit viuere non intelligens: nec aliud illi est intelligere, aliud beatum esse, quasi possit intelligere, & non beatus esse: sed quod est illi viuere, intelligere, beatum esse, hoc est illi esse. Propter hanc incommutabilitatē & simplicitatem intellexerunt eum, & omnia ista fecisse, & ipsum à nullo fieri potuisse. Considerauerunt enim quicquid est, vel corpus esse vel vitam, ^e meliusque aliquid vitam esse, quàm corpus, speciemque corporis esse sensibilem, intelligibilem vitæ. Proinde intelligibile speciem sensibili prætulerunt. Sensibilia

ſibilia dicimus, quæ viſu tactûque corporis ſentiri queunt: intelligibilia quæ conſpectu mentis intelligi poſſunt. Nulla eſt enim pulchritudo eorporalis, ſive in ſtatu corporis, ſicut eſt figura, ſive in motu, ſicut eſt cantilena, de qua non animus iudicet quod profectò non poſſet niſi melior in illo eſſet hæc ſpecies, ſine tumore molis, ſine ſtrepitu vocis, ſine ſpatio vel loci vel temporis. Sed ibi quoque niſi immutabilis eſſet, nõ a- lius alio melius de ſpecie ſenſibili iudicat et. melius ingenio- ſior quàm tardior, melius peritior quàm imperitior, melius exercitator quàm minus exercitatus, & idem ipſe vnus cum proficit melius vtique poſtea quàm prius. Quod autem reci- pit maius & minus ſine dubitatione mutabile eſt. Vnde inge- nioli & docti & in his exercitati homines facile collegerunt, non eſſe in eis rebus primã ſpeciem, vbi mutabilitas eſſe con- iucitur. Cùm igitur in eorum conſpectu & corpus & animus magis minûſque ſpecioſa eſſent, & ſi omni ſpecie carere poſ- ſent, omnino nulla eſſent, viderunt eſſe aliquid vbi prima eſ- ſet incommutabilis ſpecies, & ideo nec comparabilis: atque ibi eſſe rerum principium rectiſſimè crediderunt, quod fa- ctum non eſſet, & ex quo facta cuncta eſſent. Ita quod notum eſt Dei ipſe manifeſtauit eis, cùm ab eis inuiſibilia eius, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpecta ſunt: ſempiterna quo- que virtus eius & diuinitas, à quo etiam viſibilia & tempora- lia cuncta creata ſunt. Hæc de illa parte, quam phyſicam, id eſt, naturalem nuncupant, dicta ſint.

L. V I V E S.

a **N**Vllum corpus eſſe Deum. } *Hoc Alcinoſus in doctrina Deus non
Platonis ſic arguit: ſi corpus Deus eſſet, ex materia & for- eſt corpus
ma componeretur. nam omne corpus ex his duobus conſtatur. eſt: ita
ſimile id eſt ſit, quarum particeps eſt latenti quadam ratione & modo.
Abſurdum verò eſt ex materia & ſpecie componi, quandoquidem
neque ſimplex tunc eſſet, neque principium, idcirco omni corpore vacat.
Accedit huc, quòd ſi corpus eſt, ex materia conſiſtet neceſſe eſt: quid
ergo? ignis erit Deus? an aër? terra, an potius aqua? quodcunque ho-
rum ſit, principium certè non erit: quin potius minus ac poſterius quid-
dam materia ipſa, ex qua conſtabit: nefanda hæc ſunt, Deum ergo incor-
poreum eſſe dicendum eſt. Profectò ſi eſt corpus, genitus erit & corruptio-
ni obnoxius ac morti. Sed hæc omnia quàm longiſſimè à Deo abſunt.
Hæc Alcinoſus.*

b Viderunt quicquid mutabile. } *Platonis in Timæo Deus di-*

ciuitur ἐν ὅν τῶ ταῦτα, καὶ ὡς ὄντως ἴχον, id est, unum idem, & semper sui simile, ut vertit Cicero. *Alcinous ex intelligibilibus substantiis unā, Deus ut sit necesse esse ait. Ex istis mentem esse ea, quæ mens non est, potiore: at ex his mentem, quæ est in perpetuo actu præstare illi, quæ in potentia: talem igitur necesse est Deum esse.*

c Viderunt omnem speciem. } Speciem hic vocat Latino more formam, Græcè εἶδος: sic Cicero, & alij.

d Quia non aliud illi est esse. } *Alcinous idem Deus ipse supremus, æternus, ineffabilis, seipso perfectus, nullius rei indigus, semperque & undique absolutè perfectus, diuinitas, essentia ratio, veritas, harmonia, bonum existit. Neque verò hæc ita dinumero, ut inter se ipsa disjungam, imò ut unum potius cuncta considero. Hæc ibi. Tametsi post paulum indicibilem Deum esse ait, & qui sola capi mente queat. Neque enim genere tenetur, nec specie, nec differentia, nec inheret ei quippiam: malum nefas est dicere, atqui ne bonum quidem, quandoquidem bonus esset participatione bonitatis, nec in eum cadit differentia, nec inherens ullum. Similem opinionem secutus Dionysius theologus, negat in Deo sapientiam, vitam, & intellectum esse: Sunt enim hæc nomina priuatarum & particularium perfectionum, cuius modi in Deo nullam est reperire. Videntur hæc esse: ex sententia Platonis, qui in Phædone pulchrum omne participatione pulchri tale esse docet: verum ibi excipit pulchrum ipsum, per quod Deum & ideam pulchritudinis haud dubiè significat, ubi pulchritudinis omnis est fons.*

e Meliùsque aliquid vitam esse. } *Animam appellat vitam sicut Aristoteles ἐν τῷ ἐξῆς quasi perfectionem, aut ἐν τῷ ἐξῆς, id est, perennem quandam actum. Nam utrumque dici posse video. Plato autem animas cum dicit, solas videtur rationales velle intelligi.*

Quanto excellentiores cæteris in logica, id est, rationali philosophia, Platonicis sint habendi.

C A P. VII.



Vod^a autem attinet ad doctrinā, vbi altera pars verifatur, quæ ab eis logica, id est, rationalis vocatur, absit vt his comparandū videantur, qui posuerunt iudiciam veritatis in sensibus corporis, eorūque infidis & fallacibus regulis omnia quæ dicuntur metienda esse censuerunt, vt Epicurei, & quicumque alij tales, vt etiam ipsi Stoici. ^c Qui cum vehementer amauerint solertiam disputandi, quam dialecticam nominant, à corporis sensibus eam ducendam putarunt. Hinc asseuerantes animum concipere notiones, ^d quas appellant ἐνοίας, earū rerū scilicet, quas definiendo explicant, hinc

hinc propagari atque connecti totam discendi docendique rationem. ^e Vbi ego multum mirari soleo, ^f cum pulchros dicant non esse, nisi sapientes, quibus sensibus corporis istam pulchritudinem viderint, qualibus oculis carnisformam sapientiæ decusque conspexerint. ^g Hi verò quos meritò cæteris anteponimus, discreuerunt ea quæ mente conspiciuntur ab iis, quæ sensibus attinguntur, nec sensibus adimentes, quod possunt, nec eis dantes ultra quàm possunt. ^h Lumen autem mentium esse dixerunt ad discenda omnia, eundem ipsum Deum à quo facta sunt omnia.

L. V I V E S.

a **Q**uod autem attinet ad doctrinam. } *Plato orationem in quinque partes distribuit: in civilem, quo utuntur in conuoniis & qui in repub. versantur: oratoriam, in quo sunt demonstratiua ratio, & iudicialis, continetque laudem, vituperium, accusationem, & defensionem. Tertia species dicitur sermo, quo privati confabulantur. Quarta est artificum, cum de suis rebus illi differunt. Quinta est dialectica, in qua sunt altercationes & dialogi: reliqui, qui ex interrogatione & responsione constant. Sunt qui hoc genus orationis ad Platonem inuentorem referant, ut Fauorinus: alij, ut Aristoteles, ad Alexamenum Teium. Non desunt qui ad Zenonem Eleatem. Platonem certè excoluisse & ornasse dialogos constat, refecisseque omni genere leporem, argutiarum, & eruditionis, in quibus & si formulae dialecticæ artis non traduntur, sunt tamen omnia præcepta illius artis re ipsa expressa, & quomodo utendum sit eis ostensum. Demonstrat enim in Timæo cauillandi specimina, in Eutydemo sunt tradita, unde Aristoteles non pauca in suos Elenchos transtulit. Inductio verò Socratica omnium est potentissima, à quo videtur manasse: nullus enim usus est unquam ea dexterius. Vnde illam Quintil. oratori suo uti petat, præcipit.*

b Vt Epicurei. } *Epicurus solem non maiorem quàm videatur dixit, & si vnus sensus semel fallat, ei non amplius assentiendum. Cic. & Plutarch. lib. 4. Placitorum. Stoici sensus quidem veros, visorum autem quedam vera, quedam vana. Epicurus omnem sensum omne visum verum, opinionum autem partim veras, partim falsas, & de Zenone Cic. in Acad. quæst. inquit: Sed ad hæc quæ visa sunt, & quæ sic accepta sensibus assensionem adiungit animorum, quam esse vult in nobis posuam, & voluntariam. Visi non omnibus adiungebat fidem, sed iis solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum quæ viderentur.*

c Qui cum vehementer amauerunt solertiam disputandi. } De Stoicis loquitur: nam Epicurei totam dialecticam tanquam inutilem & vanam repudiauereunt. Stoici se in dialectica acerrime exercuere. De qua multa sunt à Zenone, Cleanthe, & Chrysippo principibus disciplina conscripta: ceterum non in omni dialectica, sed ea quæ est de iudicio: inuentionem enim magna ex parte reliquerunt, ut Cicero in Topicis inquit.

d Concipere notiones quas appellant ἐνοιαί. } Hæ sunt primæ rerum intelligentiæ, quas etiam κατανόησις nominant, id est comprehensiones. Hæ nanque primæ donantur hominì à natura, unde rerum multarum magnarumque oritur cognitio, & peritia, & has notiones fieri ex visis, quæ comprehensa & comprobata essent, tenerenturque tanquam manu. unde non scientia modo manaret, sed inscitia quoque, & media inter ambas opinio. Inchoatas intelligentias idem dicit Cicero, & ἀρχαίησις ait primum ab Epicuro uocatas, ceu quis dicat antceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari possit. Sed eo uocabulo uideo & Stoicos usus, quod Cicero uertit anticipationem, quam Chrysippus, ut Laertius refert, de finiuit naturalem intelligentiam earum rerum, quæ uniuersaliter sunt.

e Vbi ego multum mirari soleo. } Arguit Augustinus eos, qui ista pepererunt, plus assensus sensibus mentis quam corporis.

f Cum pulchros dicant. } Vnum ex paradoxis Stoicis.

g Hiverò quos merito cæteris antep. } Cic. I. Acad. Platonem ita res natura tractasse scribit, ut sensibus adimeret iudicium ueritatis, soli uenti tribueret, idoneamque faceret cui crederetur, quia sola cerne- ret id quod semper esset simplex, & unius modi, & tale quale esset.

h Lumen autem mentium esse dixerunt. } Solem hunc uisibilem esse uisus lumen ad uidendum, principem uerò mundi lumen animorum uentiumque ad intelligendum, sciendum, sapiendum, iudicandum: idcirco luminis uniuersi pater est: nam & illius interioris intelligibilis, & huius exterioris uisibilis, sicut antea ex Platone ostendi. Idem Alcinoüs in doctrina Platonis docet.

Quòd etiam in morali philosophia Platonici obtineant principatum. CAP. VIII.

Reliqua est pars moralis, quam Græco uocabulo dicunt ἠθικὴν, ubi quaeritur de summo bono: quò referentes omnia quæ agimus, & quod non propter aliud, sed propter seipsum appetentes, idque adipiscentes, nihil quo beati simus ulterius requiramus. Ideo quippe & finis est

nis est dictus, quia propter hunc cetera volumus: ipsum autem non nisi propter ipsum. Hoc ergo beatificum bonum, ^a alij à corpore, ^b alij ab animo, ^c alij ab utroque; in homine esse dixerunt. Videbant quippe ipsum hominem constare ex animo & corpore, & ideo ab alterutro istorum duum, aut ab utroque bene sibi posse esse credebant: finali quodam bono quo beati essent, quò cuncta quæ agebant referrent, atque id cum foret adepti quò referendum esset ultra non quærent. ^d Vnde illi qui dicuntur addidisse tertium genus bonorum, quod appellatur extrinsecus: sicuti est honor, gloria, pecunia, & si quid huiusmodi, non sic addiderunt ut finale esset, id est, propter seipsum appetendum, sed propter aliud bonum, quò esset hoc genus bonum bonis, malum autem malis. Ita bonum hominis, qui vel ab animo, vel à corpore, vel ab utroque expetiuerunt, nihil aliud quàm ab homine expetendum esse putauerunt. Sed qui id appetiuerunt à corpore, à parte hominis deterioris: qui verò ab animo, à parte meliore: qui autem ab utroque, à toto homine. Siue ergo à parte qualibet, siue à toto homine, non nisi ab homine. Nec istæ differentiæ, quoniam tres sunt: ideo tres, sed multas dissectiones philosophorum sectasque fecerunt: quia & de bono corporis & de bono animi, & de bono utriusque diuersi diuersa opinati sunt. Cedant igitur hi omnes illis philosophis, qui non dixerunt beatum esse hominem fruentem corpore, vel fruentem animo, sed fruentem Deo. Non sicut corpore, vel seipso animus, aut sicut amico amicus, sed sicut luce oculus. Si aliquid ab his ad illas similitudines afferendum est, quod vel quale sit si Deus ipse adiuerit, alio loco quantum per nos fieri poterit, apparebit.

L. V I V E S.

a **A**lij à corpore. } *Vt Epicurus, & Aristippus, & nationes philosophorum, quæ ab his manarunt.*

b Alij ab animo. } *Vt Stoici.*

c Alij ab utroque. } *Vt Calipho, Polemon, & Diidorus.*

d Vnde illi qui dicuntur addidisse tertium genus. } *Sapenumero locutus est August. de triplici bonorum genere, animi, corporis, & externorum: quam diuisionem Aristoteles in libro Moralibus posuit, & Peripatetici multum habent in ore. Sumpta est ex Platone plerisque in locis, ut proximo libro explicabo.*

e Sed sicut luce ocu. } *Plato in lib. De repub. & Leg. & Phaedone, cognitionem ueritatis summum hominibus bonum esse affirmat: quæ*

cum perfecte contingere in hac vita nequeat. fit ut difficile putet uiuentium aliquem uerè posse beatum dici, magnam tamen esse spem, ut eam cognitionem assequamur uita functi: liberi iam corporis uinculus & impedimento ad res mente comprehendendas maximo. Cum ergo uita decesserimus, si modo purgati exeamus, tunc res ipsam & id quod orat, id est uerè est, Deum uidelicet intuentes. fruimur re nobis tantopere concupita, hoc est, ueritate & scientia rerum omnium. Itaq; sicut oculus uirtus minusq; nullum fit, si lux absit, ipseq; in tenebris agens sempiterno mœrore maloq; affectus desideat: sin uerò accedat rebus sol ipse, fungatur ut & uita sua magnoq; cum gaudio spectet, & agat: Sic intellectus noster corpore solutus, si desit ei lux ueritatis Dei, torpeat mœreatq; necesse est: si adsit, letetur, & fruatur ea luce, in qua insunt uiae expressaq; rerum omnium species: quo fit ut nec in uoluptate tantum sic menti nostra gaudij ac sceleritatis, nec cum nobis ipsi placemus, ac ueluti nobis ipsi fruimur, quantum in contemplatione illius uerè existentis & summi boni, perfectaue, ut inquit Plato, pura sapientie diuini luminis assecutione. Ideo cum absolute beata est anima, non primum ut pulchro & charo fruitur Deo, in quo est uoluptas, qui actus est uoluntatis, sed ut uero, qui est intellectus. Tamen si mox pulchritudo consequitur, & statim uoluptas, ut in Philebo distinguit, nec seiuncta hæc possunt esse. Nemo enim Deum nouit, qui admiretur, & cognita pulchritudine, bonoque amet magna cum oblectatione. Hæc ex placitis Platonis, qui rerum inspectioni semper primas attribuit partes, illudq; facturas dicit beatorum animas, cum e corporibus euolauerint. Hæc est beatitudo, quam ijs qui sanctè uixerint promissit: ad hanc uocat, ad hanc cohortatur, & excitat. In quam sententiam Academici & Peripatetici pedibus & uerbis iuerunt. ut Arist. x. Ethic. & Cic. v. de finibus docent.

De ea philosophia, quæ ad ueritatem fidei Christianæ propius accessit.

CAP. IX.

Nunc ^a satis sit comemorare Platonem determinasse finem boni esse secundum uirtutem uiuere, & ei soli euenire posse, qui notitiam Dei habeat, & imitationem, nec esse aliam ob causam beatum. Ideoque non dubitat hoc esse philosophari, amare Deum: cuius natura sit incorporalis. Vnde utiq; colligitur tunc fore beatum studiosum sapientie, id enim est philosophus, cum Deo frui cœperit. Quauis enim non continuo beatus sit, qui eo fruitur, quod amat: multi enim amando ea quæ amanda non sunt, miseri sunt, & inferiores cum fruuntur: nemo tamè beatus est qui eo quod amat non fruitur. ^b Nam & ipsi qui res non amandas amant,

NON

nō se beatos esse amando putant, sed fruendo. Quisquis ergo fruitur eo quod amat, verūmque & summū bonū amat, quis eum beatum nisi miserimus negat? Ipsum autem verum ac summum bonum Plato dicit Deum, unde vult esse philosophum amatorē Dei, ut quoniam philosophia ad beatam vitam tendit, fruens Deo sit beatus, qui Deum amauerit. Quicumque igitur philosophi de Deo summo & vero ita senserunt, quod & rerum creatarū sit effector, & lumen cognoscendarum, & bonum agendarum: quod ab illo nobis sit & principium naturæ, & veritas doctrinæ, & felicitas vitæ: siue Platonici accommodatius nuncupentur, siue quodlibet aliud sectæ suæ nomen imponant: siue tantummodo Ionici generis, qui in eis præcipui fuerunt, ista senserint: sicut idem Plato, & qui eum bene intellexerunt: siue etiam Italici, propter Pythagoram, & Pythagoreos, & si qui fortè alij eiusdē sententiæ in id idē fuerunt: siue aliarum quoque gentium, qui sapientes vel philosophi habiti sunt, ^dAtlantici, ^eLybici, ^fÆgyptij, ^gIndi, ^hPersæ, ⁱChaldæi, ^kScythæ, ^lGalli, ^mHispani, aliique reperiuntur, qui hoc viderint, ac docuerint, eos omnes cæteris anteponimus, eosque nobis propinquiores fatemur. Quamuis enim homo Christianus literis tantum ecclesiasticis eruditus, Platonico- rum fortè nomen ignoret, nec vtrum duo genera philosophorum extiterint in Græca lingua Ionicorum, & Italicorum sciat, non tamen ita surdus est in rebus humanis, ut nesciat philosophos, vel studiū sapientiæ, vel ipsam sapientiam profiteri. Cauet eos tamen, ⁿqui secūdam elementa huius mundi philosophantur, non secundum Deum, à quo ipse factus est mūdus. Admonetur enim præcepto apostolico, fideliterque audit quod dictum est: Cavete ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem seductionem, secundū elementa mundi. Deinde ne omnes tales esse arbitretur, audit ab eodem Apostolo dici de quibusdam: ^o Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illi manifestavit. ^pInuisibilia enim eius à constitutione mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, ^q sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Et vbi Atheniensibus loquens, cum rem magnam de Deo dixisset, & quæ à paucis possiet intelligi, ^rquod in illo viuimus, mouemur & sumus, adiecit & ait: sicut & vestri quidam dixerunt: Nouit sanè etiam ipsos in quibus errant cauere. Vbi enim dictum est, quod per ea quæ facta sunt,

Deus illis manifestauit, intellectu conspicienda inuisibilia sua, ibi etiam dictum est, non illos ipsum Deum rectè coluisse, quia & aliis rebus, quibus non oportebat, diuinos honores, illi vni tantum debitos detulerunt. Quoniam cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se sapiētes esse, stulti facti sunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Vbi & Romanos, & Græcos, & Ægyptios, qui de sapientiæ nomine gloriati sunt, fecit intelligi. Sed de hoc cum istis postmodum disputabimus. In quo autem nobis consentiunt, de vno Deo huius vniuersitatis autore, qui non solum super omnia corpora est incorporeus, verum etiam super omnes animas incorruptibilis, principium nostrum, lumen nostrum, bonum nostrum: in hoc eos cæteris antepōnimus.

L. VIVES.

Platonis
sententia
de summo
bono

NVnc satis sit commemorare Platonem determinasse. }
Homo venerabili & sancta dicitur Plato, cum in aliis pe-
nè rebus ceteros omnes philosophos vicit, tum verò in definiendo sum-
mo homini bono seipsum quoque superauit. Diuidit in primo De legi-
bus bona in humana & diuina. Illa expertia dicit virtutis esse, hæc vir-
tute commista & temperata. In Gorgia sententia Socratis est, in doctri-
na & virtute sit in esse beatam vitam, pronunciatque bonos beatos,
improbos miseros. Idem in Menexeno, idem sexcentis locis, cum illud
tam perpetuum constansque sit apud Platonem solum honestum pulchrum-
que bonum esse. Cetera que appellantur bona, virtute si careant, ingen-
tem esse possori perniciem. Sed hæc Platoni cōmunia cum quibusdam,
& hæctenus equari dissimilibus videri posset. offerat se ipse altius, &
relinquat humi ceteras sapientium scholas. Philebus est de summo bono
dialogus, vel ut alij scribunt τῶν τῆς ἡδονῆς, hoc est, de voluptate. In
eo sex statuuntur bonorum velut ordines gradisque. In secundo sunt,
σύμμετρον, καὶ καλὸν, καὶ τὸ τέλειον, καὶ ἰκανὸν, καὶ πάντα ἑπὶ πάντα τῆς γ-
νῆς ταύτης αὐτῶν, id est, commensuratum, & pulchrum, & perfectum,
& sufficiens & quæcumque sunt eiusdem velut stirpis. In tertio ordine,
νῦν καὶ φρονισὸν πᾶσι, ἔκ αὐτῶν μὲν πᾶσι τῆς ἀληθείας παρεξέλασσι, id est, si
mentem persueris & sapientiam, non procul à veritate aberrabis. In
quarto, αὐτῆς ψυχῆς εὐδαιμονίας, ὅπως ἔμας τε, καὶ τέχνας, καὶ δόξας
ὁρίσῃς ἀχρησίστας. Quæ anima sunt ipsius ponimus, scientias, artes, &
reclas

rectas opiniones. Porro in primo ordine locat μέτρον καὶ μέτρον, καὶ
 καίερον, id est mensuram, & moderatum, & opportunum. quæ omnia
 Deum esse putandum commensurationem vniuersorum, cuius causa esse
 omnia, atque eum esse bonorum omnium causam, & autorem, ad Dio-
 nysium scribit & in Epinoride & lib. 2. De rep lib. verò 6. summum
 bonum & boni ideam vocat. Propterea in philosophia Platonis A-
 puleius Deum beatum & beatificum nominat. Et Speusippus in defini-
 tionibus Platonis Deum ait ζῆον ἀθάνατον, αὐτάγκηστος θεός διδάσκαλος,
 σοφία ἀίδιος, μή τι ἀγαθὸν εὐτέρας αἰτεῖται. Vniuersum inmortale, ad beatitu-
 dinem sufficiens, essentiali sempiternam natura i; suis boni causam huius
 boni contemplatione Plato beatum fieri hominem ait In Conuivio enim
 Diotima sapientissima femina iubet Socratem totam animi intencio-
 nem ad orationem suam conuertere. Cuiusque circa pulchrum versari a-
 morem docuisset, extrema oratione altiozem sermonem ingressa, pulchrū
 quoddam stauit, quod semper est, nec mutatione afficitur, vel decemētis
 minuitur, vel accessionibus fit maius, nec aliqua ex parte pulchrum est,
 cū aliunde secus habeat: aut alternante vniuersitudine pulchritudinem
 alias amittit, alias admittit: nec respectu aliquo pulchrum, cū alia ra-
 tione turpe sit, cuius pulchritudo nec locus mouetur, nec ingenis variè iu-
 dicantium, nec ut pars pulchrum est, nec ut id quod alteri adheret. Sed
 ipsum per se cū se et eiusdem forma semper ens, unde manat catera-
 rum rerum, quæ pulchra nominantur, pulchritudo, ea lege, ne vel ortum
 aliarum rerum, vel casu accrescat illi aliquid, vel decedat, neu affectum
 aliquem recipiat, & mutationem. Hoc igitur sanctum pulchrum, & ve-
 nerabile, cū n quis per caterorum pulchrorum amorem sublatus Spectare
 cœperit, parum abest, quo minus fatigium consecutus sit. Sic ad amato-
 ria recta tenditur, hoc est, illuc verè duci: cū quis ab istis pulchris ceu
 per gradus ad pulchrum illud ascendit, ab vno pulchro corpore in duo
 transilens. Hinc in catera pulchritudine preditariam ad pulchra om-
 nia studia, quibus pulchris succedere disciplinas oportet, ex quarum nu-
 merò vna illa sit princeps vnicè complectenda, quæ solius est pulchri il-
 lius, ut eius contemplationem doceamur, hoc viuendum modo est hominē
 pulchro. Hoc si videris, sordebunt tibi aurum, vestes, & formosa ho-
 minum corpora. Age verò quante felicitatis putas esse plenum, dari
 alicui: ut pulchrum ipsum cernat sincerum, & purum putum, non
 corpore humano contectum & commistum, non colore nec mortua-
 libus eiusmodi nugis, sed diuinum ipsum, sui semper simile ac conformē
 Quæso te, an non admirandam esse vitam eiusce hominis censēs, qui
 illud spectet, qui, quod optat, intueatur, & cum eo habitet? O solida
 & germana competentem virtutis, hancque ob causam præpotenti Deo

amicum, & si quis est alius immortalem? Hæc sunt Diotima sapientissima ad Socratem verba, quibus Socrates se fidem habere profitetur, & laborare, ut hominum generi persuasum sit, non esse humana natura quicquam ad possessionem pulchri huius amore conducibilis: ac ne quis satis sibi putaret esse, si verbis philosopharetur, aut si contemplaretur impura mente. Quanquam hoc non facile est factu, ac nescio etiam an possibile apud Platonem, sed tamen imitatorum Dei beatum esse oportere volumine De legibus quarto docet, quò loco cum de amicis deque inuisis Deo disputat, sapientem virum dies ac noctes cogitare illud debere censeat, quemadmodum Deum sequatur, illumque sibi potius quam mortaliū quemuis mensuram rerum & canonem præstituat, præstetque se quàm maximè poterit illius similem. Neque enim aiter amicus unquam erit Dei. Porro quid sit esse Dei similem, in 7 beateo expressius, prudentem, iustum, ac sanctum esse dicit. In Epistola verò ad Hermiã & socios, si quis verè philosophetur, eum affirmat cognitum ire Deum, & eius patrem, quantum à sælicibus hominibus id fieri potest. & in Epinomide $\alpha\epsilon\iota\ \tau\epsilon\ \delta\epsilon\iota\ \lambda\omicron\gamma\varsigma$ loquens: Hunc, inquit, in primis unusquisque sælix admiratur, hinc amore incenditur, ut intelligat, quantum facultas sinit ingenij humani, persuasus hoc modo se optimam & sælicissimam vitam acturum, defunctum verò vita in ea venturum loca, quæ virtuti parata sunt. Hæc Plato, qui maximam illam & consummatam beatitudinem post vitam statuit. In eodem nanque opere ait, fieri non posse ut homines in hac vita, præter admodum paucos, beati efficiantur: spem verò esse bonam, ut post vitam consequatur quis ea omnia, quorum gratia vitam optimè atque honestissimè, quantum præstari ab eo poterat, & iraduxit, & deposuit. & in fine voluminis: Nefas, inquit, est deos negligere aperta iam & patrefacta illorum omnium ratione. Hæc verò qui uniuersa receperit, eum assero verè sapientissimum, quem equidem & ioco & serio affirmo, cum decefferit de hac vita, non vulgari & communi conditione, quemadmodum cum viueret, sed singulari quadam futurum, beatissimum & sapientissimum simul, & fortunatum redditum: & si quis siue in insula, siue in continente quapiam fortunatus sic vixerit, eum quoque aio participem eiusmodi sempiternæ sælicitatis fore, tum etiam seu quis hac quæ diximus exercuerit in vita publica, seu in vita priuata, eademque similiter in deos egerit. Caterùm quod initio dicebamus idem nobis nunc rursus occurrit, dictum sine ulla dubitatione verissimum, paucissimos ad perfectam illam beatitudinem in vita pertingere, quod à nobis non temere assertum est. Hæc in Epinomide. In extremo verò de repub. Ecce itaque tibi præmia & mercedes, quæ viro iusto præter ea bona, quæ iustitia secum affert, à diis & hominibus

tribuuntur, præclara sanè & stabilia. Atqui ea omnia nihil neque numero sunt, neque magnitudine censenda, si cum iis conferantur, quæ mortuum manent. In Phadone verò: Quæcirca, inquit Socrates, interea dum in vita sumus, ita nos ipsi parare debemus, ut quàm minimum fieri poterit, cum corpore sit nobis commercij: ita fiet ut quadamtenus ad scientiam accedamus, cauebimûsque ab eius contagio, quousque nos Deus soluat, ut puri & à corporis vitio liberati cum similibus, ut par est, versemur: cognoscamûsque per nos ipsos ea quæ integra & sincera sunt, quod est vnum ipsum: quæ si ad hunc se modum habent, magna spes est proficiscentem quò nunc ego, si alibi vsquam, & ibi futurum competentem rei, quam ut consequeremur, tot perpassi sumus in vita labores. Et post: Si verè philosophus est, illa apud Deum opinio valere multum debet, ut non alibi puram sapientiam consequi se speret, quàm post vitâ. Hæc nobis pauca de multis sunt collecta ad sententiam Platonis ostendendam, in quibus plura ad verbum conuerti, alia seruata sententia posui, quæ cum sint ex eodem ipso Platone decerpta, ociosum & superuacaneû foret ex Platonicis adferre testimonia.

b Nam & ipsi qui res non amandas. § Laurentium Vallam miror in Dialectica negare esse aliud a norem, quàm delectationem, cum res ipsa in vita communi contrarium apertè testatur: nam absente amico, a nore nobis remanet, delectatio cum illo abit. Sed non est hoc vnicum in illo opere absurdum. Porro frui est oblectationem ex re aliqua percipere: seu, ut Augustinus libro lxxx. Questionum scribit, frui-mur illa re de qua capimus voluptatem. De fructu & usu dicemus libro undecimo.

c Siue tantummodo Ionici. § Tamen si Plato multa à Pythagoreis accepit, tamen ex philosophis Ionicis fuit. Propterea quod Socratem magis quàm Architam vel Timæum secutus est.

d Atlantici. § Hi loca incolunt in Africa ad Oceanum sita, quorum antiquissimus rex fuit Atlas Saturni frater, Cæli filius, qui cum ipse consultissimus esset astrorum, & filium Hesperum insigni humanitate & prudentia virum eam artem edocuit, & plerosque ex generis. Nam septem filiarum fuit pater, qui diis heroibusque nupserunt, filiosque pepererunt, & virtute & gloria non inferiores parentibus. Docuit quoque nonnullos ex populo, à quibus ea scientia in interiorem Lybiam manauit, ibique philosophatus est Hercules.

e Egyptij. § Horum philosophia est peruetus: sed à Chaldeis magna ex parte tradita, in primis que ab Abraham, quanuis ipsi, ut Diodorus scribit, ad Ism, Cisirumque, Vulcanum, Mercurium, & Herculem referant: Vt cunque sit, constat Aegyptios multa diuinitus de

philosophia præcepisse, multa quoque portentose ac mendaciter.

Brachmani f Indi. } Hi habuerunt suos philosophos, quos Brachmanas appellabant: de quorum vita & institutis Philostratus in Vita Apollony per multa, & Strabo, & qui res gestas Alexandri Macedonis memorie prodiderunt.

Perse g Persæ. } Apud hoc fuerunt magi à Zoroastre instituti.
Chaldei h Chaldei. } Peritissimi astrorum diuinationisque, etiam sacris operabantur, de quibus Diodorus lib. 3.

Scythæ i Scythæ. } Hi quoque philosophati sunt olim, & de generis antiquitate cum Aegyptiis certarant: genus hominum fortè, simplex, iustum, vitiorum & malitiæ ignarum, natum ingenio naturali, quod Græci magnificis illustribusque disciplinis nequiuertunt. De his Iustinus libro secundo.

Drwyde k Galli. } Fuerunt & apud Gallos Drwyde sacerdotes, ut tradit Cæsar lib. 6. Com. Gal. belli, tum etiam poete, philosophi & theologo, quos Saronidas dicebant, sicut Diodorus lib. 6. docet. Habuerunt & diuinaulos, ad quos populus de suis negotiis referebat: nec ullum sacrificium fiebat sine philosopho, hoc est, conscio diuinae nature: quorum consiliis omnia domi forisque administrabantur. Philosophi erant Drwyde, qui ut Strabo lib. 4. narrat, præter causarum naturalium scientiam, philosophiam quoque moralem exercebant.

Hispani l Hispani. } In ea terra antequam auri argentique venæ reperirentur, & bella sunt per pauca gesta, & multi philosophati, & populi sanctissimis moribus vivere securi quietique. Singuli populi à magistratu annuo regebantur viris præstantissimis eruditione & probitate: equo & bono transigebantur res, non legum numero: & si scriptæ aliquot dicuntur, præcipuè apud Turdetanos magna vetustate temporis: lites controuersæque inter ciues propè nullæ. Et uirres, si quæ erant: de annulatione virtutis, de natura deorum, de ratione nature, de moribus probis, eruditi homines statim diebus publicè disserabant, ut scemine quoque interessent. Arserunt verò quidam montes metallis grauidi, & auro argentoque eliquatis, cœperunt homines nouam atque inusitatam admirari materiam. Hunc Phœnicibus, qui quæstus gratia totum orbem nauigijs peragrabant, ostensis opibus cum exigui pretij rebus permutabant. Phœnices quæstu facili magnoque domi ostenso, & ex ea regione, & ex reliqua Asia Græciæque ingentem vim hominum ad cupiditatem promptam diuitiarum exciuerunt: ita modo numerosis classibus, modo singulis, binis, ternis uel onerariis nauibus Hispaniam subinde repetebant. Plures uel soli uel celi bonitate capti, alij metalla patriæ penatibusque præferentes in Hispania remansere, qui ad se

cognatos affinesque alios alijs illeclamentis pertraxerunt. Tum frequen-
tes ex tota Asia uicinisque insulis in Hispaniam colonie missæ. Hi ru-
des malitiæ ac uictorum populos Asia, na Græciæque docuere scelera.
Hinc subito exorta Hispanis suorum metallorum admiratio, & cu-
stodia hinc lites, hinc rapina cades primum priuata, & latrocinium pau-
corum, demum apertum publicumque gentium inter sese concurrentium,
quod uocant bellum ducibus alienigenis, & in primis Phœnicibus, tan-
torum non modo in præsens, sed in posterum quoque malorum autoribus
& magistris: tum occursum prauis moribus, tum desitum æquo ac bono
fidi, & leges ferri cœptæ. conuersisque animis ad metallorum curam &
negociationem uariis gentibus bellisque in Hispaniã ingruentibus, omis-
sum est studium philosophiæ, artèsque illæ, ut coli desitæ, ita & ferè ex-
tinctæ sunt, nam literis continebantur per paucos: auditione magna ex
parte tradebantur, percipiebanturque, quarum reliquie pace à Romanis
parta, per aliqua meliora ingenia renouata, aduentu Gotthorum, dein-
de Agarenorum ad vulgus perierunt. Restat adhuc tenuis quedam
priscorum temporum notitia Græcis literis ac Latinis consignata, unde
spero me aliquando origines gentis meæ illustraturum.

m Qui secundum elementa, &c. } id est, qui aliud nihil sapiunt,
quàm elementa mundi: qui ex uis, & ab ipsis omnia gigni, interimq;
agi & gubernari arbitrantur, nihil aut perparum Deo relinquentes,
cuius arbitrij iurisque sunt omnia.

n Quia quod notum est Dei, &c. } διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ
ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, Cognobile Dei manifestum est illis. q. quod de Deo co-
gnosci potest ab homine.

o Inuisibilia enim eius. } Græcè sic, τὰ ὄρατα ἀπὸ θεοῦ κτίσται
καὶ τὰ ἀόρατα ἀπὸ θεοῦ κτίσται, τὰ ὄρατα αὐτὸς ἠλάττωσεν, & διό-
τις κτίσται est creatio ipsa & res creata. Laurentius putat intelligen-
dum inuisibilia Dei cognosci de factura. q. de forma, & facie uni-
uersi, quale illud est in P'sulmo: Cali enarrant gloriam Dei, & opera
manuum eius annunciat firmamentum: & Aristotelem multisque
alios philosophos Deum & esse & prospicere mundo legimus reprehē-
disse ex cali pulchritudine & constantia motus, vicibusque temporum
ac rerum, totaque ratione uitæ nostræ, & ipsius uniuersi, quæ omnia
fieri nõ posse uidebāt, nisi ab aliquo principe sapientissimo, & optimo,
qui huic uniuersitati præsideret. Augustinus hic κτίσται uerit con-
stitutionis, ut sit intelligi ab hominibus illa reconlita ex operibus Dei,
quæ cernimus, idque iam inde, ex quo mundus est conditus, ut sciamus,
non istud usu venire de cognoscendo Deo per opera, ex quo Christus
homines docuit, aut ex quo lex Moysi data, sed ex quo mundus est

à Deo genitus. Atque hic sensus videtur mihi cum Pauli dictis magis congruere, qui contra philosophos hoc loco disputat, quos significat quocumque tempore, quacumque regione mundi vixerint, potuisse deprehendere Deum esse rectorem vniuersorum & parentem: ita id quod sequitur per ea quæ facta sunt sic coniungitur, inuisibilia Dei conspiciuntur, intellecta per ea quæ facta sunt.

p Sempiterna quoque virtus & eius diuinitas. } Non modo abstrusiora illa de sapientia & probitate, sed hæc quæ magis elucet diuinitas & potentia: nisi si quis malit auferre quoque, quemadmodum fit Græcè, ut sit sensus: Hæc esse quæ conspiciuntur, diuinitas & potentia: nam irrepsisse in Latinam interpretationem quoque in causa sunt particula illa *re* quæ solet coniunctionem significare.

d Quod in illo viuimus, mouemur, & sumus. } Veteres enim & animam mundi per vniuersum fusam dixere *ἄνω*, & aerem ipsum: idcirco vtrumque sit, in eo nos & esse & moueri & viuere. Aratus quoque & *utias*, & *fora*, & *potus*, omnia denique Iouis esse plena dixit, quod interpretes ad illam aeris facultatem refert.

r Vbi & Roma. } Romani & Græci hominum simulachra pro diis colebant, Aegyptij bestias.

Quæ si inter philosophicas artes religiosi excellentia Christiani.

C A P. X.

Nec si literas eorum Christianus ignoras, verbis quæ non didicit in disputatione, non utitur, ut vel naturalem Latine, vel physicam Græcè appellet eam partem, in qua de inquisitione naturæ tractatur, & rationalem siue logicam in qua quæritur, quoniam modo veritas percipi possit? & moralem vel ethicam, in qua de moribus agitur bonorumque finibus appetendis, malorumque vitandis, ideo nescit ab vno vero Deo atque optimo, & naturam nobis esse, quæ facti ad eius imaginem sumus: & doctrinam, quæ eum nosque nouerimus: & gratiam, quæ illi cohærendo beati sumus. Hæc itaque causa est cur istos cæteris præferamus, quia cum alij philosophi ingenia sua studiisque contriuerint in requirendis rerum causis, & quoniam esset modus discendi atque viuendi: isti Deo cognito repererunt, vbi esset causa constitutæ vniuersitatis, & lux percipiendæ veritatis, & fons bibendæ fœlicitatis. Siue ergo isti Platonici, siue quicumque alij quarumlibet gentium philosophi de Deo ista sentiunt, nobiscum sentiunt.^a Sed ideo cum Platonici magis placuit hanc causam agere, quia eorum sunt literæ notiores. Nam & Græci, quorum lingua in gentibus præeminet,

eminet, eas magna prædicatione celebrarunt: & Latini per-
moti earum vel excellentia, vel gloria, ipsas libentius didice-
runt, atque in nostrū eloquium transferendo nobiliores cla-
riorésque fecerunt.

L. VIVES.

a Sed ideo cum Platonis. } *A temporibus Platonis & Ari-*
stotelis usque ad Alexandrum Aphrodisæum, qui vixit Seuero &
eius filio principibus. Aristoteles nominabatur magis, quàm vel legeba-
tur à doctis, vel intelligebatur. Primus ille aggressus eum enarrare, &
adiuuit studia multorum, & ad alia in eo philosopho querenda exci-
tavit. mansit tamen crebrior in manibus hominum & notior Plato us-
que ad scholas in Gallia & Italia publicè constitutas, id est, quandiu
Græca & Latina lingua vigerunt, postea verò quàm thearica cœpe-
runt esse disciplina, omnisque earum fructus existimatus est posse dispu-
tando fucum facere, & os obturare, & puluerem ob oculos iacere, idque
imperitissima peritia, & nominibus ad libitum confictis, accommodatio-
res ad rem visi sunt libri logici Aristotelis & physici, relictis permultis
eius præclaris operibus: Platone verò, & quod ab eis non intelligeretur,
quanuis multo minus Aristoteles, & quod artificium non videretur
docere, ne nominato quidem, non quèd minorem aut ineruditorem pu-
tent Platone Aristotelem, sed quòd ferendum non est Platonem san-
ctissimum philosophum præteriri, & Aristotelem ita legi, ut meliore re-
iecta parte quæ retinetur, id cogatur loqui, quod ipsi iubent, stultitias
mcas, quales non dico Aristoteles, sed nec quisquam illius temporis
per furorem cogitarit.

Vnde Plato illam intelligentiam potuerit acquirere, qua Christianæ
scientiæ propinquauit. CAP. XI.



Irantur autem quidam nobis in Christi gratia socia-
ti, cum audiunt, vel legunt Platonē de Deo ista sen-
sisse, quæ multum cōgruere veritati nostræ religio-
nis agnoscunt. Vnde nonnulli putauerunt eum, quando per-
rexit in Ægyptum, a Hieremian audisse prophetam, vel scri-
pturas propheticas in eadem peregrinatione legisse: b quorū
quidem opinionem in quibusdam libris meis posui, Sed dili-
genter supputata temporum ratio, quæ chronica historia cō-
tinetur, Platonem indicat à tempore quo prophetauit Hie-
remias, centum fermè annos postea natum fuisse. Qui cum
octoginta & vnū vixisset, ab anno mortis eius usque ad tem-
pus quo Ptolemæus rex Ægypti scripturas propheticas gen-
tis Hebræorum de Iudæa poposcit, & per septuaginta viros

Hebræos, qui etiam Græcam linguam nouerant, interpretandas habendâsque curauit, anni fermè reperiuntur LX. Quapropter in illa peregrinatione sua Plato, nec Hieremiam videre potuit tãto ante defunctũ, nec easdem scripturas legere, quæ nondum fuerant in Græcam linguam translata, qua ille pollebat: nisi fortè quia fuit acerrimi studij, sicut Ægyptias, ita & istas per interpretem didicit, nõ vt scribendo transferret, quod Ptolemæus pro ingèti beneficio, qui regia potestate etiam timeri poterat, meruisse perhibetur, sed vt colloquendo quid cõtinerent, quantũ capere potuisset, addisceret. Hoc vt exittimetur, illa suadere videtur indicia, quòd liber Geneleos sic incipit: In principio fecit Deus cælũ & terram. Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, & Spiritus Dei ferebatur super aquas. ^d In Timæo autem Plato, quem librũ de mundi constitutione cõscripsit, Deum dicit in illo opere ^e terram primo ignemque iunxisse. ^f Manifestum est autem quod igni tribuit cæli locum. Habet ergo hæc sententia quandam illius similitudinem, qua dictum est: In principio fecit Deus cælũ & terrã. ^g Deinde illa duo media, quibus interpositis sibi met hæc extrema copularentur, aquam dicit & aërem, vnde putatur sic intellexisse, quod scriptum est, Spiritus Dei ferebatur super aquas. Parũ quippe attendens quo more soleat illa scriptura appellare spiritum Dei, ^h quoniam & aër spiritus dicitur, quatuor opinatus elementa loco illo commemorata videri potest. Deinde quod Plato dicit amatorem Dei esse philosophum, nihil sic in illis sacris literis flagrat: & maxime illud, quod & me plurimum adducit, vt penè assentiar Platonem illorum librorum expertem non fuisse, quòd cum ad sanctum Moysen ita verba Dei per angelum perferantur, vt quærenti quod sit nomen eius, qui eum pergere præcipiebat ad populum Hebræum ex Ægypto liberandum, respondeatur: ⁱ Ego sum qui sum: & dices filiis Israel, Qui est, misit me ad vos: tanquam in eius comparatione, qui verè est, quia incõmutabilis est, ea quæ mutabilia facta sunt, non sint. Vehemèter hoc Plato tenuit, & diligentissimè commendauit. Et nescio vtrum hoc vsquam reperiat in libris eorum, qui ante Platonem fuerunt, nisi vbi dictum est: Ego sum qui sum, & dices eis, Qui est, misit me ad vos. Sed vndecunque ille ista didicerit, siue præcedentiũ eum veterum libris, siue potius quomodo dicit Apostolus, quia

quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim eius à constitutione mundi per ea quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas: nunc nõ immerito me Platonicos philosophos elegisse cū quibus agā, quòd in ista quæstione, quam modo suscepimus, agitur de naturali theologia, vtrum propter fœlicitatē, quæ post mortē futura est, vni Deo, an pluribus sacra facere oporteat. Nam vtrum vnus Deus, an plures, propter huius vitæ sint bona colēdi, satis vt existimo exposui.

L. V I V E S.

- a **H**ieremiam audisse. } *Hic cum tribu Iuda & Benjamin in Ægyptum abiit, obiitq; in Tanis Ægypti obrutus lapidibus: ubi ab indigenis colitur, ob vim presentaneam contra serpentium ictus.*
- b **Q**uorum quidem opin. in quibus libris meis p. } *Lib. 2 De doct. Christiana Euf. b. initium vaticiniꝝ Hieremie refert in primum annum xxxvi. Olympiadis ortam verò Platonis in quartum lxxxviij. Olympiadis. De septuaginta duobus interpretibus alio loco*
- c **N**isi fortē quia fuit acerrimi studij. } *Iustinus Martyr in Paraclesi ad gentes. & Euseb. in Præpar. Euang. & Theocritus de Græcorum affectionibus, Platonem ex Hebræorum libris multa in suos trās tulisse scribunt. Hinc Numenius philosophus dicebat, τι δὲ πλάτων ἢ μοῦσος ἢ ἰωάννης, quid est Plato, nisi Moyses Atticissans? Et Aristobulus Iudæus ad Philo. retora lib. i. sicut Eusebius citat: Legem, inquit nostra n in multis Plat) sequutus est: aperte nanque in multis diligenter examinasse singula videtur. Mosua enim volumina ante Alexandrum, & ante Persarum imperium traducta fuerant: unde plurima, sicut & Pythagoras philosophus ille accepit.*
- d **I**n Timæo autem Plato. } *Hunc librum sic appellauit, quòd inducitur Timæus Locrus, disputans de mundo, quem Plato in Italia audierat, quique Detrica lingua de mundo scripsit, ex quo lib. multa sunt à Platone mutuata.*
- e **T**erram primo ignē inque iunxisse. } *Hæc sunt Platonis verba, interprete Cicerone, corporeum & aspētabilem, itē inque tractabilem esse, necessarium est: nihil porrò igni vacuum videri potest, nec verò tangi, quod careat solido. Solidum autem nihil, quod terra sit expers: quamobrem mundum efficere moliens Deus, terram primam ignē inque iungebat. Eadem est ipsius Timæi Locri sententia in opere suo, De mundo & anima.*
- f **M**anifestum autem quòd igni tribuit cæli locum. } *Plato calum igneum esse putat, stellas verò ex quatuor elementis constatas,*

quòd solidiores videantur. Neque verò calum eiusdem, cuius hic noster est ignis natura credit esse: neque enim simplicem ponit ignem, sed varij generis naturæq̃.

g Deinde illa duo media. } Ad coherendum, aqua & ignis necesse habebant vinculum. Porro solida uno vinculo, parum aptè coniungi coherereque possunt: duobus ergo indigebant, quæ ex se, & iis quæ coniungunt, quàm commodissimè fieri possent, unum quid redderent. Tales sunt aër & aqua, inter ignem & terram. Quæ enim ratione, proportionè, quæ se habet aqua ad terram, eadem aër ad ignem, eadem aqua & aër inter se: quæ vincula ita copulant extrema elementa, ut sensim vel ascendentibus, vel descendentibus, prope imperceptibilibus naturæ variationibus, unum putetur esse corpus, quod vel durefcit in terram, vel rarefcit in ignem.

h Quoniam aër spiritus dicitur. } Sed non Dei. De hoc alibi.

i Ego sum qui sum. } ἐγὼ εἰμι ὁ ὢν. Participium est ὢν, quasi ego sum, ille qui est. Hoc enim verbum Græcum uno Latino verti non potest, ut inquit Seneca libro Epistolarum octauo: si d dici potest ens, quod à sum protulit Cæsar, sicut à possum potens. Idem Seruius Flavius fecit, ut Quintilianus inquit. Significat verò Deus se esse illum, qui sit quoniam ceteræ res veræ & propriè non sunt: nam sicut Esaias dicit, ex nihilo sunt: & apud Iob non semel legitur, Deum solum esse, reliqua enim omnia manent, ut inquit Seneca, non quia æterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis, futura protinus nihil, si manum ille tolleret. Plato in Timeo, & Sophista, res corporales nunquam verè esse, res autem spirituales solas verè esse affirmat. In eodem Sophista & in Parmenide, Deum unum & ens appellat, à quo sint reliqua uniuersa, nec inueniri naturæ illi inestimabili nomen, quo appositè nominetur, nec definitione claudi, nec cogitatione teneri, nec notitia, nec verbis capi: ab hoc deo alios minores generatos esse, quos in Timeo fore immortales ait, non sua ipsorum vi ac natura, sed voluntate parentis Dei, quem τὸ ὄν nominat plerumque, id est, quod est, ut dixi, sicut in Phædone de vero philosopho loquens. ὁ ἐστὶν αὐτὸ ὄντος, id est, cupit id quod est: & post, ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ ἐστίν, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ἐστίν, ὁ τὸ ὄντος ἐστίν, Nonne ita est, ὁ Simmia, si quisquam alius, & ipse, ipsius quod est, compos? & in Timeo, τὸ ὄν μὴ ἀεί, ἡλικίον δὲ ἐκείνου, id est, semper ens inuentum. Platoniorum omnium concors est sententia. Titulum Platonici Parmenidis de ente & uno rerum omnium principio, & Sophista αὐτὸ τὸ ὄντος, de Deo intelligi, qui unus sit ens verè: & uniuersorum principium. Et quoniam ὢν participium est, præsens tempus significat, ut videatur Deus, nec futurum habere, nec præ-

beritum, sed semper esse. Plato in Timæo sic inquit: ταῦτα δὲ πάντα
 μέγεθος χρόνος, καὶ τότ' ἕσται χρόνος γρηγότος εἶδ' ἢ φέροντες λαοὶ αἰ
 νομήν ὅπ' ἰπὼ αἰδίου ἕσται, καὶ ὀρθῶς. λέγει μὲν γὰρ δὴ ὡς ἡμεῖς, ὅτι τε, καὶ ἕσται.
 τῆ δὲ τὸ εἶναι μόνον κατὰ τὸν ἀληθινὸν λόγον προσήκει. τὸ δὲ ἡμεῖς, τὸτ' ἕσται πε
 ρὶ τῶν ἐν χρόνῳ γίνονται ἴσους ἀπέπει λέγειται. κινήσεις γὰρ ἕσονται. τὸ δὲ αἰεὶ
 καὶ ταῦτα ἕσονται ἀκινήτως. ἕτερον προσβύτερον, ἕτερον ἀπὸ τοῦ προσήκει γίνε
 σθαι ποτὲ, ἕτερον γερνέσθαι ἡμῶν, ἕδ' εἰς ὧς τις ἕσται τὸ ἀσφάπτειν, ἕδ' ἕσται
 γίνεσθαι τοῖς ἐν ἀσφάπτει φερόμενοις προσήκειν, ἀλλὰ χρόνος ταῦτα, εἰδὴν ἅπαντα
 μιμησάμενος, καὶ κατ' ἀρετὴν κικλήσκον γέροντες εἶδ' ἢ. Ἄρα, inquit, hæc omnia
 temporis sunt partes, & fuit, & erit: quæ sunt temporis facti à no
 bis falsis sempiternæ attribuantur essentia, quod non decet. Ita e
 nim solummodo de illa loqui, erit, fuit, est: atque solummodo est, ei con
 gruit: fuisse verò, aut fore convenit dicere, quæ in tempore genitæ
 cum tempore procedunt. Motus si, videm hæc duo sunt: quod autem i
 dem totum est æternitate, nullo movetur motu, nec decet seniore[m] un
 quam fieri, aut iunior[m], nec fuisse hæcenus, nec fore deinceps, nec in
 currat in id quicquam, quæ res corporalis. & quas sensibus usurpamus,
 patimur, sed istæ sunt temporis æmuli æternitatis, & ad numerum
 se conuoluentis species. hæc Plato, quæ Gregorius theologus transtulit in
 suam orationem De natali Christi, & fusius persecutus est in illo loco,
 τοῦτος ὡς μὲν αἰεὶ, καὶ ὅτι καὶ ἕσται. μᾶλλον δὲ ὅτι αἰεὶ. τὸ γὰρ ἡμεῖς, καὶ ἕσται τὸ κατ'
 ἡμῶν χρόνος τιμήματα. καὶ τῆς ὁδοῦ ἢς οὐσίας. ὁ δὲ ἄν αἰεὶ, καὶ τὸ αὐτὸς
 ἑαυτὸν ὀνόματι καὶ μαῦσέϊ χρηματίζων ὅπ' ἰπὼ ὄρους. Deus, inquit, fuit
 semper, & est, & erit seu potius est semper. nam fuit, & erit, partes
 sunt nostri temporis, & fluxæ naturæ. Ille verò ens semper, & sic se
 ipse nominat, Moysi interroganti. Hinc ascendit altius, & ingenti
 facundia, paribusque sententiis, de duratione, deque æternitate principis
 rerum philosophatur. Sed succumbit ingeniosissimus alicui vix one
 ri, & magnitudine vincitur, & tam immodico splendore conuiet.
 Refert Plutarchus fuisse post Apollinis Delphici ascriptum à sa
 pientissimi viri ex una parte γινώσκει σπαντὸν, ex altera parte εἶ. q. in
 beret Deus, & ita salutantes resalutare, nosce teipse, nos illum sic
 aggredieremur, es, quod soli Deo aptissime congruit. nam hominibus
 non convenit, est enim natura nostra instabilis & fluxa. Dei verò fi
 xa, & æterna. Itaque semper ei liceret dicere tanquam essentia immu
 tabili, quæ futuri temporis transactivæ mutationes non sentiat, tu es.
 Quid quod illud es referendum non videtur ad tempus aliquod, sed ad
 immobilem æternitatem, in quo sensu Plato in Parmenide, nec præ
 sens quidem tempus dici posse de Deo vult, quoniam sit tempus, nec
 ens illum esse, sed supra omnia potius existia inexplicabile quiddam,

quod scire quid non sit facile est: quid autem sit, impossibile. Non desunt, qui Parmenidem ipsum in suis poematis quibus philosophiam complexus est, de Deo sensisse putent, cum omnia esse unum diceret, de quorum numero est Simplicius. Neque enim verisimile est Parmenidem hominem acutum & sapientem, diuisionem & multitudinem in rebus non deprehendisse, quam disertis verbis in suis carminibus posuit. nam ubi de ente illo unico satis multa cecidisset, Haellenus, inquit, de veris illis & supremis, nunc de mortalibus confusis, & in quibus multam est falsi errorisque admistum. Aristotelem cupiditate reprehendendi euectum mala fide, ut in aliis multis fecit, sententiam eius in physicis auditionibus retulisse. Quod Theophrastus etiam attingit his verbis, dicam ut est apud interpretem Hermolaum Barbarum: Non enim putasse Parmenidem unum illud ens, quod inuexisset accidens esse, aut ex eorum numero, quae ea re sunt, quod aliis haerent, sed de eo ente locutum fuisse quod esset proprie. & maxime, & vere ens. Hoc enim apud nos significat vere & maxime ens, quod apud Platonem dicitur ens, ut ita loquar, ipsissimum. Quid quod Aristoteles ipse quodam loco cum de naturalibus differere recus, venissetque ad Parmenidis opinionem: sed Parmenides, inquit, aliud videtur spectasse de uno ente rerum omnium principio: dixi quid Platonici aliquot sentirent. Porro sententiam illam, quae plerumque est apud Platonem, & Platonicos, quae sensibus usurpamus, non esse, sola intelligibilia esse: Alcimus in libro quos ad Amyntham scripsit, & eam ipsam & de ideis opinionem ex Epicarmi libris Platonem mutuatum esse docet, allatis etiam verbis ipsis Epicarmi, qui Couis fuit philosophus ex Pythagorica gente, quem olim velut solem inter sidera, & mare inter amnesia excellere inter homines eruditione fama tenuit, scripsitque de naturarum. Certè ipse Plato in Sophista antiquiorem fuisse illam sententiam indicat, qua sola intelligibilia essentia vere existimantur, & ortas inde maximas contentiones, cum iis, qui sola esse in mundo corpora putabant. De ideis quoque Timaeus Locrus in libro De mundo scripsit. Sed haec omnia Plato cum ingenio ex cultiore, & disertiore fecunditatum verò altiore & diuiniore adiutus doctrina augustiora omnia & explicatiora tradidit. Quanquam mysteria haec Pythagoram ipsum in Aegypto ex sacris voluminibus edoctum esse haud ambigam: & in eum magis congrueret congressus cum Hieremia quam in Platonem.

Quod etiam Platonici, licet de uno vero Deo bene senserint, multis tamen diis sacra facienda censuerunt.

C A P. X I I.

Deo quippe hos potissimum elegi, quoniam de vno Deo, qui fecit cælum & terram, quanto melius senserunt, rãto cæteris gloriosiores illustrioresq; habentur. In rãtum aliis prælati iudicio posterorum, ^avt cum Aristoteles Platonis discipulus, vir excellentis ingenij, ^b& eloquio Platoni quidẽ impar, sed multos facile superans, cùm sectam Peripatericam condidisset, quod deambulans disputare cõsueuerat, plurimõsque discipulos præclara fama excellens, ^c viuo adhuc præceptore ^d in suam hæresim congregasset, post mortem verò Platonis ^e Speusippus sororis eius filius, & Xenocrates dilectus eius discipulus, in scholam eius, ^f quæ Academia vocabatur, eidẽ successissent, atque ob hoc & ipsi & eorum successores Academici appellarentur, recentiores tamen philosophi nobilissimi, quibus Plato sectandus placuit, noluerunt se dici Peripateticos, aut Academicos, sed Platonicos. Ex quibus sunt valde nobilitati Græci, ^bPlotinus, ⁱIamblichus, ^kPorphyrus, in vtraque autem lingua, id est & Græca & Latina, Apuleius Afer extitit Platonius nobilis. Sed hi omnes, & cæteri eiusmodi, ^l& ipse Plato diis plurimis esse sacra facienda putauerunt.

L. V I V E S.

VT cùm Aristoteles Platonis discipulus. *¶ Hic Stagyræ natus est ex Nicomacho & Phæstide, quorum uterque in stemmate tales Aesculapium habebat. Eius natalis in annum primũ xcix. Olympiad. refertur. ad Platonẽ accessit annos natus xv. mansitq; in eius schola xx. annos. Hoc est vsque ad Platonis mortem. Hinc enim ipse discipulos cœpit instituire, in Lycio deambulans, idcirco qui eam audierunt Peripatetici à περὶ τὸν nominati. magnus & admirabilis vir, quisque ingenio diligentiaq; vinceret plurimos, nemini esset secundus: variarum rerum cognitione Platone magistro superior, artificio verò omnes, qui ex omni memoria humanas tractauerunt artes, longo intervallo post se reliquit. Non sunt præclaræ dotes malignè vel obseruandæ vel interpretandæ. Fuisse audientem gloriæ, audientem carpendi alios, adde etiam non omnino pecuniæ contemptorem, fatendum est. at dexteritatem in tradendis artibus nondum est aliquis ab euo condito consecutus. Vtinam in refutandis alienis opinionibus induxisset in animum paulò candidius agere.*

b Et eloquio Platoni quidem impar. *¶ Odiosum est de Platonis,*

& Aristotelis comparatione differere, quoniam studiis variorum res in magnam inuidiam adducta. Haud dubie fuit præstantissimus uterque eorum, & dignus quem tota posteritas admiretur. Græci Platonem δειον, id est diuinum, Aristotelem δ'απορα nominant. Eloquentia Plato fuit tanta, ut vulgatum fuerit apud veteres illud, Iouem Græce loqui si vellet, non aliter locuturum, quam Platonem. Ab Aristotele scientia artis rhetoricæ propemodum dixerim Platonem vinci: tamen si vsu atque exercitatione Aristoteles sit haud dubie inferior: amavit enim semper Aristoteles breuitatem rerum ac sententiarum, ne si extenderet singula fusèque persequeretur, & copiosè, res in infinitum traherentur, & artis præcepta teneri difficile possent. Itaque illud in primis laborauit, ne sibi dictum vilius, ac ne verbum quidem esset superuacaneum, quod dum consuetatur, assequutus est, ut nullus verbis figurisque Græci sermonis aptius, magisque propriè sit vsus.

c Viuo adhuc præceptore. & Sic Laertius, qui Platonis dictum affert: Aristoteles in nos recalcitrauit, inquit Plato, ut in matrem pulli. Sunt tamen qui negent ipsum, viuo Platone, scholam instituisse.

Hæresis d In suam hæresim. & Hæresis Græca τοξ, Latine sc̄ctam sonat: ambiguum nomen, odiosum est vsu nostro factum, quoniam ijs accommodatur, qui non unam ecclesiam catholicam sequuntur, sed sua iudicia, suasque priuatas sc̄ctas.

Speusippus e Speusippus fororis eius filius. & Filius fuit Eurymedontis, scholæ Platonicæ successit, quam octo annos tenuit, mercede docuit, quod ei Dionysius exprobrauit: & Macedoniam vsque cucurrit, ut in Cassandri nuptijs, spe mercedis epithalamium recitaret, quod confecerat versibus, quæ modo Philostratus in Apollonio inquit, ineptis, & frigidis. Huic adhuc viuenti, sed solutis morbo n embri, successit rogatu eius

Xenocrates Xenocrates Chalcædonijs, charissimus Platoni magistro discipulus, cui & fuit comes in Siciliam transmittenti, hebeti ingenio, sed seuerò, sanctisque moribus. Plato hunc calcaribus, Aristotelem condiscipulum freno dicebat indigere. cum Plato sic dilexit, ut iurantibus illum de ipso maledixisse, non crediderit, fieri non posse reputans, quin redamaretur ab eo, quem ipse tantum amaret. Hunc iudices pro testimonio iurare non sunt passi, rati nefas esse tam probo viro fidem non habere, etiam iniurato.

Academia f Quæ Academia vocabatur. & Academia villa erat prope Athenas, loco nemoreso & sub palustri, ac ideo insalubri, possessa olim ab Academio heroe, ut ait Laertius. nam Eupolis comicus Deum vocat: sed Plutar. in Theseo: quis hic fuerit Academicus narrat. Vir, qui Tyndaridis indicauit Helenam à Theseo raptam, Aphidnis occultari: quocirca honos

honus illi, & uiuo à castore & Polluce habitus est, & mortuo à posteris Lacedæmonis : nam quoties populabundi in Atticum agrum sunt ingressi, semper ab Academia abstinerunt. Verùm Dicaearchus memoria prodidit ab Ecedemo, qui sub eisdem militauit Tyndaridis, Ecedemiam prius dictã deinde Academia. Hoc etiam Laertius attingit. Apuleius in Platonis vita, patrimonium qui in hortulo, qui Academia iunctus fuit, & in du. b. n. iustis, & in patera, quæ diis supplicabat, reliquit auri tantum, quantum puer nobilitatis insignis in auricula gestauit. Laertius Platonẽ scribit in Academia sepultũ esse honorifice, r. gẽmque Ponti Mithridatem, cum in eius potestate essent Athenæ, Musis in Academia Platonis imaginem dicasse, Silanionis opus. Forrò Athenis (nam hoc prætereundum non est) gymnasia fuere hæc ferè: Academia, Lyceum, Prytaneum, Canopum, Stoa, Tempe, Cynosarges.

g Atq; ob hoc & ipsi, & eorũ successores. } Hac est vetus *Academia* Gymnasia
Athenis quæ per Polemonẽ Xenocrati discipulum perducta est ad Archesilam, qui rationem disputandi ad Socratis modum morẽq; reducere tentauit, nihil ut affirmaret ipse, vel se scire diceret, quæ verò ab alijs dicerentur, eas confutaret: quæ dicta est noua Academia: quam Cicero persona Varronis veterem sibi uideri ait: hinc qui lucem rebus tribuerent, certaque afferrent ac tenerent dogmata: quæ ex Platonis sententia putarent esse, ij Platonici, non Academici nuncupati sunt, credo quòd Academicum nomen nimis in schola Archesila hæserat.

h Plotinus. } Hunc Suidas Lycopolitanum fuisse perhibet. quæ est in *Plotinus* Aegypto ciuitas: quinquaginta quatuor libros scripsit, obscuros sanè, ne degeneraret à more scẽtæ. uixit temporib. Galieni principis, & usque ad Probum peruenit: de cuius fato n. uita mentitur Iulius Firmicus. Plotini vitam iusto volumine scripsit Porphyrius eius discipulus.

i Iamblichus. } Chalcidensis Porphyrii auditor, non tam Platonicus Iamblichus fuit, quàm Pythagoricus, ut Hieronymus est autor: tamen quantum ad res diuinas attinet, Platonici omnes Pythagorissant. Moribus atque ingenio magistro fuit melior.

k Porphyrius. } Hic prius uocatus est Malcus, sed à purpura usu *Porphyrius* nomen Porphyrii accepit. Tyri natus est, haud obscuro loco: uir nec corpore satis sanus, nec mente, iudicij inconstans, & odio usque in rabiẽm aspero. crudelique Plotini discipulum ipse se profitetur. Suidas, Amelij quoque dicit, cuius hæc sunt uerba: πορφυρὸς ὁ κρυβὸς ἐκαλεῖτο βασιλεὺς. τύριος ὁ φιλόσοφος ἐστὶν τῆς ἀμελίας, τῆς πλοτίνης ἐστὶν τῆς διδασκαλίας δὲ ἰαμβλίχου, γερῶν δὲ ὅτι τῶν χερῶν αὐρελιαῦν, καὶ παρετείνας ἴσως διοκληπατῶν τῆς βασιλείας. Porphyrius, inquit, proprio nomine Basilens uocabatur. Tyrius philosophus, discipulus Amelij edocti à Aug. de ciuit. Dei. Tom. j. bb

Plotino, praeceptor uero Iamblichi: uixit temporibus Aureliani, & peruenit usque ad tempora Diocletiani regis. Cur uero rex appellaretur, declarat idem Porphyrius in uita Plotini magistri. Amelius, inquit, librum hunc dicauit mihi, meque in ipsa inscriptione basilea, id est, rex est, nominauit: id enim mihi nomen erat: & patria quidem lingua nominabar Malcus, quo nomine uocabatur & pater. Malcus autem in Graeca translatus linguam, rex appellatur. Hac ille de se.

¶ Et ipse Plato diis plurimis. In *Timaeo* deos numerat Saturnum, Opem, Lunonem, reliquosque inter se fratres, agnatosque: in libro *De repub.* & de legibus, diis demonibusque & heroibus scra & ceremonias fieri iubet: in octauo uero *De legibus* & duodecimo illos nominat, quibus ciuitatis status & felicitas uotis comprecationibusque commendanda est.

De sententia Platonis, qua definiuit deos non esse, nisi bonos amicosque uirtutum. CAP. XIII.

Quanquam ergo à nobis & in aliis multis rebus magnisque dissentiant, in hoc tamen quod modo posui: quia neque parua res est, & inde nunc quaestio est, primum ab eis quaero, quibus diis istum cultum exhibendum arbitrentur, utrum bonis, an malis, an & bonis & malis. Sed de hoc habemus sententiam Platonis dicentis omnes deos bonos esse, nec esse omnino ullum deorum malum. Consequens est igitur, ut bonis haec exhibenda intelligantur. Tunc enim diis exhibentur, quoniam nec dijerunt, si boni non erunt. Hoc si ita est, nam de diis quid aliud decet credere? Illa profecto uacuatur opinio, qua nonnulli putant, deos malos sacris placandos esse, ne laedant: bonos autem ut adiuuent, inuocandos. Mali enim nulli sunt dii, bonis porro debitus, ut dicunt, honor sacrorum est deferendus. Qui sunt ergo illi qui ludos scenicos amant, eosque diuinis rebus adiungi, & suis honoribus flagitant exhiberi, quorum vis non eos indicat nullos, sed iste affectus nimirum indicat malos? Quid enim de ludis scenicis Plato senserit notum est, cum poetas ipsos quod tam indigna deorum maiestate atque bonitate carmina composuerant, censet ciuitate pellendos? Qui sunt igitur isti dii, qui de scenicis ludis cum ipso Platone contendunt? Ille quippe non patitur deos falsis criminibus infamari, isti eisdem criminibus suos honores celebrari iubent. Denique isti cum eosdem ludos instaurari praecipere, postea res turpia, maligna gesserunt, Tito Latino auferentes filium,

& immittētes morbum, quòd eorū abnuisset imperiū, eūmq; morbum retrahentes, cū iussa compleisset. Iste autem illos nec tam malos timendos putat, sed suæ sententię robur constantissimè retinens, omnes poetarū sacrilegas nugas, quibus illi per immunditię societatem oblectātur, à populo bene instituto remouere non dubitat. Hunc autem Platonem, quòd iam in secundo libro commemorauī, inter semideos Labeo ponit. Qui Labeo numina mala victimis cruentis atque huiusmodi supplicationibus placari existimat, bona verò ludis, & talibus, quasi ad lætitiā pertinentibus rebus. Quid est ergo quòd semideus Plato non semideis sed diis, & hoc bonis, illa oblectamenta, quia iudicat turpia tam constanter, audet auferre? qui sanè dij refellunt sentētiā Labeonis, nam se in Latino non lasciuios tantum, atque ludibundos, sed etiam sæuos terribilēsq; monstrarunt. Exponāt ergo ista nobis Platonici, qui omnes deos secundum autoris sui sententiā bonos & honestos, & virtutibus sapientium esse socios arbitrantur, alitēque de vllō deorū sentiri nefas habent. Exponimus inquit. Attentè igitur audiamus.

L. VIVES.

a **S**ed de hoc habemus sententiā Platonis. } *In decimo De leg. deos bonos esse ait, & refertos omni virtute, providentissimōsq; atque optimos: tamen si principem illum naturæ, quem verè esse dicit, verè quoque ac propriè bonum censet, reliquos inde velut ex fonte bonitatem haurire, quam habent. In Conuiuio verò Socrates eo probat argumento amorem deum non esse, quòd omnes dī boni beatique sint, amor verò non sit eiusmodi. Porphyrius quoque libro De sacrificiis tertio, Deum ait nullius esse rei indignum, nocere nulli. Idem Stoici sentiebant, ex quorum dogmatibus Cicero secundo De officiis inquit, deos nocere non putant. Sed nos sententiā tantum Platonis tractamus, de qua loquitur Augustinus. nam si ad alia egredimur, quis erit modus aut finis?*


b *Illa profectò vacuatur opinio. } Apuleius in Deo Socratis, ex demonibus alios diurnis sacrificiis gaudere scribit, alios nocturnis: esse qui lætioribus, esse qui tristioribus hostiis, ritibus, & ceremoniis. Porphyrio in Carmen seculare Horatiij vulgarem fuisse opinionem significat, alios deos placandos ne lædant, alios vt prosint. Plutarchus scribit magnos & malos demones olim sacrificiis à regibus & principibus honestatos, ad eorum iram auertendam, quæ maxima damna afferebant. Porphyrius philosophus in secundo libro De abstinentiā*

animatorum, ciuitatibus interdum esse opus subindicat malis demonibus sacra facere, ne frugibus, ne diuitiis, ne urbi ipsi noceant. nam rata est, inquit, apud omnes fides, eos lesuros genus humanum, si irascantur, propterea quod negligantur, neque cultum legitimum nanciscantur, nec id solum docet ex vulgari esse opinione, sed theologorum quoque, qui malis demonibus maclari permittunt uictimam, gustari ex ea uetant.

c Qui labeo numina mala. } *Porphyrius eodem, quod modo citabam, opere, diis superis nullum animal sacrificari fas putat, sed terrae fructus tantum, & flores, & mel, usque ad farinam, sic veteres illi, sic primi consueuerunt sacrificatores: sic agendum esse docet Theophrastus: sic Pythagoras, qui nunquam hostiam in amo are sustinuit. demonibus uero cadibus litatur, & sanguine. In opere uero De philosophia respondentium, ex oraculis Apollinis, docet, quod inferiores sunt dii, eò triustioribus & atrioribus gaudere hostiis, ita ut diis terrestribus, & infernis furua quadrupedes maclentur, & terrestribus super aras, infernis autem in foueis.*

De opinione eorum, qui rationales animas trium generum esse dixerunt, id est, in diis caelestibus, in demonibus aereis, & in hominibus terrenis.

C A P. XIII.

a  **M**nium, inquit, animalium, in quibus est anima rationalis, tripartita diuisio est: in deos, homines, daemones. Dij excelsissimum locum tenent, homines infimum, daemones medium. Nam deorum sedes in caelo est, hominum in terra, in aere daemonum. Sicut eis diuersa dignitas est locorum, ita etiam naturarum. Proinde dii sunt hominibus daemonibusque potiores: homines uero infra deos & daemones constituti sunt, ut elementorum ordine, sic differentia meritorum.^b Daemones igitur medij, quemadmodum diis quibus inferius habitant postponendi, ita hominibus superius, quibus praerendi sunt. Habent enim cum diis communem immortalitatem corporum, animorum autem cum hominibus passiones. Quapropter non est mirum, inquit, si etiam ludorum obscenitatibus, & poetarum figmentis delectantur. Quandoquidem & humanis capiuntur affectibus, a quibus dii longe absunt, & modis omnibus alieni sunt. Ex quo colligitur, Platonem, poetica detestando, & prohibendo figmenta, non deos, qui omnes boni & excelsi sunt, priuasse ludorum sceni-
corum

corum voluptate, sed dæmones. Hæc si ita sunt, quæ licet apud alios quoque reperiantur, Apuleius tamen Platonius Madaurensis, de hac re sola vnum scripsit librum, cuius titulum esse voluit, De Deo Socratis: vbi differit & exponit, ex quo genere numinum ^c numen sibi Socrates habebat adiunctum, & amicitia quadam conciliatum, à quo perhibetur solitus admoneri, vt desisteret ab agendo, quando id quod agere volebat, prosperè non fuerat euenturum. Dicit enim apertissime, & copiosissime asserit, non illum Deum fuisse, sed dæmonem, diligenti disputatione pertractans istam Platonis, de deorum sublimitate, & hominum humilitate, & dæmonū medietate sententiā. Hæc ergo si ita sunt, quoniam modo ausus est Plato, etiam si non diis, quos ab omni humana contagione semouit, certè ipsis dæmonibus poetas vrbe pellendo, auferre theatricas voluptates, nisi quia hoc pacto admonuit animum humanū, quanuis adhuc in his moribundis membris positum, pro splendore honestatis, impura iussa dæmonum cōtemnere, eorūque immundiciam detestari? Nam si Plato hæc honestissime arguit & prohibuit, profectò dæmones turpissime poposcerunt, atque iusserunt. Aut ergo fallitur Apuleius, & non ex isto genere numinum habuit amicum Socrates: aut contraria inter se sentit Plato, ^d modo dæmones honorando, modo eorum delicias à ciuitate bene morata remouēdo: aut non est Socrati amicitia dæmonis gratulanda, de qua vsque adeò & ipse Apuleius non erubuit, ^e vt de Deo Socratis prænotaret librum, quem secundum suam disputationem, qua deos à dæmonibus tam diligenter copiosèque discernit, non appellare de Deo, sed de dæmone Socratis debuit. Maluit autem hoc in ipsa disputatione, quàm in titulo libri ponere. Ita enim per sanam doctrinam, quæ humanis rebus illuxit, omnes vel penè omnes dæmonū nomen exhorrent, ^f vt quisquis ante disputationem Apuleij, qua dæmonum dignitas commendatur, titulum libri De dæmone Socratis legeret, ^g nequaquam illum hominem sanū fuisse sentiret. Quid autem etiam ipse Apuleius, quod in dæmonibus laudaret inuenit, præter subtilitatem & firmitatem corporum, & habitationis altiorei locum? Nam de moribus eorū, cum de omnibus generaliter loqueretur, non solum nihil boni dixit, sed etiam plurimum mali. Denique lecto illo libro prorsus nemo miratur, eos etiam scenicam turpitudinem in rebus diuinis ha-

bere voluisse, & cum deos se putari velint, deorum criminibus oblectari potuisse, & quicquid in eorum sacris obscœna solennitate seu turpi crudelitate, vel ridetur, vel horretur, eorum affectibus conuenire.

L. V I V E S.

a Omnium, inquit, animalium. } *Plato in 4. De leg. & Epinon. tres ordines deorum ponit: deos, dæmones, & herœas: sed his postremi ad homines videntur pertinere, ex quibus fiunt. Plutarchus in opere, quod oracula defecerunt, laudat eos impenſe, qui genus demonum inter deos & homines constituerunt: sine Orpheus is fuit, siue Phryx aliquis, siue Ægyptius: ut ab utrorumque ceremoniis conici potest. Modum enim excogitarunt, quo humanum genus diuino coniungatur. Ex Græcis, inquit. Homerus promiscuè nomina hæc usurpat: nam eosdem modò deos appellat, modò dæmonas. Hesiodus primus omnium quatuor rationalis naturæ ordines distinctos posuit, primos deos, hinc dæmones, tum heroas, infimos homines, è quibus dæmones & herœas fiant, si benè vixerint.*

b Dæmones igitur medij. } *In Conuiuio Platonis meminit Socrates disputationis cuiusdam cum Diotima habite, ubi dæmonis naturam ait mediam inter homines deosque.*

c Numen sibi Socrates habebat. } *Socrates dæmonem dicitur habuisse, à quo prohiberetur facere, quæ prosperè successura non erant, incitaretur verò nunquam.*

d Modò dæmones honorando. } *Nam dæmones adorandos præcepit in Epinomide.*

e Ut de Deo Socratis. } *Quotquot antea illa de re disputarant, dæmonem potius, quàm deum Socratis dixerunt, ut ipse apud Platonem sexcentis locis Socrates, & Xenophon, & Cicero, & Plutarchus, & Maximus Tyrius, qui geminam edidit de Socratis dæmone Apodixin aliique innumeri, tum Platonici, tum aliarum quoque nationum philosophi: quocirca supernacantum fuerit multis de eo differere.*

f Ut quisquis ante disputationem. } *Quisquis titulum antequam librum, ne quis putet ad superiora tempora referri.*

g Nequaquam illum hominem sanum. } *Nam dæmoniaci etiam à gentilibus iam tum mente capti, & furentes vocabantur.*

Quòd neque propter aërea corpora, neque propter superiora habitacula dæmones hominibus antecellunt.

C A P. X V.



Vamobrem absit ut ista considerans animus veraciter religiosus, & vero Deo subditus ideo arbitretur dæmones

dæmones seipso esse meliores,^a quòd habeant corpora meliora. Alioquin multas sibi & bestias prælaturus est, quæ nos & ærimonia sensuum, & motu facillimo atq; celerrimo, & valentia virium, & annosissima firmitate corporum vincunt. Quis hominum videndo æquabitur aquilis, & vulturibus? Quis odorando canibus? Quis velocitate leporibus, ceruis, aubus omnibus? Quis multum valendo leonibus & elephantibus? Quis diu viuendo serpentibus, ^b qui etiam deposita tunica senectutem deponere, atque in iuuentam redire perhibetur? Sed sicut his omnibus ratiocinando & intelligendo meliores sumus, ita etiam dæmonibus bene atque honestè viuendo meliores esse debemus. Ob hoc enim & prouidentia diuina eis, quibus non cõstat esse potiores, data sunt quædam potiora corporum munera, vt illud quo eis præminemus, etiam isto modo nobis commendaretur multò maiore cura excolendam esse, quàm corpus: ipsamque excellentiam corporalem, quã dæmones habere nossemus, præ bonitate vitæ, quæ illis anteponitur, contènere disceremus, habituri & nos immortalitatem corporum, non quam suppliciorum æternitas torqueat, sed quam puritas præcedat animorum. ^c Iam verò de loci altitudine, quòd dæmones in aere, nos autem habitamus in terra, ita permoueri, vt hinc eos nobis esse præponendos existimemus, omnino ridiculum est. Hoc enim pacto nobis & omnia volatilia præponemus. ^d At enim volatilia cum volando fatigantur, vel reficiendù alimentis corpus habent, terram repetunt vel ad requiem, vel ad pastum, quod dæmones, inquit, non faciunt. Nunquid ergo placet eis, vt volatilia nobis, dæmones autem volatilibus antecellant? Quod si dementissimum est opinari, nihil est, quod de habitatione superioris elementi dignos esse dæmones existimemus, quibus nos religionis affectu subdere debeamus. Sicut enim fieri potuit, vt aereæ volucres, terrestribus nobis non solum nõ præferantur, verum etiam subiiciantur propter rationalis animæ, quæ in nobis est, dignitatem: ita fieri potuit, vt dæmones, quauis magis aerei sint, terrestribus nobis, non ideo meliores sint quia est aer, quàm terra superior: sed ideo eis homines præferendi sint, quoniam spei piorum hominum nequaquam illorum desperatio comparanda est. Nam & illa ratio Platonis, qua elementa quatuor, proportionem contexit, atque ordinat: ita duobus extremis igni mobilissimo, & terræ im-

mobili media duo aerem & aquam interferēs, vt quanto aer est aquis, & aere ignis, tanto & aquæ superiores sint terris: satis non admonet animalium merita, non pro gradibus elementorum æstinare. Et ipse quippe Apuleius cum cæteris terrestre animal hominem dicit, qui tamen longè præponitur animalibus aquatilibus, cum ipsas aquas terris præponat Plato: vt intelligamus, non eundem ordinem tenendum, cum agitur de meritis animalium: qui videtur ordo esse in gradibus corporum: sed fieri posse, vt inferius corpus anima melior inhabitet, deteriorque superius.

L. V I V E S.

a. **Q**uod habeant corpora meliora. } *Dæmonum corpora Apuleius media dicit inter terrenam, & ætheream naturam, multoque minus concreta, quàm nubes, & longè subtiliora ex purissimo aeris liquido & sereno alimento coalita, nihil terrene soliditatis habentia, idcirco nec oculis humanis conspiciua, nisi illa diuinitus sui speciem afferant.*

b. Qui etiam deposita tunica. } *Scorpens exuere senectutem incipit ab oculis, sicut vt ignari rei, cecari putent, tum nudatur caput: atque vna ferè nocte & die tota illa tunica ponitur. vide Aristot. lib. 8. De generatione animalium.*

c. Iam verò de loci altitudine. } *Apuleius in Apodixi, de Socratis Deo sic cogit, in aere dæmones agere: nam cum elementum nullum sit in mundo, quod natura vacuum animantibus creari, in terra sunt homines, ac quadrupedes: in mari pisces: in igne viuunt quædam animalia, vt Aristoteles docet, necesse est in aere aliquod animalium esse genus, quale id sit nisi dæmonicum, nemo dixerit. Itaque dæmones & inferiorem diis locum sortiti sunt, & superiorem nobis: quod illis minores sunt, nobis verò maiores melioresque.*

d. At enim volatilia cum volando. } *Hæc est Apuleij responsio: cuius ad hunc modum sunt verba: Nam quod quidem aues aeri tribuant, falsum sentire meritis: non dixeris: quippe quæ aues, nulla earum ultra Olympi verticem sublimatur: qui cum excelsissimus omnium perhibeatur, tamen altitudinem perpendiculari si metiare, vt geometria autumant, studia altitudo fastigij non equiparat, cum sit aeris augmentum immensum vsque ad extremam lunæ, celique, porro ætheris sursum versus exordium est. Quid igitur tanta vis aeris, quæ ab humilibus lunæ anfractibus vsque ad summum Olympi verticem interiacet? vacabitne animalibus suis? atque erit ista natura pars mortua, ac debilis? Imò enim si sedulo aduertas, ipsæ aues per terrestre animal non aerium re esse perhibeantur:*

beantur: semper enim illis victus omnis in terra. ibidem pabulum, ibidem cubile, tantumque aera proximum terræ volando transfuerberant. Cæterum cum illis fessa sunt remigia peniarum, terra cœu portus est. Hæc ex lib. Apuleij parum castigato, sed nihilominus ratio Augustini procedet de loco. Nam etsi aues inferiores sunt dæmonibus, certè superiores sunt hominibus, & in cacuminibus ædium & montium & arborum plerunque morantur: sed hic non disputo cum aduersariis.

Quid de moribus dæmonum Apuleius Platonius senserit.

C A P. X V I.

DE moribus ergo dæmonum, cùm idem Platonius loqueretur, dixit eos, eisdem quibus homines animi turbationibus agitari, irritari iniuriis, obsequiis donisque placari, gaudere honoribus, diuersis sacrorum ritibus oblectari, & in eis, si quid neglectum fuerit, commoueri. Inter cætera etiam dicit ad eos pertinere diuinationes augurum, aruspicum, vatum, atque somniorum: ab his quoque esse miracula magorum. Breuiter autem eos definiens, ait: Dæmones esse genere animalia, animo passiuâ, mēte rationalia, corpore aerea, tempore æterna. Horum verò quinque, tria priora illis esse nobiscum communia, quartum proprium, quintum eos cum diis habere commune. Sed video trium superiorum quæ nobiscum habent: duo etiam cum diis habere. ^aAnimalia quippe esse dicit, & deos, qui sua cuique elementa distribuens, in terrestribus animalibus homines posuit cum cæteris, quæ in terra viuunt, & sentiunt: in aquatilibus pisces, & alia natatilia: in aeriis dæmones: in ætheriis deos. Ac per hoc quod dæmones genere sunt animalia, non solum eis cum hominibus, verum etiam cum diis pecoribusque commune est quod mente rationalia, cū diis & hominibus: quod tempore æterna, cum diis solis: quod animo passiuâ, cū hominibus solis: quod corpore aerea, ipsi sunt soli. Præinde quod genere sunt animalia, nõ est magnum: quia hoc sunt & pecora: quod mente rationalia, non est supra nos, quia sumus & nos. Quod tempore æterna, quid boni est si non beata? ^bMelior enim tēporalis fœlicitas, quàm misera æternitas. Quod animo passiuâ, quomodo supra nos est? quãdo & nos hoc sumus, nec ita esset nisi miseri essemus. Quod corpore aerea, quanti estimandum est, cùm omni corpori præferatur animæ qualiscunque natura? Et ideo religionis cultus, qui debetur ex animo, ne-

quaquã debetur ei rei, quã inferior est animo. Porrò si inter illa quã dæmonum esse dicit, annumeraret virtutem, sapiẽtiam, fœlicitatem, & hæc eos diceret habere cum diis æterna atque communia, profectò aliquid diceret exoptandum, magnique pendendum: nec sic eos tamen propter hæc tanquam Deum colere deberemus, sed potius ipsum à quo hæc illos accepisse nossemus. Quanto minus nunc honore diuino ærea digna sunt animalia: ad hoc rationalia, vt misera esse possint: ad hoc passiuã, vt misera sint: ad hoc æterna, vt miseriam suam finire non possint. Quapropter vt omittam cætera, & hoc solum pertractem, quod nobiscum dæmones dixit habere commune, id est, animi passiones: si omnia quatuor elementa suis animalibus plena sunt, immortalibus ignis & aer, mortalibus aqua & terra: quæro cur animi dæmonum passionum turbellis, & tempestatibus agitentur? ^c Perturbatio enim est, quã Græcè *πάθος* dicitur: vnde illa voluit vocare animo passiuã: ^d quia verbum de verbo pathos, passio diceretur, ^e motus animi contra rationem. Cur ergo sunt ista in animis dæmonum, quã in pecoribus non sunt? Quoniam si quid in pecore simile apparet, ^f non est perturbatio, quia non est cõtra rationem, qua pecora carent. In hominibus autem, vt sint istę perturbationes, ^g facit hoc stultitia, ^h vel miseria. Nondum enim sumus in illa perfectione sapientiæ beati, quã nobis ab hac mortalitate libertatis in fine promittitur. Deos verò ideo dicunt istas perturbationes non perpeti, quia non solùm æterni, verum etiam beati sunt. Eisdem quippe animas rationales etiam ipsos habere perhibet, sed ab omni labe ac peste purissimas. Quamobrem si propterea dii non perturbantur, ⁱ quòd animalia sunt beata, non misera: & propterea pecora non perturbantur, quòd animalia sunt, quã nec beata possunt esse nec misera: restat vt dæmones sicut homines ideo perturbentur, quòd animalia sunt non beata, sed misera.

L. V I V E S.

a **A**nimalia quippe esse dicit & deos. } *Idem Plato in Timæo, qui deos visibiles animalia esse vult. Apuleius in eodem libello De Socrati deo, genus quoddam dæmonum ponit, sine corpore, vt Somnum & Amorem.*

b Melior est enim temporalis fœlicitas. } *Chironem Saturni filium scribunt repudiasse immortalitatem, & Vlysses maluisse in patria inter*

tria inter coniugem, & filium, & patrem etatem finire, quàm apud deas esse immortalem. Plato in libris De legibus. satius esse sentit quàm minimum tempus viuere, quàm totam immortalitatem maxima bonorum externorum & corporis ubertate atque affluentia, sine iustitia tamen & ceteris virtutibus. nescio quid philosophi nugantur, melius est esse quàm non esse: de quo alibi.

c Perturbatio enim est quæ Græcè πᾶθος. Cicero in Tuscul. Perturbatio est. perturbationes πᾶθῶν vertit. Quintilianus in 6. affectus, idque re. tio.

Et & propriè vertit dicit. Apud Plinium solum ex veteribus legitur passiones. dubitaturque num satis castigatè lib. 20. illitum quoque passionibus veniri earum prodest.

d Quia verbum de verbo. & Vt à πᾶθος πᾶθος, sic à patior passio.

e Motus animi contra rat. & Diffinitio πᾶθῶς apud Ciceronem ex Zenone, auersa à ratiōe contra naturam animi commotio.

f Non est perturbatio. Ex eodem Cicerone in Tuscul. quæst. Sed corporum affectiones sine culpa accidere possunt, animorum non item, quarum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt, itaque in hominibus solùm existunt. Nam bestie simile quiddam faciunt, sed in perturbationes non incidunt.

g Facit hoc stultitia. Opinione enim falsis vanisque premimur, & nos ipsi facimus nobis affectus potius quàm ex rebus accipimus. Et, uti Seneca inquit. plura sunt quæ nos terrent, quàm quæ premunt. Stoici perturbationes omnes ex deprauatis hominum iudiciis opinionibusque oriri putant. nam opinio magni futuri boni est libido, magni futuri mali est metus, magni presentis mali dolor, magni presentis boni læticia: quæ omnia quoniam stultitiis nostrarum cogitationum metimur, citius quàm naturis rerum, idcirco tot perturbationibus, tamque immoderatis rapimur.

h Vel miseria. Hoc est in homine miserrimum, quod etiam sapientissimus dolet tamen, & gaudet, & ceteris affectibus agitur, quamlibet prouiderit ne fiat.

i Quòd animalia sint non beata, sed misera. Miseros esse demones, aut malos, non audet fateri Socrates: non esse autem beatos bonisque, apertè profitetur in Coniuiuo Platonis.

An dignum sit eos spiritus ab homine coli, à quorum vitiis etiam oporteat liberari. CAP. XVII.



Va igitur insipientia, vel potius amentia per aliquam religionem dæmonibus subdimur, cum per veram religionem ab ea vitiositate, qua illis sumus similes liberemur? Cùm enim dæmones, quod & iste Apuleius,

quantis eis plurimum parcat, & diuinis honoribus dignoscens, tamen cogitur cōiteri vt ira instigentur, nobis vera religio præcipit, ne ira instigemur, ^a sed ei potius resistamus. ^b Cūm dæmones donis inuitentur, nobis vera religio præcipit, ne cuiquam donorum acceptione faueamus. Cūm dæmones honoribus mulceantur, nobis vera religio præcipit, ^c vt talibus nullo modo moueamur. Cūm dæmones quorundam hominum osores, quorūndam amatores sint, non prudenti tranquillōque iudicio, sed vt ipse animo appellat passiuo, nobis vera religio præcipit, ^d vt inimicos nostros etiam diligamus. Postremò omnem motum cordis & salum mentis, omnesque turbellas & tempestates animi, quibus dæmones æstare atq; fluctuare asserit, nos vera religio deponere iubet. Quæ igitur causa est, nisi stultitia errorque miserabilis, vt ei te facias venerando humilem, cui te cupias esse viuendo dissimilem: & religione colas, quem imitari nolis, cūm religionis summa sit imitari quem colis?

L. V I V E S.

a **S**ed ei potius resistamus. } *Christus in Euangelio Matthæi in*
bet nullo prorsus modo irasci. Agatho abbas iracundum homi-
nem, etiam si mortuos excitaret, negabat Deo gratum fore.

b Cūm dæmones donis inuitentur. } *Non solum vltro sibi dari*
dona gaudent, sed etiam petunt. Sunt enim petacissimi. Quoties serè o-
raculum Delphis Apollio reddebat, admonebat consulentes, vt sui
meminissent, donūque ad se adferrent aliquod, vbi fortunatiores es-
sent facti. tametsi non tam astutus dæmon aurum vel argentum capta-
bat, quo non eget, quàm mentes eorum qui dabant.

c Vt talibus nullo modo moueamur. } *Christus suis præcepit,*
ne magistri vocari velint, neu primos accubitus affeclent, neu salutari
in plateis. Denique vt princeps ad famulantis se humilitatem deiciat.
Honores enim cum gentilitate ortos esse, ibi sepeliri debere: in Ec-
clesia viuere nefas est: nec magnanimitas est magnos petere honores,
sed contemnere.

d Vt inimicos nostros. } *Diligite, inquit Christus, etiam inimi-*
cos vestros, & orate pro iis, qui vobis sunt infesti. Matth. 5. Nec satis
est inimicos non odisse, diligere præcipimur. & factum impossibile non
est, quod ipse Christus primum, deinde Stephanus fecerunt, vt Hie-
ron. inquit.

e Omnesque turbellas & tempestates animi. } *Alibi, omnesq;*
turbidas tempestates animi.

Qualis sit religio, in qua docetur, quòd homines, vt commenden-
tur diis bonis, dæmonibus vti debeant aduocatis.

CAP. XVIII.

Rustra igitur eis Apuleius & quicumque ita sentiunt, hunc detulit honorem: sic eos in aëre medios inter æthereum cælum terrámque constituens, vt quoniã nullus Deus miscetur homini, ^a quod Platonem dixisse perhibent, isti ad deos perferant preces hominum, & inde ad homines impetrata quæ poscunt. Indignum enim putauerunt, qui ista crediderunt, misceri homines diis, & deos hominibus: dignum autem misceri dæmones, & diis & hominibus: hinc petita ^b qui allegent, inde concessa qui apportent: vt videlicet homo castus, & ab artium magicarum sceleribus alienus, eos patronos adhibeat, per quos illum dij exaudiant, qui hæc amant: quæ ille non amando fit dignior, quem facilius & libentius exaudire debeant. Amant quippe illi scenicas turpitudines, quas non amat pudicitia. Amant in maleficis magorum mille nocendi artes, quas non amat innocentia. Ergo & pudicitia & innocentia, si quid à diis impetrare voluerit, non poterit suis meritis, nisi suis interuenientibus inimicis. non est quod iste poetica figmenta, & theatra ludibria iustificare conetur. Habemus contra ista magistrum eorum & tantæ apud eos autoritatis Platonem: si pudor humanus ita de se malè meretur, vt non solùm diligit turpia, verum etiam diuinitati existimet grata.

L. V I V E S.

Quod Platonem dixisse perhibent. *Platonis hæc est in Coniuiuo sententia, & quidem Socrati attributa. Diotima cum Socrati amorem esse medium quiddam diceret inter mortale & immortale: Socratesque quid hoc esset, rogaret: illa, δῆμον μέγας, ὁ σὺν ἑστέ. καὶ γὰρ πᾶν τὸ δῆμόντι μεταξὺ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. Demons magnus, o Socrates, etenim demonium omne inter deos & mortales situm est. Socrates nondum id intelligens querit, quenam sit eius vis & natura. Tum Diotima respondit, interpretari vel veclare humana ad deos, diuina ad nos: ab hominibus quidem preces & sacrificia, à diis verò præcepta & mercedem pro sacrificiis. In medio igitur siti dæmones, eum locum explent, vt aptum secum sit uniuersum ipsum atque coniunctum, hac comitant uacuitas, & omnis sacerdotum ars, que ad sacrificia, teletas, & incantationes, tum & ad diuinationem & magiam spectat. Hinc addit quod Aug. citat: θεὸς δὲ αἰσθητὸν*

ἢ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τῆς πᾶσι ὅτι ἡ ὁμιλία, καὶ ἡ διάλεκτος τοῖς θεοῖς αἰθρόπυς, καὶ ἰχθυόσι, καὶ κελύδοσι. *Deus, inquit, homini non miscetur, sed per daemones omne est commercium, omnis collocutio deis cum hominibus, & vigilantibus, & dormientibus.*

q Qui assignent. } *In antiquis est, quæ allegent, quasi qui velut legatione ferant. Idcirco Apuleius ministros eos & salutis gerulos vocat quoniam illud pertinet ad deos, quibus daemones ministrant, alterum ad nos, quibus salutem à diis gerunt. Angeli etiam nominantur à Capella, quasi nuncy, quòd superis nostra nuncient aëta: & presbites, quòd gerandi rebus presint.*

De impietate artis magicæ, quæ parricinio nititur spirituum malignorum.

C A P. XIX.

Porrò aduersus magicas artes, de quibus quosdam nimis infœlices, & nimis impios etiam gloriari libet in nomine dæmonum, ipsam publicam lucem testem citabo. Cur enim tam grauius ista plectuntur seueritate legum, si opera sunt numinum colendorum? An fortè istas leges Christiani instituerunt, quibus artes magicæ puniuntur, secundum quem alium sentum, nisi quòd hæc maleficia generi humano perniciose esse non dubium est? Ait Poeta clarissimus:

^b Testor chorà deos, & te germanta, uinque

Duice caput, magicas inuit am accingier artes.

Illud etiam quod alio loco de his artibus dicit:

^c Atque satas aliò uidi traduere messes.

Eo quòd hac pettifera sceleratâq; doctrina, fructus alieni in alias terras transferri perhibentur, nōne in Duodecim tabulis, id est, Romanorum antiquissimis legibus Cicero commemorat esse cōscriptum, & ei qui hoc fecerit supplicium constitutū? Postremò ipse Apuleius nunquid apud iudices Christianos de magicis artibus accusatus est? Quas utique sibi obrectas, si diuinas & pias esse nouerat, & diuinarum potestatum operibus congruas: non solū eas cōfiteri debuit, sed etiam profiteri, leges culpans potius, quibus hæc prohiberentur, & damnanda putarentur, quæ haberi miranda & ueneranda oporteret. Ita enim vel sententiā suam persuaderet iudicibus, vel si illi secundum iniquas leges saperent, eūque talia prædicantem atque laudantem morte multarent digna animæ illius dæmones dona rependerent: pro quorum diui-

diuinis operibus prædicandis, humanam vitam sibi adini non timeret. Sicut martyres nostri cum eis pro crimine obiceretur Christiana religio, qua nouerant se fieri saluos & gloriosissimos in æternum, non eam negando temporales pœnas euadere delegerunt, sed potius confitendo, profitendo, prædicando, & pro hac omnia fideliter fortiterque tolerando, & cum pia securitate moriendo, leges quibus prohibebantur, erubescere compulerunt, mutarique fecerunt. Huius autem philosophi Platonici ^e copiosissima & disertissima extat oratio, qua crimen artium magicarum à se alienum esse defendit, seque aliter non vult innocentem videri, nisi ea negando quæ non possunt ab innocente committi. ^f At omnia miracula magorum, quos rectè sentit esse damnandos, doctrinis fiunt & operibus dæmonum, quos viderit cur censeat honorandos esse, necessarios eos asserens perferendis ad deos nostris precibus: quorum debemus opera deuitare, si ad Deum verum preces nostras volumus peruenire. Deinde quæro, quales preces hominum diis bonis per dæmones allegari putat, magicas, an licitas? Si magicas, nolunt tales: si licitas, nolunt per tales. Si autem peccator pœnitens preces fundit, maximè si aliquid magicum admisit: itane tandem illis intercedentibus accipit veniam, quibus impellentibus aut fauentibus se cecidisse plangit in culpam? An & ipsi dæmones vt possint pœnitentibus mereri indulgentiam, priores agunt quod eos deceperint pœnitentiam: vt & ipsi postea accipiant indulgentiam? Hoc nemo vnquam de dæmonibus dixit: quia si ita esset, nequaquam sibi auderent diuinis honores expetere, qui pœnitendo desiderarent ad gratiam veniæ peruenire. Ibi enim est detestanda superbia, hic humilitas miseranda.

L. V I V E S.

IN nomine dæmonum. *¶* *Autibi gloriari libet, nonne ipsam publicam lucem, & fortasse legem.*

Testor chara deos. *¶* *Verba sunt Didonis post Aeneæ fugam. di itque hæc ex institutis Romanis, qui cum multa susceperint sacra, vt inquit Seruius, magicam semper damnarunt.*

Atque fatas aliò. *¶* *In Pharmaceutria Vergilius. Plinius libro 28. quinetiam & legum ipsarum in duodecim tabulis verba sunt: Qui fruges excantasset. Et alibi: Qui malum carmen incantasset. Idem auctor est in agro Marucino Vectij Marcelli equitis Romani, Neronis Casaris*

procuratoris, vniuersum oliuetum viam publicam esse transgressum: atque ipsa prædia ex loco in contrarias sedes profecta. Et idem ipse Apuleius in Apologia: Magia ista, quantum ego audio, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum illicebas interdicta.

d Postremò ipse Apuleius. & Romanis legibus multi sunt de magia postulati, velut Apollonius Tyanens apud Domitianum Cæsarem, & Apuleius apud Claudium Maximū Africa præfectū nō Christianum.

e Copiosissima & disertissima. & Extant apologiæ duæ Apuleij De magia, in quibus exiit nimiam illam sermonis lasciuiam, & antiquaria, & audacter innouata verba: accommodauitq; se forensi dicendi generi: sed ita tamen, ut nescio quo pacto Apuleium internoscas temporaria persona contestum.

f At omnia miracula magorum. & Vnde nam, inquit Eusebius, homines scire potuissent, quibus dæmones coguntur, nisi ab ipsis dæmonibus? Quod Porphyrius fatetur in oraculis, afferens Hecates responsa, quibus ipsa docet homines, qua ratione aduocari & teneri possit.

An credendum sit, quòd dij boni libentius dæmonibus quàm hominibus misceantur.

C A P. X X.

AT enim vrgens causa & arctissima cogit dæmones medios inter deos & homines agere, vt ab hominibus afferant desiderata, & ad eòs referant impetrata. Quænam tandem causa est ista, & quanta necessitas? quia nullus, inquit, Deus miscetur homini? ^aPræclara igitur sanctitas Dei, qui non miscetur homini pœnitenti, supplicanti, & miscetur dæmoni arroganti? Non miscetur homini confugiendi ad diuinitatē, & miscetur dæmoni fingēti diuinitatem. Non miscetur homini petenti indulgentiam, & miscetur dæmoni suadenti nequitiam. Non miscetur homini per philosophicos libros poetas de bene instituta ciuitate pellenti, & miscetur dæmoni à principibus & pontificibus ciuitatis per scenicos ludos poëtarum ludibria requirenti. Non miscetur homini deorum crimina fingere prohibenti, & miscetur dæmoni se falsis deorum criminibus oblectanti. Non miscetur homini magorum scelera iustis legibus punienti, & miscetur dæmoni magicas artes docenti & implenti. Non miscetur homini imitationem dæmonum fugienti, & miscetur dæmoni deceptionem hominis aucupanti.

L. VIVES.

PRæclara igitur sanctitas. } *In exemplari Brugensi sic legitur:*
Præclara igitur sanctitas Dei, qui non miscetur homini supplican-
ti, & miscetur demoni arroganti. Non miscetur homini pœnitenti, &
miscetur demoni decipienti, Non miscetur homini confugienti ad diui-
nitatem, &c.

An dæmonibus nunciis & interpretibus dij wantur, fallique se ab
 eis aut ignotent, aut velint. CAP. XXI.

SEd nimirum tantæ huius absurditatis & indignita-
 tis est magna necessitas, quòd scilicet deos æthe-
 reo humana curantes, quid terrestres homines age-
 rent utique lateret, nisi dæmones aerei nunciarent: quoniam
 æther longè à terra est, altèque suspensus: aer verò ætheri ter-
 ræque contiguus. O mirabilem sapientiam. Quid aliud de
 diis isti sentiunt, quos omnes optimos volunt, nisi eos & hu-
 mana curare, ne cultu videantur indigni: & propter elemen-
 torum distantiam humana nescire, ut credantur dæmones
 necessarij, & ob hoc etiam ipsi putentur colendi, per quos dij
 possint, & quid in rebus humanis agatur addiscere, & ubi o-
 portet hominibus subuenire? Hoc si ita est, diis istis bonis
 magis notus est dæmon per corpus vicinum, quàm homo
 per animum bonum. O multum dolenda necessitas, an po-
 tius irridenda vel detestanda vanitas, ne sit vana diuinitas. Si
 enim animo ab obstaculo corporis libero animum nostrum
 dij videre possunt, non ad hoc dæmonibus indigent nuntiis.
 Si autem animorum indicia corporalia, qualia sunt vultus,
 locutio, motus per corpus suum ætheri dij sentiunt, & in-
 de colligunt, quid etiam dæmones nuntient, possunt & men-
 daciis dæmonum decipi. Porrò si deorum diuinitas à dem-
 onibus falli non potest, ab eadem diuinitate quod agimus
 non potest ignorari. Vellem autem mihi isti dicerent, vtrum
 diis dæmones nunciarint de criminibus deorum poetica Pla-
 toni displicere figmenta, & sibi ea placere celauerint, an v-
 trunquè occultaerint, deosque esse maluerint totius rei hu-
 ius ignaros. An vtrunquè indicauerint, & religiosam erga
 deos Platonis prudentiam, & in deos iniuriosam libidinem
 suam. An sententiam quidem Platonis, qua noluit deos per
 impiam licentiam poetarum falsis criminibus infamari, igno-
 tam diis esse voluerint, suam verò nequitiam qua ludos sce-
 nicos amant, quibus illa deorum dedecora celebrantur, pro-

dere nō erubuerint vel timuerint. Horū quatuor quę interrogando proposui, quodlibet eligant, & in quolibet eorum quantum mali de diis bonis opinentur, attēdant. Si enim primū elegerint, cōcessuri sunt nō licuisse diis bonis habitare cū bono Platone, quādo eorum iniurias prohibebat, & habitasse cum dæmonibus malis quando eorū iniuriis exultabant, cum dij boni hominem bonū longē à se positū non nisi per malos dæmones nossent, quos sibi vicinos nosse non possent. Si autem secundum elegerint, & vtrunque occultatum à dæmonibus dixerint, vt dij omnino nescirent, & Platonis religiosissimam legem, & dæmonū sacrilegam delectationē quid in rebus humanis per internuncios dæmones dij nosse vtiliter possunt, quando illa nesciunt, quę in honorem deorū bonorum per religionem bonorum hominū contra libidinem malorū demonum decernuntur? Si verò tertium elegerint, & non solum sententiā Platonis deorum iniurias prohibentē, sed etiam dæmonum nequitiam deorū iniuriis exultantem, per eosdem dæmones nuncios diis innotuisse responderint, hoc nunciare est, an insultare? Et dij vtrunque sic audiūt, sic vtrūque cognoscunt, vt non solum malignos dæmones deorum dignitati & Platonis religioni contraria cupientes atque facientes, à suo accessu non arceant, sed etiā per illos malos propinquos Platonis bono longinquo dona transmittant. Sic enim eos^a elementorum quasi catenata series colligauit, vt illis à quibus criminantur, cōiungi possint, huic à quo defenduntur, non possint, vtrunque scientes,^b sed aeris & terræ pondera transmutare non valentes. Iam quod reliquum est, si quartū elegerint, peius est cæteris. Quis enim ferat, si poetarū de diis immortalibus criminosa figmenta, & theatrorum indigna, ludibria, suāque in his omnibus ardentissimā cupiditatē, & suauissimā voluptatē diis dæmones nunciauerūt: & quod Plato philosophica grauitate de optima reip. hæc omnia cēsuit remouenda, tacuerunt: vt iam dij boni per tales nuncios nosse cogātur mala pessimorum: nec aliena, sed eorūdem nūciorum: atque his cōtraria non sinantur nosse bona philosophorum, cum illa sint in iniuriam, ista in honorem ipsorum deorum.

L. VIVES.

^a Elementorum quasi catenata series colligauit. } *Coniunguntur enim inter se elementa, velut annuli in catena: inferioris enim superiori necitius, & tā haret, vt partes qua se contingunt,*

non

non diuersarum, sed eiusdem videantur esse nature: in quo elementa rationem calorum sequuntur, que apta inter se sunt & complexa.

b Sed aeris & terræ. } *Vt nec nobis ascendere liceat saltem cogitatione ad illos, nec illis ad nos descendere, ut cognoscant, & per se benefaciant sine interpretibus.*

De abiiciendo cultu dæmonum, contra Apuleium.

CAP. XXII.



Via igitur nihil istorum quatuor eligendum est, ne in quolibet eorum de diis tam malè sentiat: restat, vt nullo modo credendum sit, quod Apuleius persuadere nititur. Et quicumque alij philosophi sunt eiusdem sententiæ, ita esse medios dæmones inter deos & homines tanquam internuncios & interpretes, qui hinc ferant petitiones nostras, inde referant deorum suppetias. Sed esse spiritus nocendi cupidissimos à iustitia penitus alienos, superbia tumidos, inuidia liuidos, fallacia callidos, ^a qui in hoc quidem aere habitant: quia de cæli superioris sublimitate deiecti, merito irregressibilis transgressionis in hoc sibi congruo velut carcere prædamnati sunt. Nec tamen quia supra terram & aquas aereus locus est, ideo & ipsi sunt meritis superiores hominibus, qui eos non terreno corpore, sed electo in auxilium Deo vero, pia mente facillimè superant. Sed multis planè participatione veræ religionis indignis, tanquam captis subditisque dominantur: quorum maximè parti mirabilibus, & fallacibus signis, siue factorum, siue prædictorum deos se esse persuaserunt. Quibusdam verò vitia eorum attentius & diligentius intuentibus, non potuerunt persuadere quòd dii sint: atque ideo inter deos ac homines internuncios ac beneficiorum impetratores se esse finxerunt: tamen non istum saltem honorem homines eis deferendum putarunt, qui illos deos esse non credebant, quia malos videbant. Deos autem omnes bonos volebant, nec audebant tamen omnino indignos dicere honore diuino: maximè ne offenderent populos, à quibus eis cernebant inueterata superstitione per tot sacra & templa seruiiri.

L. VIVES.

a **Q**ui in hoc quidem aere habitant. } *Veteres plerique in hoc aere totam illam inferorum fabulam constituerunt, Proserpinam, & Summanum Dite, & manes, & furias, ut Martianus Capella ostendit. Chalcidius ad id merito hunc aerem vocatum esse ait, quasi*

eadem, hoc est, obscurum. Petrus quoque & Iudas Apostoli in suis Epistolis tradunt demones in hac acris caligine teneri, & torqueri, & si alij sunt in infimis terra. Empedocles apud Platarchum: Aether, inquit, demones à se reicit, terra expellit, mare non fert: sic ab alio in aliud elementum iactati penas dant.

Quid Hermes Trimegistus de idololatria senserit, & vnde scire potuerit superstitiones Aegyptiacas auferendas.

CAP. XXIII.

Nam diuersa de illis^a Hermes Aegyptius, quem Trimegistum vocant, sensit & scripsit. Apuleius quidem deos illos negat, sed cum dicit ita inter homines deosque quadam medietate versari, vt hominibus apud ipsos deos necessarij videantur, cultum eorum à supernorum deorum religione non separat. Ille autem Aegyptius alios deos dicit esse à summo Deo factos, alios ab hominibus. Hoc qui audit, sicut à me positum est, putat dici de simulachris: quia opera sunt manuum hominum. At ille visibilia & contrèctabilia simulachra velut corpora deorum esse asserit. Inesse autem his quosdam spiritus inuitatos, qui valeant aliquid, siue ad nocendum, siue ad desideria eorum nonnulla complenda, à quibus eis diuini honores, & cultus obsequia deferuntur. Hos ergo spiritus inuisibiles per artem quandam visibilibus rebus corporalis materiae copulare, vt sint quasi animata corpora illis spiritibus dicata, & subdita simulachra: hoc esse deos facere, eamque magnam & mirabilem deos facendi accepisse homines potestatem. Huius Aegyptij verba^b sicut in nostram linguam interpretata sunt ponam, Et quoniam de cognatione, inquit, & consortio hominum deorumque nobis indicitur sermo, potestatem hominis, ô Asclepi, vimque cognosce Dominus, inquit, & pater, vel quod est summum, Deus, vt effector est deorum caelestium, ita homo fictor est deorum, qui in templis sunt humana proximitate contenti. Et paulò post: Ita humanitas, inquit, semper memor naturae & originis, suae in illa diuinitatis imitatione persenerat: vt sicuti pater ac dominus, vt sui similes essent, deos fecit eternos, ita humanitas deos suos ex sui vultus similitudine figuraret. Hic cum Asclepius, ad quem maxime loquebatur, ei respondisset atque dixisset: Statuas, dicis, ô Trimegiste? Tum verò ille: Statuas, inquit, ô Asclepi,^d vidèstne quatenus tu ipse diffidas, statuas animatas sensu & spiritu plenas, tantaque

ficient

facientes & talia: statuas futurorum præscias, ea quæ fortè vates omnis ignoret in multis & variis rebus prædicentes, imbecillitates hominibus facientes, eâsque curantes, tristitiâ lætitiâque pro meritis? An ignoras, ô Asclepi, quòd Aegyptus imago sit cæli: aut, quòd est verius, translatio aut descensio omnium quæ gubernantur atque exercentur in cælo: ac si dicendum est verius, terra nostra mundi totius est templum? Et tamen quoniam præscire cuncta prudentem decet, istud vos ignorare fas non est. Futurum tempus est, cùm appareat Aegyptios incassum pia mente diuinitati sedulam religionem seruasse, & omnis eorum sancta veneratio in irritum casura frustrabitur. Deinde multis verbis Hermes hunc locum exequitur, in quo videtur hoc tempus prædicere, quo Christiana religio, quantò est veracior atque sanctior, tantò vehementius & liberius cuncta fallacia figmenta subuertit, vt gratia verissimi saluatoris liberet hominem ab his diis, quos fecit homo: & ei Deo subdat, à quo factus est homo. Sed cùm Hermes ista prædicat, velut amicus eisdem ludificationibus dæmonum loquitur, nec Christianum nomen euidenter exprimit, sed tanquam ea tollerentur atque delerentur, quorum obseruatione cælestis similitudo custodiretur in Aegypto, ita hæc futura deplorans, luctuosa quodammodo prædicatione testatur. Erat enim de his, de quibus dicit Apostolus, quòd cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed enauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: & cætera, quæ commemorare longum est. Multa quippe talia dicit de vno vero Deo fabricatore mundi, qualia veritas habet, Et nescio, quomodo illa obscuratio cordis ad ista delabitur, vt diis, quos confitetur ab hominibus fieri, semper velit homines subdi, & hæc futuro tempore plangat auferri. quasi quicquam sit infœlicius homine, cui sua figmenta dominantur: cùm sit facilius, fieri deos colendo quos fecit, ne ipse sit homo, quàm vt per eius cultum dii esse possint, quos fecit homo. Citius enim fit, vt homo in honore positus, pecoribus non intelligens comparetur, quàm vt operi Dei ad eius imaginem facto, id est, ipsi homini, opus hominis præferatur. Quapropter merito homo deficit

ab illo, qui eum fecit, cum sibi præficeret ipse, quod fecit. Hæc vana, deceptorica, pernicioſa, ſacrilega, Hermes Ægyptius, quia tempus quo auferrentur venturum ſciebat, dolebat: ſed tam impudenter dolebat, quã imprudenter ſciebat. Non enim hoc ei reuelauerat ſpiritus ſanctus, ſicut prophetis ſanctis, qui hæc prævidentes cum exultatione dicebant: Si faciet homo deos, & ecce ipſi non ſunt dij. Et in alio loco: Erit in die illo, dicit dominus, Exterminabo nomina ſimulachrorũ à terra, & non erit eorum memoria. Propriè verò de Ægypto, quod ad hanc rem attinet, ita ſanctus Eſaias prophetat: Et mouebũtur manufacta Aegypti à facie Dei, & cor eorũ vincietur in eis: & cætera huiuſmodi. Ex quo genere & illi erant,^h qui venturum, quod ſciebant veniſſe, gaudebant: qualis Simeon, qualis Anna, qui mox natum Ieſum, qualis Elizabeth, quæ etiam cõceptum in ſpiritu agnouit:ⁱ qualis Petrus, reuelante patre dicens: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Huic autem Aegyptio illi ſpiritus indicauerant futura tempora perditionis ſuæ: qui etiam præſenti in carne trementes domino, dixerũt: Quid veniſti ante tempus perdere nos? ^k Siue quia ſubitum illis fuit, quòd futurũ quidem, ſed tardius opinabantur: ſiue quòd perditionem ſuã hanc ipſam dicebãt, qua fiebat, vt cogniti ſpernerentur. Et hoc erat ante tempus, id eſt, ante tempus iudicij, quo æterna damnatione puniendi ſunt cũ omnibus etiam hominibus, qui eorum ſocietate detinentur:^l ſicut religio loquitur, quæ nec fallit: nec fallitur, nõ ſicuti iſte qui omni vëto doctrinæ hinc atq; inde perſtutus, & falſis vera permiscēs, dolet quaſi perituram religionem, quem poſtea cõfiteatur errorem.

L. V I V E S.

a **H**ermes Aegyptius. } *De hoc paulo poſt.*

b **S**icut in noſtram linguam interpretata. } *Hermes aliquot circumferuntur libri, & Græci Latinitate donati. Que huc adfert Auguſtinus, ſunt ex Aſclepio Mercurij, quem Apulius Latinis vertit.*

c Ita humanitas ſemper minor naturæ. } *In exẽplari Mercurij Latino ſic legitur: Ita humanitas ſemper vicina nature & origini ſuæ.*

d Vidẽ ſne. } *Sic etiam apud Mercurium: ſed in libro Brugeſi. Vides quatenus ipſe non diffidas.*

e Ea quæ fortè vates omnis ignoret. } *Sic habetur apud Aſculapium: Easque forè vates omnes ſomniis multiſque aliis rebus prædicentes, imbecillitatẽſq; hominibus facientes, easq; curãtes, triftitiamque pro*

pro meritis. Et sic scribebatur in exemplari Colonienſi, ſed latitiam eſt ſuperſcriptum.

f Multa quippe talia. } Adducere ex eis aliqua, ſi libri non eſſent vulgares: nunc cum ſint in manibus omnium, ocioſum videatur citare huc illius dicta.

g Cum ſit facilius. } In antiquis libris ad hunc modum ſcribitur: Cum ſit facilis, ut tanquam deos colendo, quos fecit, nec ipſe ſit homo, quoniam ut, &c.

h Qui venturum quod ſciebant veniſſe. } Qui gaudebant Chriſtum qui erat venturus, iam veniſſe: is enim erat per tribus in iere ac Prophetis promiſſus. Sic Ioannes iuſſit rogari: Es tu ille, qui venturus eſt, an alium ſuum adhuc expectatur?

i Quales Petrus reuelante patre. } Hæc eſt præcipua profeſſio, hic primus & firmiſſimus eccleſiæ nunquam ruitura lapis. credere ac profiteri Ieſum eſſe: Chriſtum filium Dei veri. Hæc non reuelauit philoſophia humana, non aſtus, non ſagacitas, & ſapientia mundi, ſed Deus vniuerſorum parens, is tantum quos chariſſimos habet.

k Siue quia ſubitum. } Declarat, cur demones ante tempus putent ſe à Chriſto perdi.

l Sicut religio loquitur. } Matthæi 25. In malos enim hæc pronunciat ſententia: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius.

Quomodo Hermes patenter parentum ſuorum ſit conſeſſus errore, quem tamen doluerit deſtruendum. CAP. XXIIII.

Poſt multa enim ad hoc ipſum redit, ut iterum dicat de diis, quos homines fecerunt, ita loquens: Sed iam de talibus ſint factis dicta talia. Iterum, inquit, ad hominem rationemque redeamus, ex quo diuino dono homo animal dictum eſt rationale. Minus enim miranda, & ſi miranda ſunt quæ de homine dicta ſunt. ^a omnium enim mirabilium vicit admirationem, quod homo diuinam potuit inuenire naturam, eamque efficere. Quoniã ergo proavi noſtri multum errabant ^b circa deorum rationem increduli, & non animaduertentes ad cultum religionemque diuinã, inueniunt artem, qua efficerent deos. Cui inuentæ adiunxerunt virtutem de mundi natura conuenientem, eamque miſcentes: quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum, vel angelorum eas indiderunt imaginibus ſanctis diuinisque myſteriis, per quas idola & benefaciendi & male vires habere potuiſſent. Neſcio vtrum ſic conſiterentur ipſi dæmo-

nes adiurati, quomodo iste cōfessus est. Quoniam, inquit, pro-
 au nostri multum errabant circa deorū rationem increduli,
 & non animaduertentes ad cultum religionēq; diuinam,
 inuenerunt artem, qua efficerent deos. Nunquid nam saltem
 mediocriter eos dixit errasse, vt hanc artē inuenirent facien-
 di deos: aut cōtentus fuit dicere, errabāt, nisi adderet & dice-
 ret, multum errabant? Iste ergo multus error & incredulitas
 non animaduertentium ad cultū religionēq; diuinam, in-
 uenit artem qua efficeret deos. Et tamen quòd multus error
 & incredulitas, & à cultu ac religione diuina inuersio animi
 inuenit, vt homo arte faceret deos: hoc dolet vir sapiens tan-
 quam religionem diuinam venturo certo tēpore auferri. Vi-
 de si non & vi diuina maiorum suorum errorem præteritum
 prodere, & etiam vi diabolica pœnam dæmonū futurā dole-
 re compellitur. Si enim proau eorum multum errandō circa
 deorum rationē incredulitate & auersione animi à cultu ac
 religione diuina inuenerunt artem, qua deos efficerent: quid
 mirum si hæc ars detestāda, quicquid fecit auersa à religione
 diuina, auferetur à religione diuina, cū veritas emēdet er-
 rorem, fides redarguat incredulitatē, cōuersio corrigat auer-
 sionē? Si enim tacitis causis dixisset proauos suos inuenisse ar-
 tem, qua deos facerēt: nostrum fuit utiq; si quid rectum piūm-
 que saperemus, attendere & videre nequaquam illos ad hanc
 artē peruenturos fuisse, qua homo deos facit, si à veritate nō
 aberrarent. Si ea quæ Deo digna sunt, crederent: si animum
 aduerterēt ad cultū religionēque diuinā. Et tamen si causas
 artis huius nos diceremus multum errorem hominum, & in-
 credulitatem, & animi errātis atq; infidelis à diuina religio-
 ne auersionem, vt canq; ferenda esset impudentia resistentiū
 veritati. Cū verò idem ipse qui potēstatem huius artis su-
 per omnia cetera miratur in homine, qua illi deos facere cō-
 cessum est: & dolet venturum esse tempus, quo hæc omnia
 deorum figmenta ab hominibus instituta, etiam legibus iu-
 beantur auferri, cōfitetur tamen atq; exprimit causas, quare
 ad ista peruentū sit, dicens proauos suos multo errore & in-
 credulitate, & animū non aduertēdo ad cultū religionēque
 diuinam inuenisse hanc artem, qua facerent deos. Nos quid
 oportet dicere, vel potius quid agere, nisi quantas possumus
 gratias domino Deo nostro, qui hæc cōtrariis causis, quàm in-
 stituta sunt, abstulit? Nā quod instituit multitudo erroris, ab-
 stulit

stulit via veritatis: quod instituit incredulitas, abstulit fides: quod instituit à cultu diuino religionis auersio, abstulit ad vnum verū Deum sanctūque cōuersio. Nec in sola Ægypto, quam solam in isto plangit dæmonum spiritus, sed in omni terra qua cantatur Domino cāticum nouum: sicut verè sacræ & verè propheticæ literę prænuiciauerunt, vbi scriptum est: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra.^c Titulus quippe Psalmi huius est, quādo domus ædificabatur post captiuitatē: ædificatur enim domus Domino ciuitas Dei, quæ est sancta Ecclesia in omni terra: post eā captiuitatem, qua illos homines de quibus credentibus in Deum tanquam lapidibus viuīs domus ædificatur captos dæmonia possidebant. Neq; enim quia homo deos faciebat, ideo nō ab eis possidebatur ipse qui fecerat, quando in eorum societate colendo traducebatur. Societatem dico, non idolorum stolidorum, sed versutorū dæmoniorū. Nam quid sunt idola, nisi quod eadem scriptura dicit: Oculos habent, & non vident: & quicquid tale de materiis licet affabrè effigiatis, tamen vita sensūque carentibus, dicendū fuit? Sed immundi spiritus eisdem simulachris arte illa nefaria colligati cultorum suorum animas in suam societatem redigendo, miserabiliter captiuauerant. Vnde dicit Apostolus: Scimus, quia nihil est idolū: sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non Deo: nolo vos socios fieri dæmoniorū. Post hanc ergo captiuitatem, qua homines à malignis dæmonibus tenebantur, Dei domus ædificatur in omni terra: vnde titulū ille Psalmus accepit, vbi dicitur: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini eius, ^d bene nūciate^e diem ex die salutare eius, Annūciate in gentibus gloriam eius, in omnib. populis mirabilia eius. Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij gentiū dæmonia, dominus autem cælos fecit. Qui ergo doluit venturum fuisse tempus, quo auferretur cultus idolorum: & in eos qui colerent, dominatio dæmoniorum, malo spiritu instigatus semper volebat istam captiuitatē manere, qua trāfacta Psalmus canit, ædificari domum in omni terra. Prænūciabat illa Hermes dolendo: prænucciabat hæc Propheta gaudēdo. Et quia Spiritus victor est, qui hæc per sanctos Prophetas canebat: etiā Hermes ipse ea quæ nolebat, & dolebat auferri: non à prudentibus, & fide-

bus, & religiosis, sed ab errantibus & incredulis, & à cultu diuinæ religionis auersis esse instituta, miris modis coactus est confiteri. Quîi quanuis eos appellet deos, tamen cùm dicit à talibus hominibus factos, quales esse vtique nõ debemus, velit, nolit, ostendit colendos non esse ab eis, qui tales non sunt, quales fuerût, à quibus facti sunt: hoc est, à prudētibus, fidelibus, religiosisque: simul etiam demonstrans, ipsos homines, qui eos fecerût, sibimet importasse, vt eos haberent deos, qui dij non erant. Verum est quippe illud propheticum: Si faciet homo deos, & ecce ipsi non sunt dij. Deos ergo tales, talium deos arte factos à talibus, cùm appellasset Hermes, id est, idolis dæmones, ^f per artem nescio quam, cupiditatum suarum vinculis illigatos: cùm appellaret factos ab hominibus deos, non tamen eis dedit, quod Platonius Apuleius, vnde satis iam diximus: & quàm sit inconueniens absurdumque monstrauimus, vt ipsi essēt interpretes & intercessores inter deos, quos fecit Deus, & homines, quos idem ipse fecit Deus: hinc afferentes vota, inde munera referentes. Nimis enim stultum est credere deos, quos fecerunt homines, plus valere apud deos quos fecit Deus, quàm valent ipsi homines, quos idem ipse fecit Deus. Dæmon quippe simulachro arte impia colligatus ab homine, factus est Deus: sed tali homini, non omni homini. Qualis est ergo iste Deus, quem non faceret homo nisi errans & incredulus, & auersus à vero Deo? Porrò si dæmones qui coluntur in templis, per artem, nescio quam, imaginibus inditi, hoc est, visibilibus simulachris, ab eis hominibus, qui hac arte fecerunt deos, cùm aberrarent, auersique essent à cultu & religione diuina, non sunt internuncij, nec interpretes inter homines & deos, & propter suos pessimos ac turpissimos mores, ipsi etiam homines quanuis errantes, & increduli, & auersi à cultu ac religione diuina, tamen eis sine dubio meliores sunt, qui deos ipsi arte fecerunt: restat, vt quando possunt, tanquã dæmones possint: vel quasi beneficia præstando magis nocentes, quia magis decipiētes, vel aperte malefaciendo. Nec tamen quodlibet horum, nisi quando & quantum permittuntur alta & secreta Dei prouidentia: non autem tanquam medij inter homines & deos, per amicitiam deorũ multum apud homines valent. His enim dij boni, quos sanctos angelos nos vocamus, rationalēsque creaturas sanctæ cælestis habitationis, siue sedes, siue dominationes, siue principatus,

eipatus, siue potestates, amici esse omnino non possunt, à quibus tam longè absunt animi affectione, quàm longè absunt à virtutibus vitia, ^h & à bonitate malicia.

L. V I V E S.

a **O**Mnium enim mirabilem. } *Ipsè Mercurius identidem magnum miraculum hominem vocat, animal venerandum & adorandum.*

b Circa rationem deorum increduli. } *In Mercurio habetur: contra rationem deorum, & alibi contra rationem.*

c Titulus quippe Psalmi huius est. } *Græcè sic est: ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῆ, ὅτε ὁ οἶκος ἐκδομεῖτο μὲν τῶν ἀρχαγγέλων. Hebraicè nullum præfert titulum translatio Hieronymi, & Græcè sic dicitur: ἀντιπρῶτον ἐβραίων.*

d Bene nunciate. } *Vulgo habetur, annūciate. Græcè ἀγγελλισθῆναι. Et post est, ἀναγγελλῆσαι, quod ipse vertit annūciate.*

e Diem ex die. } *Græca phrasi, ἡμῶν ἐξ ἡμῶν.*

f Per artem, nescio quam. cupiditatum suarum } *Porphyrus in libro De philosophia oraculo. um scribit deos hominibus indicare non modò sælicem consuetudinem, & familiaritatem suam, sed etiam quibus capiuntur, gaudeantque rebus quibus denunciantur, quibus cogantur, quos dies vitare oporteat, quos seruari, figurat ipsas simulachrorum cuiusmodi esse deceat: ut ex oraculis Hecates cōstendit, que negat se posse contemnere signum ære, vel argento, vel auro factum. Et quo pacto sit aliter ex absynthio, & muris sanguine, & myrrha, & thure, & styrace conflandum docet.*

g Sed tali homine. } *Putamalo, & qualem Mercurius ipse describit.*

h Et à bonitate malitia. } *Malitiam pro omni vitio maloque posuit, ut Græci κακία, quod verbum Cicero volumine tertio De finibus, vitium se malle interpretari dicit, quàm malitiam. Nam est hæc certæ vitij species contraria rectæ & honestæ simplicitati, astutiæ fraudumque mater.*

De his quæ sanctis Angelis & hominibus possunt esse communia.

C A P. XXV.

Nullo modo igitur quasi per dæmonum mediocritatem, ambiendum est ad benevolentiam, seu beneficentiam deorum, vel potius honorum angelorum, sed per bonæ voluntatis similitudinem, qua cum illis sumus, & cum illis vivimus, & cum illis Deum quem colunt, colimus: & si eos carnalibus oculis videre non possumus, in

quantum autē dissimilitudine voluntatis, & fragilitate infirmitatis miseri sumus, in tantū ab eis longē fumus vitę merito, non corporis loco. Non enim quia in terra conditione carnis habitamus, sed si per immunditiam cordis terrēna sapimus, non eis iungimur. Cū verò sanamur, vt quales ipsi sunt, simus: fide interim illis propinquamus, si ab illo nos fieri beatos, à quo & ipsi facti sunt etiam ipsis fauentibus credimus. Quòd omnis religio paganorū circa homines mortuos fuerit impleta.

C A P. XXVI.

Sane aduertendum est, quomodo iste Ægyptius cū doleret tempus esse venturum, quo illa auferrentur ex Ægypto, quæ fatetur à multum errantibus & incredulis, & à cultu diuinę religionis auersis esse instituta. Ait inter cætera: Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorūmq; plenissima. Quasi verò si illa non auferrentur, non essent homines morituri, aut alibi essent mortui ponendi quā in terra. Et vtique quantò plus volueretur temporis & dierū longitudo, tantò maior esset numerus sepulchrorum, propter maiorem numerum mortuorum. Sed hoc videtur dolere, quòd memorię martyrum nostrorum templis eorum delubrisque succederent: vt videlicet qui hæc legunt animo à nobis auerso atque peruerso, putent à paganis deos cultos fuisse in templis, à nobis autem coli mortuos in sepulchris. Tanta enim homines impij cæcitate^a in mōtes quodammodo offendunt, résq; oculos suos ferientes nolunt videre, vt non attendant in omnibus literis paganorum, aut non inueniri, aut vix inueniri deos qui non homines fuerint, ^b omnibus tamen honores studeant exhibere diuinos, quasi nihil vnquam humanitatis habuerint. Omitto quòd Varro dicit omnes ab his mortuos existimari inanes deos, ^c & probat per ea sacra quæ omnibus ferè exhibentur mortuis, ^d vbi & ludos commemorat funebres, tanquā hoc sit maximum diuinitatis indicium, quod non soleant ludi nisi numinibus celebrari. Hermes ipse de quo nunc agitur, in ipso eodem libro, vbi quasi futura prænunciando deplorās ait: Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorū atque templorum, sepulchrorū erit mortuorūmq; plenissima: deos Ægypti homines mortuos esse testatur. Cū enim dixisset proavos suos multum errantes circa deorum rationem incredulos, & non animaduertentes ad cultum religionem-

ligionemque diuinam, inuenisse artem qua efficerent deos: cui inuentæ, inquit, adiunxerunt virtutem de mundi natura conuenientem, eamque miscentes, quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum vel angelorum, eas indiderunt imaginibus sanctis diuinisque mysteriis. per quas idola & benefaciendi & malè vires habere potuissent. Deinde sequitur tâquã hoc exēplis probaturus, & dicit: ^e Auus enim tuus, ô Asclepi, medicinæ primus inuentor, cui templū consecratum est^f in mōtē Libyæ circa littus^g Crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo, id est, corpus: reliquus enim, vel potius totus, si est homo totus in sensu vitæ, melior remeauit in cælum, omnia etiam nunc hominibus adiuuenta præstans infirmis numine nunc suo, quæ ante solebat medicinæ arte præbere. Ecce dixit mortuum coli pro Deo in eo loco vbi habebat sepulchrum: falsus ac fallens, dicendo quòd remeauit in cælum, omnia etiam nunc hominibus adiuuenta præstans infirmis. Adiungens deinde aliud: ^h Hermes, inquit, cuius auitum mihi nomen est, nonne ⁱ in cognominis sui patria consistens, omnes mortales vndique venientes adiuuat atque conseruat? Hic enim Herines maior, id est, Mercurius, quem dicit auum suum fuisse, in Hermopoli, hoc est, in sui nominis ciuitate perhibetur esse sepultus. Ecce duos deos dicit homines fuisse, Æsculapium & Mercurium. ^k Sed de Æsculapio & Græci & Latini hoc idem sentiunt. ^l Mercurium autem multi non putant fuisse mortalem, quem tamen iste auum suum fuisse testatur. ^m Etenim alius est ille, alius iste, quanuis eodem nomine nuncupentur. Non multum pugno, alius ille sit, alius iste: verùm iste sicut Æsculapius ex homine deus, secundum testimonium tanti apud suos viri ⁿ huius Trismegisti nepotis sui. Adhuc addit, & dicit: ^o In verò vxorē Osiris, quàm multa bona præstare propitiã, quantis scimus obesse iratam. Deinde vt ostenderet ex hoc genere esse deos, quos illa arte homines faciunt: vnde dat intelligi dæmones se opinari ex hominum mortuorum animis extitisse, quos per artem quam inuenerunt homines multùm errantes, increduli & irreligiosi, aut inditos simulachris: quia hi qui tales deos faciebant, animas non vtique facere poterant. Cum de his idem dixisset, quod cōmemorauit, quantis obesse scimus iratam: secutus adiunxit, Terrenis enim diis atque mundanis facile est irasci: ^p vt pote qui sunt ab hominibus ex

vtraque natura facti atque compositi. Ex vtraque natura dicit, ex anima & corpore: vt pro anima sit dæmō, pro corpore simulachrum. Vnde contigit, inquit, ab Ægyptiis hæc sancta animalia nuncupari, ⁹ colique per singulas ciuitates eorum animas, qui eas consecrauere viuētes, ita vt eorum legibus incolantur, & eorum nominibus nūcupentur. Vbi est illa velut querela luctuosa, quod terra Ægypti sanctissimas sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum futura esset mortuorumque plenissima? Nempe spiritus fallax, cuius instinctu Hermes ista dicebat, per eum ipsum coactus est cōfiteri iam tunc illam terram sepulchrorū & mortuorum, quos pro diis colebant, fuisse plenissimam. Sed dolor dæmonum per eum loquebatur, qui suas futuras pœnas apud sanctorum martyrum memorias imminere mœrebant. In multis enim talibus locis torquentur & confitentur, & de possessis corporibus hominum eiiciuntur.

L. V I V E S.

a **I**N montes quodammodo offendunt. } *In res magnas, & quas nemo non vitat, ipsi impingunt.*

b Omnibus t. h. } *In veteribus libris sic legitur: Aut vix inueniri deos, qui non homines fuerint, mortuisque diuini honores delati sunt. Omīto quod Varro dicit, omnes ab his mortuos existimari manes deos.*

Necia

c Et probat per ea sacra quæ omnibus ferè exhibētur mortuis. } *Cicero lib. De leg. 2. Nec verò tam Necia, quæ à nece appellata sunt, qua resident mortui, quàm ceterorum celestium quieti dies ferre nominarentur, nisi maiores, eos qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent.*

d Vbi & ludos commemorat funeb. } *In his ludis exhibebantur fabule. Nam ex Terentianis Adelpi, Acta est ludis funebribus Aemilij Pauli Macedonici, duobus eius filiis P. Cornelio Scipione, & Q. Fabio Aedil. cur gladiatores quoque depugnabant, quem morem induxerunt M. & D. Iunij Bruti ludis funebribus patris primo anno belli Punici primi, App. Clau. Caudace, & M. Fulvio Coss depugnauerunt in Boario foro. Linius lib. 11. & Valerius lib. 2. & Ausonius in Gryphis:*

Tres primas Thracum pugnas, tribus ordine sellis

Iuniada patri inferias miserere sepulchro.

Dabatur & epulum, & viscera.

e Auus enim tuus, ô Asclepi. } *Asclepius Gracè est Aesculapius. Huius Aesculapij quem secum loquentem facit Mercurius auum,*

Angu-

Augustinus Aesculapium medicina repertorem putat. Quis hic Aesculapius ex tribus quos Cicero numerat, non conuenit. Nam unus ex his sepultus esse dicitur Cynsuris Achae fulmine ictus. Alter prope Lusium flumen in Arcadia. Tertius scilicet secundi Mercurij frater, qui filius fuit Valenti & Pheronidis. hunc etiam Aesculapium magno in honore abent Arcades. Aesculapium quoque Osiridem uocari solitum Tacitus scribit: nescio an de hoc intelligat. Verisimilius est de hoc Mercurium loqui, quàm de quouis alio.

*f In monte Libyæ. & hic mons praelongus est, ab ima Aegypto supra Cynopolim se extendens. Non unus putatur mons à Ptolemæo, qui *λίβυκα ὄρη* uocat.*

g Crocodilorum. & Crocodilus ex genere serpentium est, sed quadrupes oniperus, crescit septemdecim cubitos & eo amplius. Mandibulam superiorem contra omnium animantium naturam mouet: homines & omnia terrestria vorat, uiuitque interim in sicco, interim in aqua. De hoc Herodotus, Aristoteles, Plinius, & alij. Seneca crocodilum ait fugax esse animal audaci, audacissimum timido. Crocodili urbs prope montem Lybicum erat sita in mediterraneis Aegypti, non longe à Ptolemæide in fine sexti paralleli climatis tertij. Crocodilum uenerationi habitum ab Aegyptiis scribit Porphyrus, ideo quòd Soli esset sacrificus etiam aries, & Cantharus & Astur.

h Hermes, inquit, cuius auitum mihi est nomen. & Cicero Mercurios numerat quinque, quorum duo ab Aegypto colantur. priorem Nilo patre genuit, quem illi nefas habent non mare: alterum qui Argum interemit, Aegyptioque praesuit, quibus leges & literas dedit, illumque uocat Theut, quo nomine prius anni mensis apud illos dicitur. Euseb. lib. 1 Phœnices ait in theologia sua putasse Mercurium Trimegistum scribam fuisse Saturni Cœli filij, cuius opera usus sit Saturnus in tuenda matre: cumq; hic australes mundi partes peteret, uniuersum Aegyptum Mercurio reliquisse. Diodorus Mercurium scribit fuisse Isidis & Osiridis in consilio. Cùmque in expeditionem Osiris iret, Mercurium eius consiliarium Isidis coniugis domi reliquisse, hominemque fuisse insigni prudentia, multasque tradidisse mortalibus artes ac scientias. Hunc existimo fuisse auum huius Hermæ, qui scripsit. illi que uocatum esse Theut, aemouem, ut ait Plato in Phædro, qui orbes mathematicas & literas, & aleam inuenit, detulitque ad Thammum Aegypti regem, qui rex postea dictus est Ammon.

i In cognominis sui patria. & Alibi, in sibi cognomine patria. In Mercurio uerò Apuley corruptissimè sibi cognomen patrium. Hermopolis est magna in Aegypto urbs, & nomus Hermopolitana, ab occa. polis

su fluij, inquit Ptolemæus, mediterræa, euntibus ad mare nostrum: superior est Crocodilopoli, in septimo parallelo climatis terij.

k Sed de Æsculapio. } Hunc enim inter semideos collocant, & eos qui meritis nacti sunt celum, quales sunt Hercules, Bacchus, & Romulus. Theodoritus de martyribus scribit, Homeri tempore Æsculapium nondum pro deo esse habitum, nam ille curatorem vulnerum Martus non Æsculapium facit, sed Pæonem. Et cum de Machaone Æsculapio filio loquitur, virum eum vocat Æsculapij absoluti medici filium.

l Mercurium autem multi. } Nam hic ex diis est cælestibus perpetuus, unusque ex consentibus.

m Etenim alius est ille. } Mercurius ille celebris fuit Maia & Iouis Saturni filius, nepos Atlantis. Nam alij duo fuerunt Ægyptij, ut dixi, alij etiam duo, quorum prior Cælo & Die est genitus, is quem arrecta natura fingunt propter aspectum Proserpine: posterior Valentis & Pheronidis filius. quem Trophonij nomine colunt in antro Lebadienses.

Trismegistus n Huius Trismegesti. } Quasi ter maximi. Non fuit is qui scripsit Trismegistus, sed eius auus: utrumque tamen nomen & Hermæ & Trismegisti nepos accepit. Fuit autem ille Theut & rex maximus, & sacerdos maximus, & sapiens maximus, ut quibusdam lego placuisse.

o Isia verò vxorem. } Alibi, Isia verò Osiris, apud Mercurium, Isia verò & Osiris quam multa bona prestare propitia, tantum obesse scimus irata.

p Vtpote qui sunt. } Apud Mercurium sic: Vtpote qui sunt ab hominibus facti atque compositi, extraque naturam, sed ex utraque natura legit Augustinus.

q Colique per singulas ciuitates eorum animas. } Innumeras res Ægyptij pro diis colbant, velut allia & capas, per que iurabant Plinio: & animalia complura, de quorum nominibus vrbes aliquot nominarunt, ut à crocodilo Crocodilopolim, ut diximus, à lupo Lycopolim, à leone Leontopolim, à lato pisce Latopolim, ut quoniam bouem primus instituit coli Apis, idcirco & ipse bouis imagine colitur, Mercurius canis, Isis vaccæ. Diodorus scribit in galcis & insignibus principes viros alios aliorum animalium formis uti solitos, velut Amibim cane, & Macedonem lupo: unde veneratio illis animalibus nata. hinc principes vita sanctos eorundem animalium, que ipsis placuerant nominibus nuncupare, & imaginibus venerari instituerunt. Hoc est quod Mercurius dicit coli eorum animas, qui illa animalia viuentes consecrauerunt, augusta & plena venerationis illa effecerunt principes,

pes, cum suis galeis, clypeis, insignibusque addi voluerunt: unde visum est rudi populo non paruum victoriæ partem, iis ipsis acceptam esse referendam, ita in deorum numerum sunt relata.

De modo honoris, quem Christiani martyribus impendunt.

CAP. XXVII.

NEc tamen nos eisdem martyribus tēpla, sacerdotia, sacra, & sacrificia cōstituimus: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sanè memorias eorum tanquam sanctorum hominum Dei, qui vsque ad inortem suorum corporum pro veritate certarunt, vt innotesceret vera religio, falsis religionibus fictisque cōuictis: quod etiam si qui antea sentiebant, timendo reprimebant. Quis autem audiuit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare etiam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumque constructū, dicere in precibus: Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, ^a vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis angelis cælesti honore sociavit: vt ea celebritate, & Deo vero de illorū victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorū memoriæ renouatione adhortemur? Quæcūque igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra vel sacrificia mortuorū tanquam deorum. ^bQuicumque etiam epulas suas eò deferunt, quod quidem à Christianis melioribus non fit, & in plerisque terrarum nulla talis est cōsuetudo: tamen quicumque id faciunt, quas cum apposuerint, orant, & auferūt, vt vescantur: vel ex eis etiam indigētibus largiantur, sanctificari ibi eas volunt per merita martyrum in nomine Domini martyrum. ^cNon autem ista esse sacrificia martyrum nouit, qui nouit vnum, quod Deo illic offertur sacrificiū Christianorum. Nos itaque martyres nostros nec diuinis honoribus, nec humanis criminibus colimus, sicut colunt illi deos suos, nec sacrificia illis offerimus, ^dnec deorum probra in eorum sacra conuertimus. Nam de Iside vxore Osiris Ægyptia dea, & de parentibus eorum, qui omnes reges fuisse scribuntur: quibus parentibus suis illa cum sacrificaret, ^einuenit hordei segetem, atq; indē spicas marito regi & eius consiliario Mercurio demonstrauit: vnde eandem & Cererem volunt, quæ & quanta mala non à poetis, sed à mysticis eorum literis me-

moriarē mādāta sint: sicut Leone sacerdote prodēte ad Olympiadem matrem scribit Alexander: legant qui volūt, vel possunt: & recolant qui legerunt: & videant quibus hominibus mortuis, vel de quibus eorū factis tanquam diis sacra fuerint instituta. Absit vt eos, quanuis deos habeant, sanctis martyribus nostris, quos tamen deos non habemus, vlla ex parte audeant comparare. Sic enim non constituimus sacerdotes, nec offerimus sacrificia martyribus nostris: quia incongruum, indebitū, illicitum est, atque vni Deo tantummodo debitum: vt nec criminibus suis, nec ludis eos turpissimis oblectemus, vbi vel flagitia isti celebrāt deorum suorum, si cūm homines essent talia comiserunt, vel conficta delectamenta demonum noxiorum, si homines non fuerunt. Ex isto genere demonum Socrates non haberet deum, si haberet deū: sed fortasse homini ab illa arte faciēdi deos alieno & innocenti, illi importauerunt talem deum, qui eadem arte excellere voluerunt. Quid ergo plura? Non esse spiritus istos colendos propter vitam beatam, quæ post mortem futura est, nullus vel mediocriter prudēs ambigit. Sed fortasse dicturi sunt, deos quidem esse omnes bonos, dæmones autem alios bonos, alios malos: & eos, per quos ad vitam in æternum beatam perueniamus, colendos esse censebunt quos bonos opinantur. quod quale sit, iam in volumine sequenti videndum est.

L. VIVES.

Cyprianus **V**EL Cypriane. *Et sic fuit episcopus Carthaginensis, doctissimis plerisque iuxta ac sanctissimis ingenij monumentis aditus clarus, insignis quoque martyrio sub Valeriano Cesare, vt Pontius eius diaconus scribit:*

b Quicumque etiam epulas. *Et sic mos præcipuè valuit in Africa, sicut August. in 6. Confessionum restatur, matremque suam refert ad ad memorias sanctorum attulisse Mediolani pultes, & panem, & merum. dedissetque ostiario. Sed hæc Ambrosius fieri vetuit, ne vlla occasio daretur ebriosis se ingurgitandi, & quia illa quasi parentalialia superstitioni gentilium essent simillima.*

c Non autem ista esse sacrificia martyrum. *Multi Christiani in re bona plerunque peccant, quod diuos diuāsque non aliter venerantur, quàm Deum. Nec video in multis quod sit discrimen inter eorum opinionem de sanctis, & id quod gentiles putabant de suis diis. Impia est opinio Vigilantiy, qui omni honore martyres priuabat, stultitia Eunomy, qui ne cogeret adorare mortuum, templa martyrum non ingre-*


ingrediebatur. Venerandi sunt martyres, non adorandi ut Deus: quem-
admodum Hieronymus in Vigilantium differit.

d Nec eorum probra. } Atqui mos nunc est, quo tempore sacrum
celebratur Christi morte sua genus humanum liberantis, ludos nihil pro
à scenis illis veteribus differentes populo exhibere. etiam si aliud non
dixero satū turpe existimabit, quisquis audiet, ludos fieri in re maximè
seria. Ibi ridetur Iudas quàm potest ineptissima iactans, dum Christum
prodit: ibi discipuli fugiunt militibus persequentibus, nec sine cachinnis
& aëlorum & spectatorum: ibi Petrus auriculam resindit Malcho,
applaudente pullata turba, ceu ita vindicetur Christi captiuitas. Et post
paulum, qui tam strenuè modo dimicarat, rogationibus unius ancillule
territus abnegat magistrum, ridete multitudine ancillam interrogatam,
& exsibilante Petrum negantem. Inter tot ludentes, inter tot cachinnos
& ineptias solus Christus est serius, & seuerus. cùmque affectus cona-
tur mæstos elicere, nescio quo pacto non ibi tantum, sed etiam ad sacra
frigefacit, magno scelere atque impietate, non tam eorum qui vel spectat,
vel agunt, quàm sacerdotum, qui eiusmodi fieri curant. Sed hisce de re-
bus loquemur forsā commodiore loco.

e Inuenit hordei segètem. } Diodorus lib. I. triticum & hordeum
ab Iside inuenta perhibet: ideo in quibusdam urbibus inter alia qua I-
sidis sacris inferunt, triticum & hordeum conspiciuntur. Osirim verò ma-
ritum earum frugum utilitate animaduersa ostendisse mortalibus usum:
tum & ex hordeo potum fieri in his regionibus, qua ferendis vitibus
apta non essent, ceruistam, ut puto, qua populi Septentrionales vtuntur.
Verùm antiquissimum fuisse ex hordeo cibum testatur Plin. lib. 18. ex
Atheniensem ritu Menandro autore, antiquior (in triticeo esse dubi-
tandum nõ est. Nunquam enim homines hordeaceo pane vixissent, si no-
uissent triticum, quo reperto continuo hordeum damnatum est, & qua-
drupedum refeclibus traditum, sicut Plinius inquit.

bilissimi sentiunt, cum quibus velut cū excellentioribus placuit istam examinare quæstionem, vtrum cultus plurimorum deorum prosit ad consequendā vitam beatam, quæ post mortem futura est, libro superiore quæsiuimus, quo pacto ipsi demones qui talibus gaudent, qualia boni & prudentes homines auersantur & damnant: id est, sacrilegia, flagitiosa, facinorosa: nō de quolibet homine, sed de ipsis diis figmēta poetarum, & magicarum artium sceleratam puniendamque violentiam, possint quasi propinquiores & amiciores diis bonis cōciliare homines bonos: & hoc nulla ratione posse comperitū est. Proinde hic liber, sicut in illius sine promissimus, disputationem continere debebit de differentia, si quam volunt esse: non deorum inter se, quos omnes bonos dicunt, nec de differentia deorum & dæmonum, quorum illos ab hominibus longè latèque seiungunt, istos inter deos & homines collocant, sed de differentia ipsorum dæmonum, quod ad præsentem pertinet quæstionem.

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
NONVM LIBRVM DE
ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.

a  Ed illi qui deos quosdam. } *Plato deos omnes in Con-
uiuio bonos esse dixit: demones verò etsi non bonos, neque
malos tamen sed median quendam naturam, & neutram.
Mercurius ἀγγελοῦ ἀγαθῶς tum etiam ποιητῆς vocat, id est, bonos an-
gelos & malos. Porphyrius in libris Sacrificiorum dæmonum duo facit
genera: bonos & beneficos, malos & maleficos, quod est et cum Plato-
nicis ferè commune.*

b Ab Homero fateantur. } *Plutar. huius in libello, quòd cessarunt
oracula, ait Homerum inter deos & demones nihil fecisse discriminis:
eosdem demones modò, modò deos nominasse. Ita dæmonium nominat
Iouem: quod verbum, ut interpres quidam inquit, ex mediis est, modò
ad laudem spectans, modò ad vituperium. In primo verò Iliad. Iouem
ait μὲν δαίμονας ἀλλυς, per quod & ipsum & alios omnes deos demones
esse declarat, quò loco idem interpres ait: ἔτι μὲν δαίμονας καλεῖ τῆς*

θεός, ἢ τοὶ δαίμονες. ἔμπειροι γὰρ, καὶ ἰδρὶς πάντων αὐτοὶ εἰσιν, ἢ ὅτι δια-
 τικτὰ εἰσι καὶ διοικητὰ τῶν ἀνθρώπων. Sic, inquit, demones vocat deos,
 seu quod ignari sunt, & rerum experti omnium, quod sapientes, seu quod
 arbitri sunt, & rectores hominum. Iulius Pollux. θεός, καὶ θεοί, καὶ δαίμο-
 νες ἕτεροι γὰρ ὁ μῦθος δαίμονας καλεῖν τὸς θεός. καὶ πλάτων δὲ τὸν τῷ
 πάντος κυβερνήτην μάλιστα δαίμονα αἰετοῦσιν. ἐπειδὴ τῆς αὐτῆς χεῖρας τὸ
 θεῶν καὶ δαιμόνων. Deus, inquit, & dij, & demones. Sic enim Homero
 placuit, deos ipsos vocare demones. Et Plato quoque gubernatorem o-
 mnium maximum demonem nuncupauit. Quandoquidem idem est &
 numinis & demonij usus. Maximi demonis meminit in lib. De republ.
 Plato. Sed considerandum de Deo parente rerum vniuersarum, an de
 principe demonum, qui velut distributi in praefecturas sunt, sentiat.
 Procli verba haec sunt in libro De anima & demone. Vbi que enim
 quod proximè praest in quodam demonis ordine ad inferius se habens
 appellare demonem consueuerunt, quo usu Iupiter apud Orpheum Sa-
 turnum patrem demonem appellauit. Et ipse Plato in Timaeo demones
 nuncupauit deos illos, qui generationem è propinquo disponunt, ubi ait:
 De alijs verò demonibus tractare, eorumque generationem in lucem a-
 dere, maius est quàm ferre humanum possit ingenium: comparatione v-
 sique demon est eiusmodi, qui videlicet proximè unicuique prouidet,
 etiam si Deus sit, ac etiam si Deo sit inferior. Haec proclus.

An inter demones, quibus dij superiores sunt, sit aliqua pars bonorum,
 quorum praesidio ad veram beatitudinem possit humana
 anima peruenire. CAP. II.

A Pud plerosq; enim vsitatū est dici, alios bonos, alios
 malos dæmones, quæ siue sit etiam Platonicoꝝ phi-
 losophoꝝ, siue quorumlibet sententia, nequaquam
 eius est negligenda discussio, ne quisquam velut dæmones
 bonos sequendos sibi esse arbitretur, per quos tanquam me-
 dios dijs, quos omnes bonos credit dum conciliari affectat &
 studet: vt quasi cum eis possit esse post mortem irretitus ma-
 lignorum spirituum: deceptusque fallacia, longè aberrat à
 vero Deo, cum quo solo, & in quo solo, & de quo solo anima
 humana, id est, rationalis & intellectualis beata est,

Quæ dæmonibus Apuleius ascribat, quibus cum rationem
 non subtrahat, nihil virtutis assignat.

CAP. III.

Væ igitur est differētia dæmonum bonorum & ma-
 lorum: quandoquidem Platonice Apuleius de his
 vniuersaliter disserens, & tam multa loquens de aë-
 reis

reis eorum corporibus, de virtutibus tacuit animorum, quibus essent præditi, si boni essent. Tacuit ergo beatitudinis causam, indicium verò miseræ tacere non potuit, confitens eorum mentem, qua rationales esse perhibuit, nõ saltem imbutam munitamque virtute, passionibus animi irrationabilibus nequaquam cedere, sed ipsam quoque, sicut stultarum mentium mos est, procellosis quodammodo perturbationibus agitari. Verba nanque eius de hac re ita sunt: Ex hoc ferme dæmonū numero, inquit, Poëtæ solent haudquaquam procul à veritate, osores & amatores quorūdam hominum deos fingere: hos prosperari & euehere, illos contra aduersari & affligere. Igitur & misereri, & indignari, & angi, & leteri, omnemque humani animi faciem pati: ac simili motu cordis & salo mentis, per omnes cogitationum ætus fluctuare, quæ omnes turbellæ tempestatésque procul à deorum cælestium tranquillitate exulant. Num est in his verbis vlla dubitatio, quòd non animorum aliquas inferiores partes, sed ipsas dæmonum mentes, quibus rationalia sunt animalia, velut procellosum salum dixit passionum tempestate turbari: vt ne hominibus quidem sapientibus cõparandi sunt, qui huiusmodi perturbationibus animorum, à quibus humana non est immunis infirmitas: etiam cum eas huius vitæ conditione patiuntur, mente imperturbata resistunt: non eis cedentes ad aliquid approbandum vel perpetrandum, quod exorbitet ab itinere sapientiæ & lege iustitiæ, sed stultis mortalibus, & iniustis, nõ corporibus, sed moribus similes: vt non dicam deteriores, eo quòd vetustiores, & debita pœna insanabiles, ipsius quoque mentis, vt iste appellauit, salo fluctuāt: nec in veritate atque virtute, qua turbulentis & prauis affectionibus repugnatur, ex vlla animi parte consistunt.

De perturbationibus quæ animo accidunt, quæ sit Peripateticorum Stoicorūque sententia. CAP. IIII.

DVæ sunt sententiæ philosophorum de his animi motibus, quos Græci *πάθη*, nostri autem quidam, sicut Cicero, perturbationes, quidam affectiones vel affectus, quidam verò sicut iste de Græco expressius passionnes vocāt. Has ergo perturbationes, siue affectiones, siue passionnes quidam philosophi dicunt etiam in sapientem cadere, sed moderatas rationique subiectas, vt eis leges quodammodo quibus ad necessarium redigantur modum domi-

natio mentis imponat. Hoc qui sentiunt, Platonici sunt siue Aristotelici, cū Aristoteles discipulus Platonis fuerit, qui sanctam Peripateticam condidit. Aliis autem, sicut Stoicis cadere vllas omnino huiusmodi passiones in sapientem nō placet. ^a Hos autem, id est, Stoicos, Cicero in libris De finibus bonorum & malorum, verbis magis quā rebus aduersus Platonicos seu Peripateticos certare conuincit: quandoquidem ^b Stoici nolunt bona appellare, sed commoda corporis & externa: eo quōd nullum bonū volunt esse hominis præter virtutem, tanquam artem bēne viuendi, quæ non nisi in animo est. ^c Hæc autem isti simpliciter & ex communi consuetudine loquēdi appellant bona: sed in comparatione virtutis, qua rectē viuitur, parua & exigua. Ex quo fit, vt ab vtrisque quomodolibet vocentur, seu bona seu commoda, pari tamen æstimatione pēsentur: nec in hac quæstione Stoici delectentur nisi nouitate verborum. Videtur ergo mihi etiam in hoc, vbi quæritur, ^d vtrum accidant sapienti passiones animi, an ab eis sit prorsus alienus, de verbis eos potius quā de rebus facere controuersiam. Nā & ipsos nihil hinc aliud quā Platonicos & Peripateticos sentire existimo, quantum ad vim rerum attinet, non ad vocabulorum sonum. Vt enim alia omitam, quibus id ostendam, ne longum faciā, aliquid vnum quod sit euidentissimum dicam. In libris quibus titulus est Noctium Atticarum, ^e scribit A. Gellius, vir elegantissimi eloquij, & ^f multæ ac facundæ scientiæ, se nauigasse aliquando cum quodam philosopho nobili Stoico. Is philosophus, sicut latius & vberius, quod ego breuiter attingam, narrat A. Gellius, cū illud nauigium horribili cęlo & mari periculosissimè iactaretur, vi timoris expalluit. Id animaduersum est ab eis qui aderant: quanuis in mortis vicinia curiosissimè attentis, vtrumne philosophus animo turbaretur. Deinde tempestate tranfacta, mox vt securitas præbuit colloquendi, vel etiam garriendi locum, quidam ex his, quos nauis portabat diues luxuriosus ^g Asiaticus, philosophum compellat, illudēs quōd extimuisset atque palluisset, cū ipse mansisset intrepidus in eo quod impendebat exitio. ^h At ille Aristippi Socratici responsum retulit, qui cū in re simili eadem verba ab homine simili audisset: respondit illum pro anima nequissimi nebulonis merito nō fuisse sollicitum, se autem pro Aristippi anima timere debuisse. Hac illo diuite responsione depulso,

pulso, postea quæsiuit A. Gellius à philosopho nõ exagitan-
 di animo, sed discendi, quænam illa ratio esset pauoris sui. Qui
 vt doceret hominem sciendi studio gnauiter accensum, pro-
 tulit statim de sarcinula sua ^l Stoici Epicteti librum, in quo
 ea scripta essent, quæ congrueret decretis Zenonis & Chry-
 sippi, quos fuisse Stoicorum principes nouimus. In eo libro se
 legisse dicit A. Gellius, hoc Stoicis placuisse, ^k quòd animi vi-
 sa, quas appellant phantasias: nec in potestate est vtrũ, & quã-
 do incidat animo, cum veniant ex terribilibus & formidabili-
 bus rebus, necesse esse etiã sapientis animum moueant: ita vt
 paulisper vel pauescat metu, vel tristitia contrahatur, tanquã
 his passionibus præuenientibus mentis & rationis officium:
^l nec ideo tamen in mente fieri opinionẽ mali, nec approbari
 ista, eisq; cõsentiri. Hoc enim esse volunt in potestate. idq; in-
 teresse censent inter animũ sapientis & stulti: quòd stulti ani-
 mus eisdem passionibus cedit, atque accommodat mentis as-
 sensum: sapientis autem quanuis eas necessitate patiat, re-
 tinet tamẽ de his quæ appetere vel fugere rationabiliter de-
 bet, veram & stabilem inconcussa mente sententiam. Hęc vt
 potui, non quidem commodius A. Gellio, sed certè breuius,
 & vt puto, planius exposui: quẽ ille se in Epicteti libro legis-
 se commemorat, eum ex decretis Stoicorũ dixisse atque sen-
 sisse. Quæ si ita sunt, aut nihil, aut penè nihil distat inter Sto-
 icorum aliorũque philosophorum opinionem de passioni-
 bus & perturbationibus animorum. Vtrique enim mentem
 rationemque sapientis ab earum dominatione defendunt. Et
 ideo fortasse dicunt eas in sapientem non cadere Stoici: quia
 nequaquam eius sapientiã, qua vtique sapiens est, vilo errore
 obnubilant, aut labe subuertunt. ^m Accidunt autem animo
 sapientis, salua serenitate sapientiæ, propter illa quæ commo-
 da vel incommoda appellant, quanuis ea dicere nolint, bona
 vel mala. Nam profecto si nihili pèderet eas res ille philoso-
 phus, quas amissurum se naufragio sentiebat, sicuti est vita
 ista salusque corporis: non ita illud periculum perhorresce-
 ret, vt palloris etiam testimonio proderetur. Veruntamen &
 illam poterat per motionem pati, & fixam tenere mente sen-
 tentiam, vitam illam salutemque corporis, quorum amissio-
 nem minabatur tempestatis immanitas, non esse bona quæ
 illos quibus inessent facerent bonos, sicut facit iustitia. Quod
 autem aiunt ea nec bona appellanda esse, sed commoda: ver-

borum certamini, nō rerum examini deputandum est. Quid enim interest, vtrum aptius bona vocentur, an commoda: dum tamen ne his priuetur, non minus Stoicus, quā Peripateticus pauescat & palleat: ea non æqualiter appellando, sed æqualiter æstimando? Ambo sanè si bonorum istorum seu commodorum periculis ad flagitium vel facinus vrgeantur, vt aliter ea retinere non possint: malle se dicunt hæc amittere, quibus natura corporis salua & incolumis habetur, quā illa committere, quibus iustitia violatur. Ita mens, vbi fixa est ista sententia, nullas perturbationes, etiam si accidant inferioribus animi partibus, in se contra rationem præualere permittit: quinimò ipsa dominatur, eisque non consentiendo, sed potius resistendo regnum virtutis exercet. Talem describit etiam Vergilius Æneam, vbi ait:

Mens immota manet, lachrymæ voluntur inanes.

L. V I V E S.

a **H**OC autem Cicero. } *Libro tertio De finibus inducitur à Cicerone M. Caton minor pro Stoicis, quam sectam ille tuebatur, de summo bono differens. Quarto libro idem ipse Cicero diluit argumenta omnia Stoicorum, ostendūque ipsos non rebus à Platonicis & Peripateticis differre, sed nouitate verborum: quorum artifex fuit princeps ipse discipline Zenon.*

b *Nolunt bona appellare, sed commoda. } Cic. in Finibus estimabilia nominauit, & primo Acad. sic ait: Zeno igitur omnia, quæ ad beatam vitam pertinerēt, in vna virtute ponebat: nec quicquam aliud numerabat in bonis, id quod appellabat honestum, quod esset simplex quoddam, & solum, & vnum bonum. Cætera autem, etsi nec mala essent, tamen alia secundum naturam dicebat, alia nature contraria, iis ipsis alia interiecta & media numerabat. Quæ autem secundum naturam essent, ea sumenda, & quedam estimatione dignanda docebat: contrariæque contraria. Neutra autem in mediis relinquebat, in quibus ponebat nihil omnino esse momenti: sed quæ essent sumenda, ex aliis alia plura esse estimanda, alia minoris: quæ plura, ea præposita appellabat: Reiecta autem, quæ minoris. Hæc ibi. In tertio De finibus præposita dicit *ἀπορρητὰ* esse dicta, contraria verò *ἀπορρητὰ*.*

Bonorum *c* *Hæc autem isti simpliciter. } Plato quarto De legibus, tria genera genera nera bonorum ponit, quæ in animo, quæ corpore, & quæ extrinsecus. Sed hæc posteriora sine virtute, non modò nihil iuuare, sed esse quoque*
dannosa,

damnosa, & pernicie plena, dicique humana. cum illa que animo herent sint diuina, quibus solus diuinus fit homo ac beatus: nec illa corporis aut externa rectè ac propriè bona esse nominanda sed proportionè quadam & similitudine: nec omnibus, sed solis iustis, quibus etiam que mala vulgus appellat, maiora & veriora sunt bona, quàm bona illa in sceleratis hominibus, que in his aliud non sunt præter paratissima flagitii magnisque malis instrumenta. Hæc & similia multis locis Platonis, à quo præclara illa & admirabilia Stoicorum dicta, que Græci *θεῖα* vocant, & diuina, ut sunt, existimantur, præpò omnia manarunt: ut quod solum honestum sit bonum: solus sapiens & diues & liber sit. bonos beatos, improbos miseros: fœliciores qui accipit iniuriam, quàm qui facit: bona tamen vocauit ea, que fortunæ sunt, aut corporis, quòd illis; sicut Apuleius inquit in dogmate Platonis, ad usum vitæ communis opus est: cura verò corporis ad viuendum necessaria, ita tamen ut hæc eadem fiant virtute meliora, eiusque suffragiis beatitudinis commodis copulentur. Quocirca hæc Platonis tum demum sunt bona, cum in virtutis instrumenta & ministerium transiunt: que si virtuti obstrepant, & eam turbent, pernicies meræ & pestes sunt. Hunc Aristoteles est secutus.

d Vtrum accidant sapienti paf. } Cic. 4. Tuscul. quest. quot & qui sunt affectus, docet, quibus omnibus vacare prorsus sapientem suum volunt Stoici. At Platonici, & qui in multis eidem sunt Peripatetici, natura illos esse inditos aiunt: nec euelli posse, sed moderari & regi.

e Scribit A. Gellius. } Vixit Gellius Adriano principe, sub quo libros Noctium Atticarum scripsit. Vixit est Favorino familiariter, & Tauro philosophis: Apollinare & Probo grammaticis. Quis fuerit ingenio ac eruditione, habemus Augustini præiudicium, cui maxima, seu omnis potius grammaticorum manus suffragatur. Nescio an quia is *ὀυότερον*, ita ut integrum iam nobis non sit de illo aliter pronunciare, tametsi mihi pax Augustini dixerim, longe aliter videatur. Sed de ea re commodius alibi. Quod hic Augustinus citat, scribitur Gellio primo capite libri vndeicesimi.

f Multæ ac facundæ scientiæ. } Alibi, multum fœcundæ scientiæ.

g Asiaticus. } Hoc auget etiam nomen luxuriæ. nam ibi nata & alita videtur.

h Et ille Aristippi. } Hoc Aristippus dixit, cum Corinthum navigaret: Laertius.

i Stoici Epicleti. } Hic natus est Hieropoli Phrygiæ, seruiuit Epaphrodito cubiculario Neronis, & etate longa pertigit tempora Antoninorum. De hoc est illud distichum: Epicletus

Δύλ. & ἄπικτιτος γατόμω, κὶ σώματι πνεύς,

Καὶ πνίλω ἴερε κὶ φίλ. & ἀδυνατοίς.

Seruus Epictetus fueram, qui & corpore mancus,

Paupertate Irus, diu, sed amicus eram.

Fuerat enim claudus. Eius etiam sunt illa duo verba αἰσχρῆ, κὶ ἀπέχρῆ, comine & abstine. auctor Gell. varijs locis. Huius scripta fuerunt pauca, quæ tamen Suida memoria iam non extabant. nam enchiridion ab Arriano conscriptum esse constat Epicteti discipulo: hic verò liber, quem philosophus protulit, erat αἰεὶ διαλέξιον, hoc est, disputationum quintus.

Phantasia k Quod animi visa, q. a. p. } Φαντασία & φαντασμοὶ à φαντίζω ducitur, quod est, imaginor. Cicero, visum transfert, estque illud, quod anime pars imaginatiua videt. sibi videtur, generaturque ex impulsu extrinsecus oblato, quæ assensio consequitur, vel dissensio, in quibus est opinio. Affectus verò, quos damnare videbantur Stoici, sunt quos ipsi nobis inuehimus ex falsis nostris & deprauatis rerum iudicijs atque opinionibus, nam dolorem esse dicebant opinionem magni mali presentis: letitiam opinionem magni boni presentis: libidinem opinionem magni boni futuri: metum, magni mali. Vnde est illud Senecæ Stoici, opinione nos sepius quàm re laborare, esseque plura quæ nos terreant, quàm quæ premant. De quis puto me iam alibi dixisse. Porro opinionem quæ sit imbecillus assensus, rebus non sat expensis atque examinatis in sapientem non cadere.

Opinio

l Nec ideo tamen in mente fieri. } In Enchiridio enim Epicteti Arrianus iubet sapientem virum simul ac primum phantasia tangitur horribili, considerare visum esse illud, nec ita rem se habere ut videtur. m Accidunt autem animo sapientis. } Plato in Legibus, velut veruos esse dicit affectus in homine, & ceu funiculos quosdam à natura inditos, à quibus trahamur: ac quemadmodum inter se contrarij sunt ipsi sic & nos in varias diuersasque partes ab illis raptari: sed profectò qui illis dominam rationem præfecerit, & parère coegerit, sensurum exiguas esse eorum vires.

Quòd passiones quæ Christianos animos afficiunt, non in vitium trahant, sed virtutem exerceant.

C A P. V.

Non est nunc necesse copiosè ac diligenter ostendere, quid de istis passionibus doceat scriptura diuina, qua Christiana eruditio continetur. Deo quippe illam ipsam mentem subiicit regendam & iuandam, mentique passiones ita moderandas, atque frænandas, vt in vsum iustitiæ

iustitiæ conuertantur. Denique in disciplina nostra, non tam quæritur, vtrum pius animus irascatur, sed quare irascatur: nec vtrum sit tristis, sed vnde sit tristis: nec vtrum timet, sed quid timeat. Irasci enim peccanti, vt corrigatur: contristari pro afflicto, vt liberetur: timere periclitanti, ne pereat: nescio vtrum quisquam sana consideratione reprehēdat. ^a Nam & misericordiam Stoicorum est solere culpā. Sed quantò honestius ille Stoicus misericordia perturbaretur hominis liberandi, quàm timore naufragij. Longe melius & humanius, & piorum sensibus accommodatus ^b Cicero in Cæsaris laude locutus est, vbi ait: Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior misericordia est. Quid est autem misericordia, nisi alienæ miseræ quædam in nostro corde compassio. qua vtique si possimus, subuenire compellimur? Seruit autem motus iste rationi, quando ita præbetur misericordia, vt iustitia conseruetur: siue cùm indigenti tribuitur, siue cùm ignoscitur pœnitenti. ^c Hanc Cicero locutor egregius non dubitauit appellare virtutem, quam Stoicos inter vitia numerare non pudet: qui tamen, vt docuit liber Epicteti nobilissimi Stoici ex decretis Zenonis & Chrysippi, qui huius sectæ primas partes habuerunt, huiuscemodi passiones in animum sapientis admittunt, quem vitis omnibus liberum esse volunt. Vnde fit consequens, vt hæc ipsa non putent vitia, quando sapienti sic accidunt, vt contra virtutem mentis, rationemque nihil possint, & vna sit, eademque sententia Peripateticorum, vel etiam Platonicorum & ipsorum Stoicorum. ^d Sed, vt ait Tullius, verbi controuersia iam diu torquet homines Græculos, contentionis cupidores, quàm veritatis. Sed adhuc meritò quæri potest, vtrum ad vitæ præsentis pertineat infirmitatem, etiam in quibusque bonis officiis huiuscemodi perpeti affectus. Sancti verò angeli cùm & sine ira puniant, quos accipiunt æterna Dei lege puniendos, & miseris sine miseræ compassione subueniant, & periclitantibus eis quos diligunt sine timore opitulentur: tamen istarum nomina passionū consuetudine locutionis humanæ, etiam in eos vsurpantur, propter quandam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem: sicut ipse Deus secundum scripturas irascitur, nec tamen vlla passione turbatur. Hoc enim verbum vindictę vsurpauit effectus, non illius turbulentus affectus.

L. VIVES.


a **N**Am & misericordiam Stoicorum. } Cicero pro Murena
 Irridens paradoxa Stoicorum, supplices aliqui veniunt miseri
 & calamitosi. Sceleratus & nefarius fueris, si quicquam misericordia
 adductus feceris.

b Cice. in Cæsaris laude. } In oratione pro Q. Ligario: Nulla de
 virtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est.


c Hanc Cicero locutor. } Significat loquentia fuisse in Ciccone
 satis, ut Salustius de Catilina scribit, sapientia illius germana ac vera
 non multum, qua solùm est in iis, qui òni Deo præpotenti & principi
 mundi seruum, eiusque sapientia filio.

d Sed, ut ait Tullius, verbi controuersia. } In primo De oratore
 verba sunt Crassi afferentis, quid de oratoris nomine senserint Græci.

Quibus passionibus dæmones confitente Apuleio exagitentur, quo-
 rum ope homines apud deos asserit adiuuari. CAP. VI.

 Va interim de sanctis angelis quæstione dilata, vi-
 deamus quemadmodum dicant Platonici medios
 dæmones inter deos & homines constitutos, istis
 passionum æstibus fluctuare. Si enim mente ab his libera eis-
 que dominante, motus huiuscemodi non paterentur, non
 eos diceret Apuleius simili motu cordis & salo mētis per om-
 nes cogitationum æstus fluctuare. Ipsa igitur mens eorum, id
 est, pars animi superior, qua rationales sunt, & in qua virtus
 & sapientia, si vlla eis esset, passionibus turbulentis inferiorū
 animi partium regendis moderandisque dominaretur. Ipsa
 inquam mēs eorum, sicut iste Platonicus confitetur, salo per-
 turbationum fluctuat. Subiecta est ergo mens dæmonum pas-
 sionibus libidinum, formidinum, irarum, atque huiuscemodi
 cæteris. Quæ igitur pars in eis libera est, compósque sapien-
 tiæ, qua placeant diis, & ad horum morum similitudinem ho-
 minibus consulant, cum eorum mens passionum vitiis subiu-
 gata & oppressa, quicquid rationis naturaliter habet ad fal-
 lendum & decipiendum, tantò acrius intendat, quantò eam
 magis possidet nocendi cupiditas?

Quòd Platonici figmentis poetarum infamatos deos asserant de
 contrariorum studiorum certamine, cum hæ partes dæmo-
 num, non deorum sint. CAP. VII.

 Vòd si quisquam dicit non ex omnium, sed ex ma-
 lorum dæmonum numero esse, quos poetæ quorun-
 dam hominū osiores & amatores deos, non procul à
 veritate

veritate confingunt. Hos enim dixit Apuleius, falso mētis per omnes cogitationum æstus fluctuare. Quomodo istud intelligere poterimus, quando cū hoc diceret, non quorundam, id est, malorum, ^a sed omnium dæmonum medietatem, propter aërea corpora inter deos & homines describebat? Hoc enim ait fingere poëtas, quòd ex istorum dæmonum numero deos faciunt, & eis deorum nomina imponunt: & quibus voluerint hominibus ex his amicos inimicòsq; distribuunt, ficti carminis, impunita licentia, cū deos ab his dæmonum moribus & cælesti loco & beatitudinis opulentia remotos esse perhibeant. Hæc est ergo fictio poëtarū, deos dicere, qui dii non sunt, eosq; sub deorū nominibus inter se decertare propter homines, quos pro studio partium diligunt vel oderunt. Non procul autem à veritate dicit hanc esse fictionem: quoniam deorum appellati vocabulis, qui dii non sunt, tales tamen describuntur dæmones, quales sunt. ^b Deniq; hinc esse dicit Homericā illam Mineruā, quæ mediis cœtibus Græsum cohibendo Achilli interuenit. Quod ergo Minerva illa fuerit, poëticum vult esse figmentum, ^c eo quòd Mineruam deam putat, eamq; inter deos, quos omnes bonos beatòsque credit, in alta ætherea sede collocat, procul à conuersatione mortalium. Quòd autem aliquis dæmonò fuerit Græcis fauēs, Troianisq; contrarius, sicut alius aduersus Græcos Troianorum opitulator, ^d quem Veneris, seu Martis nomine idē poeta commemorat, quos deos iste talia non agentes in cælestibus habitationibus ponit, & hi dæmones pro his quos amabant cōtra eos quos oderant inter se decertauerint: hoc non procul à veritate poëtas dixisse confessus est. De his quippe ista dixerunt, quos hominibus simili motu cordis, & falso mentis, per omnes cogitationū æstus fluctuare testatur, vt possent amores & odia non pro iustitia, ^e sed sicut populus similis eorum in venatoribus & aurigis, secundum suarum studia partium, pro aliis, aduersus alios exercere. Id enim videtur philosophus curasse Platonicus: ne cū hæc à poëtis canerentur, non à dæmonibus mediis, sed ab ipsis diis, quorum nomina poëta fingendo ponunt, fieri crederentur.

L. V F V E S.

^a Sed omnium dæmonum medietatem. } Quòd mediū sint inter deos & homines, non de medietate molis intelligendum, sed loci & nature.

b Denique hinc esse dicit Homericam illam Mineruam. *Apuleij sunt verba. Homerus verò de Minerua id canit a. Iliad. que Achilli in cohibuit, ne impetum in Agamemnonem faceret inter iurgia.*

c Eo quòd Mineruam. *Nam una est ex illis 12. dijs consentibus, quos distichis persequutus est Ennius: qui sunt ex dijs altissimis & optimis, quos natura visibus humanis denegauit.*

d Quem Veneris seu Martis nomine idem poëa. *Plutarchus in libello, quòd cessauerunt oracula: Existimant omnia bella, omnes calamitates, que scribuntur de dijs, non deorum fuisse, sed magnorum quorundam dæmonum.*

e Sed sicut populus similis, &c. *In circo quadrigæ agitabantur, & v. nationes exhibebantur: indui quæ erant quadrigarum panno aut albo, aut ceruleo, aut viridi, aut rufo. Hinc quatuor factiones aurigarum: alij ex populo alijs fauebant, suo quisque colori. Domitianus, vt Tranq. scribit, duas ludis circensibus addidit factiones, aurati panni, & purpurei.*

Colores Circenses *Numerantur & colores inter istos factionum circensium, prasinus, qui est viridis, & Venetus, qui est ceruleus: quorum meminit Martialis. Illos veteres colores quatuor anni temporibus dicatos fuisse, sunt qui interpretentur. Ceruleum hybernis aquilonibus. Venetum virenti veri candidum autumni pruinis. Rufum æstiuis ignibus. Plin. lib. Epistolarum 8. de factionibus istis loquens: Quo magis miror, tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos insidentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum a nant: & si in ipsa cursu, medioque certamine, hic color illuc, ille huc transferatur. Studium, fauorque transibit, & repente agitatores illos, illos equos, illos quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquunt. Tanta gratia, tanta autoritas, in una vilissima tunica. Mitto apud vulgus, quod vilis tunica, sed apud quosdam graues homines. Hæc Plinius.*

De diis cælestibus, & dæmonibus aëreis, hominibusque terrenis Apuleij Platonici definitio.

C A P. V I I I.



Vid illa ipsa definitio dæmonum? Parùmne in-
tuenda est, vbi certè omnes determinando cõplexus est? Quod ait dæmones esse genere animalia, animo passiuæ, mente rationalia, corpore aërea, tempore æterna. In quibus quinq; commemoratis, nihil dixit omnino, quod dæmones cum bonis saltem hominibus id videretur habere cõmune, quod nõ esset in malis. Nã ipsos homines

homines

mines cùm aliquantò latiùs describēdo complecteretur, suo loco de illis dicens, tanquam de infimis atque terrenis, cùm prius dixisset de cælestibus diis: vt commendatis duabus partibus, ex summo & infimo ad vltimum tertio loco de mediis dæmonibus loqueretur. Igitur homines, inquit, ^a ratione plaudentes, oratione pollentès, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus & anxiiis mentibus, brutis & obnoxiiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, crasso labore, fortuna caduca, singillatim mortales, cuncti tamen vniuerso genere perpetui, vicissim sufficiens prole mutabiles, voluci tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita, terras incolunt. Cùm hic tam multa diceret, quæ ad plurimos homines pertinent, nunquid etiam illud tacuit, quod nouerat esse paucorum, vbi ait, ^b tarda sapiētia? Quòd si prætermisisset, nullo modo rectè genus humanum descriptionis huius tam intenta diligentia terminasset. Cùm verò deorum excellentiam commendaret, ipsam beatitudinem, quò volunt homines per sapiētiā peruenire, in eis affirmavit excellere. Proinde si aliquos demones bonos vellet intelligi, aliquid etiam in ipsorū descriptione poneret, vnde vel cum diis aliquam beatitudinis partem, vel cum hominibus qualemcunq; sapiētiā putarentur habere communem. Nūc verò nullum bonum eorum commemoravit, quo boni discernentur à malis: quanuis & eorum malitiæ liberius exprimendæ pepercit: non tam ne ipsos, quàm ne cultores eorum, apud quos loquebatur, offenderet. Significauit tamen prudentibus, quid de illis sentire deberēt, quandoquidem deos, quos omnes bonos beatosq; credi voluit, ab eorum passionibus, atque, vt ait ipse, turbelis omnino separauit, sola illos corporum eternitate coniungens: animo autem non diis, sed hominibus similes dæmones apertissimè inculcans: & hoc non sapiētiæ bono, cuius & homines possunt esse participes, sed perturbatione passionum, quæ stultis malisque dominatur: à sapiētib; verò & bonis ita regitur, vt malint eam non habere, quàm vincere. Nam si non corporum, sed animorū eternitatē cum diis habere demones vellet intelligi, nō utiq; homines ab huius rei cōsortio separaret: quia & hominib; æternos esse animos, proculdubio sicut Platonius sentit. Ideò cùm hoc genus animantium describeret, immortalibus animis, moribundis membris dixit esse homines.

L. VIVES.

a **R**atione plaudentes. } *In aliis gaudentes, in aliis cluentes, quod à cluo videtur esse, quod est pugno, magis quàm à clueo, quod est sum, vel nomino.*

b Tarda sapientia. } *Sententia est Platonis, beatos esse illos, quibus vel in senectute veras contigit habere opiniones.*

c Ut malint eam. } *Si fieri posset, carere vellet vir sapiens omni animi perturbatione: sed quandoquidem fieri illud nequit, proximum est an-niti, vt eam superet, habeatque velut in sua potestate.*

An amicitia cælestium deorum per intercessionem dæmonum possit homini prouideri.

CAP. IX.

AC per hoc si propterea communem cum diis eternitatem non habēt homines, quia corpore sunt mortales: propterea ergo dæmones habent, quia corpore sunt immortales: quales igitur mediatores sunt inter homines & deos, per quos ad deorum amicitias homines ambiant, qui hoc cum hominibus habent deterius, quod est in animante melius, id est animum: hoc autem habent cum diis melius, quod est in animante deterius, id est corpus? Cùm enim animans, id est animal ex anima constet & corpore, a quorum duorū anima est vtique corpore melior: & si vitiosa & infirma, melior certè corpore etiam sanissimo atque firmissimo: quoniam eius natura excellētior, nec labe vitiorum postponitur corpori, sicut aurum etiam sordidum argento seu plumbo licet purissimo carius æstimatur. Isti mediatores deorum & hominum, per quos interpositos diuinis humana iunguntur, cum diis habent corpus æternum, vitiosum autem cum hominibus animum, quasi religio qua volunt diis homines per dæmones iungi in corpore sit, non in animo constituta. Quænam tandem istos mediatores falsos atque fallaces quasi capite deorsum nequitia vel pœna suspendit, vt inferiorem animalis partem, id est, corpus cum superioribus: superiorem verò, id est, animum cum inferioribus habeant, & cum diis cælestibus in parte seruiēte cōiuncti, cum hominibus autem terrestribus in parte domināte sint miseri? Corpus quippe seruum est, sicut etiā Salustius ait, animi imperio, corporis seruitio magis vtimur. Adiunxit autem ille, alterum nobis cum diis, alterum cum beluis commune est: quoniam de hominibus loquebatur, quibus sicut beluis mortale corpus est. Isti autem

autem quos inter nos & deos mediatores nobis philosophi prouiderunt, possunt quidem dicere de animo & corpore alterū nobis cum diis, alterum cum hominibus commune est: sed sicut dixi tanquā in peruersum ligati atq; suspensi, seruū corpus cum diis beatis, dominum animum cum hominibus miseris habentes, parte inferiore exaltati, superiore deiecti. Vnde etiam si quisquam propter hoc eos putauerit æternitatem habere cū diis: quia nulla morte sicut animalium terrestriū animi eorum soluuntur à corpore: nec sic existimandum est eorum corpus tanquam honoratorum æternum vehiculum, sed^b æternum vinculum damnandorum.

L. VIVES.

a **Q**uorum duorum anima est utique corpore melior. }
Inherentia namque essentialis rerum perfectiones non mutant: & miror Parisius olim scholam, tam Peripateticam visum esse inter animas discrimē aliquod ponere perfectionis illius, quæ ab specie rei proficiscitur.
 b Æternum vinculum damnandorum. } *Alibi damnatorum, melius. Tam inde à casu celesti sunt damnati.*

Quòd secundum Plotini sententiam minus miseri sunt homines in corpore mortali, quàm dæmones in æterno.

CAP. X.

a **P**lotinus certè nostræ memoriæ vicinus temporibus, Platonē cæteris excellentius intellexisse laudatur. Is, cum de humanis animis ageret, ^b Pater, inquit, misericors, mortalia illis vincula faciebat. Ita hoc ipsum quòd mortales sunt homines corpore, ad misericordiam Dei patris pertinere arbitratus est, ne semper huius vitæ miseria teneantur. Hac misericordia indigna iudicata est iniquitas dæmonum, quæ in animi passui miseria non mortale sicut homines, sed æternum corpus accepit. Essent quippe fœliciores hominibus, si mortale cum eis haberēt corpus, & cum diis beatum animū. Essent autem pares hominibus, si cum animo misero saltem mortale cum eis habere meruissent & corpus: si tamē acquirerēt aliquid pietatis, vt ab erumnis, vel in morte requiescerent. Nunc verò non solum fœliciores hominibus non sunt animo misero, sed etiam miseriorum sunt perpetuo corporis vinculo. Nō enim aliqua pietatis & sapientiæ disciplina proficientes, intelligi volunt ex demonibus fieri deos, cū apertissimè dixerit dæmones æternos,

L. VIVES.

Plotinus

Plotinus certè nostræ memoriæ. } Paulo minus annis du-
centis à Probo ad Honorium principem. In Plotino Augustinus
lib. 3. Acad. videri Platonem reuixisse scribit. Ita fuit ille os Plato-
nis in philosophia purgatissimum & lucidissimum, dimotis nubibus er-
roris. Macrobius quoque principem philosophiæ facit Plotinum cum
Platone. Scribit vitam eius discipulus Porphyrius, quæ est operibus
Plotini præposita.

b Pater, inquit, misericors mortalia illis vincula. } Plato quo-
que in Timæo hominum animos, mortalibus esse à diis minoribus vin-
culis illigatos scribit. Plotinus tamen misericordiam ait in hoc fuisse pa-
tris, ne tam diu mala corporis perpetrentur. Verba eius, si quis fortè re-
quirat, hæc sunt, ex primo libro De dubiis anima. Iupiter verò pater la-
borantes animas miseratus, earum vincula, quibus laborant, solubilia
fabricauit: atque ita intermissiones laborum certis temporum interuallis
instituit, in quibus liberè uiuerent à corporibus, ut ipsæ quoque ibi foret,
ubi est mundi anima semper, circa hæc solli: ita nunquam. Sic ille.

c Cùm apertissimè dixerit. } Ad Apuleium refertur, qui id
quod sequitur, scripsit.

De opinionè Platoniorum, quæ putant animas hominum
dæmones esse post corpora.

CAP. XI.

Dicitur quidem & animas hominum dæmones esse, &
ex hominibus fieri^b Lares, si meriti boni sunt: ^c Le-
mures, seu Laruas, si mali. ^dManes autem deos dici
cùm incertum est, bonorum eos, seu malorum esse meritorū.
In qua opinione, quantam voraginem aperiant sectædis per-
ditis moribus, quis non videat, si vel paululum attendat? Quā-
doquidè quamlibet nequam fuerint homines, vel Laruas se
fieri dum opinantur, vel dum Manes deos, tanto peiores fiunt,
quanto sunt nocendi cupidiores: ut etiam quibusdam sacrifi-
ciis tanquam diuinis honoribus post mortem se inuitari opi-
nentur, ut noceant. Laruas quippe dixit esse noxios dæmones
ex hominibus factos. Sed hinc alia quæstio est. Inde autem
perhibet appellari Græcè beatos *δὲ ἀγαθὰς*, quòd boni sint ani-
mi, hoc est, boni dæmones: animos quoque hominum dæmo-
nes esse confirmans.

L. VIVES.

Dicitur quidem & animas. } Quoniam sepe de Geniis & La-
ribus facta est mentio, feret aequus lector, si locum hunc paulo
fusius

fusus explicuero. Apuleij verba hæc fere sunt: Nam quodam significatu, & animus humanus etiam nunc in corpore situs d'iqum nuncupatur.

Diine hunc ardorem mentibus addunt

Euriale? an sua cuique Deus fit dira cupido?

Igitur & bona cupido animi deus bonus est. Vnde nonnulli arbitrantur, ut iam prius dictum est, Sed iuorat dici beatos, quorum demon bonus est, id est, animus virtute perfectus: quem nostra lingua, ut ego interpretor, hæud sciam, an bono, certè meo quidem periculo, poterit Genium vocare, quoniam is deus, qui est animus sui cuiusque, quanquam sit **Genius** immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur, ut ea preces, quibus Genium precamur ad coniunctionem nostram. Nec desunt, qui videantur mihi obtectari corpus atque animum duobus nominibus comprehendentes, quorum communio & copulatio sumus, & secundo signata species demonum sit animus humanus exutus & liber stipendii vite, corpore suo obiuratis. Hunc veterè Latina lingua reperio Lemurem Lemur dictatum. Ex hisce ergo Lemuribus qui posteriorum suorum curam sortitur, pacato & quieto numine domum possidet, Lar dicitur familiaris. Qui verò propter aduersa vite merita, nullis bonis sedibus in terra vagatione punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, ceterùm noxiùm malis, hunc plerique Laruam perhibent. Cùm verò incertum est, **Larua** qua cuique eorum sortitio euenerit, utrum Lar sit, an Larua, nonnàm Manium deum nuncupant, & honoris gratia, dei vocabulum additum est. Quippe cùm eos deos appellent, qui ex eorum numero iuste ac prudenter vite curriculo gubernato, pro nomine postea ab hominibus præditi, fanis & ceremonis vulgò admittuntur, ut in Bæotia Amphiaræus, in Africa Mopsus, in Aegypto Osiris: alius alibi gentium, Aesculapius ubique. Verùm hæc omnis distributio eorum demonum fuit, qui quondam in corporis fuere numero. Hæc lenus Apuleij verba ex codice corruptissimo, etsi excuso in officina primi nominis. Optimam verò animi nostri partem demona Plato in Timæo nominat. & in Cratylò. Esus verba sunt hæc: Nosti quosnam Hesiodus demones esse dicat, nempe genus illud aureum hominum: ait enim de illis:

Mens an demon.

Ast genus hoc, postquam fatalis condidit hora,

Dæmones, hi puri terrestres tunc vocitantur:

Custodes hominum fœlicès, qui mala pellunt.

Ac puto aureum illud vocari genus, non quòd auro constaret, sed quòd bonum esset ac pulchrum. & coniectura duor, nos ferream gentem ab illo dici. Verùm si quis ex his, qui nunc sunt, bonus sit, eum quoque inter aureos illos Hesiod. numeraris. Porro quid aliud boni sunt,

quàm prudentes? Ob hoc igitur, ut ego quidem sentio, *dæmonas* vocauit, quod prudentes exiuerunt, & rerum gnari: nomen quoque ipsum in vetere nostra lingua ostendit. Bene igitur & ab ipso illo, & à cæteris plerisque poetis est dictum, quicumque aiunt: Bonum cum migrat è vita esse sorte quadam & dignitate prestanti, fierique *dæmonem* ex sapientia nuncupatione. Ad huc ergo modum assero equidem sapientem, quisquis bonus fuerit, & uidentem, & uita functum *dæmonum* esse, recteque *dæmonem* vocari, cui assensus *Hermogenes* ire se in eius sententiam fatetur. Hæc apud *Platonem* Ex quo non dubium quin *Origenes* errorem suum traxerit, cum animas humanas in *dæmones* mutari & hos uicissim in illas, in libro *Dei ap' x'v* scribit. *Porphyrus* quoque *dæmonem* unicuique proprium esse quandam animi partem, nempe mentem: Illumque esse *fælicem* & *iudæiuora*, qui sapientem sortitus est mentem, infælicem qui contra, animas quoque uitæ infectas in malorum *dæmonum* naturam transire, reddique illorū similes mendaciis, & imposturis. *Proclus* tamen hæc omnia explicat iriplicem *dæmonis* rationem ponens. Sic enim scribit: Iam uerò & hoc manifestum est, ubi *Plato* in *Timæo* *dæmonem* ait animalis in nobis rationem constitutam esse. Veruntamen hoc usque ad comparationem quandam nobis esse admitterendum. Alius enim est ipsa essentia *dæmon*. Alius comparatione *dæmon*. Alius habitu vel habitudine *dæmon*. Vbi que enim quod proxime præest in quodam *dæmonis* ordine ad inferius sese habens, appellare *dæmonem* consueuerunt. Quo usu *Iupiter* apud *Orpheum* *Saturnum* patrem *dæmonem* appellauit. Et ipse *Plato* in *Timæo* *dæmonas* nuncupauit deos illos, qui generationem è propinquo disponunt, ubi ait: De aliis uerò *dæmonibus* tractare, eorūque generationem in lucem adere maius est, quàm ferre humanum potest ingenium. Comparatione utique *dæmon* est eiusmodi, qui uidelicet proxime unicuique prouidet, etiam si *Deus* sit, ac etiam si *Deo* sit inferior. Habitudine uerò quadam *dæmon* dicitur animus, qui similitudine quapiam ad genus *dæmonum* mirabiliores, quàm secundum hominem actiues adit, totamque uitam suam suspendit ex *dæmone*. Hac arbutor ratione *Socratem* in *Republica* *dæmonas* animos appellasse, qui uitam bene transfegerint, & in meliorem translati sunt sortem, locaque angustiora iam colant. Ipse denique secundum essentiam *dæmon*, neque propter habitudinem ad sequentia, neque ob aliquam ad aliud similitudinem appellatus est *dæmon*. sed hanc per seipsam proprietatem est sortitus. Atque in existentia quadam, uiribusque propriis, modisque differentibus actionum est distinctus. Omnino uerò anima quidem rationalis in *Timæo* *dæmon* animalis est appellata. Hæc sunt illius uerba. Sed ei parum placet

placet animam nostram simpliciter demonem nominari, quod antea etiam disertis verbis reiecit: nam demon simpliciter cum dicitur, media quaedam est natura inter homines & deos, nec comparatione dici vult demonem aliud, quam animam nostram: non id quod praecipue in ea operatur, velut rationem in sanis, affectum in perturbatis, in quo ab Apuleij sententia dissentit. Nam quod Vergilius inquit, vel ambiguum dictum videri potest, & ut philosophi loquuntur, ex problema- te: aut si nile est illius Platonici: Bono viro Deus est lex, malo vero libido: Seruiusque ad hunc modum Vergilij versum explicat. Apud Plotinum philosophum & alios quaeritur, Vtrum mentis nostrae acies per se ad cupiditates & consilia moueatur, an impulsu alicuius numinis: & primo dixerunt, mentis humanae moueri sua sponte. Deprehenderunt tamen ad omnia honesta impelli nos genio & numine quodam familiari, quod nobis nascens datur. Prava vero nostra mente nos cupere, & desiderare. Nec enim potest fieri, ut prava numinum voluntate cupiamus, quibus nihil malum constat placere. Vnde nunc hic ortus est sensus, haec Seruius. Sed haud dubie affectus etiam quibus rapimur, demones à Platoniciis multis nominantur. At in istis de diis deque demonibus sententia mirum, quam inter se discrepent homines eiusdem heresi. Alia sentit Apuleius quam Plato, alia Plotinus quam Apuleius, diuersa ab his Porphyrius, nec cum Iamblichio, aut quoquam alio omnibus conuenit Proclo, nimirum demonibus ipsis pro natura sua varia illis & fallacia dictantibus.


b Lares si meriti boni sunt. } Lares eosdem esse quos genios Lares Apuleius idem sentit, quod facit ex multorum veterum autoritate, sicut Censorinus docet in libro De die natali. Cicero in Timaeo Platonis demones Lares vertit si modo, inquit, hoc recte conuersum videri potest. Hos Genios & Lares Capella etiam praestites vocat & angelos. Manes enim sunt qui vni uique praesunt, sicut Seruius exponit sexto Aeneid. illo loco: Quisque suos patimur manes. Volunt vni uique Genium appositum demonem bonum & malum, hoc est rationem, quae ad meliora semper hortatur: & libidinem, quae ad peiora. Hic est Larua & Genius malus. Ille bonus Genius, & Lar. Si Larua traxerit ad se totum hominem, is ab ea post vitam damnatur, & suae stultitiae dat poenas: si Lar fuerit audiens dicto, purgatus purusque in beatorum loca sedesque remigrabit, ductus ab eo, quem in vita secutus est Lar. Eadem prope est sententia Platonis in ultimo De rep. cum animas ad iudicium ferri dicit.

c Lemures seu Laruas si mali. } Anima mortuorum si domi sunt trā Lemures quilla & quiete Lares sunt familiares: sui omnia commiscet terroribus,

& turbis, Larua siue Lemures: Vnde Laruati à Laruis territi, aut possessi. Martianus Capella libro secundo Nuptiarum sic inquit: Denique hæc omnis aeris à luna diffusio sub Plutonis potestate consistit, qui etiam Summanus dicitur, quasi summus manium. hic Luna, que huic aeri propior est, Proserpina memoratur: verum illi manes cum corporibus illo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, & post uitam eisdem corporibus delectantur, atque cum iis manentes appellantur Lemures, qui si vite prioris adusti fuerint honestate, in Lares domorum, urbiumque vertuntur: si autem deprauantur ex corpore, Larua perhibentur, ac Mania. Manes igitur hic tam boni, quam truces sunt constituti, quos a Jædès & xaxùs d'ajmores memorat Graia discretio. In his etiam loci sunt manus eorumque præstitæ, Mana atque Maturna, dÿ etiam quos Aquilos dicunt. Item: Fura, Furinæque, & mater Mania, & alie triptes diuorum degunt: tantum Martianus. Porphyrus lib. Epist. Horat. 2. Illic nocturnos leuues, umbras, inquit, vagantes horumum ante diem mortis, & ideo metuendos: & putant Lemures esse dictos, quasi Remures, à Remo. cuius occisi umbras frater cum placare vellet, Lemuria instituit, id est, parent illa qua mense Maio per triduum celebrari solent ante additum anno mensẽ Februarium. Ob quam rem, Maio mense religio est nubere. Hæc Porphyrus, que sumpta sunt ex Ouid. 5. Fast.

d Manes autem deos. Quasi bonos esse dictos ostendit Festus. Mana enim bona dixerunt: unde mater & Matuta, & poma matura: colebanturque propter metum mortis, & Manes sacrificantibus nominabantur, quasi boni, quemadmodum contra, immanes valde non boni sunt.

De ternis contrariis, quibus secundum Platonicos demonum hominumque natura distinguitur. CAP. XII.

 Ed nunc de his agimus, quos in natura propria descripsit inter deos & homines genere animalia, mente rationalia, animo passiuia, corpore aerea, tempore æterna. Nempe cum prius deos in sublimi cælo homines autem in terra infima disinctos locis, & naturæ dignitate secerneret, ita conclusit. Habetis, inquit, interim bina animalia: deos ab hominibus plurimum differentes: loci sublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione: nullo inter se propinquo comunicatu, cum & habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigij dispescat: & viuacitas illic æterna & indefecta sit, hic caduca, & succisiua: & ingenia illa ad beatitudinẽ sublimata, hæc ad miseras infimata: hic cælestia, ibi terrena video commemorata contraria de duabus naturæ partibus ultimis,

timis, id est, summis atq; infimis. Nā tria quæ proposuit de diis laudabilia, eadem repetiuit, aliis quidem verbis, vt eis alia tria aduersa ex hominibus redderet. Tria deorum hæc sunt: loci sublimitas, vitæ perpetuitas, perfectio naturæ. Hæc aliis verbis ita repetiuit, vt eis contraria humanæ conditionis opponeret: cum & habitacula, inquit, summa ab infimis tanta intercapedo fastigij dispescat: quia dixerat loci sublimitatem. Et viuacitas illic, inquit, æterna, & indefecta sit, hic caduca & succisua, quia dixerat vitæ perpetuitatem. Et ingenia illa, inquit, ad beatitudinem sublimata, hæc ad miseria infimata, nullo inter se propinquo, inquit, communicatu, quia dixerat naturæ perfectionem. Tria igitur ab eo posita sunt deorum, id est, locus sublimis, æternitas, beatitudo: & his contraria tria hominum, id est, locus infimus, mortalitas, miseria. Inter hæc terna deorum & hominum, quoniam dæmones medios posuit, de loco nulla est controuersia. Inter sublime quippe & infimum, medius locus aptissime habetur & dicitur. Cætera bina restant, quibus cura attentior adhibenda est, quemadmodum vel aliena esse à dæmonibus ostendantur, vel sic eis distribuuntur, vt mediætas videtur exposcere, sed ab eis aliena esse nõ possunt.^b Non enim sicut dicimus locum medium nec esse summum, nec infimum, ita dæmones cum sint animalia rationalia, nec beatos esse nec miseros, sicuti sunt arbuta vel pecora, quæ sensus vel rationis expertia rectè possumus dicere. Quorum autem ratio mētibus inest, aut miseros esse, aut beatos esse necesse est. Item non possumus rectè dicere, nec mortales esse dæmones nec æternos. Omnia nanque viuētia aut in æternum viuūt, aut finiūt morte, quod viuūt. Iam verò iste tempore æternos dæmones dixit. Quid igitur restat, nisi vt hi medij de duobus summis vnum habeant, & de duobus infimis alterum? Nam si vtraque de imis habebunt, aut vtraque de summis, medij non erunt, sed in alterutram partem vel resiliunt, vel recumbunt. Quia ergo his binis, sicut demonstratum est, carere vtrisque non possunt, acceptis ex vtraque parte singulis mediabuntur. Ac per hoc quia de infimis habere non possunt æternitatem, quæ ibi non est, vnum hoc de summis habent: & ideo non est alterum ad complendam mediætatem suam, quod de infimis habeant, nisi miseriam.

L. V I V E S.

Aduca & succifiua. } Sic legitur in libris Apuleij excusis, non male. Nam à succidendo dicitur, quod additur, & velut amputatur. Sunt exemplaria Augustini in quibus scribitur succidua ab eadem origine, atque etiam significantis, & magis proprie.

b Non enim sicut dicimus. } Ex oppositis sunt quæ nullum medium receptant in vniformi, vt contradicentia, currere vel non currere: alia receptant, vt album & nigrum: sunt enim intermedij colores. sunt quæ certis rebus assignatis non admittant, vt viuens & mortuum in animalibus: itidem cæcum & videns status à natura temporibus: par & impar in numeris, vt Aristoteles docet in Categoriis.

Quomodo dæmones, si nec cum diis beati, nec cum hominibus sunt miseri, inter vtraque partem sine vtriusque communiōne sint medij. C A P. XIII.

Est itaque secundum Platonicos sublimium deorum, vel beata æternitas, vel æterna beatitudo: hominum verò infirmorū, vel miseria mortalis, vel mortalitas misera. dæmonum autem mediōrum vel misera æternitas, vel æterna miseria. Nam & quinque illis, quæ in definitione dæmonum posuit, nos eos medios, sicut promittebat, ostendit: quoniam tria dixit eos habere nobiscum, quòd genere animalia, quòd mente rationalia, quòd animo passiuia sunt: cum diis autem vnum, quòd tempore æterna, & vnum proprium quòd corpore aerea. Quomodo ergo medij, quando vnum habent cum summis, tria cum infimis? Quis non videat relicta medietate, quantum inclinentur & deprimantur ad infima? Sed planè ibi etiam medij possunt ita inueniri, vt vnum habeant proprium, quod est corpus aëreum, sicut & illi de summis atque infimis singula propria dii corpus ætherum hominésque terrenum: duo verò communia sint omnibus, quòd genere sunt animalia, & mente rationalia. Nam & ipse cum de diis & hominibus loqueretur, Habetis, inquit, binà animalia. Et non solent isti deos nisi rationales mente perhibere. Duo sunt residua, quòd sunt animo passiuia, & tempore æterna. Quorum habent vnum cum infimis, cum summis alterum, vt proportionali ratione librata medietas, neque suffollatur in summa, neque in infima deprimatur. Ipsa est autè illa dæmonū misera æternitas, vel æterna miseria. Qui enim ait animo passiuia, etiam misera dixisset, nisi pro eorum cultoribus erubuisset. ^aPorro quia prouidentia summi Dei: sicut etiam

etiam ipsi fatentur, non fortuita temeritate regitur mundus, nunquam esset istorum æterna miseria, nisi esset magna malitia. Si igitur beati rectè dicuntur eudæmones, non sunt eudæmones, quos inter homines & deos isti in medio locauerunt. Quis ergo est locus bonorum dæmonum, si supra homines infra deos istis præbeant adiutorium, illis ministerium? Si enim boni æternique sunt, profectò & beati sunt. Æterna autem beatitudo medios eos esse non finit, quia multum diis cõparat, multumque ab hominibus separat. Vnde frustra isti conabuntur ostendere, quomodo dæmones boni, si & immortales sunt, & beati, rectè medij constituantur inter deos immortales ac beatos, & homines mortales ac miseros. Cùm enim vtrunque habeant cum diis, & beatitudinem scilicet, & immortalitatem, nihil autem horum cum hominibus & miseris & mortalibus, quomodo non potius remoti sunt ab hominibus, diisque coniuncti, quàm inter vtrofque medij constituti? Tunc enim medij essent, si haberent & ipsi duo quædam sua, non cum binis alterutrorum, sed cum singulis vtrorũque communia: sicut homo medium quiddam est inter pecora & angelos: vt quia pecus est animal irrationale atque mortale, angelus autem animal rationale & immortale. medius homo esset inferior angelis, superior pecoribus, habens cum pecoribus mortalitatem, rationem verò cum angelis, animal rationale mortale. Ita ergo cùm quærimus medium inter beatos immortales, miseròsque mortales, hoc inuenire debemus, quod aut mortale sit beatum, aut immortale sit miserum.

L. V I V E S.

a P Orrò quia prouidentia. *Plato plurimis locis mundum à parente illo rerum omnium factum esse & administrari affirmat. Hic verò iniustissimus esset, si innocentem æterno mœrore seneret afficere; nam ad tempus affligi bonum hominem etiam ex benignitate est, vt sit cur copiosius donetur, & beatior tanto fiat, quanto plura est perpeffus aduersa, propter sempiternam beatitudinem.*

An homines cùm sint mortales, possint vera beatitudine esse fœlices.

C A P. XIII.

Vtrum & beatus, & mortalis homo esse possit, magna est inter homines quæstio. ^a Quidam enim conditionem suam humilius inspexerunt, negaueruntque hominem capacem esse beatitudinis posse, quandiu mortu-

liter uiuit. Quidam verò extulerunt se, & ausi sunt dicere, sapientia compotes, beatos esse posse mortales. Quod si ita est, cur non ipsi potius medij constituuntur inter mortales miseros, & immortales beatos: beatitudinem habentes cum immortalibus beatis, mortalitatem cum mortalibus miseris? Profectò enim si beati sunt, inuident nemini. ^bNam quid miserius inuidentia? Et ideo mortalibus miseris, quantum possunt, ad consequendam beatitudinem consulant: vt etiam immortales valeant esse post mortem, & angelis immortalibus beatisque coniungi.

L. V I V E S.

^a Quidam enim conditionem suam humiliter. *¶ Solon Atheniensis negat ante mortem beatum fieri quenuquam posse. Plato paucos excipit: sed Solon, quòd nesciretur quale hominem manderet fatum. nam quis Priamum fœlicem vocasset ante bellum perpeffurum tot mœstissima illo decennio? aut quis Cræsum inter illas immanes opes, quem Cyrus erat rogo viuentem admotururus? Plato verò quod difficile est homini diuina illa in vita consequi, quorum cognitione beati sumus.*

^b Nam quid miserius inuidentia? *¶ Illud solum est in inuidentia bonum, quod maximum est inuidis malum, sicut Græco dicto fertur.*

De Mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu.

CAP. XV.

SI autem, quod multo credibilius & probabilius disputatur, omnes homines quandiu mortales sunt, ^a etiam miseri sint necesse est, quærédus est medius, qui non solum homo, verumetiam Deus sit: vt homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatē huius medij beata mortalitas interueniendo perducatur: quem neque non fieri mortalem oportebat, neque permanere mortalem. Mortalis quippe factus est, non infirmata verbi diuinitate, sed carnis infirmitate suscepta: non autem permansit in ipsa carne mortalis, quam resuscitauit à mortuis: quoniam ipse fructus est mediationis eius: vt nec ipsi propter quos liberandos mediator effectus est, in perpetua, vel carnis morte remanerent. Proinde mediatorem inter nos & Deum, & mortalitatem habere oportuit transeuntem, & beatitudinem permanentem: vt per id quod transit, cògrueret morituris, & ad id quod permanet, transferret ex mortuis. Boni igitur angeli inter miseros mortales, & beatos immortales medij esse non possunt: quia

quia ipsi quoq; & beati, & immortales sunt. Possunt autē medij esse angeli mali, quia immortales sunt cū illis, miseri cum istis. His contrarius est mediator bonus, qui aduersus eorum immortalitatem & miseriam, & mortalis esse ad tempus voluit, & beatus in æternitate persistere potuit. Ac sic eos & immortales superbos, & miseros noxios, ne per immortalitatis iactantiam seducerent ad miseriam, & suæ mortis humilitate, & suæ beatitudinis benignitate destruxit in eis, quorum corda per suam fidem mundans, ab illorum immundissima dominatione liberauit. Homo itaque mortalis & miser longè seiunctus ab immortalibus & beatis, quid eligat medium, per quod immortalitati & beatitudini copuletur? Quod possit delectare in dæmonum immortalitate, miserum est, quod possit offendere in Christi mortalitate, iam non est. Ibi ergo cauenda est miseria sempiterna; hic mors timenda non est, quæ esse nō potuit sempiterna: & beatitudo amanda est sempiterna. Ad hoc quippe se interposuit medius immortalis & miser, vt ad immortalitatem beatam transire non sinat, quoniam in hoc persistit quod impedit, id est, in ipsa miseria. Ad hoc autem se interposuit mortalis & beatus, vt mortalitate transacta, & ex mortuis faceret immortales, quod in resurgendo monstrauit, & ex miseris beatos, vnde nunquam ipse discessit. Alius est ergo medius malus qui separat amicos, alius bonus qui recōciliat inimicos. ^b Et ideo multi sunt medij separatores, quia multitudo quæ beata est, vnus Dei participatione fit beata. ^c Cuius participationis priuatione misera multitudo malorum angelorum, quæ se opponit potius ad impedimentum, quàm interponit ad beatitudinis adiutorium, etiam ipsa multitudine obstreperit quodammodo, ne possit ad illud vnum beatificum bonū perueniri, ad quod vt perduceremur, non multis, sed vno mediatore opus erat, & hoc eo ipso cuius participatione simus beati, hoc est, verbo Dei, non factō, sed per quod facta sunt omnia. Nec tamen ob hoc mediator est, quia verbum maxime quippe immortale, & maxime beatum verbum longè est à mortalibus miseris, sed mediator per quod homo, eo ipso ostendens vtrique ad illud non solum beatum, verum etiam beatificum bonum non oportere queri alios mediatores, per quos arbitremur nobis peruentiois gradus esse molendos, quia beatus & beatificus Deus, factus particeps humanitatis nostræ compendium

præbuit participandæ diuinitatis suæ. Neque enim nos à mortalitate & miseria liberaus ad angelos immortales beatosque ita perducit, vt eorum participatione etiam nos immortales & beatissimus, sed ad illam trinitatem, cuius & angeli participatione beati sunt. ^d Ideo quando in forma serui, vt mediator esset, infra angelos esse voluit, in forma Dei super angelos mansit. Idem in inferioribus via vitæ, qui in superioribus vita.

L. V I V E S.

a **E** Tiam miseri sint. } *Homerus homines ferè vocat δαίμους καὶ ἀδαίμους, hoc est miseros, vt & Latini poeta fecerunt.*

b Et ideo multi sunt in medijs sep. } *Virtus unica est & simpl. x, ideo nec multe sunt ad eam semitæ. Vitium varium, multiforme, infinitis ad eum itatur vijs, vt Aristot. inquit in libro Moralibus. Itaque demones multi per se varijs rationibus à Deo abducunt, angeli boni unica via, & per unicum Dei filium ad Deum reducunt.*

c Cuius participationis priuatione. } *Vt priuatio lucis tenebræ sic priuatio beatitudinis miseria, etsi non contrà recurritur.*

d Ideo quando in forma. } *Paulus ad Philip. 2. de Christo loquens: Qui cum in forma, inquit, Dei esset, non rapinam arbitratu est se esse equalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens. Hæc sunt Pauli verba, quibus significat Christum alioqui patri simillimum, induto corpore nostræ mortalitatis, nunquam apud eos, qui solum hominem intuebantur, professum Deo se parem esse, cum tamen hoc ipsi licuisset, salua patri maiestate: verum abiect se dominus cunctorum in speciem serui, & excelsissimus equari se nobis passus est, vt similitudine nature nos omnes ad se attractos cognoscentes iam quis esset, quid posset, sublimes s. cum efferret ad patrem: ita humanitas ad se inuitat, ne diuinitas deterreat, & hæc inuitatos ad se rapit, beatosque facit: quocirca nec vocare atque allicere nos potuisset, nisi nostri similis homo, nec beare, nisi fons beatitudinis omnis Deus. Ad Christi ergo deitatem, que vita est, & beatitudo ipsa, unica est, per quam tendamus via, humanitas eius.*

An rationabiliter Platonici definierint deos cælestes declinantes terrena contagia, hominibus non misceri, quibus ad amicitiam deorum dæmones suffragentur. CAP. XVI.



Non enim verum est, quod idem Platonicus ait, dixisse Platonem, nullus Deus miscetur homini. Et hoc præcipuum eorum sublimitatis ait esse specimè, quòd nulla attrectatione hominum cõtaminantur. Ergo dæmones

mones contaminari fatetur, & ideo eos à quibus cõtaminantur mundare non possunt, omnésque immundi pariter fiunt, & dæmones contrectatione hominum, & homines cultu dæmonum. Aut si & contrectari miscerique hominibus, nec tamen contaminari dæmones possunt, diis profectò meliores sunt, quia illi si miscerentur, cõtaminarentur. Nam hoc deorum dicitur esse præcipuum, vt eos sublimiter separatos humana contrectatio contaminare non possit. ^a Deum quidem summum omnium creatorem, quem nos verum Deum dicimus, sic à Platone prædicari asseuerat, quòd ipse sit solus qui nõ possit penuria serinonis humani quauis oratione vel modice comprehendi, vix autem sapiètib' viris, cùm se vigore animi quantum licuit à corpore remouerunt, ^b intellectum huius Dei id quoque interdum velut in altissimis tenebris ^c rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare. Si ergo supra omnia verè summus Deus intelligibili & ineffabili quadam præsentia, etsi interdum, etsi tanquã rapidissimo coruscamine lumen cãdidum intermicans, ^d adest tamen sapientium mentibus, cùm se quantum licuit à corpore remouerunt, nec ab eis cõtaminari potest: quid est quòd isti dii propterea constituuntur longè in sublimi loco, ne contrectatione contaminentur humana? Quasi verò aliud corpora illa ætherea quàm videre sufficiat, quorũ luce terra, quantum sufficit, illustratur. Porro si non cõtaminantur sydera, cùm videtur: quos deos omnes visibiles dicit, nec dæmones hominum cõtaminantur aspectu, quauis de proximovideantur. An forte vocibus humanis contaminarètur, qui acie non contaminantur oculorũ: & ideo dæmones medios habent, per quos eis voces hominũ nuntiètur, à quib' longè absũt, vt incõtaminatissimi perseuerent. Quid iam de cæteris sensibus dicam? Non enim olfaciendo cõtaminari vel dii possent si adessent: vel cùm adsunt dæmones, possunt viuorũ corporũ vaporib' humanorũ, si tantis sacrificiorũ cadauerinis non contaminantur nidoribus. In gustandi autem sensu nulla necessitate reficiendę mortalitatis vrgètur, vt fame adacti, cibos ab hominibus quærant. Tactus verò in potestate est. ^e Nam licet ab eo potissimũ sensu contrectatio ista dicta videatur, hætenus tamen si vellent miscerètur hominibus, vt viderent, & viderentur, audirent, & audirètur. Tangendi autè quæ necessitas? Nam neq; homines id cõcupiscere auderèt, cùm deorũ vel dæmonũ bonorũ con-

spectu vel colloquio frueretur. Et si in tantum curiositas progrederetur, vt vellet. quoniam pacto quispiam posset inuitum tangere Deum, vel dæmonem, qui nisi captū non potest passerem? Videndo igitur visibūsq; se præbendo & loquēdo & audiendo, dij corporaliter misceri hominibus possent. Hoc autem modo dæmones si miscentur, vt dixi, & non contaminantur, dij autem contaminarentur si miscerentur, incontaminabiles dicunt dæmones, & contaminabiles deos. Si autem contaminantur & dēmones, quid conferunt hominibus ad vitam post mortem beatā, quos contaminati mundare non possunt, vt eos mundos diis contaminatis possint adiungere, inter quos & illos mediij constituti sunt? Aut si hoc eis beneficij non conferunt, quid prodest hominibus dæmonū amica mediatio? An vt post mortē non ad deos homines per dæmones transeāt, sed simul viuant vtriq; cōtaminati, ac per hoc neutri beati? Nisi forte quis dicat more spongiarum vel huiuscemodi rerum mundare dæmones amicos suos, vt tãto ipsi sordidiores fiant, quanto fiunt homines eis velut tergentibus mundiores. Quod si ita est, contaminatoribus dij miscentur dæmonibus, qui ne contaminarentur, hominum propinquitatem contrectationē inque vitarunt. An forte dij possunt ab hominibus contaminatos mundare dæmones, nec ab eis contaminari, & eo modo non possunt, & homines? Quis talia sentiat, nisi quem fallacissimi dæmones deceperunt? Quid, quod si videri & videre cōtaminat? Videtur ab hominibus dij, quos visibiles dicit, ^f clarissima mundi lumina, & cætera sydera, tutionēque sunt dæmones ab ista hominum cōtaminatione, qui non possunt videri nisi velint? Aut si nō videri, sed videre contaminat, negent ab istis clarissimis luminibus, quos deos opinantur videri homines, cum radios suos terras vsq; pertendant. Qui tamen eorum radij per quæq; diffusi immunda inde non contaminantur, & dij contaminarentur, si hominibus miscerentur, etiam si esset necessarius in subueniendo cōtactus. Nam radijs solis & lunæ terra contingitur, nec istā cōtaminat lucem. Miror autem plurimū tam doctos homines, qui cuncta corporea & sēsibilia, incorporalibus & intelligibilibus postponenda iudicauerunt, cum agitur de beata vita, corporaliū cōtrectationū facere mētionē. ^g Vbi est illud Plotini, vbi ait: Fugiendum est igitur ad clarissimā patriam, & ibi pater, & ibi omnia? ^h Quæ igitur classis, inquit, aut fugā? Similem

milem Deo fieri? Si ergo Deo quantò similior, tantò fit quifque propinquior, nulla est ab illo tanta longinquitas, quàm eius dissimilitudo. Incorporali verò illi æterno, & incommutabili, tantò est anima hominis dissimilior, quãtò rerum temporalium, imutabiliúmque cupidior.

L. VIVES.

a **D**Eum quidem summuin. } *Hoc in deo Socratis. Simile in dogmatis Platonis, de Deo ex Platone loquens, quem quidem caelestem pronunciant, indictum, innominabilem, ut ait ipse ἄπειρον, ἀμείδιον, καὶ ἀφύπτον. cuius naturam inuenire difficile est, si inuenta sit, in multos eam enunciare non posse. Platonis hac verba sunt, θεὸν ὡς ἔστιν ἔυπειν ἢ ἀείδιον, γνῶναι δὲ ἀδύνατον, id est, Deum quidem inuenisse haud facile est, intellexisse autem impossibile. Sic Apuleius. Plato verò in Timæo inquit, τὸν ἄφ' ἑν ποιητῶν καὶ πατέρα, τὸ δὲ τῶ πάντων δῖπειν τε ἔργον, καὶ ἔυπειν τε εἰς πάντα ἀδύνατον λέγειν. Autorem, inquit, & parentem huius uniuersitatis inuenire operosum est, & inuentum fieri non potest, ut in vulgus commodis verbis efferas. In Parmenide verò de uno illo disputans ait, nullum ei nomen esse inditum, non definitum, non scientia capi, non in sensus incurrere, nullam de eo haberi opinionem quocirca neque nominari, neque dici, neque cogitatione comprehendi, neque cognoscere, nec ab illo ente sentiri.*

b Intellectum huius Dei. } *Sunt vestigia in rebus humanis nonnulla, ex quibus cognosci potest opifex ille uniuersitatis, tametsi procul, velut lumine quodam inter densissimas tenebras intermicante: & non à quibuslibet, sed is duntaxat, qui acutissima ingenij præditi acie, totam eius vim in eam, quàm intensissimè conuerterint.*

c Rapidissimo coruscamine. } *Vulgo legitur rapacissimo, significat existentem subitò lucem illam diuinam celerrimè se subducere, & relinquere humanis mentibus, quæ eam spectant, ceu speciem quandam leuem, & non altè impressam, sed quæ satis indicet maximum quiddam illud fuisse, ac admirandum.*

d Adest tamen sapientium mentibus. } *Ait non ita præterire notitiam illam diuinitatis, quin subsistat in mente sapientis, quoties ac quandiu eam sapiens purè ac sanctè querit.*

e Nam licet ab eo potissimùm sensu. } *Contrectatio à tractando ducitur, quod fit tangendo.*

f Clarissima mundi lumina. } *Apuleius in deo Socratis, Nam perinde ut maiestas postulabat, diis immortalibus salum dicauit, quos quidem deos calites partim visu usurpamus, ut,*

— Vos ô clarissima mundi

Aug. de cin. Dei. Tom. 3.

1033

Lumina, labentem calo, quæ ducitis annum.

Versus sunt Verg. lib. 1. Georg. de Sole & Luna.

g Vbi est illud Plotini. } In codice Colonien. legitur, Vbi est illud
Platonis, ubi ait, fugiendum est igitur ad clarissimam patriam, & ibi
pater, & ibi omnia.

h Quæ igitur classis, inquit, aut fuga? simile Deo fieri. } Sen-
tentia est hæc Platonica, quam in superiore libro posuimus Patriam nos-
stram celum appellat, quod inde exulantes: clarissimam quod illic pura
omnia, illustrata: certa: hic turbulenta, tenebris obruta, incerta: ibi pater
huius uniuersitatis, & circa omnium regem omnia, ut ad Dionysium
Plato scribit. Quomodo illic confugietur, cum tantum absit, nec ulla sit
eò nostris corporibus via? respondit unicam esse apertam & expeditissi-
mam viam sequi Deum, & eius fieri, quantum humana vis valeat, si-
milem. Hæc una res, nos illic sustollit.

Ad consequendam vitam beatam, quæ in participatione est summi
boni, non tali mediatore indigere hominem, qualis est
dæmon, sed tali, qualis est vnus Christus.

CAP. XVII.



Hoc vt sanetur, quoniam immortali puritati, quæ in
summo est, ea, quæ in imo sunt mortalia & immu-
da cõuenire non possunt: opus est quidem media-
tore, non tamen tali, qui corpus quidẽ habeat im-
mortale propinquũ summis, animũ autem morbidũ similem
infimis: quo morbo nobis inuideat potius, ne sanemur, quàm
adiuuet, vt sanemur: sed tali, qui nobis infimis ex corporis
mortalitate coaptatus, immortali spiritus iustitia, per quam
non locorum distantia, sed similitudinis excellentia mansit
in summis, mundandis liberandisque nobis verè diuinum
præbeat adiutorium. Qui profectò incontaminabilis Deus,
absit vt contaminationem timeret^a ex homine, quo indutus
est, aut ex hominibus, inter quos in homine conuersatus est.
Nó enim parua sunt hæc interim duo, quæ salubriter sua in-
carnatione monstrauit, nec in carne posse cõtaminari veram
diuinitatem: nec ideò putandos dæmones nobis esse melio-
res, quia non habet carnem. Hic est, sicut eũ prædicat sancta
scriptura, mediator Dei & hominũ homo Christus I E S V S,
de cuius diuinitate, qua patri est semper æqualis, & humani-
tate, qua nobis factus est similis: non hic locus est vt compe-
tenter pro nostra facultate dicamus.

L. VIVES.

AEX homine quo indutus est. } Sic semper Augustinus & Hieronymus, & ceteri Latini scriptores nostræ religionis. Græci ἀνθρώπος in Christo dicunt, id est, hominem: nec ferè norunt aliud loquendi genus, cum de assumpto à filio Dei homine loquuntur. Recentiores Theologi, ut ipsi soli de celo cecidisse videntur, scrutata tota Christi & diuinitate & humanitate, inuenerunt non hominem assumpsisse, sed humanitatem, & hoc dicunt esse aduersum hæreticos iustissimum, & ceu parum tati futuri essemus Augustini & Hieronymi dictis muniti. At illi, inquit, humanitatem sensere, cum hominem iuxerunt. Loquantur ergo isti ut illi, & sic sentiant. Sed isti linguarum peritiores, & totius rationis loquendi rudem illam vetustatem & insciam Latini Græcique sermonis emendant, & expoliant. Verùm omnium falsissimum est, quòd cum nefas putent à veteribus nostræ pietatis scriptoribus dissentire, ipsi cum dissentium, acuti sibi videntur: alios si à se discedant, antiquis accedentes, hæreticos continuo clamant. Nam si quis in schola frequentibus Theologie candidatus, & præcipuè qui religiosiores videri & dici affectant, idque iam prope obtinuerunt, si quis ergo apud istos ciat Christum assumpsisse hominem, pro hæretico maximis conuiuiis exceptus è concessu eiceretur. At, inquit, homo nomen est suppositi, humanitas nomen est nature: quis hæreticus non se irridere nos putet, si hisce utatur: quis non irridet, si utamur?

Quòd fallacia dæmonum, dū sua intercessionē viam spōdet ad Deū, hoc conatur, ut homines à via veritatis auertat. CAP. XVIII.

DE Alsi autem illi fallacésque mediatores dæmones, qui cum per spiritus immunditiam miseri ac maligni multis effectibus clareant, per corporalium tamen locorum interualla, & per aerebrum corporum leuitatem, à prouectu animorum nos auocare atque auertere moliuntur: & non viam præbent ad Deum, sed ne via teneatur impediunt: quandoquidem & in ipsa via corporali, quæ falsissima est, & plenissima erroris, qua non iter agit iustitia, quoniam non per corporalem altitudinem, sed per spiritalem, hoc est incorporalem similitudinem ad Deum debemus ascendere, in ipsa tamen corporali via, quam dæmonum amici per elementorum gradus ordinant, inter æthereos deos, & terrenos homines aereis dæmonibus mediis constitutis, hoc deos opinantur habere præcipuum, ut propter hoc interuallum locorum contrectatione non contaminetur humana. Ita dæmones contaminari potius ab hominibus, quàm homines

mundari à dæmonibus credunt, & deos ipsos contaminari potuisse, nisi loci altitudine munirentur. Quis tam infœlix est, vt ista via mundari se existimet, vbi homines contaminantes, dæmones contaminati, dij cõtaminabiles prædicantur, & non potius eligat viam, vbi contaminantes magis dæmones euitentur, & ab incommutabili Deo ad ineundam societatem incontaminatorum angelorum, homines à contaminatione mudentur?

Quòd appellatio dæmonum iam nec apud cultores eorum assumatur in significationem alicuius boni.

CAP. XIX.

SEd ne de verbis etiã nos certare videamur, quoniam nonnulli istorum, vt ita dixerim, dæmonicolarum, in quibus & Labeo est, eosdem perhibent ab aliis angelos dici, quos ipsi dæmones nuncupant: iam mihi de bonis angelis aliquid video differendum, quos isti esse non negant, sed eos bonos dæmones vocare, quàm angelos malunt. Nos autem sicut scriptura loquitur, secundum quam Christiani sumus, angelos quidem partim bonos, partim malos, nunquam verò bonos dæmones legimus. Sed vbicunque illarum literarum hoc nomen positum reperitur, siue dæmones, siue dæmonia dicantur, non nisi maligni significantur spiritus. Et hanc loquendi consuetudinem intantum populi vsquequaque secuti sunt, vt eorum etiam, qui Pagani appellantur, & deos multos ac dæmones colendos esse contendunt, nullus ferè sit tam literatus & doctus, qui audeat in laude vel seruo suo dicere, dæmonem habes, sed quilibet hoc dicere voluerit, non se aliter accipi, quàm maledicere voluisse dubitare non possit. Quæ igitur nos causa compellit, vt post offensionem aurium tam multarum, vt iam penè sint omnium, quæ hoc verbum non nisi in malam partem audire consueuerunt, quod diximus cogamur exponere, cum possimus angelorum nomine adhibito, eandem offensionem, quæ nomine dæmonum fieri poterat, euitare.

L. VIVES.

Angelus

EOsdem perhibent ab aliis angelos dici. } Ἄγγελος enim nuncijs est. Hinc in fabulis Græcis legere frequenter est, ἀγγέλιος αἰετόσπονος, vt apud Eurip. ἰριγνεύει: ita cum sint dæmones nuncij atque interpretes deorum & hominum, angeli nominantur, sicut ab eodem munere Mercurius angelus. Sic Trimegistus vocat, & Marti-

nus Capella de dæmonibus loquens, & cùm cogitationum arcana super-
re nunciat potestati, angelus poterit nominari.

b Nos autem sicut scriptura loquitur. } In Euangelio de angelis
bonis crebra mentio, & Christus angelos diaboli nuncupat.

c Vt eorum etiam qui Pagani. } Dixi antea, post Christum natum
nomen dæmonis fuisse suspectum, & odiosum tanquam rei maleficæ atque
improbæ, non vulgo magis quàm philosophis.

De qualitate scientiæ, quæ dæmones superbos facit. CAP. XX.

Vanquam etiam ipsa origo huius nominis, si diu-
nos intueamur libros, aliquid affert cognitione di-
gnissimum. ^a *dæmones* enim dicuntur, quoniam voca-
bulum Græcum est, ob scientiam nominati. Apostolus autem
Spiritu sancto locutus ait: Scientia inflat, charitas verò ædi-
ficat. Quod rectè aliter non intelligitur, nisi scientiam tunc
prodesse: cùm charitas inest: sine hac autem inflare, id est, in
superbiam inanissimæ quasi vëtositatis extollere. Est ergo in
dæmonibus scientia sine charitate: & ideo tam inflati, id est,
tam superbi sunt, vt honores diuinos & religionis seruitu-
tem, quam vero Deo deberi sciunt, sibi fategerint exhiberi,
& quantum possunt, & apud quos possunt, adhuc agunt. Con-
tra superbiam porrò dæmonum, qua pro meritis possidebant
genus humanum, Dei humilitas, quæ in forma serui apparuit,
quantam virtutem habeat, animæ hominum nesciunt, in-
munditia elationis inflatæ, dæmonibus similes superbia non
scientia.

L. V I V E S.

Dæmones enim dicuntur. } *dæmon* Græcis olim fuit *δῆμον*. *Dæmon*
μα & *νῆμον*, scio & noui. inde *δαιμων*, quasi *δαιμων*, vt inquit
autor magni etymologici. *πάντα δῆμος ἄλλῃ* & *νῆμον*. omnia sciens &
noscens, ab eadem mente Plato in Cratylo *δαιμονες* dictos, quasi *δαιμο-
νε*, tradit, à prudentia & peritia rerum, quem & alij secuti sunt, velut
Capella, qui ait, hos omnes Græci *δαιμονας* dicunt *ὅτι τῷ δαιμονας ἔχῃ*.
& Lactantius lib. 2. *Dæmones*, inquit, grammatici aiunt dictos, quasi
δαιμονας, id est, peritos, ac rerum scios, quibus Chalcidius in *Timeum*
Platonis suffragatur.

Ad quem modum Dominus voluerit dæmonibus innotescere.

CAP. XXI.

Ipsi autem dæmones etiam hoc ita sciunt, vt eidem
Domino infirmitate carnis induto, dixerint: Quid
nobis & tibi **I E S V** Nazarene? Venisti ante tempus

perdere nos? Clarum est in his verbis quod in eis & tanta scientia erat, & charitas non erat. Pœnam quippe suam formidabāt ab illo, non in illo iustitiam diligebant. Tantum verò eis innotuit, quantum voluit: tantum autem voluit, quantum oportuit. Sed sic innotuit, non sicut angelis sanctis, qui eius secundum id quod Dei verbum est participata æternitate perfruuntur, sed sicut eis terrendis innotescendum fuit, ex quorum tyrannica quodammodo potestate fuerat liberaturus prædestinatos in suum regnum, & gloriam semper veracem & veraciter sempiternam. Innotuit ergo dæmonibus nõ per id quod est vita æterna, & lumen incõmutabile, quod illuminat pios, cui videndo per fidem, quæ in illo est, corda mundantur: sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, & occultissimæ signa præsentia, ^a quæ angelicis sensibus etiam malignorum spirituum, potius quàm infirmitati hominum possent esse conspicua. Denique quando ea paululum suppressenda iudicauit, & aliquanto altius latuit, dubitauit de illo dæmonum princeps, eumque ^b tentauit an Christus esset, explorans quantum se tentari ipse permisit, ^c vt hominem quem gerebat ad nostræ imitationis temperaret exemplum. ^d Post illam verò tentationem, cum angeli sicut scriptum est, ministrarent ei: boni vtique & sancti ac per hoc spiritibus immundis metuendi & tremendi, magis magisque innotescebat dæmonibus, quantus esset, vt ei iubenti, ^e quanuis in illo contempribilis videretur carnis infirmitas, resistere nullus auderet.

L. V I V E S.

^a **Q**uæ angelicis sensibus. } *Miracula enim Christi admirabilia erant angelis & dæmonibus quàm hominibus, propterea quòd illi causas multarum rerum: cum nossent, videbant omnem naturæ vim superare: homines verò etsi magna atque admiranda esse non dubitabant, tamen non deerant qui calumniarentur per Beelzebub principem dæmoniorum demonia eiici, non tam illud credentes ipsi, quàm conantes vt imperita turba crederet. Quis & alij posterioribus temporibus magum fuisse impiè mentiti sunt, contra quos in libro De sapientia Christiana Deo adiuuante fusè disputabo.*

^b *Eumque tentauit an Christus esset, explorans, } Dæmon cum homines tentat, hoc laborat tantum, vt peccent: cum verò Christum tentabat, non admodum erat de illius peccato sollicitus. Sanctiorem enim illum sciebat, quàm qui facillè induci possit vt malè faceret, cognoscere*

scere tantum auebat, an lateret Deus sub humana forma:

c Vt hominem quem gerebat. } Ne ipse veteri hominum conditioni videretur exemptus, quòd solus abiret inuentus: neu post illum alij, qui eum venerarentur, indignè ferrent tentari se, qui scirent inuidensissimum illum & confidentissimum humani hostem generis, ne à Christo quidem temperasse.

d Post illam verò tentationem. } Et hoc quoque ad exemplum spectat posteritatis, nam vt nullus sine tētatione præteribit, ita qui superior fuerit in ea pugna, solatio ministerioque fruatur angelorum, sicut Hieronymus testatur.

e Quauis in illo contēptibilis. } Inops, nudus, humili loco natus, sine ostentatione humana sapientia, simili cohorte hominum comitatus.

Quid intersit inter scientiam sanctorum angelorum, & scientiam dæmonum.

C A P. XXII.

IS igitur angelis bonis omnis corporalium temporaliumque rerum scientia, qua inflantur dæmones, vilis est: non quòd earum ignarij sint, sed quòd illis dei, qua sanctificantur, charitas chara est, præ cuius non tantum incorporali, verum etiam incommutabili & ineffabili pulchritudine, cuius sancto amore inardescunt, omnia quæ infra sunt, & quod illud est, non sunt: sèque ipsos inter illas cōtemnunt, vt ex toto, quod boni sunt, eo bono, ex quo boni sunt, perfruantur. Et ideo certius etiam temporalia & mutabilia ista nouerunt, quia eorum principales causas in verbo Dei conspiciunt, per quod factus est mundus, quibus causis quædam præbantur, quædam reprobantur, cuncta ordinantur. Dæmones autem non æternas temporum causas & quodammodo cardinales in Dei sapientia contemplantur, sed quorundam signorum nobis occultorum, maiore experientia multo plura quàm homines futura prospiciunt, dispositiones quoque suas aliquando prænunciant. Denique sæpe isti, naquam illi omnino falluntur. Aliud est enim temporabilibus temporalia, & mutabilibus mutabilia coniectare, eisque temporalent & mutabilem modum suæ voluntatis & facultatis inferere, quod dæmonib. certa ratione permissum est. Aliud autem in æternis atque incommutabilibus Dei legibus, quæ in eius sapientia viuunt, mutationes temporum præuidere, Deique voluntatem, quæ tam certissima, quàm potētissima est diuini spiritus eius participatione cognoscere, quod sanctis angelis recta discretione donatū est.

Itaque non solum æterni, verum etiam beati sunt. Bonum autem quo beati sunt, Deus illis est, à quo creati sunt. Illius quippe ꝑ indeclinabiliter participatione, & contemplatione perfruuntur.

L. V I V E S.

- Amor circa pulchra* **a** Ineffabili pulchritudine cuius sancto amore. } *Amor enim semper est erga pulchra. Socrates apud Platonem in Phædro inquit, faciem honestatis & sapientiæ si oculis corporis cerneretur, mirabiles amores excitaturam sui. Quid si Deus ille maximus videretur, qui quàm sit pulcher, ut est in libro Sapientiæ, vel ex hoc licet coniectari, quòd pulcherrima nobis videntur quæ ille condidit. In Conuiuio Platonis Diotima diuinam pulchritudinem unam esse dicit, quæ à beato debeat homine amari, sicut superiore nobis libro explicatum est.*
- b** Et quod illud est. } *Cùm omnia quæcunque Deus non sunt, præ Deo putent vilia & contemnenda, seipsos quoque inter cetera, quæ Deus non sunt, habent despiciatui, quæ cogitatio ita coniungit illos Deo, ut affixi beatitudini ipsius, sine vlla ceterarum rerum cura sempiternum sint beatissimi.*
- c** Dæmones autem non æternas temporum causas. } *Non enim cardinem ipsum, in quo sitæ sunt causa omnes, & in quo voluntur, intuentur; nec fontem norunt, unde manant, sed quod maiore ingenio, & acutiore quàm nos præditi, tam etiam rerum usu propter immortalitatem maximo, facilius & præsentia intelligunt, & futura coniecturis assequuntur, quàm nos, quo fit, ut cùm res omnes non ex principiis suis, sed alienis coniecturis collectæ fallere possint, dæmones plerumque ab eis fallantur, & mendacia dicant, etiam cùm se verissima dicere arbitrantur, iactant tamen se nihil ignorare. Nec solum mentiri dæmones impuros, sed deos quosque suos Porphyrius credit.*
- d** Quæ tam certissima quàm potentissima. } *Certitudo voluntatis Dei est, quod quæcunque velit, potest. nam si aliquid esset, quod efficere nequiret, incerta ibi esset, cùm illud in eius manu non foret situm. nunc verò cùm omnia præstare possit, quæ vult, nihil ea fieri certius potest, hoc est, nihil certius euenturum est, quàm quæ ipsa vult, quippe quæ nihil non efficiet, quod volet, quocirca qui voluntatem Dei spectant, certissimam originem è qua vniuersa proficiuntur spectant. Idq; quoniam aliud non fit in mundo, quàm quod ea vult, rectè est igitur ab Augustino dictum tam esse voluntatem Dei certissimam, quàm potentissimam, ut potentia, certitudinis voluntatis causa esse videatur. Qui ergo voluntatem illam intuentur angeli, & felices animi*

animi, tantum sciunt, quantum proportione beatitudinis videre per-
mittuntur. Neque enim omnes eadem rerum cognitione donantur, inter
quos beatitudinis quoque sunt gradus, idcirco discretionem illius esse
aii.

e Indeclinabiliter participatione. } Semper conuersi & intenti
in Deum agunt, ne vel minima auersione miseri fiant, nec tamen non
declinant, quòd aliquid metuant, sed quòd beatitudo illa totos ad se tra-
ctos rerum omnium aliarum cogitationem & desiderium ademit, dun-
taxat cum illis sit fons ipse omnium, quæ excogitari possunt bona.

Nomen deorum falso ascribi diis gentium, quod tamen & angelis
sanctis, & hominibus iustis ex diuinarum scriptura-
rum autoritate commune est.

C A P. XXIII.

Hos si Platonici malunt deos, quàm dæmones dicere,
eisque annumerare, quos à summo Deo conditos
deos scribit eorum author & magister Plato, dicant
quod volunt: non enim cum eis de verborum cōtrouersia la-
borandum est. Si ergo eos sic immortales asserunt, vt tamen
à summo Deo factos, etsi non per seipso, sed ei à quo facti
sunt adhærendo, beatos esse dicunt: hoc dicunt, quod dici-
mus, quolibet eos nomine appellent. Hanc autem Platonico-
rum esse sententiam, siue omnium, siue meliorum, in eorum
litteris inueniri potest. Nam & de ipso nomine, quo huiusmo-
di immortalē beatamque creaturam deos appellant: b ideo
inter nos & ipsos penè nulla dissensio est, quia & in nostris sa-
cris litteris legitur: Deus deorum dominus locutus est. Et ali-
bi: Cōstitemini Deo deorum. Et alibi: Rex magnus super om-
nes deos. Illud autem vbi scriptum est: Terribilis est super
omnes deos: cur dictum sit deinceps ostenditur. Sequitur e-
nim: Quoniam omnes dij gentium dæmonia: dominus au-
tem cælos fecit. Super omnes ergo deos dixit, sed gentium,
id est, quos gentes pro diis habent, quæ sunt dæmonia, ideo
terribilis, sub quo terrore domino dicebāt: Venisti ante tem-
pus perdere nos? Illud verò vbi dicitur, Deus deorum, non
potest intelligi Deus dæmoniorum: & rex magnus super
omnes deos, absit vt dicatur rex magnus super omnia dæ-
monia. Sed homines quoque in populo Dei, eadem scriptu-
ra deos appellat. Ego, inquit, dixi, dij estis, & filij excelsi om-
nes. Potest itaque intelligi horum deorum Deus, qui dictus
est Deus deorum: & super hos deos rex magnus, qui dictus

est rex magnus super omnes deos. Veruntamen cū à nobis
 quaritur, si homines dicti sunt dij, quod in populo Dei sunt,
 quem per angelos vel per homines alloquitur Deus: quanto
 magis immortales eo nomine digni sunt, qui ea fruuntur bea-
 titudine, id quam Deum colendo cupiunt homines perueni-
 re. Quid respondebimus, nisi non frustra in scripturis sanctis
 expressius homines nuncupatos deos, quā illos immorta-
 les & beatos, quibus nos æquales futuros in resurrectione
 promittitur, ne scilicet propter illorum excellentiam aliquē
 eorum nobis constituere Deum infidelis auderet infirmitas?
 Quod in homine facile est euitare. Et euidentius dici debue-
 rūt homines dij in populo Dei, vt certi ac fidētes fierent, esse
 eum Deum suum, qui dictus est Deus deorum, quia etsi ap-
 pellentur dij immortales illi ac beati, qui in cælis sunt, non
 tamen dicti sunt dij deorum, id est, dij hominum in populo
 Dei constitutorum quibus est dictum: Ego dixi, dij estis, & fi-
 lij excelsi omnes. Hinc est quod ait Apostolus: Et si sunt qui
 dicantur dij siue in cœlo, siue in terra, sicuti sunt dij multi, &
 domini multi, nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia,
 & nos in ipso, & vnus dominus Iesus Christus, per quem om-
 nia, & nos per ipsum. Non multum ergo de nomine disce-
 ptādum est, cū res ipsa ita clareat, vt à scrupulo dubitatio-
 nis aliena sit. Illud verò quod nos ex eorum immortalium
 beatorum numero missos angelos esse dicimus, qui Dei vo-
 luntatem hominibus annunciant, illis non placet, quia hoc
 ministerium non per illos, quos deos appellant, id est, immor-
 tales & beatos, sed per dæmones fieri credunt, quos immor-
 tales tantum non etiam beatos audent dicere, aut certè ita
 immortales ac beatos, vt tamē dæmones bonos non deos sub-
 limiter collocatos, & ab humana contrectatione semotos.
 Quauis nominis controuersia videatur, tamen ita detestabi-
 le est nomen dæmonum, vt hoc modis omnibus à sanctis an-
 gelis nos remouere debeamus. Nunc ergo ita liber iste clau-
 datur, vt sciamus immortales ac beatos, quomodo libet vocē-
 tur, qui tamen facti ac creati sunt, medios nō esse ad immor-
 talitatem beatitudinēque perducēdis mortalibus miseris,
 & à quibus vtraque differentia separantur. Qui autem medij
 sunt communem habendo immortalitatem cum superiori-
 bus, miseriam cum inferioribus: quoniam merito malitiæ
 sunt miseri, beatitudinem quam non habent inuidere nobis
 possint

possint potius quàm præbere. Vnde nihil habent amici dæmonum quod nobis dignum afferant, cur eos tanquam adiutores colere debeamus, quos potius deceptores euitare debemus. Quos autem bonos & ideo non solum immortales, verumetiam beatos deorum nomine sacris & sacrificiis propter vitam beatam post mortem adipiscendam colendos putant, qualescūque illi sint, & quolibet vocabulo digni sint, non eos velle per tale religionis obsequiū nisi vnum Deum coli, à quo creati, & cuius participatione beati sunt, adiuuante ipso in sequenti libro diligentius differemus.

L. V I V E S.

a **E**isque annumerare, quos à summo Deo conditos. } *Plato in Timæo Deum illum summum, & rerum omnium parentem creasse ait reli. nos omnes deos.*

b Ideo inter nos & illos penè nulla dissensio. } *Cyprianus inquit deos participatione plures esse neminem negare, & Bæotius omnem beatum ait Deum esse, sed natura unicum esse Deum, participatione nihil prohibere plures esse. Ac profecto data est nobis per Christum facultas ut filij Dei simus.*

c A quibus vtraque. } *Alibi à quibus vtraque differentia miseria & mortalitate separantur. Qui autem medij sunt communem habent.*





D I V I

A V R E L I I A V G V - S T I N I E P I S C O P I A D

M A R C E L L I N V M D E

ciuitate Dei

L I B E R D E C I M V S .

Veram beatitudinem siue angelis, siue hominibus, per vnum Deum
tribui etiam Platonicos definisse: sed vtrum hi, quos ob
hoc ipsum colendos putant, vni tantum Deo, an
etiam sibi sacrificari velint, esse
quærendum.

C A P . I .



M N I V M certa sententia est, qui ratione quo-
quo modo vti possunt, beatos esse omnes homi-
nes velle. Qui autē sint, vel vnde fiant, dum morta-
lium quærit infirmitas, multę magnæque cōtro-
uersiæ concitatæ sunt: in quibus philosophi sua studia & o-
tia contriuerunt, quas in medium adducere, atque discutere,
& longum est, & nō necessarium. Si enim recolit, qui hæc le-
git, quid in libro egerimus octauo in eligendis philosophis,
cum quibus hæc de beata vita, quæ post mortem futura est,
quæritio tractaretur: vtrum ad eam vni Deo vero, qui etiam
est deorum effector, an plurimis diis religione sacrisque ser-
uando peruenire possimus: nō etiam hīc eadē repeti expe-
ctet, præsertim cum possit relegendo, si fortē oblitus est, ad-
miniculari memoriam. Elegimus enim Platonicos omnium
philosophorum meritō nobilissimos: propterea, quia sicut
sapere potuerunt, licet immortalem ac rationalem vel intel-
lectualem hominis animam: nisi participato lumine illius
Dei, à quo & ipsa & mundus factus est, beatam esse non pos-
se. Ita illud quod omnes homines appetunt, id est, vitam bea-
tam, quenquam isti affecuturum negant, qui non illi vni opti-
mo, qui est incōmutabilis Deus, puritate casti amoris adhæ-
serit.

ferit. Sed quia ipsi quoque siue cedentes vanitati errorique populorum, siue vt ait Apostolus, Euanescentes in cogitationibus suis, multos deos colendos ita putauerunt, vel putari uoluerunt, vt etiã quidam eorũ dæmonibus diuinos honores sacrorũ & sacrificiorum deférendos esse censerent: quibus iam non parua ex parte respondimus. Nunc videndũ ac differendum est, quantũ Deus donat immortales: ac beati in cælestibus sedibus, ^a dominationibus, principatibus, potestatibus constituti, quos isti deos, & ex quibus quosdam vel bonos dæmones, vel nobiscũ angelos nominant, quomodo credendũ sint uelle à nobis religionẽ pietatẽque seruari: hoc est, vt apertius dicã, vtrũ etiam sibi, an tantum Deo suo, qui etiã noster est, placeat eis vt sacra faciamus: & sacrificemus: vel aliqua nostra seu nos ipsos religionis ritibus cõsecremus. Hic est enim diuinitati, vel si expressius dicendũ est, deitati debitus cultus, propter quẽ vno verbo significandum: quoniã satis idoneum nõ occurrit Latinũ, Græco vbi necesse est insinuo quid velim dicere. ^b Latriam quippe nostri vbicunq; sanctarũ scripturarum positũ est, interpretati sunt seruitutẽ. Sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundũ quam præcipit Apostolus, seruos dominis suis subditos esse debere: alio nomine Græcè nuncupari solet. Latria verò secundum cõsuetudinem qua locuti sunt, qui nobis diuina eloquia cõdiderunt, aut semper, aut tã frequẽter, vt penè semper ea dicitur seruitus, quæ pertinet ad colendum Deum. Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur, nõ soli Deo deberi videtur. ^c Dicimur enim etiã colere homines, ^d quos honorifica vel recordatione vel præsentia frequentamus. Nec solũ ea, quibus nos religiosa humilitate subiicimus, ^e sed quædam etiam quæ subiecta sunt nobis coli perhibentur. Nam ex hoc verbo agricolæ & coloni & incolæ vocantur. Et ipsos deos non ob aliud appellant cælicolas, nisi quòd cælũ colant: nõ utiq; venerando, sed inhabitando tanquam cæli quosdam colonos: ^f non sicut appellantur coloni, qui conditionẽ debent genitili solo propter agriculturam sub dominio possessorum, sed, sicut ait quidam Latini eloquij magnus autor,

Vrbs antiqua fuit, ^g Tyrij tenuere coloni.

Ab incolendo enim colonos vocauit, non ab agricultura. Hinc & ciuitates à maioribus ciuitatibus velut populorum examiniibus conditæ, coloniæ nuncupantur. Ac per hoc

cultum quidem nõ deberi nisi Deo, propria quadam notione verbi huius verissimum est. Sed quia & aliarum rerum dicitur cultus, ideo Latine vno verbo significari cultus Deo debitus non potest. Nam & ipsa religio quanuis distinctius non quemlibet, sed Dei cultum significare videatur: vnde isto nomine interpretati sunt nostri eam^h quæ Græcè *θρησκεία* dicitur: ^l tamen quia Latina loquendi consuetudine, non solum imperitorum, verumetiam doctissimorum & cognationibus humanis atque affinitatibus, & quibusque necessitudinibus dicitur exhibenda religio: non eo vocabulo vitatur ambiguum, cum de cultu deitatis vertitur quæstio: vt fidenter dicere valeamus, religionem non esse nisi Dei cultum: quoniam videtur hoc verbum à significanda obseruantia propinquitatis humanæ insolenter auferri. Pietas quoque propriè Dei cultus intelligi solet, quam Græci *δουλείαν* vocant. Hæc tamen & erga parentes officiosè haberi dicitur. ^k More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus misericordiæ frequentatur: quod ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri præcipuè Deus mandat, eaque sibi ^l vel pro sacrificiis, ^m vel præ sacrificiis placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factum est, vt & Deus ipse dicatur prius: ⁿ quem fanè Græci nullo suo sermonis vsu *δουλείαν* vocant: quanuis *δουλείαν* pro misericordia illorum etiam vulgus vsurpet. Vnde in quibusdam scripturarum locis, vt distinctio certior appareret, non *δουλείαν*, quod ex bono cultu, sed *θεοσεβειαν*, quod ex Dei cultu compositum resonat, dicere maluerunt. Vtrumlibet autem horum, nos vno verbo enunciare non possumus. Quæ itaque *λατρεία* Græcè nuncupatur, & Latine interpretatur seruitus: sed ea qua colimus Deum: vel quæ *θρησκεία* Græcè, Latine autè religio dicitur: sed ea quæ nobis est erga Deum, vel quam illi *θεοσεβειαν*, nos verò non vno verbo exprimere, sed Dei cultum possumus appellare: hanc ei tantum Deo deberi dicimus, qui verus est Deus, facitque suos cultores deos. Quicumque igitur sunt in cælestibus habitationibus immortales & beati, si nos non amant, nec beatos esse nos volunt, colendi vtrique non sunt. Si autem amant, & beatos volunt, & profectò inde volunt, vnde & ipsi sunt: an aliunde ipsi beati, aliunde nos?

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
DECIMUM LIBRUM DE

ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini

Commentaria.

Dominationibus, prin. & Iamblichus in mysteriis, ex superis alios angelos, alios archangelos, alios daemones, alios heroes, alios potestates, alios principatus nominat, eosque dicit variis formis rationibusque apparere, quos omnes reliqui Platonici & deos & demones nuncuparunt.

b Latrariam q. n. & λατρεία est δουλεία, quasi seruitio: sed postea factum est ut esset σέβομαι, teste Suida. Augustinus seruitutem hominibus debitam non latrariam appellari vult, sed alio nomine, puta δουλεία. Nam ad Ephesios 6. quom locum citat, sic est Græcè: οὐ δουλοῦσθε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα. Hinc est illa distinctio facta de adoratione latraria, dulia, & hyperdulia. Valda docet λατρεία & δουλεία idem esse, & utrumque significare seruitutem. quod ex Suida stendi, qui & ait: λατρεία δολεία ἐστὶν ἢ μισθία. Seruitutem esse mercenariam. Nam apud Xerophontem in 3. Cypriadiæ loquitur mercitrix: ἵνα μὴ τὸ κύριον καὶ τῆς ψυχῆς ἀπολέσῃ, ὥστε μὴ ποτε λατρεύσῃ ταύτην. Hoc est: Ego verò Cyre vel anima redemerim, ne unquam hæc seruiret. Τὴν τυχόν, ἵνα τῆ ψυχῆς ἀπολέσῃ, ὥστε μὴ δουλεύειν, sua ipsius anima emerit, ne seruiat. Quin & in sacris literis λατρεύειν de seruitute dicitur, ut in Leu. Omne opus seruite non facietis, λατρεύειν. Et iterum: De semine tuo non dabis seruire principi, λατρεύειν. Et in Job, mendi a λατρεία dicitur. Sed admonendi sunt Latini, duliam & latrariam penultimam habere longam, ne breuem faciant.

c Dicimur enim etiam c. h. & Sic & adorare etiam in sacris libris.

d Quos honorificatione. & Legendum, honorifica, vel recordatione, vel presentia.

e Sed quædam etiam. & Non mirum: nam colere est tractare & exercere. Sic colimus omnia, quibus studemus, ut literas, arma, ludos, terram, & similia, & habitare.

f Non sicut appellantur coloni. Qui alieni agrum colunt conductiuum, sunt coloni. Quemadmodum in urbe inquilini, qui in edibus conductis habitant: & coloni agricole, qui agrum colunt etiam suum, & qui aliò mittuntur inhabitatum. Vnde sunt colonie, quas tam multas

Romani misere, ut de aliis taceam Græcis Asiatisque. Ille verò que mittunt metropoles vocantur iuarum coloniarum.

g Tyrij tenuere coloni. Nam à Tyriis Carthago condita est, qui eò venerunt tanquam coloni cum Didone Elissa fugiente fratrem post Sichæi mariti cadem. Huius historie plena sunt omnia.

h Quæ Græcè Θρησκεία. Suidas: Θρησκεία λατρεία: Θρησκόμενοι θεοσβεῖν, ὑποπρετῆ τοῖς θεοῖς. λέγεται γὰρ, ὡς ὀρθῶς θεοῖς πρώτος ἐπιχολόγησε τὰ ἑλλήνων μυθῆαια, καὶ τὸ πᾶν θεῶν Θρησκόμενοι ἐκαλεσεν, ὡς θεοκτονῆς τῆς διήσεως, ἢ ἀπὸ τοῦ θεῦ Θρησκόμενοι, ὃ ἔστιν ὀρθῶν. hoc est: Threscia latræ idem cultus: & Thresceui venerantur Deum, seruit diis. Narrat enim Orphea Thracem primum arte mysteria Græcorum tradidisse, & cultum deorum Thresciam nominasse, quòd Thracum esset id inuentum, aut à threscendo deum, quòd est videre.

i Tamen quia Latina loquendi còsuetud. Nam religio & pietas pro eodè capiuntur: at pietas patriæ, parètib. sanguin. q: iunctus debetur.

k More autem vulgi hoc nomen etiam. Fios enim indoctum vulgus misericordes vocat, & pietatem misericordiam. Sic Hispani & Galli, qui Latine loquuntur minus erudite.

l Vel pro sacrificiis. Alibi hoc deest.

m Vel præ sacrificiis. Vnde est illud, Misericordiam volo, & non sacrificium.

n Quem sanè Græci nullo suo sermonis vsu δισβεῖν vocant. Nullo vsu cruditorum.

De superna illuminatione quid Plotinus Platonius senserit.

C A P. II.

Sed non est nobis vllus cum his excellentioribus philosophis in hac quæstione conflictus. Viderunt enim, suisque literis multis modis copiosissime mandauerunt, hinc illos, vnde & nos fieri beatos, obiecto quodam lumine intelligibili, quod Deus est illis: & aliud est, quàm illi, à quo illustrantur vt clareant, atque eius participatione perfecti beatiq; subsistunt. ^a Sæpe multumque Plotinus asserit sensum Platonis explanans: ne illam quidem, quam credunt esse vniuersitatis animam, aliunde beatam esse quàm nostram: idque esse lumen quod ipsa non est, sed à quo creata est: & quo intelligibiliter illuminante, intelligibiliter lucet. Dat etiam similitudinem ad illa incorporea de his celestibus conspicuis amplisque corporibus, ^b trāquam ille fit sol, & ipsa fit luna. Lunam quippe solis obiectu illuminari putant. Dicit ergo ille magnus Platonius, animā rationalē, siue potius in-

telle.

tellektualis dicēda sit, ex quo genere etiam immortalīū beatorūmq; animas esse intelligit, quas in cęlestibus sedibus habitare non dubitat, nō habere supra se naturā, nisi Dei, qui fabricatus est mundū, à quo & ipsa facta est: nec aliunde illis supernis præberi vitam beatam, & lumen intelligentiæ veritatis, quā vnde præbetur & nobis, consonans Euangelio, vbi legitur: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in testimonium, vt testimonium; exhiberet de lumine, vt omnes crederent per eum. Non erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominē & venientem in hunc mundum. In qua differentia satis ostenditur animam rationalem, vel intellectualem, qualis erat in Ioanne, sibi lumen esse non posse, sed alterius veri luminis participatione lucere. Hoc & ipse Ioannes fatetur, vbi ei perhibens testimonium dicit: Nos omnes de plenitudine eius accepimus.*

L. VIVES.

a *S*Æpè multū in Plotino. } *Nam ex contemplatione patris illius optimi & pulcherrimi omnis beatitudo manat, vt ipse in opere De contemplatione docet: & alio in loco animas nostras laboribus corporis perfunctas fruituras ea beatitudinis dicit, quam sine interpellationibus sempiternam possidet anima mundi.*

b *Tanquam ille sit sol. } Princeps mundi, vnde beatitudo manat, & ipsa anima mundi sit luna.*

c *Fuit homo missus. } Ne, quia angelus dicitur nuncius, qui mittitur: & Ioannes cum sit missus, angelus etiam nominatur, putaret aliquis ex cęlestibus illum spiritibus unum esse, præfatus est Euangelista hominem esse, nec à se vel à quoquam alio potuisse ad rem tantam nuntiamdam mitti, quā à Deo.*

d *Vt omnes crederent per eum. } Non in eum, inquit Beda: nam execrandus homo, qui in homine confidit: sed per Ioannis testimonium credentī luci. Tamen si ambiguum p. test esse auid Græcos an sit, omnes credant per Ioannem, an per lucem: nam est di. iuri quod genere distingui non potest.*

e *Non erat ille lumen. } Græcè ἐν τῷ ἁγίῳ τῷ φῶς. In articulo τῷ latere mysterium putat Theophylactus. Sancti enim lumina sunt, etiam teste Domino: Vos estis lux mundi. Et Ioannes lucerna dicitur: sed non sunt τῷ φῶς, id est, ipsum lumen: nam lumina sunt de lumine ipso derivata. Hinc est id, quod sequitur: Erat lux vera. Querit Augustinus, cur additum sit vera. Quoniam, inquit, illuminatus Aug. de ciuit. Dei, Tom. j.*

dicitur lux: sed vera lux illa est, quæ illuminat. Seu ut articulus τὸ λῦ-
men significet, de quo est modò locutus, quasi non erat Ioannes illud de
quo dicebam, lumen.

¶ Quod illuminat omnem hominem. } Non quia nullus est ho-
minum, qui non illuminetur, sed quia nisi ab illo nullus illuminatur: vel,
ut Chrysostomus dicit, illustrat unumquemque hominem: quantum ad ip-
sum pertinet. Si verò aliqui mentis oculis clausis luminis huius radios
non admiserunt, non à lucis natura tenebræ generate sunt, sed à nequi-
tia illorum, qui ultrò se tanto bono fraudant, alioqui in usum vniuerso-
rum per orbem sparsio.

g In hunc mundum. } Græcè est, Εἰς τὸν κόσμον, In mundum. Orige-
nes ἀναρρηκῶς enarrat, eos illuminari à Christo, qui in mundum virtu-
tum veniunt non vitiorum.

De vero Dei cultu, à quo Platonici quanuis creatorem vniuersitatis
intellexerint, deuiarent colendo angelos, siue bonos, siue
malos, honore diuino. CAP. III.



V A E cum ita sint, si Platonici, vel quicumque alij ita
fenserunt, cognoscentes Deum, sicut Deum glorifi-
carent, & gratias agerent: nec euanescerent in cogi-
tationibus suis, nec populorum erroribus partim autores fie-
rent, partim resistere non auderent: profectò confiterentur,
& illis immortalibus ac beatis, & nobis mortalibus ac miseris,
ut immortales ac beati esse possimus, vnum Deum deorum
colendum, qui & noster est, & illorum.

Quòd vni vero Deo sacrificium debeatur.

C A P. IIII.

Hic nos seruitutem, quæ latrìa Græcè dicitur, siue
in quibusque sacramētis, siue in nobisipsis debemus.
Huius enim templum simul omnes, & singuli tēpla
sumus, ^a quia & omnium concordiam, & singulos inhabitare
dignatur: non in omnibus, quàm in singulis maior, quoniam
nec mole distenditur, nec partitione minuitur. ^b Cùm ad il-
lum sursum est, eius est altare cor nostrum: ^{b b} eius vnigeni-
to eum sacerdote placamur: ei cruentas victimas cædimus,
quando vsque ad sanguinem pro eius veritate certamus: ei
suauissimum adolemus incensum, cùm in eius conspectu
pio sanctòque amore flagramus: ei dona eius in nobis, nos-
que ipsos vouemus, & reddimus: ei beneficiorum eius solen-
nitatibus festis & diebus statutis dicamus, sacramúsque me-
moriã, ne volumine temporũ ingrata subrepat obliuio, ei sa-
crifi-

crificamus hostiā humilitatis & laudis in ara cordis igne feruidæ charitatis. Ad hunc videndū sicut videri poterit, eique coherendum ab omni peccatorum & cupiditatum malarum labe mundamur, & eius nomine cōsecramur. Ipse enim fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes, vel potius religentes, amiseramus enim negligentes: ^ahunc ergo religentes, vnde & religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, vt perueniendo quiescamus: ideo beati, quia illo fine perfecti. Bonum enim nostrū de cuius fine inter philosophos magna contentio est, nullum est aliud, quàm illi cohærere, cuius vnus anima intellectualis incorporeo si dici potest, amplexu, ^everis impletur fœcundaturq; virtutibus. Hoc enim bonum diligere, in toto corde, in tota anima, & in tota virtute præcipimur. Ad hoc bonum debemus, & à quibus diligimur duci, & quos diligimus ducere. Sic complentur duo illa præcepta, in quibus tota lex pendet & prophetæ: ^fDiliges ^gDominū ^hDeum ⁱtuum ^kin toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: ^l& diliges proximum tuum tanquā teipsum. Vt enim homo sese diligere nōset, cōstitutus est ei finis, quò referret omnia quæ ageret, vt beatus esset. Nō enim qui se diligit, aliud esse vult quàm beatus. Hic autem finis est, adhærere Deo. Iam igitur scienti diligere seipsum, cū mandatur de proximo diligendo, sicut seipsum: ^mquid aliud mādatur, nisi vt ei quantū potest, commendet diligendum Deum? Hic est Dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tantū Deo debita seruitus. Quæcunque igitur immortalis potestas quātalibet virtute prædita, si nos diligit sicut seipsam, ei vult esse subditos, vt beati simus, cui & ipsa subdita beata est. Si ergo non colit Deum, misera est, quia Deo priuatur: si autem colit Deū, non vult se coli pro Deo. Illi enim potius diuinæ sententiæ suffragatur, & dilectionis viribus fauet, qua scriptū est: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Nam, vt alia nūc taceam, quæ pertinent ad religionis obsequium, quo colitur Deus, sacrificium certè nullus hominū est, qui audeat dicere deberi, nisi Deo soli. Multa deniq; de cultu diuino vsurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis: siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ita tamen, vt quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi & venerandi: si autem eis multum additur, ⁿ& adorandi. Quis verò sacrificandum censuit: nisi ei, quem

Deū aut sciuit, aut putauit, aut finxit? Quān porrò antiqu⁹ sit in sacrificādo Dei cult⁹, duo illi fratres Cain & Abel satis indicāt, quorū maioris De⁹ reprobauit sacrificiū, minoris aspexit.

L. V I V E S.

a **Q** Via & omnium concordiam. } *Quæ est ecclesia.*

b **C**ū ad illum sursum. } *Hoc est quod in missa iubemur facere, cū ad participationem sacrorum qui intersunt, preparantur. Admonemur, cura omni & cogitatione inferiorum rerum abiecta, nos totos ad cogitationem, ad amorem Dei conuertere, illicque uti simus toti ceu alis quibusdam mentis elati. Ita enim purgatur animus, qui se sordibus istis extricat, preparatque semetipsum dignum Deo templum.*

bb **E**ius vnigenito cum sacerdote placat. } *Locus nō caret mendose. nescio an sic legendum: Eius vnigenito sacerdote eum placamus: ut sit placamus patrem sacerdote filio sacrificium offerente: an sic, eius vnigenito cum sacerdote placemus: ut sit, nos cum sacerdote agente sacra placemus eius vnigenito.*

c **E**i dona eius in nobis. } *Si quid damus Deo, non nostrum, sed suū illi reddimus. Nec gratius quicquam possumus Deo facere, quā bona nostra in fontem illum vnde manarunt, referre. Hoc Psalmist. significat, dicens: Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vnica est hic relatio gratiæ, si gratiam habeas.*

d **H**unc ergo religētes, vnde & religio. } *Cic. 2. de nat. deo. religionē à relegendo dictam esse putat. quod sit ceu cognitio Dei, quod cum illo Mercurij dicto consentit: ἄσθετα, γῶτες ἔτι δὲς Religio notitia est Dei. Lactant lib. 4. à religando religionem inuult esse nominatam, quasi Deo obstricti & religati sint religiosi pi. tatis vinulo. Augu. à religendo. Credo quod allusione nominis ad manum ex occasione capia.*

e **V**eris impletur fœcundatūque. } *Plato in Coniuiuo, hominem beatum pulchritudinis diuinæ inspectione ait, non simulachra, sed veras & expressas virtutes pariturum, aliturūque.*

f **D**iliges. } *Matth. 22. O quā paucis indiget humana vita! quā nihil opus est vero Christiano, imò verò homini: sed verus homo non est, nisi Christum agnoscat & colat. Quā igitur nihil opus est digestis, aut codicibus, nihil g. osus consiliis, cautelis? ut pauci verbis magnus ille magister quemadmodū vicinij. viuendum sit, docet? Amā quam potes max. è, qui supra te est, & non aliter qui prope te quā te quod si feceris, tu solus leges omnes, iurāque scies, & seruabis, que alij magnis sudoribus vix discunt, multis incitamentis & terroribus vix seruant, eris maior philosophus Pythagora & Platone cum suis omnibus pere-*

peregrinationibus & numeris: maior Aristotele cum suis disputationibus librisque conscriptis. Diliges, inquit, Quid potest esse dulcius dilectione? Non metuere, non fugere, non horrere precipere.

g Dominum. } Vt scias illum esse reuerendam, nam Dominus est.

h Deum. } Qui vnus est.

i Tuum. } Et si multorum est, tamen uniuscuiusque fit per cultum proprius, nec desinit tamen communis esse.

k In toto corde tuo. } August. lib. de Doct. Christ. Deum ex toto corde diligere precipere: ut omnes cogitationes tuas: ex tota anima tua, ut omnem vitam tuam: ex tota mente tua, ut omnem intellectum tuum in illum conferas, à quo habes ea quæ confers. Nullam igitur vita nostra partem relinquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velit frui. Origenes sic explicat. Ex toto corde, secundum totam recordationem, & operationem, & cogitationem. Ex tota anima, ut parati sint eam ponere pro pietate Dei. In tota mente, nihil aliud quàm quæ Dei sunt proferentes.

l Et proximum tuum. } August. primo de doct. Christ. unumquemque hominem proximum esse alteri dicit. Et Christus simile pronuntiat hoc mandatum esse superiori. nam, ut Chrysostomus inquit, imago Dei est homo: quo fit, ut qui hominem diligit, Deum videatur diligere. Hoc præceptum tam est natura aptum & congruens, ut Gentiles philosophi sint ei suffragati. Nam unumquemque hominem cuius alteri à natura conciliatum est: dicunt, ita omnes inter se sunt natura amici. Porro inter leges amicitia illam ponunt de primis, ut amicus amicum non secus diligit quàm se. nam & alterum se esse putat.

m Quid aliud mandatur. } Cum nihil sit quod magis optet homo, quàm beatitudinē si tantū diligit fructum, quantum se, eā nihilominus & illi debet optare, curareque, ut quod ipse contendit ire, eò & ille intendat.

n Et adorandi. } Nam homines etiam in sacris literis adorantur genere quodam reuerentia & cultus.

De sacrificiis quæ Deus non requirit, sed ad significationem eorum obseruari voluit quæ requirit. CAP. V.



Vis autem ita desipiat, ut existimet aliquibus vitiis Dei esse necessaria, quæ in sacrificiis offeruntur?

Quod cum multis locis diuina scriptura testetur, ne longum faciamus, breue illud de Psalmo commemorare suffecerit. Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Non solum igitur pecore, vel qualibet alia re corruptibili atque terrena, sed ne ipsa quidē iustitia hominis Deum egere credendum est, totumque quod iuste

colitur Deus, homini prodesse, nō Deo. Neque enim fontis quisquam dixerit profuisse si biberit, aut luci si viderit. Nec quod ab antiquis patribus talia sacrificia facta sunt in victimis pecorū, quę nūc Dei populus^b legitime nō facit, aliud intelligendum est, nisi rebus illis eas res fuisse significatas, quę aguntur in nobis, ad hoc vt inhæreamus Deo, & ad eundē finē proximo cōsulamus. Sacrificiū ergo visibile inuisibilis sacrificij sacramentū, id est, sacrū signū est. Vnde ille pœnitēs apud prophetam, vel ipse propheta quęrens Deū peccatis suis habere propitium. Si voluisses, inquit, sacrificiū, dedissem, utique holocaustis nō delectaberis. Sacrificiū Deo, spiritus cōtribulatus, cor contritū & humiliatū^c Deus nō spernet. Intueamur quēadmodū vbi Deū dixit nolle sacrificiū, ibi Deū ostendit velle sacrificiū. Nō vult ergo sacrificiū trucidati pecoris, sed vult sacrificiū cōtriti cordis. illo igitur quod eū nolle dixit, hoc significatur, quod eum velle subiecit. Sic itaque illa Deum nolle dixit, quomodo ab stultis ea velle creditur, velūt suę gratia voluptatis. Nam si ea sacrificia quę vult, quorum hoc vnum est, cor contritum & humiliatum dolore pœnitendi, nollet eis sacrificiis significari, quę velut sibi delectabilia desiderare putatus est, non utique de his offerēdis in lege veteri pręcepisset: & ideo mutanda erant opportuno certōque iam tempore, ne ipsi Deo desiderabilia, vel certē in nobis acceptabilia, ac nō potius quę his significata sunt, crederentur. Hinc & alio loco Psalmi alterius: Si esuriero, inquit, non dicā tibi: meus est enim orbis terrę, & plenitudo eius. Nūquid māducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Tāquam diceret, Vtique si mihi necessaria essent, non à te peterem, quę habeo in potestate. Deinde subiungens, quid illa significēt. immola, inquit, Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis, & eximā te,^d & glorificabis me.^e Item apud alium prophetam: In quo, inquit, apprehendam dominum, assumam Deum meum excellentum? Si apprehendam illum in holocaustis in vitulis anniculis? Si acceptauerit dominus in milibus arietum, aut in denis milibus hircorum pinguium? Si dederō primogenita mea pro impietate mea, fructum ventris mei pro peccato animę meę? Si annunciatū est tibi homo bonum, aut quid dominus exquirat à te, nisi facere iudicium, & diligere misericordiam, & paratū esse ire cum domino Deo tuo? Et in huius prophete verbis

Conf. Chemn.
 Concil. Trid.
 L. 4. c. 479.

verbis vtrunque distinctum est, satisque declaratum illa sacrificia non requirere Deum: quibus significantur hæc sacrificia quæ requirit Deus: in epistola quæ inscribitur ad Hebræos: Benefacere, inquit, & communicatores esse nolite obliuisci. Talibus enim sacrificiis placatur Deus. Ac per hoc ubi scriptum est: Misericordiam magis volo quam sacrificium: nihil aliud quam sacrificio sacrificium prælatum oportet intelligi: quoniam illud quod ab hominibus appellatur sacrificium, signum est veri sacrificij. Porro autem misericordia verum sacrificium est: unde dictum est, quod paulo ante commemoravi: Talibus enim sacrificiis placatur Deus. Quæcūque igitur in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificiis leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionem Dei & proximi significandam referuntur. In his enim duobus præceptis, ut scriptum est, ^h tota lex pædet & propheta.

L. V I V E S.

a Quoniam bonorum meorum non eges. } Ille verè est dominus alterius, qui bonis eius non eget, cum hic eget illius.

b Legitimè non facit. } Melius in aliis libris habetur, legit, non facit.

c Deus non spernet. } Iuxta Lxx. è δέος: ἢ ἑξοφρασίαι.

d Et magnificabis me. } In antiquis exemplaribus: Et glorificabis me, Vulgò: Et honorificabis me. Sed magis ad rationem verbi August. Nam Græcè ἢ δόξασις με. & sic in Hebraica veritate Hieronymus interpretatur tametsi inter hæc nihil interfit.

e Item apud alium prophetam. } Michea 6 ex interpretatione Lxx. in Hebraico habetur, ut Hieronymus vertit. Et sollicitum ambulare cum Deo tuo. Theodotus significantius expressit: ἢ ἀσφαλίς ἢ πορεύεσθαι μετὰ θεῷ, id est, Cave diligenter, ut ambules cum Deo tuo, ita ut secta videatur, & emulatio Dei.

f In epistola quæ inscribitur. } Significat incertum esse autorem.

g Talibus enim sacrificiis placatur Deus. } In antiquis, Placatur Deo, vtrunque melius quam quo modo vulgo habemus, Promeretur Deus. Græcè est, τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαριστέται ὁ θεός. quod etiam posset verti, propitiatur Deus, vel, litatur Deo.

h Tota lex pendet. } Ad hunc finem omnia referuntur. Hic est scopus, in quem dicta omnia conieciuntur.

De vero perfectioque sacrificio. CAP. VI.



Roinde verum sacrificium est omne opus, quod agitur, ut sancta societate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus. Vnde & ipsa misericordia, qua homini subuenitur,

si propter Deum non fit, non est sacrificium. Et si enim ab homine fit vel offertur, tamen sacrificium res diuina est: ita ut hoc quoque vocabulo id Latini veteres appellauerint. Vnde ipse homo Dei nomini consecratus, & Deo deuotus, in quantum mundo moritur ut Deo uiuat, sacrificium est. Nam & hoc ad misericordiam pertinet, quam quisque in seipsum facit. Propterea scriptum est: Misere animæ tuæ placens Deo. Corpus etiam nostrum cum per temperantiam castigamus, si hoc quemadmodum debemus propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ Deo, sacrificium est. Ad quod exhortans Apostolus ait: Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Si ergo corpus, quo inferiore tanquam famulo, vel tanquam instrumento utitur anima, cum eius bonus & rectus usus ad Deum refertur, sacrificium est: quanto magis anima ipsa cum se refert ad Deum, ut igne amoris eius accensa, formam concupiscentiæ secularis amittat, eique tanquam incommutabili formæ subdita, reformetur: hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium. Quod idem Apostolus consequenter adiungens: Et nolite, inquit, conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate mentis uestræ, ad probandum quæ sit uoluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum. Cum igitur uera sacrificia opera sint misericordiæ, siue in nos ipsos, siue in proximos: quæ referuntur ad Deum: opera uero misericordiæ nõ ob aliud fiant, nisi ut à miseria liberemur, ac per hoc ut beati simus: quod non fit, nisi à bono illo, de quo dictum est, Mihi autem^a adherere Deo bonum est, profectò efficitur, ut tota ipsa redempta ciuitas, hoc est congregatio societasque sanctorum, uniuersale sacrificium offeratur Deo per^b sacerdotem magnum, qui etiã seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus^c secundum formam serui. Hanc enim obtulit, in hac oblatum est, quia secundum hanc mediator est: in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Cum itaque nos hortatus esset Apostolus, ut exhibeamus corpora nostra hostiam uiuam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum, & non conformemur huic seculo, sed reformemur in nouitate mentis nostræ: ^d ad probandum quæ sit, uoluntas Dei, quod bonum & beneplacitum, & perfectum, quod totum sacrifici-

facrificiū nos ipsi sumus. Dico enim, inquit, per gratiam Dei quæ data est mihi, omnibus qui sunt in vobis, non plus^e sapere, quàm oportet sapere. sed sapere^f ad temperantiam: sicut vnicuique Deus partitus est fidei mensuram. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem mēbra non eisdem actus habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autem, alter alterius membra, habentes dona diuersa secundum gratiam quæ data est nobis. Hoc est sacrificium Christianorum, multi vnum corpus sumus in Christo: quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequentat Ecclesia, vbi ei demonstratur, quod in ea oblatione quam offert, ipsa offeratur.

L. V I V E S.

a **A**dhærere Deo bonum est. } *Summum bonum, & absolutum.*
 b **A** Per sacerdotem magnum. } *Christum, non ex ordine Aaron, sed Melchisedech, qui se inel tantum ingressus in sancta, pacem Dei unica hostia corpore suo immolato inuenit.*

c Secundum formam serui. } *Humanitas Christi huius ecclesie caput est. Diuinitas verò anima & vita.*

d Ad probandum quæ sit voluntas Dei. } *Sic etiam hunc locum legit epistola octogesima sexta: quod Erasmus in Annotationibus miratur: nam Græcè est, τὸ ἀγαθόν, ἡ εὐδοκίαν, ἡ τὴν εὐχαιάν, hoc est, sicut vulgò habemus, bona, & beneplacens, & perfecta, ut de voluntate intelligatur, τὸ θέλημα. Sed Augustinus vel ad sacrificium refert, vel certè simpliciter: ut intelligatis, quæ sit voluntas Dei, quid etiam bonum ipsum, & beneplacens & perfectum, cum quo Ambrosius consentit.*

e Sapere. } *Cogitare, sentire, de se, aliisque, & fratribus, & rebus.*

f Ad temperantiam, } *eis τὸ σφραγιστὸν in quo est mediocritas quædam totius vite, sicut etiam in temperantia, quemadmodum Cicero docet primo Offic. ex Platone, libro Tuscul. questionū tertio, temperatum à Græcis σφραγιστὸν vocari scribit. & quam illi σφραγιστὸν, sum temperantiam se dicit vertere, tum moderationem, nonnunquam etiam modestiam. Et ambigit, an ea virtus frugalitas dici possit.*

Quòd sanctorum angelorum ea sit in nos dilectio, ut nos non suos, sed vnus veri Dei velint esse cultores.

C A P. V I I.



Merito illi in cælestibus sedibus constituti, immortales & beati, qui creatoris sui participatione congaudent, cuius æternitate firmi, cuius veritate certi, cuius munere sancti sunt: quoniam nos mortales & miseros, ut

immortales beatique sumus, misericorditer diligunt, nolunt nos sibi sacrificare, sed ei, cuius & ipsi nobiscum sacrificium se esse nouerunt. Cum ipsis enim sumus vna ciuitas Dei, cui dicitur in Psalmo: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei: cuius pars in nobis peregrinatur, pars in illis opitulatur. De illa quippe superna ciuitate vbi Dei voluntas intelligibilis atque incōmutabilis lex est, ^a de illa super nos quodammodo cura geritur. Nāque ibi cura de nobis ad nos administrata per angelos sancta illa scriptura descendit, vbi legitur: Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino soli. Huic scripturæ, huic legi, talibus præceptis tanta sunt attestata miracula, vt satis appareat, cui nos sacrificare velint immortales ac beati, qui hoc nobis volunt esse quod sibi.

L. V I V E S.

a **D**E illa super nos quodammodo. *Alibi sic est: De illa superna quodammodo curia. Gerit nanque ibi curas de nobis ad nos ministrata per angelos.*

De miraculis, quæ Deus ad corroborandam fidem piorum, etiam per angelorum ministerium promissis suis adhibere dignatus est.

C A P. VIII.

NAm nimis vetera si commemorem, longius quam fat est, reuoluere videbor: quæ miracula facta sint attestantia promissis Dei, quibus ante annorum milia prædixit Abrahæ, quod in semine eius omnes gentes benedictionem fuerāt habituræ. Quis enim non miretur eidem Abrahæ filium peperisse coniugem sterilem, eo tempore senectutis, quo nec parere, nec esse foecunda iam posset: ^a atque in eiusdem Abrahæ sacrificio flammam cælitus factam, inter diuisas victimas cucurrisse: eidemque Abrahæ prædictum ab angelis cæleste incendium Sodomorum, quos angelos hominibus similes hospitio susceperat, & per eos de prole ventura, Dei promissa tenuerat, ipsoque imminente iam incendio, miram de Sodomis per eosdem angelos liberationem Loth filij fratris eius: cuius vxor in via retro respiciens, atque in salem repente conuersa, magno admonuit sacramento, neminem in via liberationis suæ præterita desiderare debere. Illa verò quæ & quanta sunt, quæ iam per Moysen populo Dei de iugo seruitutis eruendo in Ægypto mirabiliter gesta sunt, vbi magi Pharaonis, hoc est, regis Ægypti,

qui

qui populum illum dominatione deprimebat, ad hoc facere quædam mira permiffi sunt, & mirabilius vincerentur. Illi enim faciebant veneficiis & incantationibus magicis, quibus sunt mali angeli, hoc est, dæmones dediti: Moyfes autem tantò potentius, quantò iustius in nomine Domini, qui fecit cælum & terram, feruientibus angelis, eos facilè superauit. Denique in tertia plaga deficientibus magis, decem plagæ per Moysen magna myfteriorum dispositione completæ sunt, quibus ad Dei populum dimittendum, Pharaonis & Ægyptiorum dura corda cesserunt. Moxque pœnituit, & cum abscedentes Hebræos consequi conarentur, illis diuiso mari per siccum transeuntibus, vnda hinc atque hinc in sese redeunte cooperit, & oppressi sunt. Quid de illis miraculis dicam, quæ cum in deserto idem populus duceretur stupenda diuinitate crebruerunt: aquas quæ bibi non poterant, misso in eas sicut Deus præceperat ligno, amaritudine caruisse, sitientisque satiasse: manna esurientibus venisse de cælo: & cum esset colligentibus constituta mensura, quicquid amplius quisque collegerat, exortis vermibus putruisse: ante diem verò sabbati duplum collectum, quia sabbato colligere non licebat, nulla putredine violatum, desiderantibus carne vesci, quæ tanto populo nulla efficere posse videbatur, volatilibus castra completa, & cupiditatis ardorem fastidio satietatis extinctum Obuios hostes transitumque prohibentes atque præliantes, orante Moysè, manibusque eius in figuram crucis extensis, nullo Hebræorum cadente prostratos: seditiosos in populo Dei, ac sese ab ordinata diuinitus societate diuidentes, ad exemplum visibile inuisibilis pœnæ viuos terra dehiscente submersos: virga percussam petram tantæ multitudini abundantia fluentia fudisse: serpentum morsus mortiferos immisos, ad pœnam iustissimam peccatorum, in ligno exaltato atque prospecto æneo serpente sanatos, vt & populo subueniretur afflicto, & mors morte destructa, velut crucifixæ mortis similitudine signaretur? Quem sanè serpentem propter facti memoriam reseruatam, cum postea populus errans tanquam idolum colere cœpisset, Ezechias rex religiosa potestate Deo seruiens, cum magna pietatis laude contriuit.

L. V I V E S.

ATque in eiusdem Abrahamæ sacrificio flammam cælitus factam. } *Augustinus hunc locum recitat libro Retract. secundo. Sic enim ait, de his loquens libris, in quorum decimo libro non debuit pro miraculo poni in Abrahamæ sacrificio, flammam cælitus factam inter diuisas victimas incurrere: quoniam hoc illi in visione monstratum est. Hæc ille. Idcirco enim miraculum non fuit, quod ipsi Abrahamæ miranda res non erat, quippe non noua, ut quam sciebat futuram.*

De illicitis artibus erga dæmonum cultum, in quibus Porphyrius Platonius quædam probando, quædam quasi improbando versatur.

CAP. IX.

EÆc & alia multa huiuscemodi, quæ omnia commemorare nimis longum est, fiebant ad commendandum vnus Dei veri cultum: & multorum, falsorumque prohibendum. Fiebant autem simplici fide atque fiducia pietatis, non incantationibus & carminibus nefariæ curiositatis arte compositis, quam vel magiam, vel detestabiliore nomine ^a goëtiam, vel honorabiliore ^b theurgiam vocant qui quasi conantur ista discernere, & illicitis artibus deditos alios damnabiles, ^c quos & maleficos vulgus appellat: hos enim ad goëtiam pertinere dicunt: alios autem laudabiles videri volūt, quibus Theurgiam deputant, cum fiat vtrique ritibus fallacibus dæmonū obstricti sub nominibus angelorum. Nam & Porphyrius quandam quasi purgationem animæ per theurgiam, ^d cunctanter tamen & pudibunda quodammodo disputatione promittit: reuersionem verò ad Deum hanc artem præstare cuiquam negat, ut videas eum inter vitium sacrilegæ curiositatis, & philosophiæ professionem sententiis alternantibus fluctuare. Nunc enim hanc artem tanquam fallacem, & in ipsa actione periculosam, & legibus prohibitam, cauendam monet: nunc autem veluti laudatoribus cedens, vtilem dicit esse mundandæ parti animæ, non quidem intellectuali: qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum: ^e sed spiritali, qua corporalium rerum capiuntur imagines. Hanc enim dicit per quasdam cōsecrationes theurgicas, ^f quas teletas vocant, idoneam fieri, atque aptam susceptioni spirituum, & angelorum, ad vidēdos deos. Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur, intellectualem animæ, nihil purgationis accedere, quod eam faciat idoneam ad videndum Deum suum, & perspicienda ea, quæ

quæ vera sunt. Ex quo intelligi potest, qualium deorum, vel qualem visionem fieri dicat theurgicis consecrationibus, in qua non ea videntur, quæ vera sunt. Denique animam rationalem, siue, quod magis amat dicere, intellectualē, in superna dicit posse euadere: etiā si quod eius spiritale est, nulla theurgica fuerit arte purgatum. Porro autem à theurgo spiritalem purgari hactenus, vt non ex hoc ad immortalitatem æternitatemque perueniat. Quanquam itaque discernat à dæmonibus angelos, aërea esse loca dæmonum, ^b ætherea vel empyrea differens angelorum, & admoneat vtendum alicuius dæmonis amicitia, quo subuectante, vel paululum possit eleuari à terra quisque post mortem: aliam verò viam esse perhibeat ad angelorum superna cōsortia: cauendam tamen dæmonum societatem, expressa quodammodo confessione testatur: vbi dicit animam post mortem luendo pœnas, cultum dæmonum à quibus circumueniebatur horrescere. Ipsamque theurgiam, quam velut cōciliatricem angelorū deorūque commendat, apud tales agere potestates non potuit: quæ vel ipsæ inuideant purgationi animæ, vel artibus seruiant inuidorum, querelam de hac re Chaldæi nescio cuius exprimēs: Conqueritur, inquit, vir in Chaldæa bonus, purgandæ animæ magno molimine, frustratos sibi esse successus, cum vir ad eadem potens tactus inuidia, adiuratas sacris precibus potentias alligasset, ne postulata concederent. Ergo & ligauit ille, inquit, & iste non soluit. Quo indicio dixit apparere theurgiam esse, tam boni conficiendi, quàm mali, & apud deos, & apud homines disciplinam: pati etiam deos & ad illas perturbationes passionēque deduci, quas communiter dæmonibus & hominibus Apuleius attribuit. Deos tamen ab eis æthereæ sedis altitudine separans, & Platonis asserens in illa discretione sententiam.

L. V I V E S.

a **G**Oëtiam. } *Est incantatio, et veneficij species. Suidas. Γοητία, Γοητία.*
μαγεία, φαρμακεία διαφέρουσιν, ἀπὲρ ἰφει ἐστὶ μῦθος καὶ πέρας αἰμαγεία, μὴ ἔν ἐστι ὀπικλησις δαμιώνων ἀγαθοποιῶν δὴθεν πρὸς ἀγαθὰ πνός σύσασιν, ὡσπερ τὰ τῷ Ἀπολλωνίῳ τῷ τυανίῳ θεοπίσματα. γοητία δὲ ἐπὶ τῷ ἀτάκην νεκρῶς δι' ὀπικλησις, ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῆς γῶν καὶ τῆς θρητων τῆς πρὸ τῆς τῶν γενωμένων. φαρμακεία δὲ ὅταν διὰ πνός σκλασις θανατηφόρος πρὸς φίλτρον δὲ θῆ πνὶ διὰ σώματος. μαγεία δὲ καὶ ἀσεβλογία ἀπὸ μαγυσάων ἤρξατο. οἱ γὰρ τοὶ πέρας μαγὰν ὑπὸ τῆς ἐγχωρείων ὀνομαζοίται,

α) μαγισσῶν οἱ αὐτοί. Goetia, Magia, Pharmacia differunt, quæ sunt Persarum inuenta. Magia quidem est inuocatio demonum, scilicet beneficorum ad aliquid conficiendum bonū, cuiusmodi erant Apollonij Tyanae prædictiones. Goetia uerò fit per coactionem mortuorum etiam inuocatione: hinc enim dicta est à planctu qui fit circa sepulchrum. Pharmacia uerò fit, cum aliquid alicui porrigitur sumendum ore, quod mortem sit allaturum certis incantamentis præparatum. Magia & astrologia à Magis originem duxerunt. Persæ uerò Magi ab indigenis quibusdam nominantur, itidem & Magisii.

Theurgia

b Theurgiam. } Hæc est operatio diuina, quæ erat superiorum deorum, in qua cum erratur, ut inquit Iamblichus, non tunc bona numina que optantur, occurrunt, sed deteriora, & planè mala prætextu bonorum. idcirco oportet cum primis in ea, ne à ritu uetere sacerdotum latam reuengem discedatur.

c Quos & mal. } Plerique ueterum existimarunt incantationes naturaliter non obesse, sed unumquodque cogitatione & imaginatione sua semetipsum incantare. Plato lib. 11. De leg. corporibus ladi corpora, hoc ex natura ipsa esse dicit: sed ueneficis quibusdam magicis, & incantamentis, uinculis quoque, ut uocant, & his qui nocere tentant persuasum est, id se posse, & alius ladi se quoque posse goetia. Natura uerò quemadmodum ista se habeant, non facile est cognoscere, nec persuaderi uulgo, etiam si quis norit animis hominum opinione illa imbuti inesse vim imaginibus occultâ. Quocirca hanc legem serui: Ὅς αὖ φαρμακίῳ ἢ πᾶσι τῶν βλάβῃ, καὶ θανάσιμῳ, καὶ τε αὐτῶν, καὶ τε ἀνθρώπων ἢ τῶν κτήνων, βουσκυμάτων δὲ ἢ σμυκτῶν, ἢ τε ἀλλήλων, ἢ τε ἕν θανάσιμῳ, εἰ αὐτῶν ἰατρὸς ὢν τυχεῖται καὶ ὄφλησιν κίω φαρμακίῳ, θανάτου ζήμιον ἔστω. εἰ δὲ ἰδιώτης, ὃ, πὶ χρεῖ πωθεῖν, ἢ ὄπο πῖται πῖματῶ καὶ αὐτῶ τὸ διασῆρειν, εἰ δὲ κατὰ δέσπον, ἢ ἐπαγαγῆς, ἢ πῖται ἐπαθῆς, ἢ ἢ τῶν τοῦτων φαρμακίῳ, ὢν πῖται ἢ ὄξῃ ὁμοῖα εἶναι βλάβῃ. εἰ αὐτῶ μαίτις ὢν, ἢ πῖται σκοπὸς πῖθάτου, εἰ δὲ αὐτῶ μαντικῆς ὢν πῖται φαρμακείας ὄφλη, ταυτὸν καὶ τῶν γυνέσθω. περὶ γὰρ αὐτῶ τῶν πῖματῶ τὸ διασῆρειν, ὃ, πὶ αὐτῶ δὲ αὐτῶ πῖματῶ, ἢ ὄπο πῖται, hoc est. Quisquis aliquem ueneni leserit, si non letaliter, neque eum ipsum, nec quemquam de eius familia, si d. uel pecus, uel aluearia, seu neci dederit, seu aliter affecerit quam morte: si medicus sit, & ueneficū fuerit conuictus, extremo supplicio pœnā luito: sin inscius sit, iudices quid ipsum aut pati ergo aut soluere par sit, æstimanto. Si quis uerò uinculis, aut illeclamentis, uel incantationibus, aut eiusmodi quibuscunque ueneficis nosenti similis iudicatus fuerit: si uates sit, aut prodigiorū consultus, morte pleclitor: sin earum artium expers, ueneficū fecisse pronūciatū sit, & de hoc quoque: cōsiliū iudiciū, qua pœna uel multa afficiendus sit, cōsēto. Porphyr, lib. De

anim. abstin. 2. sic inquit: Per contrarios verò demones uniuersum efficiuntur ueneficiū. Hos nāq; maximè horumq; ducē, honorare solēt, qui mala ueneficiis inferunt. Hi sanè demones omniformibus figuris, imaginibusq; abundant, prodigiorumq; machina strenuè fallunt. Horum opera infelices φιλῆα amatorumque maleficia machinantur. Omnis enim in temperantia, spēsq; diuitiarum atq; gloriæ per hos inualefcit, præcipuè verò deceptio. Mendacium enim proprium est eiusmodi demonum.

d Cunctanter tamen. } Nam uidit non deesse his sacris suas fallacias demonum, qui se nobis ostendant, uenditantq; fraudantq; uoti, qui ritè sunt eis operati. Sed Iamblichus, homo initiatus, & ut ipse putat religiosior, non oportere artem totam damnari, inquit, tot seculis usq; & magno labore comprobata, quod interdum imponat utentibus. Quæ circa sacerdotes distinguere spiritus decere regulis ordinis, & meminisse uacillatiam in bonis spiritibus nullam esse.

e Sed (spirituali. } In qua sunt imagines ab externis sensibus ad interiores profectæ, in quibus est primus sensus communis, d inde phantasia, tum æstimationis, & memoria, quæ nobis cum brutis communia sunt: receptacula prima eorum, quæ per iammas sensuum sunt admissa, quibus accedit mens, & exactum illud rationis iudicium, quæ seruetur, perpenditque singula: ubi sunt duo intellectus, recipiens, qui dicitur possibilis, & agens. uoluntas deinceps sequitur.

f Quas teletas voc. } Dixi alibi teletas esse perfecti sacrificia, & τέλεια, quibus nihil deest.

g Ætherea vel emp. } Plato in Epinomide, ut à principe gentis illius philosophorū exordiar, primū genus diuerū facit illud inuisibile: secundū, quod celo toto sparsum est, oculisq; usurpatur. Tertium est demonium, neq; est simplex. nā alios demones æthereos, qui sunt ex puriore quadam substantia ponit. Alios æreos ex crassiore, nec illos nec hos esse in totum aspectabiles. Esse quoq; aqueos, quos semideos uocari placet: hi aliàs cernuntur, aliàs acie nostri obtutus fraudant: nam & cum spectantur, exiliter cogniti admirationē pecloribus inuentium incutiunt. Psellus ex Macro homine in demonium cultu peritissimo scribit, sex esse demonum genera. Primū lingua barbara nominari batleliur eon, id est, igneū: quod circa sublimiorē aërē peruagari dicit. Omne nāq; demonium ex lunaribus regionibus uelut ex tepio pphanū aliquid exterminari. Secundū uerò genus, quod in aère ppinguo nobis oberrat, quod & à multis propriè aërcū nominatur. Tertium terrenū, quod plurimum circa terrā uersatur, terrenisq; aduersatur multis rationibus atq; machinis. Quartum aquatile & marinū, quod humoribus se immergit, ac libèter circa lacus & fluuios habitat, multosque perdit aquis, & in mari fluctus excitat, ac tempestates nauigiāq; uiris

onusta funditus submergit, multosq; undis obruit. Quintū subterraneū, quod habitat sub terra, inuaditq; qui puteos effodiūt, & metalla efficit, hiatus terra & fundamenta concutit, flāminuos ventos suscitāt. Sextum & ultimū est lucifugū, imper scrutabile, ac penitus tenebrosum, passionibusq; frigidis violēter res perdēs. Esse verō dicebat hęc omnia dæmonum genera sic affecta, ut & deos oderint, & hominib; aduersentur, sed aliud alio peius. Hęc Pselus, qui quemadmodum dæmones hominum generi & imponant, & noceant, pluribus explicat. Nebis destinatam egredi breuitatē non est auarus. Por; hyr. in lib. Respons. ex Apollinis oraculis, alios deos caelestes ponit, alios æthereos, quosdam aëreos, nōnullos aqueos. terrestres quoq; & infernos: docetq; quib; quisq; sit hostis placādus. Terrestres furuis quadrupedib; super aras: inferni furuis quoq; sed in cauernis terræ: marini, volatilibus furuis in mare proiectus: aërei, volatilibus itidem, sed cæcis & candidis. Cælestes & ætherei, candidis victimis, quæ non sunt absumendæ, & aīa insana eorū spectantia. Neque hęc sunt recentiorū, sed iam inde ab Orpheo quoq;, & etiam Mercurio derinata. Iamblichus enim scribit Mercurium de empyreis diis libros centum reliquisse, de æthereis eorūdem, de caelestibus verō mille. Proclus dæmones diuidit in quinque nō diuersas species, sed velut præfecturas: nā ex muneribus, quæ gerunt distinguit: & de his quidem rebus satis, ut puto. Aug. itaque ex Porphyrio dicit empyreos, igneos vocat, quos nec ipse Porph. nec Plato à caelestibus videtur separare, qui igneæ sunt naturæ.

De theurgia, quæ falsam purgationem animis dæmonum inuocatione promittit. CAP. X.

Ecce nunc alius Platonius, quem doctiorem ferunt, Porphyrius, nescio per quam theurgicam disciplinam etiā ipsos deos obstrictos passionibus & perturbationibus dicit. Quoniam sacris precibus adiuuari, terrerique potuerunt, ne præstarent animæ purgationem: & ita terreri ab eo qui imperabat malum, ut ab illō qui poscebat bonum, per eandem artem theurgiam solui illo timore nō possent, & ad dandum beneficium liberari. Quis non videat hęc omnia fallaciū dæmonum esse cōmenta, nisi eorū miserissimus feruus, & à gratia veri liberatoris alienus? Nam si hęc apud deos agerentur bonos, plus ibi vtique valeret beneficis purgator animæ, quàm maleuolus impeditor. Aut si diis iustis, homo pro quo agebatur, purgatione videbatur indignus, non vtique ab inuido territi, nec, sicut ipse dicit, per metum valentioris numinis impediti, sed iudicio libero id negare debuerunt. Mirum est autem, quòd benignus ille Chaldæus, qui theu-

theurgicis sacris animam purgare cupiebat, non inuenit aliquem superiorem Deum, qui vel plus terreret, atque ad benefaciendum cogeret territos deos, vel ab eis terrentem comperceret, vt liberè beneficeret: sic tamè theurgo bono sacra defuerunt, quibus ipsos deos quos inuocabat, animæ purgatores prius ab illa timoris peste purgaret. Quid enim causæ est, cur Deus potentior adhiberi possit, à quo terreantur, nec possit à quo purgètur? An inuenitur Deus, qui exaudiat inuidum, & timorem diis incutiat, ne benefaciant: nec inuenitur Deus qui exaudiat beneuolū, & timorē diis auferat, vt benefaciant? O theurgia præclara, ô animæ prædicanda purgatio, vbi plus imperat immuda inuidētia, quàm impetrat pura beneficentia: imò verò malignorū spiritūū cauenda & detestanda fallacia, & salutaris audiēda doctrina. Quod enim, qui has sordidas purgationes sacrilegis ritibus operantur, quosdam mirabiliter pulchras, sicut iste commemorat, vel angelorum imagines, vel deorū, tanquam purgato spiritu vidēt: si tamen vel tale aliquid vidēt, illud est quod Apostolus dicit: ^a Quoniam satanas transfiguratur se velut angelum lucis. Eius enim sunt illa phantasmata, qui miseras animas multorum, falsorūque deoru fallacibus factis cupiens irretire, & à vero Deī cultu, quo solo mundantur & sanantur, auertere: ^b sicut de Proteo dictum est, Formas se vertit in omnes, hostiliter insequens, fallaciter subueniens, vtrouique nocens.

L. VIVES.

a Quoniam satanas } Hoc idem n. c. Porphyrius, nec Iamblichus potuerunt dissimulare. Porphyrius in 2. lib. De sacrificiis: Mendacium enim proprium est eiusmodi demonū: dī enim videri volunt, ac potestas ipsa eius presidens Deus maximus vult haberi. Et antè: Assumunt, inquit, sibi diorum deorum facies. Et Iamblichus: Mali enim spiritus in similitudinem bonorum se sepe transformant, iactabundique veniant, & supra quàm sunt, sibi arrogant.

b Sicut de Proteo dictum est. } Quarto Georg. Verg. Proteum Hesiodus filium facit Oceani & Thetidis, maximum vatem: & sicut de illo Verg. inquit,

Novit omnia que sunt,

Que fuerant, que mox ventura trahantur.

Ab Homero coactus fingitur, vt ventura Agamemnoni caneret, sicut à Verg. Aristeo. V aierius Probus Aegyptium fuisse scribit, & propter crudelitatem Busirim dictum, etsi Vergilius Pallenium facit, qua

est urbs in Macedonia. Seruius hic natum esse, caterū in insula Carpatho regnasse putat ex Verg. sententia. Herodotus in Euterpe Mēphitē scribit, quo rege Alexander & Helena in Aegyptū uenerunt, eōsq. ille quod adulteri essent, supra tres dies in r. gno suo esse uenit. Diodorus lib. 2. quem Græci Protea, Aegyptios Catea dixisse tradit, regnassēq. in Aegypto tempore belli Troiani, peritum syderum, & multarum artium. Fingitur solitus mutare se in omnes animantium, stirpiumque formas, quod earū naturas facile tum astrorū scientia, tū etiā usu & consuetudine sacerdotum didicerit. Hu etiam accedit, quod cum Aegypti reges in capite pro insignibus priorem uel leonis, uel tauri, uel draconis partem gestarent, interdum arborem, aut ignem, locum dedit Græcis hominibus commento. Suspicor illum hæc subinde insignia mutasse.

De epistola Porphyrij ad Anebuntem Aegyptium, in qua petit de diuersitate dæmonum se doceri.

C A P. X I.

Melius sapuit iste Porphyrius, ^a cum ad Anebuntem scripsit Aegyptium, ubi consulenti similis & quærenti, & prodit artes sacrilegas, & euertit. Et ibi quidem omnes dæmones reprobat, quos dicit ob impudentiam trahere^b humidū vaporem, & ideo nō in æthere, sed in aere esse sub luna atq; in ipso lunę globo. Verūtamen nō audet omnes fallacias, & malitias, & ineptias, quibus merito mouetur, omnibus dæmonibus dare. Quosdam namque benignos dæmones more appellat aliorum, cum omnes generaliter imprudentes esse fateatur. Miratur autem quod non solum dij alluciantur uictimis, sed etiam compellantur; atque cogantur facere quod homines uolūt, & si corpore & incorporalitate dij à dæmonibus distinguuntur, quomodo deos esse existimandum sit solem & lunā, & uisibilia cætera in cælo, quæ corpora esse nō dubitat. Et si dij sunt, quomodo alij benefici, alij malefici esse dicantur, & quomodo incorporalibus cum sint corporei coniungantur. Quærit etiam ueluti dubitans, utrum in diuinantibus, & quædam mira facientibus animæ sint potētiores: an aliqui spiritus extrinsecus ueniant, per quos hæc ualeāt. Et potius uenire extrinsecus cōiicit, ^c eo quod lapidibus, & herbis adhibitis, & alligēt quosdam, & aperiant clausa hostia, uel aliquid eiusmodi mirabiliter operētur. ^d Vnde dicit alios opinari esse quoddā genus, cui exaudire sit propriū, natura fallax, omniforme, multimodum, simulans deos & dæmones, & animas defunctorū, & hoc esse quod efficiat hæc omnia, quæ videntur

videntur bona esse vel praua: cæterū circa ea quæ bona sunt, nihil opitulari, imò verò ista nec nosse, sed & malè cõciliare, & insimulare atque impedire nonnunquam virtutis sedulos sectatores, & plenū esse temeritatis. & fastus, gaudere nidoribus, adulationibus capi, & cætera quæ de hoc genere fallaciū malignorūmq; spirituum, qui extrinsecus in animam veniunt, humanosq; sensus sopitos vigilantēve deludūt, non tanquam sibi persuasa confirmat, sed tam tenuiter suspicatur, aut dubitat, vt hæc alios asserat opinari. Difficile quippe fuit tãto philosopho cūctam diabolicam societatem vel nosse, vel fidēter arguere, quam quælibet anicula Christiana nec nosse cūctatur, & liberrimè detestatur. Nisi fortè ite, & ipsum ad quem scribit Anebuntem, tanquam taliū sacrorum præclarissimum antistitem, & alios taliū operum tãquam diuinorū, & ad deos colendos pertinentiū admiratores verecundatur offendere. Sequitur tamē & ea velut inquirēdo cõmemorat, quæ sobriè cõsiderata tribui nõ possunt, nisi malignis & fallacibus potestatibus. ^fQuærit enim cur tãquam meliorib⁹ inuocatis, quasi peioribus imperetur, vt iniusta hominis præcepta exequantur: cur attrectatū re venerea nõ exaudiāt imprecantem, cūm tamen ipsi ad incestos quosque concubitus quoslibet ducere non moerentur: cur ab animantibus suos antistites oportere abstinere denuncient, ne vaporibus profectò corporeis polluantur: ipsi verò & aliis vaporibus illiciātur, & nidoribus histtoriarum: cūmque à cadaueris contactu s prohibeatur inspector, plerunque illà cadaueribus celebrentur: quid sit, quod non dæmoni vel alicui animæ defuncti, ^bsed ipsi soli & lunæ aut cuiusque cælestium, homo cuiuslibet vitio obnoxius intēdit minas, eosq; territat falso, vt eis extorqueat veritatem. Nam & cælū se collidere cõminatur, & cætera similia homini impossibilia, vt illi dij tanquam insipientissimi pueri, falsis & ridiculis cõminationibus territi, quod imperatur efficiāt. Dicit etiam scripsisse Chæremonem quendam talium sacrorum, vel potius sacrilegiorū peritum, ea quæ apud Ægyptios sunt celebrata rumoribus, ⁱvel de Iside, vel de Osiride marito eius, maximam vim habere cogendi deos, vt faciant imperata, quando ille qui carminibus cogit ea se prodere vel euertere cõminatur: vbi se etiam Osiridis membra dissipaturum terribiliter dicit, si facere iussa neglexerint. Hæc atque huiusmodi vana & insana diis hominem minari, nec quibusli-

bet, sed ipsis cęlestib. & sydereis luce fulgētibus, nec sine effectu, sed violēta potestate cogentē, atque his terroribus ad faciēda quę voluerit perducentē, merito Porphyrius admiratur: imō verō sub specie admirantis, & causas rerū talium requirētis, dat intelligi, illos hęc agere spiritus, quorum genus superius sub aliorū opinatione descripsit, non vt ipse posuit natura, sed vitio fallaces, qui simulant deos & animas defunctorū, dęmones autē nō, vt ait ipse, se simulāt, sed planē sunt. Et quod ei videtur herbis & lapidibus & animātibus & sonis certis quibusdā, ac vocibus, ac figurationibus, atque figmentis, ^k quibusdam etiam obseruatis in cęli cōuersione motibus syderum, fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas variis effectibus exequendis, totum hoc ad eosdem ipsos dęmones pertinet ludificatores animarū sibi subditarum, & voluptaria sibi ludibria de hominum erroribus exhibentes. Aut ergo reuera dubitans & inquirens ista Prophyrius, ea tamē commemorat, quibus conuincantur & redarguantur: nec ad eas potestates: quę nobis ad beatam vitam capessendam fauent, sed ad deceptores dęmones pertinere mōstrentur. aut vt meliora de philosopho suspicemur: eo modo voluit hominē Ægyptium talibus erroribus deditum, & aliqua magna se scire opinantē, non superba quasi autoritate doctoris offendere, nec apertē aduersantis altercatione turbare, sed quasi quęrentis & discere cupientis humilitate ad ea cogitanda cōuerrere, & quām sint contēnenda vel etiā deuitanda monstrare. Denique propē ad epistolę finē petit se ab eo doceri, quę sit ad beatitudinē via ex Ægyptia sapiētia. Cęterum illos quibus cōuersatio cum diis ad hoc esset, vt ob inueniendum fugitiuum, vel prędium comparandū, vel propter nuptias, vel mercaturam, vel quid huiusmodi, mentem diuinam inquietarent, frustra eos videri dici coluisse sapiētiam. Illa etiam ipsa numina cum quibus conuersarentur, & si de cęteris rebus vera prędicerēt, tamen quoniam de beatitudine nihil cautum nec satis idoneum monerent, nec deos illos esse, nec benignos dęmones, sed aut illum, qui dicitur fallax, aut humanū omne commentū. Verūm quia talia & tanta geruntur his artibus, vt vniuersum modū humanę facultatis excedāt, quid restat, nisi vt ea quę mirificē tanquā diuinitus prędici vel fieri vidētur, nec tamen ad vnus Dei cultū referuntur, cui simpliciter inherere fatentibus quoque Platonis, &

per multa testantibus solum beatificum bonum est, malignorum dæmonum ludibria & seductoria impedimenta, quæ vera pietate cauenda sunt, prudenter intelligantur.

L. VIVES.

a **C**Vm ad Anebuntem. } *Aliter, ad Anebonem.*

b **C**Humidum vaporem. } *Delectari quoque dicit libamine nidoreque carniū, quibus spiritale corpus solet pinguescere. viuit nanque vaporibus, & fumigationibus, varièq. admodum, ut par est, per varia nidoreque sanguinis & carniū vires assumit. Iamblichus verior demonum cultor, cum hæc omnia videret ad declarandam demonum naturam tendere, omnia negauit. Nam Porphyrius aperte erat testatus, hos qui victimis cæsis delectantur, malos esse dæmones, & mendaces: quocirca & in libris Responsorum illos omnes diuos, tum caelestes, tum ethereos, aereos, marinos, terrestres, inferos, quibus sacra fieri Apollo ex animantibus iusserat, bonos esse deos negat, sed nefarios dæmones, qui sanguine & cadaueribus teneantur. Ita ut manifesto appareat, iactari eum inter veritatem & receptam consensu hæresis opinionem, ut nec bonos affirmare possit, nec malos omnes audeat, veritus condiscipulos, & auctoritatem disciplina, ipsūque nigrum Plutonem.*

c **E**o quod lapidibus & herbis. } *Miratur Porphyrius deos usque ad eum inferuire hominibus, ut vates etiam per farinam vaticinentur. Cui admirationi, questionique respondet, ut cateris facit Iamblichus magnificorum verborum contextu: quæ facile est unicuique colligere, sed quid dicat intelligere, vel qua ratione dicat, probabiliter suadere, non facile, nec ipsi quidem Iamblichus, nec omnibus Aegypti impostoribus. Excessu, inquit, potestatis, & bonitatis, & causa continente in se omnia, misera potestas deorum, si farina ducitur: inepta bonitas, si aliam rationem benignitatis non inuenit: abiecta & obnoxia naturis, si ita rerum causis comparatum est, ut farinam nequeat contemnere: quod si possent, cur non malunt bonam mentem, quam bonam farinam; aut cur non potius indicant se farina non moueri, & ea posita non venire, remota venire?*

d **V**nde dicit alios opinari. } *Ipsè idem Porphyrius lib. 2. De abstinen. animalium, à prauis demonibus non modo vulgus esse deceptum scribit, sed philosophos quoque eruditos & disertos, qui eloquentia sua multos alios in similem errorem pertraxerunt. Violenti enim sunt dæmones, & fallaces, simulatores, dissimulatoresque, cultumque deorum ad seipso transferre student. Nam nullum est malorum genus, quo non delectentur: & deorum induti personam in errorem ac stultitiam impulisse nos gaudent. Tales sunt & anime mortuorum,*

quæ vitis oppleta, è corpore migrarunt. Afflictauntur enim adhuc ira & concupiscentiæ perturbationibus, & in naturam conuerse demonum similes illorum redduntur, noxiæ & turbulentæ. In varias quoque sese vertunt formas, ac modo conspicuas se oculis præbent, modo recondunt. Ita eludunt aciem, tum intuentium, tum etiã cogitantium. Vtriq; demones plebem ducunt cupidine opum, potentia, voluptatum, & inanis gloria. Hinc seditiones nascuntur, hinc rixæ, hinc bella. Et quod omnium scelestissimum est, hisce rebus optimos quosque deos oblectari persuadere vulgò conuincuntur. Quibus assensa pœsis dulcissime sermonis multos mortales cepit. Hæc & alia ibidem complura, non quærens iam, & subdubians, ut in Epistola ad sacerdotem, sed tanquam in opere doctrina suæ, quid sentiat, aperiens.

e Admiratores verecundatur offendere. } Philosophos in opinionibus de nat. deorum falsos esse ait, alios aliorum gratia, nonnullos multitudinis opinione ductos.

f Quærit enim cur tanquam. } Atqui de his locuturus disertis verbis præfatur deos vocari, malos autem esse demones. Sic enim orditur: *οὗτοι οὐκ εἰσὶν θεοὶ ἀλλὰ κακῶν δαιμόνων, ποικυρῶν δὲ ὄντων δαιμόνων.*

g Prohibeatur inspector. } Ἐπιπέτης. Vocabulum est ad initiatos rebus sacris pertinens.

h Sed ipsi soli & lunæ. } Sic illa maga Thessalis apud Lucanum in 6. iactat se posse quoscumque velit in actus inuitos præbere deos.

i Vel de Iside, vel de Osiride. } Et hi sol & luna sunt. Sacra illa recondita & arcana veneranda cum sint turpissima flagitiorum ac scelerum plena, aut timent demones euulgari, qualia sunt Cereris: nam Isis est Ceres: aut certe ficto timore bellè animis hominum imponunt, & miserandi erroris fructum capiunt. Atque hæc de Iside & Osiride ad inferna quoque sacra spectant. Nam Porphyrius ipse in libro Responsorum maximum demonem Serapim nominari dicit, qui est Osiris apud Aegyptios, & apud Græcos Pluto, cuius symbolum esse dicit tricipitem canem, hoc est malum demonem, qui inuenitur tribus elementis, aere, aqua, & terra. Eius Isis est Proserpina, & Hecate: unde manifestum est de arcanis Erebi hæc intelligi, quæ magnam vim in magicis & excommunicationibus habent. Has minas & lunæ, & diis inferis, & sacris deæ Eleusinae intentatas Lucanus attingit libro sexto verbis Erichthūs:

Miratur Erichthō

Has fati licuisse moras, iratæque morti

Verberat immotum viuo serpente cadauer.

Pérque cauas terræ, quas egit carmine rimas,

Manibus illatrat, regniquæ silentia rumpit:

Tisiphone, vocisque mea securae Megera,
 Non agitis saevus Erebi per inane flagellis
 Infelicem animam: iam vos ego nomine vero
 Eliciam, Stygiisque canes in luce superna
 Destituam, per busta sequar: per funera custos
 Expellam tumulis, abigam vos omnibus urnis.
 Teque deis, ad quos alio procedere vultu
 Ficta soles Hecate, pallenti tabida forma
 Ostendam, faciémque Erebi mutare vetabo,
 Eloquar immenso terrae sub pondere, quae te
 Contineant Eumæa dapes, quo scedere mæstum
 Regem noctis ames, quae te contagia passam
 Noluerit reuocare Ceres: tibi pessime mundi
 Arbitrator immittam ruptis Titana cavernis,
 Et subito feriere die.

Porphyrus idem in Responsis Hecaten inducit coactam respondentem mago:

Τινὸς Ἰχατίων

Θεοδάμης ἐκέλευ με δεῦν ἐπέδ ποας αἰχμηάς.

Dic tibi quid nobis opus est, cur vincla necesse
 Theodame iecisti.

Et Apollo in eandem sententiam vincitum se necessitate confitetur, & diciturum inuitum.

Κλῦθιδρ ἰκ ἐδέλοιστ, ἐπέι με ἐπέδ ποας αἰχμηάς.

Et post paulum solui clamat:

Λύετε λοιπὸν ἀνακτα.

Iamblichus in Mysteriis scribit narrare Porphyrum sacerdotes consueuisse violentis quibusdam minis aduersum superos uti: veluti nisi vos ita feceritis, vel contra si feceritis aliquid, caelos confringam, vel occulta Isidis patefaciam, vel arcanum in abisso reconditum diulgabo: aut sistam barim, id est, nauem quandam apud Aegyptios sacram, aut membra Osiris Typhoni dispergam. Ipse vero Iamblichus negat in deos caelestes eiusmodi minas dirigi, sed esse in mundo genus quoddam potestatum valde diuisum, & indiscretum, & inconsideratum, quod accipit quidem ab alio rationem siue sermonem, exauditque, sed propria intelligentia nequaquam neque verum à falso, neque possibile discernit ab impossibili. Hoc itaque genus minationibus lacepsitum protinus irritatur, & efficit quod iubetur. Forsitan hoc istud est, quod per imprudentiam Porphyrus aliquid velle ait. Iamblichus persequitur, quid illae minae sibi velint: ex eo petat, qui desiderat.

k Quibusdam etiam obseruatis in cæli conuersione. } Nam ipse Porphyrius etiam ex Charenone res astronomie incomprehensibiles esse dicit humanis mentibus. } raduntur ergo à malis demonibus, ut reliqua omnia aticinia sicut Porphyrius inquit, in quò aduersus est ei Iamblichus, ut in hac ferè tota de ratione demonum disputatione. Conatur enim pro Anebone Porphyrio respondere homo prodigiöse superstitionis & disciplina.

De miraculis, quæ per sanctorum angelorum ministerium Deus
vetus operatur. CAP. XII

Porro autem quæcunque miracula, siue per angelos, siue quocunque modo ita diuinitus fiunt, ut Dei uisus, in quo solo beata vita est, cultû religionemque commendent, ea verè ab eis, vel per eos, qui nos secundum ueritatem pietatemque diligunt, fieri ipso Deo in illis operante credendum est. Neque enim audiendi sunt, qui Deum inuisibilem uisibilia miracula operari negant, cum ipse etiam secundum ipsos fecerit mundum, quem certè uisibilem negare non possunt. Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo, profecto minus est, quàm totus hic mundus, id est, cælum, & terra, & omnia quæ in eis sunt, quæ certè Deus fecit. Sicut autem ipse qui fecit, ita modus, quo fecit occultus est, & incomprehensibilis homini. Quauis itaq; miracula uisibilium naturarum uidentur absiditate uilauerint, tamen cum ea sapienter intuemur, inuisitatissimis rarissimisque maiora sunt. Nam & omni miraculo, quod fit per hominem, ^a maius miraculum est homo. Quapropter Deus qui fecit uisibilia cælum & terram, nõ dedignatur facere uisibilia miracula in cælo, vel in terra, quibus ad se inuisibilem colendum excitet animam adhuc uisibilibus deditam: ubi uerò & quando faciat, incommutabile consilium penes ipsum est, ^b in cuius dispositione iam tempora facta sunt, quæcunq; futura sunt. Nam temporalia mouens, temporaliter non mouetur: nec aliter nouit facièda, quàm facta: nec aliter inuocantes exaudit, quàm inuocatuos uidet. Nam & cum exaudiunt angeli eius, ipse in eis exaudit, tanquam in uero, non manufacto templo suo, sicut in omnibus sanctis eius, quæ temporaliter fiunt iussa, æterna eius lege conspecta.

L. V I V E S.

^a **M**aius miraculū est homo. } *Apud Mercurium uerbum est frequenter repetitum, Magnum miraculum hominem esse.*

^b In cuius dispositione. } *De scientia Dei, inquit Paulus, omnia esse*

esse oculis eius aperta, & nuda. Tempora enim omnia sunt presentia Deo, nihil veniurum, nihil transactum. De rebus ergo vniuersis ita statuit, ac de presentibus, sic agit, sic cognoscit: neque ille ut nos ab hesterno die transi in hodiernum, ab isto in crastinum veniet. Non recipit has angustias vel illa potentia, vel illa essentia. Præsens illi est tota sua æternitas, quanto magis hæc nostra per exigua tempora: & tamen qui mentes creaturæ nostras, tempus etiam condidit nostræ captibus aptum, & qui quemadmodum nos videmus videt, non tamen sicut nos videt, aut nouit. Præstabit in hac tanta materia philosophari non deficiente argumento, an cum Paulo in admirationem exclamare: O altitudo diuinitarum sapientiæ & scientiæ Dei!

De inuisibili Deo, qui se visibilem sæpe præstitit, non secundum quod est, sed secundum quod poterant ferre cernentes.

C A P. X I I I.

NEc mouere debet, quòd cum sit inuisibilis, ^a sæpe visibiliter patribus apparuisse memoratur. Sicut enim sonus, quo auditur sententia in silentio, intelligentiæ constituta, non est hoc quod ipsa, ita & species, qua visus est Deus in natura inuisibili constitutus, non erat quod ipse. Veruntamen ipse in eadem specie corporali videbatur, sicut illa sententia in ipso sono vocis auditur, nec illi ignorabant inuisibilem Deum in specie corporali ^b nequaquam se posse videre. Nam & loquebatur cum loquente Moyse, & ei tamen dicebat: Si inueni gratiam ante te, ostende mihi ^d temetipsum scienter ut videam te. Cum igitur oporteret Dei legem in edictis angelorum terribiliter dari, non vni homini paucisve sapientibus, sed vniuersæ genti & populo ingenti, coram eodem populo magna facta sunt in monte, vbi lex per vnum dabatur, conspiciente multitudine metuenda ac tremenda, quæ fiebant. Non enim populus Israel sic Moyse credidit, quemadmodum suo Lycurgo Lacedæmonij, quòd à Ioue seu Apolline leges quas condidit, accepisset. Cum enim lex dabatur populo, qua coli vnus iuebatur Deus, in conspectu ipsius populi, quantum sufficere diuina prouidentia iudicabat, mirabilibus rerum signis ac motibus apparebat, ad eandem legem dandam creatori seruire creaturam.

L. V I V E S.

Sæpe visibiliter patribus. } Ioannes in Euangelio Deum à Deo an nemsne vnquam visum scribit. Idem Apostolus Paulus con visus à patribus firmat. sed Iacob se vidisse dominum facie ad faciem asseuerat: & de tribus

Mose scriptum est Exodi 33. quod loquebatur cum domino facie ad faciem, sicut amicus cum amico suo solet loqui: quod & multa alia sanctorum librorum loca videntur testari. Verum naturam Dei esse homini viuenti inuisibilem ita constat, ut fuerint plerique, qui ne angelos quidem & archangelos, eam cernere existimarent, & prodiderint, ut docent Chrysostomus, & Gregorius. Viderunt igitur sancti patres angelos tanta maiestate forma, ut facile diuinam esse intuentibus persuaderetur: nam angelos patribus locutos, & per illos datam esse legem, Paulus est auctor ad Hebraeos. Si enim sermo qui per angelos dictus est, factus est firmus, &c. Et Actuum septimo, ait Stephanus, Iudaeos legem accepisse per dispositionem angelorum. Et species illa Dei non erat, qui speciem nullam habet, quod Chrysostomus intelligi vult, cum dominus Iudaeis negat eos vel speciem Dei vidisse, vel audiuisse vocem, qui speciem se putabant vidisse Dei, ut Exo. 19. scribitur: sed visibilis illa erat, & sub sensus cadebat species iussu Dei ab angelo confecta, tam superans solitas à nobis spectari, ut diuina crederetur, & erat ad diuinitatem cernendam gradus.

b Nequaquam se. } Alibi, in specie corporali quod ipse non erat se videre.

c Si inueni gratiam ante te. } Greg. lib. 7. Moralium in Iob. Sed patenter, inquit, datur intelligi, quod quandiu hic mortaliter viuatur, videnti per quasdam imagines potest Deus, sed per ipsam naturam suam speciem non potest: ut anima gratia spiritus afflata per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim eius essentiae non pertingat. Hinc est enim quod Iacob, qui Deum se vidisse testatur, non nisi angelum vidit. Hinc est quod Moses, qui cum Deo facie ad faciem loquitur, dicit: Ostende mihi temetipsum manifestè, ut videam te. Ex qua eius petitione colligitur, quod eum sitiebat per incircumscripcta naturam suam claritatem cernere, quem iam cœperat per quasdam imagines videre, tantum ille. Angelus verò domini legatus verbis eius à quo mittebatur, Moysi talia multum oranti respondet: Non poteris videre faciem meam: non videbit me homo, & viuet. Ac paulum post: Vidibus posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Itaque vestigia à Deo relicta in creaturis licet videre, & ex eis inuisibilia Dei cognoscere: ut ille sit eo amicitior Deo, cui maiora & præstantiora intueri detur. Facies autem ipsa domini amplior, & celsior est, quam vel in angustias nostras possit intrare, vel in tantam humilitatem se demittere. Multo est aliud de colloquio Dei: nec puto esse impium, aut absurdum existimare & olim cum patribus, & post Christum natum cum multis sanctorum locutum esse Deum ipsum dominum & autorem celi ac terræ: nihil enim

in hoc affirmatur incongruum immense maiestati, & est congruum infinitæ bonitati. Facies verò ita potuit videri, ut Augustinus exponit.

d Temetipsum scienter. } Ex Lxx. γυσῶς ἰδῶσθαι.

e Suo Lycurgo Lacedæmonij. } Lycurgus Ennomi Spartiatarum regis & Dionasse filius, Polybata, seu ut est apud Plutarchum, Polydecta regis frater fuit, quo mortuo regnavit, quo ad compertum est fratris coniugem uterum ferre. Tunc enim regno cessit infanti nondum nato, si mater foret, quo in lucem edito prod: cum eua, hoc est, iutor em egit. Legesque Lacedæmonis tulit, sanè quàm severas & duras: eamque ob causam Delphicum Apollinem autorem earum finxit. De Ione sunt etiam qui putent: propterea quòd Lycurgus suspitiones omnis & iurgia deuitans à patria discessisset in Cretam, ubi aliquandiu egit vitam, consuluisseque putatur de legibus Iouem, in ea natam insula, ubi & interisse Lycurgum scribit Iustinus, tametsi nec de origine, nec de peregrinatione, nec de ratione legum ferendarum, nec de morte satis inter rerum scriptores conveniat. ut Plutarchus inquit. De tempore quoque ambigitur, & fuerint vicus Lycurgus. Timeas enim duos ponit, & quidem apud Lacedæmonios: nam de Thrace constat ac utriusque res gestas in alterum congeri, antiquiorémque vel vixisse cum Homero, vel non longè fuisse post eius tempora. De legibus atque institutis Lycurgi nihil dicam. quoniam & hoc loco videtur alienum, & apud Xenophontem & Plutarchum sunt quàm plurima, qui libri sunt ferè in manibus.

De vno Deo colendo, non solum propter æterna, sed etiam propter temporalia beneficia, quæ vniuersa in ipsius providentiæ potestate consistant. C A P. XIII.



Icut autem vnius hominis, ita humani generis, quod ad Dei populum pertinet, recta eruditio, per quosdam articulos temporum tanquam ætatum profecit accessibus, ut à temporalibus ad æterna capienda, & à visibilibus ad inuisibilia surgeretur, ita sanè ut etiã illo tēpore quo visibilia promittebantur diuinitus præmia, vnus tantum colendus commendaretur Deus, ne mens humana vel pro ipsis terrenis vitæ trãnsitorie beneficiis, cuiquã nisi vero animæ creatori ac domino subderetur. Omnia quippe quæ præstare hominibus, vel angeli, vel homines possunt, in vnus esse omnipotentis potestate, quisquis diffitetur, insanit. ^a De providentiã certè Plotinus Platonicus disputat, eamq; à summo Deo, cuius est intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo, ^b vsque ad hæc terrena & ima pertingere ^c flosculorũ atque foliorum

pulchritudine comprobatur, quæ omnia quasi abiecta & velocissime pereuntia decentissimos formarum suarum numeros habere non posse confirmatur, nisi inde formentur, ubi forma intelligibilis, & incommutabilis simul habens omnia perseuerat. Hoc dominus Iesus ibi ostendit, ubi ait: Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico autem, quia nec Salomon in omni gloria sua sic amictus est, sicut vnum ex his. Quod si fœnũ agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, sic Deus vestit, quantum magis vos modicæ fidei? Optimè igitur anima humana adhuc terrenis desideriis infirma, ea ipsa quæ temporaliter exoptat bona infirma atque terrena vitæ huic transitoria necessaria, & præ illius vitæ sempiternis beneficiis contemnenda, non tamen nisi ab vno Deo expectare consuevit, ut ab illius cultu etiam in istorum desiderio non recedat, ad quem contemptu eorum, & ab eis auersione perueniat.

L. V I V E S.

a DE prouidentia certè Plotinus. } *Libri sunt De prouidentia Plotini quatuor, in quibus ostendit maxima & minima à Deo principe nature administrari. tum etiam ab illo mundo intelligibili, qui est apud Deum: hunc sensibilem esse procreatum, sed ab origine sua degenerantem magis, quò inferius descendit, esseque ab vno generatum non verè vnum, à simplici multiplicem, & dispersum.*

b Usque ad hæc terrena. } *Nam non desuerunt, qui è cælis non descendere Dei prouidentiam existimarent, quam opinionem video à quibusdam Aristoteli attribui: de qua re quid sentiam aliàs aperiam. Alij si quid in terris curant dñ, non nisi maxima putent. Quemadmodum maximi reges non ad quæuis se demittunt. Vnde sunt illi versus apud Lucanum Cæsaris ad milites tumultuantes:*

Nunquam se cura deorum

Sic premit, ut vestra vite vest: æq; saluti

Fata vacent, procerum motus hæc cuncta sequuntur.

Humanum paucis viuunt genus.

c Flosculorum atque foliorum. } *Quorum unumquodque tanta est forma, tam decenter aptum & coagmentatum, ita erumpit, ita adolescit, ita viuunt, ut ab alio artifice fieri non posse, quam à diuino res ipsa clamet, Proclus. Primum per omnia de super prouidentiam ad ultimum usque procedere, ac ne minimum quidem sui expertis alicubi prætermittere. Sed cum habeamus sententiam principis discipline Platonis, indigere non videmur sectatorum dictis. Is ergo in Epinomide illud tenendum*

dum esse ante alia dicit, prouidentiam diuinam, & maxima quæque & minima curare, qua de re ipse disputauerat in lib. De legibus 10. copiosius. Eius disputationis summa hæc est, Cum dii sint, non conuenit eos esse ociosos, curant ergo res humanas: cumque oranscū sint, etiam minima uident, & norunt: procul autem ab eis abest, & desidia, & inertia, & ignauia, nec imbecilliores sunt in paruis, nec putant indignum sua maiestate illa curare: nam ea ceu gradus sumi ad maxima. Curant igitur uniuersa, & parua, & magna.

d Quia nec Salomon. Hieronymus hoc loco: Reuera, inquit, quod sericum, quæ regum purpura, quæ pictura textricum, potest floribus comparari: quid uia candet, ut lilium? Viola uero purpuram nullo seperari murice uulorum magis, quàm sermonis iudicium est. Sic Hieronymus. Et profecto imitatrix nature ars nunquam illius perfectionem consequitur, tametsi æstimationibus nostris pretium uincat, quia aliquo usque emulando progressa multum putatur effecisse.

De ministerio sanctorum angelorum, quo prouidentia
Dei seruiunt. C A P. XV.

Sic itaque diuinæ prouidentia placuit ordinare temporū cursum, ut quemadmodum dixi, & in Actibus Apostolorum legitur, lex in edictis angelorum daretur de unius ueri Dei cultu: in quibus & persona ipsius Dei, non quidem per suam substantiam, quæ semper corruptibilibus oculis inuisibilibus permanet: sed certis indiciis per subiectam creatori creaturam, uisibiliter appareret, & syllabatim per transitorias temporum morulas, humanæ linguæ uocibus loqueretur, qui in sua natura, non corporaliter, sed spiritaliter: non sensibiliter, sed intelligibiliter: nō temporaliter, sed, ut ita dicam, æternaliter: nec incipit loqui, nec desinit: quod apud illum syncerius audiunt, non corporis aure, sed mentis ministri eius, & nuncij, qui eius ueritate incommutabili perfruuntur immortaliter beati: & quod faciendum modis ineffabilibus audiunt, & usque in ista uisibilia atque sensibilia perducendum incunctanter atque difficulter efficiunt. Hæc autem lex cum distributione temporum data est, quæ prius haberent, ut dictum est, promissa terrena, quibus certè significarentur æterna, quæ uisibilibus sacramentis celebrarent multi, intelligerent pauci. Unius tamen Dei cultus aperitissima illic & uocum & rerum omnium contestatione præcipitur, non unius de turba, sed eius, qui fecit cælum & terram, & omnem animam, & omnem spiritum, qui nō est, quod

ipsa. Ille enim fecit, hæc facta sunt, atque ut sint & bene se habeant, eius indigent, à quo facta sunt.

L. V I V E S.

a **L** Ex in edictis angelorum. *¶ V ulgo legimus: In dispositionem: ministri enim fuerunt sancti angeli illorum mirabilium. De hoc alibi.*

Ande promerenda beata vita, his angelis sit credendum, qui se colunt, exigunt honore diuino, an verò illis qui non sibi, sed vni Deo sancta præcipiunt religione seruire. CAP. XVI.



Vibus igitur angelis de beata & sempiterna vita credendum esse censemus? Vtrum eis, qui se religionis ritibus coli volunt, sibi sacra & sacrificia flagitantes à mortalibus exhiberi: an eis, qui hunc omnem cultum vni Deo creatori omnium debere dicunt, eique reddendum vera pietate præcipiunt, cuius & ipsi contemplatione beati sunt, & nos futuros esse promittunt? Illa nanque visio Dei, tantæ pulchritudinis visio est, & tanto amore dignissima, ^a vt sine hac, quibilibet aliis bonis præditum atque abundantem, non dubitet Plotinus infœlicissimum dicere. Cùm ergo ad hunc vnum quidam angeli, quidam verò ad seipsos latria colendos signis mirabilibus excitent: & hoc ita, vt illi istos coli prohibeant: isti autem illum prohibere non audeant, quibus potius sit credendum, respondeant Platonici, respondeant quicumque philosophi, respondeant theurgi, vel potius^b periurgi. Hoc enim sunt illæ omnes artes vocabulo dignæ. Postremò respondeant homines, si vllus naturæ suæ sensus, quoquo rationales creati sunt. ex aliqua parte viuit in eis. Respondeant, inquam, eisne sacrificadum sit diis, vel angelis, qui sibi sacrificari iubent, an illi vni, cui iubent hi, qui & sibi & istis prohibent. Si nec isti nec illi vlla miracula facerent, sed tantum præciperent: alij quidem vt sibi sacrificaretur, alij verò id vetarent, sed vni tantum iuberent Deo, satis deberet pietas ipsa discernere quid horum de factu superbiæ, quid de vera religione descenderet. Plus etiam dicam, si tantum hi mirabilibus factis humanas animas permouerent, qui sacrificia sibi expetunt: illi autem, qui hoc prohibent, & vni tantum Deo sacrificari iubent, nequaquam ista visibilia miracula facere dignarentur, profectò non sensu corporis, sed ratione mētis præponenda eorum esset autoritas. Cùm verò Deus id egerit ad commendanda eloquia veritatis suæ, vt per istos immortales

tales nuncios, non sui factum, sed maiestatem illius prædicantes, faceret maiora, certiora, clariora miracula, ne infirmis piis illi qui sacrificia sibi expetunt, falsam religionem facilius persuaderet, eò quòd sensibus eorum quædam stupenda monstrarent: quem tandem ita desipere libeat, vt nõ vera eligat, quæ seãetur, vbi & ampliora inuenit, quæ miretur: Illa quippe miracula deorum gentilium quæ cõmendat historia, non ea dico quæ interuallis temporũ occultis ipsius causis mundi, veruntamen sub diuina prouidentia constitutis & ordinatis monstruosa contingunt: quales sunt inusitati partus animalium, & cælo terraq; rerum insolita facies: siue tantum terrenis, siue etiam nocens^c quæ procurari, atq; mitigari dæmoniacis ritibus fallacissima eorum astutia perhibentur. Sed ea dico, quæ vi ac potestate eorum fieri satis euidenter apparet, vt est ^dquod effigies deorũ penarum, quos de Troia Æneas fugiens aduexit, de loco in locum migrasse referuntur: ^equòd cotem Tarquinius nouacula secuit: ^fquod Epidaurius serpens Æsculapio nauiganti Romam ^gcomes adhaesit: ^hquòd nauim qua simulachrum matris Phrygiæ vehabatur, tantis hominum boumq; conatibus immobilem redditam, vna muliercula zona alligatam, ad suæ pudicitie testimonium mouit & traxit: ⁱquòd virgo Vestalis, de cuius corruptione quæstio vertebatur, ^kaqua impleto cribro de Tyberi neq; persfluente, abstulit controuersia. Hæc ergo atq; alia huiuscemodi nequaquam illis quæ in populo Dei facta legimus, virtute ac magnitudine conferenda sunt: quanto minus ea, quæ illorum quoque populorum, qui tales deos coluerunt, legibus iudicata sunt prohibenda atq; plectenda magica scilicet vel theurgica? ^lquorum pleraq; specietenus mortalium sensus imaginaria ludificatione decipiunt, ^mquale est lunam deponere, ⁿDonec suppositas, vt ait Lucanus, propior despuermet in herbas. Quædam verò etsi nonnullis piorum factis videantur opere coæquari, finis ipse quo discernuntur, incomparabiliter hæc nostra ostendit excellere. Illis enim multi tanto minus sacrificiis colendi sunt, quanto magis hæc expetunt: his verò vnus commendatur Deus, qui se nullis talibus indigere, & scripturarum suarum testificatione, & eorũdem postea sacrificiorum remotione demonstrat. Si qui ergo angeli sibi expetunt sacrificium, præponendi eis sunt qui non sibi, sed Deo creatori omnium cui seruiunt. Hinc enim ostendunt

quàm sincero amore nos diligunt, quando per sacrificiũ non sibi, sed eis nos subdere volunt, cuius & ipsi contemplatione beati sunt, & ad eum nos peruenire quærunt, à quo ipsi non recesserunt. Si autem angeli, qui non vni, sed plurimis sacrificia fieri volunt, non sibi, sed eis diis volunt, quorum deorum angeli sunt, etiam sic eis præponendi sunt illi, qui vnus Dei deorum angeli sunt: cui sacrificari sic iubent, vt alicui alteri vetent, cum eorum nullus huic vetet, cui vni isti sacrificari iubent. Porrò si quod magis indicat eorum superba fallacia, nec boni nec bonorum deorũ angeli sunt, sed dæmones mali, qui non vnum solùm, ac summum Deum, sed seipso sacrificis coli volunt, quod maius quàm vnus Dei contra eos eligendum est præsidium, cui seruiunt angeli boni, qui non sibi, sed illi iubent vt sacrificio seruiamus, cuius nos ipsi sacrificium esse debemus?

L. V I V E S.

a **V**T sine hac quibuslibet aliis bonis.} *Hoc non vno loco affirmat Plato sine virtute, & illius quod verè est cognitione reliqua esse abiectionis, & miseriam meram.*

b Periuergi.} *A peruergendo, an perurgi à perurendo.*

c Quæ procurari.} *Sacrificiis, inquit Valerius, solenni ritu ostentorum a fulgurum, denunciations procurantur. Hanc artem Ethrusci multum exercuerunt, & Romanis Numa rex tradidit. De procuratione fulgurum & ostentorum crebra mentio apud scriptores Latinos, vt apud Ciceronem, Senecam, Liniũ, & alios. Estq; procurare, sacrum facere ei Deo cui oportet in tali re fieri, vt omen secundet.*

d Quod effigies deorum penatum.} *Valerius lib primo: Penates deos Aeneam Troia aduectos Lauiniũ collocasse, inde ab Ascanio filio eius Albam, quam ipse condiderat, translatos pristinum sacrarium repetisse. Et quia id humana manu facta existimari poterat, relatos Albam voluntatem suam altero transitu significasse.*

e Quod cotem Tarquinius.} *Cum Centuriarum equitum numerum vellet rex Tarquinius Priscus ampliare, Actius Nauis augur, negauit id fieri debere, nisi consultis auibus. Rex vt artem eluderet, diuina, inquit, ex arte, an fieri possit quod cogito: cum ille ex arte respondisset posse, Seca, inquit, nouacula cotem, quã acuitur. Ille, presente & inspectate populo, regẽque, hoc fecit. Ita deinceps magno in honore fuit Actius quandiu vixit, & statua ei eodem loco quo id contigerat, in comitio scilicet, posita, & cos ibi, nouaculaq; locata, monumentum rei. Linius libro primo, & Cicero primo De diuin. sed cotem à Na-*

uio discissam scribunt, non à rege Tarquinio.

f Quod Epidaurius serpens. } Hic est *Aesculapius*, de quo diximus alibi, qui specie serpentis Romam est à templo suo, quod erat quinquemillibus ab Epidaurio passibus, trallatus. *Demonarches*, inquit *Lactantius*, in figura sua sine dissimulatione perductus est. nam diuine literæ, serpentem esse demonem perhibent, & *Pherecides Scyrus* serpentinis illos pedibus esse scribit.

g Comes adhæsit. } Imò ipse draco erat *Aesculapius*, nisi putent *Aesculapio* inuisibili comitem eius draconem conspici. Nam & *Aesculapius* cum baculo serpente inuoluto pingebatur, & in celo *Ophiuchus* creditur, id est anguitenens, & statutum ut medici anguibus uerentur. Sic scribit *Hyginus* in historia celesti. *Plinius* anguem putat dicatum *Aesculapio*, quòd in eo insint multa remedia: *Macrobius*, quia acute cernit. Vnde est illud apud *Horatium*,

Cur in amicorum vitium tam cernis acutum,

Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

h Quod nauim qua simulachrum. } Cùm nauis, qua mater Deum ex *Pessumunte Phrygiæ* Romam aduehebatur, hæssisset in *Tyberi*, nec ui virum bouinque moueri posset, *Q. Claudia Vestilis*, que aduerso predictæ rumore laborabat, quòd cultus esset *Stuliosior*, disincta zona & nauis alligata, precata deam, ut si castam se nosset, volens sequeretur, nauem duxit: cui postea statua est erecta ante eadem magnæ matris, que in sua basi semper stetit, cùm bus funum illud conflagrarit. *Liu 2. de bello Punico*, *Quidius in Fastis*, & *Valerius Maximus*.

i Quòd virgo Vestalis. } Hæc erat *Tucia*, ut *Valerius* scribit lib. 8.

k Aqua impleto cribro. } Alibi, aqua impletum cribrum neque perfluente.

l Quorū pleraq; specietenus. } Multa sibi homines cogitatione fingunt, que sibi visi sunt videre; cū nihil viderint, idque phantasiae aliquo oblato tam fit facti, ut nihil crebrius contingat. Vnde maxima pars eorum, que de spectris & visione demonum narrantur, est orta: tum etiam demones oculis nostris illudunt. Nec mirum est hæc fieri posse demonibus, & falli ab eis obtutus nostri aciem, cū à circulatoribus nobis sic imponatur, ostendaturque, que nisi à tali hominum genere agerentur, pro miraculis qui caperent, non deessent: etiam sic facta admirationi sunt, & vix acumen ingenij rationem illorum consequitur. Sūntque, qui credant sine demoniaca vi non perfici, artis tamen sunt exercitatissimæ, que celeri motu atque agitatione defixum in res obtutum præstigiis frustratur. Ita qui edit panem, spueri cernitur farinam si cam: qui bibit vinum, per frontem id, aut etiam per iugulum remittit, Magno spectato-

rum metu ac horrore gladij vorantur, & ingens vis euomitur acutum, zonularum, numorum. Transeo quæ ex magna naturali sunt, subito apparere conuiuas omnes truncos, aut asinum caputibus, extendi per triclinium vicem. Quorum rationem plurimi norunt: nam libris his de rebus sunt conscripti, & factu facilia sunt: quanto magis demones, qui nobis & agilitate præstant, & peritua rerum natura? Gentilibus suorum deorum quæ narrabantur miracula fuisse suspecta, & imaginatione quorundam commenta, vulgataque satis Valerius indicat lib. 1. Nec me præterit, inquit, de motu & voce deorum immortalium, humanis oculis auribusque percepto, quam ancipiti opinionum æstimatione verferur: sed quia non noua dicuntur, sed tradita reperimur, fidem aut res vendicent, nec nostrum sit inclytus lute. a. um monumentis consecrat., perinde ac vana, refugisse. Hæc Valerius. Linius quoque non vno loco, versis in religionem periculosos temporibus animis, multa visa creditaque prodigia, quæ non erant.

in Quale est lunam deponere. Lucanus libro sexto, de magorum vi loquens:

Illis & sidera primùm

Præcipuis deducta polo, Phœbéque serena,

Non aliter d. ris verborum obsessa venenis

Palluit, & nigris, terrenisque ignibus arsit,

Quam si fraterna prohibet im. gine tellus,

Insureretque suas flammis caelestibus umbras.

Et patitur tantis cantu depressa labores,

Donec suppositus propior despatmet in herbas.

Maga apud Vergilium profitetur se posse vestere sidera retro, quarto Aeneidos: & illa Apuleiana potens erat deos infirmare & sidera extinguere. Ouidius de Arte dea:

Illam reductam cursu deducere lunam

Nuitur, & tenebras addere solis equis.

Hoc enim erat persuasum illis magicis incantamentis detrahi-calo lunam sicut ait Verg. in Pharmaceutria:

Carmina vel celo possunt deducere lunam.

Idcirco nutrix illa apud Senecam in Hippolyto, cum lunam veneratur, ad hunc loquitur modum:

Sic te lucidi vultus ferant,

Et nube rupta carnibus puris eas.

Sic te gerentem freno nocturni astris

Detrahere nunquam Thessali cantus queant.

Adiuuari putabant lunam sic laborantem sonibus permagnis, ne voces

voce incantantium eò possint peruenire, ut ab ea exaudirentur: idcirco pelues, & tympana, & cymba a pulsabantur. Hoc enim prodesse plurimum existimabant. Propert.

Cantus, & è currulunam deducere tentant:

Et facerent, si non ara repuls: sonent.

Iuuenalis de sœmina l. q. acissima Satyra sexta:

Vna laboranti poterit succurrere luna.

Fiebat enim idẽ cum luna deficeret, amoto sole interiectu terra: nam rationem ignorabant. Plin. lib. 2. de his qui causas defectuum solis luneque prodiderunt liquens: Vri, inquit ingentes, supraque mortalium naturam tantorum numerum lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta in defectibus stellarum scelera aut mortem aliquam siderum pauentes: quo in metu fuisse Stesichori & Pindari vatium sublimia ora palam est, deliquio solis & in luna veneficia arguẽs mortalitate, & ob id crepitu diss: no auxiliante. Nec mirum est creditum olim rudi hominum generi lunam celo auferri, cum nostra memoria sit populus, qui lunã ab asino epotã crediderit, cum is asinus de fluuio biberet, qui luna speciem, ut sit, reced: bat, illaque obteclu nubis subito se condidisset, asinusque in carcerem coniectus, & post legitimam questionem sectus est, ut lunam mundo redderet.

n Donec suppositas. } Hæc spuma Cerberi existimabatur, qui est Hecates seu Proserpina, id est luna, canis qua magæ in veneficiis suis utebantur.

De arca testamenti miraculisque signorum, quæ ad commendandam legis ac promissionis auctoritatem diuinitus facta sunt.

CAP. XVII.

DE Roinde lex Dei, quæ in edictis data est angelorũ, in qua vnus Deus deorum religione sacroru iussus est coli, alij verò quilibet prohibiti, in arca erat posita, quæ arca testimonij nuncupata est. Quo nomine satis significatur, non Deum qui per illa omnia colebatur, circumcludi solere, vel contineri loco, cum responsa eius, & quædam humanis sensibus darentur signa ex illius arcae loco: sed voluntatis eius hinc testimonia perhiberi, quod etiam ipsa lex erat in tabulis conscripta lapideis, & in arca vt dixi posita: quam tẽpore peregrinationis in eremo cũ tabernaculo, quod similiter appellatum est tabernaculum testimonij, cum debita sacerdotum veneratione portabant. Signũque erat, quod per diem nubes apparebat, quæ sicut ignis nocte fulgebat. Quæ nubes cùm moueretur, castra mouebãtur, & vbi staret castra

ponebantur. Reddita sunt autem illi legi magni miraculi testimonia, præter ista quæ dixi, & præter voces quæ ex illius arcæ loco ædebantur. Nam cū terram promissionis intrantibus eadem arca transfret Jordanē, fluiuius ex parte superiore subsistens, & ex inferiore decurrens, & ipsi, & populo siccum præbuit transeundi locum. Deinde ciuitatis, quæ prima hostilis occurrit, more gentium deos plurimos colens, septies eadē arca circumacta, muri repente ceciderunt, nulla manu oppugnati, nullo ariete percussi. Post hoc etiam cū iam in terra promissionis essent, & eadem arca propter eorū peccata fuisset ab hostibus capta, hi qui eam ceperant, in templo Dei sui, quem præ cæteris colebāt, honorificè collocauerunt, abeuntēsq; clauerunt, apertōq; postero die, simulachrum cui supplicabāt, inuenerūt collaptum, deformitèrque cōfractum. Deinde ipsi prodigijs acti, deformiūsq; puniti, arcam diuini testimonij populo vnde ceperant reddiderūt. Ipsa autem reditio qualis fuit? Imposuerunt eam plaustro, eique iuuenas à quibus vitulos sugentes abstraxerant, subiunxerunt, & eas quò vellent ire suerunt, etiam hinc vim diuinam explorare cupientes. At illæ sine homine duce atque rectore, ad Hebræos viam pertinaciter gradientes, nec reuocatę mugitibus esurientium filiorum, magnum sacramentum suis cultoribus reportarunt. Hæc atque huiuscemodi Deo parua sunt, sed magna terrendis salubriter erudiendisque mortalibus. Si enim philosophi, præcipuèque Platonici, rectius cæteris sapuisse laudantur, sicut paulò antè cōmemorauī, quòd diuinam prouidentia hęc quoque rerū infima atque terrena administrare docuerint numerosarum testimonio pulchritudinum, quæ nō solūm in corporibus animalium, verum etiam in herbis, scœnōque gignuntur, quanto euidentius hæc attestantur diuinitati, quæ ad horam prædicationis eius fiunt, vbi ea religio compendatur, quæ omnibus cælestibus, terrestribus, infernisque sacrificari vetat, vni Deo tantum iubens, qui solus diligens & dilectus, beatos facit, eorūque sacrificiorum præfinitens tempora imperata, eaque per meliorem sacerdotem in melius mutanda prædicens, non ista se appetere, sed per hæc alia potiora significare testatur, non vt ipse his honoribus sublimetur, sed vt nos ad eum colendum, eique cohærendum igne amoris eius accensi, quod nobis, nō illi, bonum est excitemur.

Contra eos qui de miraculis, quibus Dei populus eruditus
est, negant ecclesiasticis libris esse credendum.

C A P. X V I I I.

N dicet aliquis, ista falsa esse miracula, nec fuisse facta, sed mendaciter scripta? Quisquis hoc dicit, si de his rebus negat omnino vllis literis esse credendum, potest etiam dicere, nec deos vllos curare mortalia. Non enim se aliter colendos esse persuaferunt, nisi mirabilibus operum effectibus, quorum & historia gentium testis est, quarum dij se ostentare mirabiles potius quam vtilis ostendere potuere. Vnde hoc opere nostro, cuius hunc iam decimum librum habemus in manibus, non eos suscepimus refellendos, qui vel vllam esse vim diuinam negant, vel humana non curare contendunt, sed eos qui nostro Deo conditori sanctæ & gloriosissimæ ciuitatis, deos suos præferunt, nescientes eum ipsum esse & iam mundi huius visibilis, & mutabilis, inuisibilem & incommutabilem conditorem, & vitæ beatæ non de his, quæ condidit, sed de seipso verissimum largitorem. Eius enim propheta veracissimus ait: Mihi autem adhærere Deo bonum est. De fine nanque boni inter philosophos quaeritur, ^a ad quod adipiscendum omnia officia referenda sunt. Nec dixit iste: Mihi autem nimis diuitiis abundare bonum est, aut insigniri purpura & sceptro, vel diadême excellerere, aut quod nonnulli etiam philosophorum dicere non erubuerunt, mihi voluptas corporis bonum est: aut quod melius velut meliores dicere visi sunt, Mihi virtus animi mei bonum est: sed mihi, inquit, Deo adhærere bonum est. Hoc eum docuerat, cui vni tantummodo sacrificandum sancti quoque angeli ^b legalium sacrificiorum etiam contestatione mouerunt. Vnde etiam ipse sacrificium eius factus fuerat, cuius igne intelligibili correptus ardebat, & in eius ineffabilem in corporeumque complexum sancto desiderio ferebatur. Porro autem si multorum deorum cultores, qualescunque deos suos esse arbitrentur, ab eis facta esse miracula, vel ciuiliū rerum historiarum, vel libris magicis, siue quod honestius putant, theurgicis credunt, quid causæ est, cur illis literis nolint credere, ista facta esse, quibus tanto maior debetur fides, quanto super omnes est magnus, cui vni soli sacrificandum præcipiunt?

L. V I V E S.

a **A**D quod adipiscendum omnia officia referenda sunt. ³ *Officiorum Cicero, Stoicos secutus, duo facit genera: alterum absolutum, quod pertinet ad virtutes illas absolutas, id est ad sapientiam & proinde ad finem bonorum, idque Græci κατ' ὅπου καὶ νοῦν αὐτ. Latini rectum, aut rectè factum, omnes numeros virtutis continens. Alterum officij genus positum est in preceptis vite communis, cuius probabilis ratio reddi potest, cur sic factum sit potius, quàm aliter. Medium & commune hoc nominant, quod in utranque partem, & sapientia, & stultitia natura sua verti potest ab utente: qualia sunt quæ in rep. & vita priuata circa opes, honores, gloriam, & similia facimus.*

b *Legalium sacrificiorum. In antiquis exemplaribus legitur: Legalium miraculorum. alibi, angelis eius miraculorum.*

Quæ ratio sit visibilis sacrificij quod vni vero & inuisibili Deo offertur docet vera religio. CAP. XIX.



Qui autem putant hæc visibilia sacrificia diis aliis congruere, illi verò tanquam inuisibili inuisibilia, & maiori maiora, meliori que meliora, qualia sunt puræ mentis & bonæ voluntatis officia, profectò nesciunt hæc ita esse signa illorum, sicut verba sonantia signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde quas significamus offerimus: ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quàm illi, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Tunc nobis fauent, a nobis que congaudent, atque ad hoc ipsum nos pro suis viribus adiuuant angeli, quique virtutesque superiores, & ipsa bonitate, ac pietate potentiores. Si autem illis hæc exhibere voluerimus, non libenter accipiunt, & cum ad homines ita mittuntur, vt eorum præsentia sentiantur, apertissimè vetant. b Sunt de his exempla in literis sanctis. Putauerunt quidam deferendum angelis honorem, vel adorando, vel sacrificando, qui debetur Deo, & eorū sunt admonitione prohibiti, iusque sunt hæc ei deferre, cui vni fas esse nouerunt. Imitati sunt Angelos sanctos etiam sancti homines Dei. c Nam Paulus & Barnabas in Lycaonia facto quodam miraculo sanitatis, putati sunt dij, eis que Lycaonij immolare victimas voluerunt, quod à se humili pietate remouentes, eis, in quem crederent, annunciauerunt Deū. Sed nec ob aliud fallaces illi superbè sibi hoc exigunt, nisi quia vero

vero Deo deberi sciunt. Non enim reuera, vt ait Porphyrius, & nonnulli putant, cadauerinis nidoribus, sed diuinis honoribus gaudent. Copiam verò nidorum magnam habent vndique, & si amplius vellent, ipsi sibi poterant exhibere. Qui ergo diuinitatem sibi arrogat spiritus, non cuiuslibet corporis fumo, sed supplicantis animo delectantur, cui decepto subiectoq; dominantur, intercludentes iter ad Deum verum, ne sit homo illius sacrificium, dum sacrificatur cuiuspiam præter illū.

L. V I V E S.

Nobisque congaudent. } *Gaudere angelos Dei, cum homines*

sancte viuunt, eum Christus t. Statut in Euangelio l. i. c. 15.

Sunt de his exempla in literis sanctis. } *Ioannes angelum ad se*
missum voluit adorare, & inhibitus est ab eo iubente Deum potius ad-
orari. cuius ipse flet seruus conseruus Iohannis. Apocalypsis 19.

Nam Paulus & Barnabas. } *Hi. um in Lycaonia, vix est Asia*
regio, legem domini populo docerent, claudo virtute Dei erecto, pro diis
sunt habiti. Barnabas pro Ioue, Paulus qui concionabatur pro Mer-
curo, qui sermoni præfessus creditus est. Ita immolare eis parabant tan-
quam deos: quod Paulus & Barnabas magna indignatione prohibue-
runt, veriti ne in se transferretur, quod vnus est Dei. Actuum 14.

De summo veròque sacrificio, quod ipse Dei & hominum mediator effectus est.

CAP. XX.

Vnde verus ille mediator, in quantum formam serui accipiēs mediator effectus est Dei, & hominum homo Christus Iesus, cum in forma Dei sacrificium cum patre sumat, cum quo & vnus Deus est, tamen in forma serui sacrificium maluit esse, quàm sumere, ne vel hac occasione quisquam existimaret cuiuslibet sacrificandum esse creature. Per hoc & sacerdos est, ipse offerēs, ipse & oblatio. Cuius rei sacramentum quotidianum esse voluit ecclesie sacrificium: ^a cum ipsius corporis ipse sit caput, & ipsius capitis ipsa sit corpus, tam ipsa per ipsum, quàm ipse per ipsam fuerit offerri. Huius veri sacrificij multiplicia variæque signa erant: sacrificia prisca sanctorum, cum ob hoc vnum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res vna diceretur, ^b vt sine fistidio multum commendaretur. Huic summo veròque sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt.

L. V I V E S.

Cum ipsius corporis ipse sit caput. } *In lib. Colonienfi &*
Brugensi sic legitur: Quæ cum ipsius capitis corpus sit, seipsam

per ipsum dicit offerre. tametsi non displicet, quod vulgo legitur.
 b Vt sine fastidio. } Varietas enim adimit fastidium: quod etiam in loquentibus contingit, qui si idem bis eodem repetant modo, fastidi sunt, vt crambe repetita, si centies. sed variè, gratiam non amittunt. De quo præcepta sunt in rhetoricis. Ac simile est, quod de conuiuio sibi exhibuo suis carnibus variè conditis narrat Q. Flamminius apud Liuium: itaque diuersa erant quæ rem eandem in lege vetere significarent, vt sine fastidio & intelligentes magis meliusque venturæ salutis admonerentur, & rudes inter tot signa vnum saltem aliquod inuenirent, quo quid futurum promitteretur intelligerent.

De modo potestatis dæmonibus datæ ad glorificandos sanctos, qui pecculerunt iam passionem, qui aereos spiritus non placando ipso, sed in Deo permanendo vicerunt. CAP. XXI.

MOderatis autem præfinitisq; temporibus, etiam potestas permiffa dæmonibus, vt hominibus quos possident excitatis, inimicitias aduersus Dei ciuitatem tyrannicè exerceant, sibi que sacrificia non solùm ab offerentibus sumant, & à nolentibus expectant, verum etiam ab iniustis persequendo violenter extorqueant, non solùm perniciofa non est, sed etiam utilis inuenitur Ecclesiæ, vt martyrum numerus impleatur, quos ciuitas Dei tãto clariores & honoratiores ciues habet, quanto forrius aduersus impietatem potestatum, etiam vsq; ad sanguinè certant. Hos multò elegantius si ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur, nostros heroes vocaremus. Hoc enim nomen à Iunone dicitur tractum, quòd Græcè Iuno, ^uæ appellatur: & ideo ^b nescio quis filius eius secundum Græcorum fabulas Heros fuerit nuncipatus, hoc videlicet veluti mysticū significante fabula, quòd aer Iunoni deputetur, vbi volunt cum dæmonibus heroes habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defuictorum. Sed à contrario martyres nostri heroes nuncupantur, si, vt dixi, vsus ecclesiastici sermonis admitteret: nõ quòd eis esset cum dæmonibus in aere societas, sed quòd eossem dæmones, id est, aereas vincerent potestates: & in eis ipsam quicquid putatur significare Iunonem, quæ nõ vsquequæ inconuenienter à poetis inducitur inimica virtutibus, & cælum petentibus viris fortibus inuida. Sed rursus ei succumbit infæliciter, ceditque Vergilius, vt cum apud eum illa dica,

Vincor ab Aenea,

ipsum

ipsum Æneam admonere Helenus, quasi consilio religioso, & dicat:

Iunoni cane vota libens, d' dominamque potentem

c' Supplicibus supera donis.

Ex qua opinione Porphyrius, quanvis non ex sua sententia, sed ex aliorum, bonum dicit Deum vel genium nõ venire in hominem, nisi malus fuerit antè placatus: tanquam fortiora sint apud eos numina mala quàm bona: quandoquidem mala impediunt adiutoria bonorum, nisi eis placata dent locum, malisque nolentibus bona proficere non possunt: nocere autem mala possunt, non sibi valētibus resistere bonis. Non est ista veræ veraciterque sanctæ religionis via: nõ sic Iunonem, hoc est, aereas potestates, piorum virtutibus invidentes nostri martyres vincunt. Non omnino, si dici v'sitatè posset, heroes nostri supplicibus donis, sed virtutibus diuinis Heram superant. f Commodius quippe Scipio Africanus est cognominatus, quòd virtute Africam vicerit, quàm si hostes donis placasset, vt parcerent.

L. N I V E S.

a **H**eroas vocaremus. } Plato in Epinomide inter ordines deorum, quosdam statuit demonibus aereis minores, hominibus maiores: quos ipse deus vocat, eosque heroes esse non dubitant: nam semideos illos nominant, generatosque altero parente Deo, altero mortali, vt ait idem Plato in Cratylo, quales sunt Hercules, Dionysius, Æneus, Tyndaride, Æsculapius, Romulus: quo fit, vt cum parente altero sint Deo, multi nolunt eos homines dici, sed plus quàm homines, & minus quàm demonas. cuius sententiæ est Iamblichus Pythagoricus. Hierocles Stoicus carmina, quæ Pythagoræ nomine circumferuntur, alij Philolai Pythagorici esse tradunt: illa igitur carmina enarrans ex Platoni, vt ait, sententiæ genere demonum & angelos & heroes comprehendit: vt quantum ad caelestes spectat, dicantur angeli: quantum ad terrestres, heroes: quantum ad medios, demones. Alios dicit indifferenter omnes illos angelos, demones & heroes nuncupare. Sed ex sententiâ Pythagoræ, inquit, heroes demones dici deorum filios. Et profecto ita sunt heroes demones, vt genus illud aureum demones terrestres vocauit Hesiodus in ἑργαῖς. Nam quartum genus hominum peius quidem illo aureo, sed tertio tamen præstantius heroes nominauit, homines autem tam hos quàm illos, & semideos nominat, dicens:

*Ἀνδρῶν ἠρώων θεῶν γένος, οἱ καλεῖνται
Ἡμίθεοι.*

Heros

Dicinum genus heroum, cognomine dicti Semidei.

Ut appareat eosdem esse de quibus Plato loquitur. Hi enim sunt veteres illi venerabiliores & excellentiores hominibus, qui fatidica naue cum Iasone nauigarunt, & qui militarunt ad Troiam. Nam Hesiodus ipse bellaces fuisse dicit: idcirco iracundi & violenti sunt crediti, sicut Menander inquit, quod si quis transiret templum horum alicui sacrum, quod ἠρώων dicebant, silentio, ac ueneratione id fieri oportebat, ne in ira accenderetur heros, tumultumque aliquem moueret. Erant enim herosa per Græciam frequentia, id est, eximia uirtute uiris ædes erectæ. Cuiusmodi permultarum Pausanias meminit, ut Ulyssi, & Tantalos, & Atrisiko. Latini quoque ut Plin. lib. xix. de herco Sestico. Nomen herois Plato in Craiyo ab ἠρώων deductum existimat, id est, ab amore: quod ex amore immortalis Dei aduersus mortalem feminam, aut immortalis femina aduersus mortalem uirum genus uideatur. Aut ab εἶπεν quòd est dicere, quòd oratores disertis fuerunt, reuerentiæque populos. Hierocles ab amore quidem, caterum non quòd amore sic geniti, sed quòd amore pleni sint, & electi amatores Dei, nosque ad similem amatorem erigunt. Nam præfati sunt hominibus, ut Iamblichus ait itidem Pythagoricus, corumque munus est uiuificare, ratiocinari, cust. dire animas, & eas è corporibus soluere. Sed has esse vires animi nostri, ideo illum esse suum unicuique demonem ostendimus. Alij ab ἠγῆς, que est terra, heroes dictos existimant, quasi terrestres demones. Sic enim animas optimorum uirorum corporibus functas nominauit Hesiodus. Et Pythagoras, cum iubet τῆς τε κτάρχοις σίβη δειουνας, Terrenos venerare deonias. Interpres Homeri ab ἠγῆς mauult nominari, ἠγῆ γῆ δὲ διάλεκτον, ἐν ᾗ τῆς γῆς ἠπλάδιον τὸ ἤρωον αἰσπρίτων. Est, inquit, Era terra secundum quandam linguam. Porro è terra humanum genus est fictum. Capella lib. Nuptiarum 2. hoc totum quicquid inter nos & lunam interpretat, locum esse ait deorum manium, & regnum Ditis. Sed superiorem partem esse heroum, inferiorem manium: heroësque qui ἠμῶντοι dicuntur, animas gerere, & sacras mentes, indutos humana forma, magnis que mundi commodis procreari, ut Herculem, Dionysium, Triptoleum. Hinc ab ἠγῆ: id est, Iunone possunt uideri nominati, quòd eius regnum est aer, quò animas fœlicium iræ Pythagoricis credere Hierocles testatur, illis uersiculis Pythagoræ sue Philolæi:

Ἦν δὲ ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ ἠλευθερεθὶ ἠλθης,
 Ἐσται δ' ἀθάνατος θεὸς ἀμβροτος, ἐκ ἠπιθνήτος.
 Corpore deposito liberam siscandis in æthram,
 Tunc Deus æternus fies, mortalia linquens.

hoc est:

Verum

Vcrum à Platone marini diui nominantur, credo quòd cum crassiores illos putaret de mombus, hosque verè dixisset aëreos, par esse existimauit, eorum naturam rei crassiori, quàm sit aër attribuerè, commodiorem aqua nullam inuenit. Est quoque ñ ex regna, & regnum dea. dominamque sepe Litini int. rpretantur, ut Vergil. in 3. ita heroes, si ab herasint nuncupati, quasi principales & regy possunt intelligi.

b Nescio quis filius eius. } Videor mihi de hoc in Græcorum commentariis legisse, nec satis tamen apud quem meminì. Fortuna plerumque hec sunt, potius quàm vel eruditionis, vel diligentie, ut in prefatione dixi.

c Et cælum petentibus viris fortibus. } Ut Dionysio, Hercules, Aeneas.

d Dominamque potentem. } Vertit id quod modo dicebã de heras. Nam illa etiam inferna Proserpina, que à Charonte apud Verg. lib. 6. domina nuncupatur, Iuno est inferna. Iuno enim superna est que dicitur magna: & inferna, ut tradit Seruius. nam & ipse Diu pater Iupiter infernus nominatur. Sic in nuptiis Orci & Proserpine turba illa umbrarum silentium canit apud Claud. lib. 2. raptus Proserpine:

Nostra parens Iuno, tu que ò germane tonantis

Et gener unanimis confortia dicite somni,

Mutuâque alterius inneclite colla lacertis.

Et apud Lucianum Protesiaus Diti ò ðµµµµµµ µµµ, ò noster Iupiter.

e Supplicibus supra do. } Ostendit poeta, inquit Donatus, maiorie potentie inimicos obsequendo potius quàm resistendo posse superari.

f Commodius quippe Scipio. } Primus imperator qui ex provincia à se deuicta cognomen reportauit fuit P. Cornelius Scipio P. filius, qui Hannibale victo, & Africa subacta. Africanus est cognominatus. Scipio Africanus

Mox etiã frater Lucius Aniocho superato, Asiaticus est dictus. Et loquor de imperatoribus: nam G. Martius à Corioli expugnatis appellatus est Coriolanus: & d. provincis, quoniam Sergius qui Fidenates vicit, dictus est Fidenas.

Vnde sit sanctis aduersum demones potestas, & vnde cordis vera purgatio. CAP. XXII.



Era pietate homines Dei aeream potestatem inimicam contrariamque pietati^a exorcizando eiiciunt, non placando: omnes tentationes aduersitatésque eius vincunt orando non ipsam, sed suum Deum aduersus ipsam. Non enim aliquem vincit, aut subiugat, nisi societate peccati. In eius ergo nomine vincitur, qui hominem assumpsit egitque sine peccato:

vt in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum: id est, per mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum: per quem facta peccatorum purgatione reconciliamur Deo. Non enim nisi peccatis homines separantur à Deo, quorum in hac vita non fit nostra virtute, sed diuina miseratione purgatio: per indulgentiam illius, non per nostram potentiam: quia & ipsa quantulacunque virtus, quæ dicitur nostra, illius est nobis bonitate concessa. Multum autem nobis in hac carne tribueremus, nisi vsque ad eius depositionem ^b sub venia viueremus. Propterea ergo nobis per mediatorem præstita est gratia, vt polluti carne peccati, carnis peccati similitudine mundaremur. Hac Dei gratia, qua in nos ostendit magnam misericordiam suam, & in hac vita per fidem regimur, & post hanc vitam per ipsam speciem incommutabilis veritatis ad perfectionem plenissimam perducemur.

L. V I V E S.

Exorciza-
re a

EXorcizando eiiciunt. } *Ἐξορισθε, adiuro. Sic Augustinus*
Ἐξορισθῶν, adiurationem vertit: & exorcistam adiuratorem,
qui immundum spiritum adiurationibus pellit à cat. chumeno, ante-
quam sacra aquæ admoueat: vt ipse docet in Symbolo. Et est inter
initiationes tertia, quæ dicitur exorcistarum. Ordo est enim ex septem.
De hoc & exorcismo ante baptismum tractat Petrus Lombardus li-
bro 4. Sententiarum theologicarum, sectione 8. & 24.

^b Sub venia viueremus. } *Quia semper sub lege peccati, & obno-*
xij infirmitatibus, vitis que, ne quis se effert. Nam quicquid bene agi-
tur, aliunde est, nempe ex Deo, cuius venia peccatum exuimus, & be-
neficio rectè viuimus.

De principiis, in quibus Platonici purgationem animæ esse profitentur.

C A P. XXIII.

Dicit etiam Porphyrius diuinis oraculis fuisse responsum, non nos purgari lunæ teletis atque solis: vt hinc ostenderetur nullorum deorum teletis hominem posse purgari. Cuius enim teletæ purgât, si lunæ solisque non purgant, quos inter cælestes deos præcipuos habent? Denique eodem dicit oraculo expressum, principia posse purgare, ne forte cum dictum esset non purgare teletas solis, & lunæ, alicuius alterius Dei de turba valere ad purgandum teletæ crederetur. Quæ autem dicat esse principia tãquam Platonici, nouimus. ^a Dicit enim Deum patrem ^b & Deum filium, quem Græcè appellat paternum intellectum, vel paternam mentem: de spi-

de spiritu autem sancto, aut nihil, aut nō apertè aliquid dicit: quanuis quem alium dicat horum medium, non intelligo. Si enim tertiam, ^c sicut Plotinus vbi de tribus principalibus substantiis disputat, animæ naturam etiam iste vellet intelligi, nō vtique diceret horum medium, id est, patris & filij medium. Postponit quippe Plotinus animæ naturam paterno intellectui: iste autem cūm dicit medium, nō postponit, sed interponit. Et nimirum hoc dixit vt potuit, siue vt voluit: quod nos spiritum sanctum, nec patris tantum, nec filij tantum, sed vtriusque spiritum dicimus. Liberis enim verbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarū auriū pertimescunt. Nobis autem ^d ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus, quę his significātur, impiā gignat opinionem. Nos itaque ita non dicimus duo vel tria principia, cūm de Deo loquimur: sicut nec duos deos, vel tres nobis licitū est dicere: quanuis de vnoquoq; loquētes, vel de patre, vel de filio, vel de spiritu sancto, etiam singulū quęque Deum esse fateamur. ^e Nec dicimus tamen quod hæretici Sabelliani, eundem esse patrē, qui est & filius: & eundem esse spiritū sanctum, qui est & pater & filius: sed patrem esse filij patrem, & filium patris filium, & patris & filij spiritum sanctum, nec patrem esse, nec filium. Verūm itaque dictum est, non purgari hominem nisi principio, quanuis pluraliter apud eos sint dicta principia.

L. V I V E S.

a **D**icit enim Deum patrem. } *Torquent se anxie permulti di Trinitatē*
disputatione illa, nonerintne philosophi rationem aliquam di-an nor int
uine trinitatis. Principio ne nobis quidem, quibus est mysterium regni philosophi,
apertum, illuxit nisi radius quidam perexiguus illius immense lu-
cis. Philosophi verò prisci si quid dixerunt quod ad hanc rem face-
ret, tam obscurum id fuit, vt locutos potius eos, quàm intellexisse exi-
stimare par sit. Arcana enim illa nihil eis retegere attinebat. Satis vi-
detur fuisse ad unitatem Dei, & cuncti potentiam nocendam perue-
nisse: si quid de trinitate sunt locuti in testimonium venturæ pietatis
dixisse ad sectatores suos magistrorum sententia p̄mendos. Aristot-
teles scribit primo lib. De cælo & mundo. Pythagoricos in tribus po-
suisse perfectionem rerum, velut principio, medio, & fine: & in deorum
sacris hunc numerum solitum usurpari. Vnde putantur esse illa verba
magæ apud Theocritum, εἰς τρεῖς ἀποστέλλω, καὶ τρεῖς τὰ δὲ πότινα φωνῶ,
Sed Verg. expressius:

Terna tibi hac primum triplici diuersa colore.

Licia concundo, tēque hac altaria circum

Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Et princeps disciplinae suae Zeno λόγῳ dicit fatum, & necessitatem, & Deum, & animi locus. Sed Plato apertius videtur locutus. Nam in sexto De republ. Socrates cum satis sibi de ipsius boni natura videtur disputasse, putaretque maiorem esse rem, quam ut posset diuendo explicare, inquit: Ἀλλ' ἂν ὁ μακρίσει αὐτὸ ὡς τί ποτ' ἔστι τὸ ἀγαθόν, ἢ ἀσώμῳ τί νῦν εἶναι. πλείον γάρ μοι φάρεται ἢ κ' ἑτὶ πλεῖν παρῶσαν ὀρθῶς ἐφικῶσαι τῷ γε δοκῶντος ἐμὲ τὰ νῦν, ὡς δὲ ἐκ γένος τε τῷ ἀγαθῷ φάρεται καὶ ὁμοιοτάτος ἐκείνῳ λέγειν ἰδέλω, εἰ καὶ ἡμῖν φίλον, εἰ δὲ μή, ἔστω. Verum quid ipsum bonum sit, beati viri, in aliud tempus differamus. Maius enim mihi videtur, quam ut hac intentione animi cons qui possumus. Quod verò hoc tempore malim explicare, illud est quid sit boni ipsius filius, simillimus illius. Si modo id quoque nobis libet. nam aliqui relinquamus. Hoc loco Glaucō velle se declarat: nam dicendi de patre aliud futurum dicit commodius tempus. Tum Socrates de patre & filio boni disputaturum se praefatur, & post paucas interrogationes ait, bonum esse solem quendam, filium eius esse velut vim videndi, quam à sole habemus, & in epistola ad Hermiam: Ἐπομνωπίας σπευδῆ ἢ τὰ ἅμα μὲν ἀμύσσομεν καὶ τῆ τῆς σπευδῆς ἀδελφῆ παιδεία καὶ τὸν τῆς πάντων θεῶν ἡγεμόνα τῆς τε ὄντων καὶ τῆς μελλόντων, τῶ τε ἡμεῶν & ἡ ἄλλων πατέρων κύριον ἐπομνωπίας. Iurantes, inquit, studio Musis apto & seriore studij eruditione, per Deum ducem omnium, quae sunt, quaeque futura sunt. Idem per ducis & causae omnium patrem dominum. Et in Epi omide λόγῳ τῆς πῶντων θεοῦ τῆς meminit, id est sermonis omnium diuinissimi, à quo dicit mundum esse constitutum. De quo sunt ea quae sequuntur. Hunc sermonem vir sapiens cum est admiratus, accenditur amore, ut intelligat, quomodo futurus est beatus, & viuens, & post vitam. Nam illud ὅν non ad mundum referunt multi, sed ad λόγῳ. Et sic nos vertimus lib. 8. De beatitudine secundum Platonem differentes. Plato igitur patrem apertis praesuit verbis, filium quoque: ad tertium illud nulla ratione vocis putauit posse enuncitari. Et si in ordine gradibusque diuinitatis mundi animam, quae est tertia & postrema, à principio & filio principij mente profectam existimat. Animam verò mundi si quis impensius Platoni faueret, possit facile defendere illum esse spiritum, qui ferebatur super aquas: quem videntur illi facere fuissem per molem vniuersitatis omnibus vitam essentiamque impartientem. Et haec sunt in diuinitate terna, de quibus ad Dionysium ἀνιργραπικῶς, ut praefatur, scribit. Circa omnium regem cuncta sunt,

sunt, & illius causa sunt omnia: eaque causa est bonorum omnium, secunda verò circa secunda, tertia circa tertia. Prætereo quæ sunt apud Mercurium, & ex hoc collecta apud Iamblicum: nam res nobis tota est cum Platonis. Non possum tamen responsum Sarapidis præterire, qui consulenti Thuli, qui in Aegypto regnavit bello Troiano, quæsitum esset se beator, fertur dixisse:

Πρώτα θεός, μετέπειτα λόγος, & πάλιν σὺ αὐτῶν.

Σύμματα δ' ἂν τρία, πάντα & εἰς εἶνόντα.

Principio Deus est, tum sermo & spiritus istis

Additur, æquævalens sunt, & tendentia in unum.

b Et Deum filium.} Porphyrius sententiam Platonis explicans, & Cyrillus contra Iulianum refert, tres substantias in essentia divinitatis statuit, D um omnium maximum atque opus, deinde creatorem, tertium animi mundi: nec ulterius deitatem progredi. creator, in Plato & Porphyrius πατήρ ἰσὺν vocant: quod quoniam in tenebris videntur tamen potæ uti possunt, cum Aternam suam διὸς ἰσὺν faciunt, sine matre, de illius vertice ac capite productam sapientiam ipsam.

c Sicut Plotinus.} Hic scripsit librum De tribus personis sive substantiis, in quo primum statuit æternum illud atque perfectum, quod secundum generant & mentem æternam eidem & perfectam. Alio loco patrem mentem nominat, ut interdum Plato fecit: sed ab eo mansisse verbum: à quibus univèrsa sunt condita. Ita enim a t in principio libri De providentia: Οὐτὼ δ' ἂν ἐν τῷ ἰσὺν, & ἀπὸ αὐτῶν λόγου αἰετῆρ πᾶσι τὸ πᾶν, & διὰ τῶν. Itaque à mente ipsa, & ab eius sermone natum hoc univèrsum & digestum est.

d Ad certam regulam loqui fas est.} Quasi ex religione, ex pietate est certo genere uti verborum, nec aliis.

e Nec dicimus tamen quod hæretici Sabelliani.} Hi dicebant eundem esse patris & filij personam, sicuti dicto illo Christi: Pater & ego unum sumus.

De vno veròque principio, quod solam naturam humanam purgat atque renouat.

C A P. X X I I I I.

Sed subditus Porphyrius invidis potestatibus, de quibus & erubescerat, & eas liberè redarguere formidabat, noluit intelligere Dominum Iesum Christum esse principium, cuius incarnatione purgamur. Eum quippe in ipsa carne contempnit, quam propter sacrificium nostræ purgationis assumpsit, magnum scilicet sacramentum ea superbia non intelligens, quam sua ille humilitate deiecit, ve-

rus benignusque mediator: in ea se ostendens mortalitate mortalibus, quã maligni fallacesque mediatores nõ habendo se superbius extulerunt, miserisque hominibus adiutorium deceptorium velut immortales mortalibus promiserunt. Bonus itaque verusque mediator ostendit peccatum esse malum, non carnis substantiam, vel naturam, quæ cum anima hominis & suscipi sine peccato potuit, & haberi, & morte deponi, & in melius resurrectione mutari; nec ipsam mortẽ, quanuis esset pœna peccati, quã tamẽ pro nobis sine peccato ipse persoluit, peccando esse vitandã, sed potius si facultas datur, pro iustitia perferendã. Ideo enim soluere potuit moriendo peccata: quia & mortuus est, & non pro suo peccato. Hunc ille Platonius non cognouit esse principium, nã agnosceret purgatoriũ. Neque enim caro principium est, aut anima humana, sed verbũ per quod facta sunt omnia. Non ergo caro per se ipsam mandat, sed per verbum à quo suscepta est, cum verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Nam de carne sua manducanda mysticẽ loquens, cum hi qui nõ intellexerunt offensi recederent, dicentes: Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Respondit manentibus cæteris. Spiritus est qui viuificat, caro nõ prodest quicquam. Principium ergo suscepta anima & carne, & animam credentium mandat & carnem. Ideo quærentibus Iudæis quis esset, respondit se esse principium. Quod utique carnales infirmi peccatis obnoxij, & ignorantia tenebris obuoluti, nequaquam percipere possemus, nisi ab eo mundaremur atque sanaremur, per hoc quod eramus, & non eramus. Eramus enim homines, sed iusti non eramus. In illius autem incarnatione natura humana erat, sed iusta, nõ peccatrix erat. Hæc est mediatio, qua manus lapsis iacentibusque porrecta est: hoc est semen dispositum per angelos, in quorum edictis & lex dabatur, qua & vnus Deus coli iuebatur, & hic mediator venturus promittebatur.

L. V I V E S.

Respondit se esse principium. } *Græcè est, τὸ ἀρχαῖον. Augustinus principium vult esse filium, sed non aliud principium quam patrem, ut nec alium Deum: idque putat significari per τὸ ἀρχαῖον. De qua re Laurentius & Erasmus ex ratione vocis disputant, non posse τὸ ἀρχαῖον esse nomen, sed aduerbiũ: ut sit primũ, vel principio. Et profecto, ut quod ipse sentio, paucus dicam: tametsi obscura est hæc loquendi formula, ac nescio an ex hebraismo petita, ut alia in nouo instrumento complura,*

complura, tamen non videtur Christus significare se principium esse. Sed cum rogatus quis esset, nulla se nominis ratione posset ad captum duntaxat illorum explicare, considerandum uniuscuiusque animo reliquit, qual. in existimaret esse, non quem videret. sed cuius verba audiret: qualem illum, qui corpore, quem cernebat, contectus talia proferret. Erat enim Deus humana facie latens qui loquebatur, à quo magna illa proficiscebantur, & admirabilia. Itaque ait: Principio ego sum ille, qui mortali corpore velut vestimento utens. quor vobis: non iam per angelum iubens, sed per me ipsum. Itaque hæc responsio non est illius olim exhibitæ Moyse ab similibus, & à eiu. *ov.* Ego sum ens, nisi quòd illa erat maiestatis Dei, & essentia eius simplicis: ac recentior Dei, qui humanam sibi formam adiunxerat.

Omnes sanctos & sub legis tempore, & sub prioribus seculis in sacramento & fide Christi iustificatos fuisse.

CAP. XXV.

Huius sacramenti fide etiam iusti antiqui mundari pie viuendo potuerunt: non solum antequam lex populo Hebræo daretur, neque enim eis prædicator Deus vel angeli defuerunt, sed ipsius quoque legis temporibus, quanuis in figuris rerum spiritualium habere viderentur promissa carnalia, propter quod vetus dicitur testamentum. Nam & Prophetæ tunc erant, per quos sicut, & per angelos eadem promissio prædicata est, & ex illorum numero erat, cuius tam magnam diuinamque sententiam de boni humani fine paulò antè commemorauit: Mihi autem adhærere Deo bonum est. ^aIn quo planè Psalmo duorum testamentorum, quæ dicuntur vetus & nouum, satis est declarata distinctio. Propter carnales enim terrenasque promissiones, cum eas impiis abundare conspiceret, dicit^b pedes suos penè fuisse commotos, & effusos in lapsum propemodùm gressus suos, tanquam frustra Deo ipse seruisset, cum ea fœlicitate, quam de illo expectabat, contemptores eius florere perspiceret, seque in rei huius inquisitione laborasse, volentem cur ita esset apprehendere, donec intraret in sanctuarium Dei, & intelligeret in nouissima eorum, qui fœlices videbantur errare. ^cTunc eos intellexit in eo quòd se extulerunt, sicut dicit, fuisse delectos & defecisse, ac perisse propter iniquitates suas, totumque illud culmen temporalis fœlicitatis ita eis factum tanquam somnium euigilantis, qui se repente inuenit suis quæ somniabat fallacibus gaudiis destitutum. Et quoniam in hac terra vel ciuitate ter-

rena, magni sibi videbantur: Domine, inquit, in ciuitate tua imaginem illorū ad nihilū rediges. Quid huic tamē vtile fuerit, etiā ipsa terrena nō nisi ab vno vero Deo querere, in cuius potestate sunt omnia, satis ostēdit, vbi ait: Velut pecus factus sum apud te, & ego semper tecum. Velut pecus dixi, vtique nō intelligens. Ea quippe à te desiderare debui, quæ mihi cū impiis non possunt esse cōmunia: quibus eos cū abundare cernerem, putavi me incassum tibi seruisse, quādo & illi hæc haberēt, qui tibi seruire noluisent. Tamen ego semper tecū, qui etiā in taliū rerū desiderio deos alios nō quæsiui. Ac per hoc sequitur: Tenuisti manū dexteræ meæ, & in volūate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me: tāquam ad sinistram cūcta illa pertineāt, quæ abundare apud impios cū vidisset, penè collapsus est. Quid enim mihi est, inquit, in cælo, & à te quid volui super terram? Reprehēdit seipsum, iustēque sibi displicuit: quia cū tam magnū bonum haberet in cælo, quod post intellexit, rem trāsitoriam, fragilem, & quodāmodo luteam fœlicitatem à suo Deo quæsiuit in terra.^d Defecit, inquit, cor meū, & caro mea Deus cordis mei: defectu vtique bono ab inferioribus ad superna. Vnde in alio Psalmo dicitur: Desiderat & deficit anima mea in atria Domini. Item in alio: Defecit in salutare tuū anima mea. Tamen cū de vtroque dixisset, id est, de corde & carne deficiēte, nō subiecit: Deus cordis mei & carnis meæ, sed Deus cordis mei. Per cor quippe caro mūdatur. Vnde dicit Dominus: Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt munda erunt. Partem deinde suā dicit ipsum Deū non aliquid ab eo, sed ipsum. Deus, inquit, cordis mei, & pars mea Deus in secula. Quod inter multa quæ ab hominibus eligūtur ipse illi placuerit eligendus.^e Quia ecce, inquit, qui se lōgè faciūt à te, peribūt: ^fperdidisti omnem qui fornicatur abs te: hoc est, qui multorū deorū vult esse prostibulum. Vnde sequitur illud, propter quod & cætera de eodem Psalmo dicenda visa sunt. Mihi autem adhærere Deo bonū est: nō longe ire, non per plurima fornicari. Adhærere autem Deo tunc perfectū erit, cū totum quod liberādū est, fuerit liberatum. Nunc verò fit illud, quod sequitur: Ponere in Deo spē meam. Spes enim quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? ait Apostolus. Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. In hac autem spe nunc constituti agamus quod sequitur: & simus nos quoque pro modulo

modulo nostro angeli Dei, id est, nunciij eius, annunciantes eius volūtatem: & gloriam gratiāque laudantes. Vnde cū dixisset: Ponere in Deo spem meam: addidit, vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Hæc est gloriosissima ciuitas Dei, hæc vnum Deum nouit & colit: hanc angeli sancti annunciauerunt, qui nos ad eius societatem inuitauerunt, ciuēsque suos in illa esse voluerūt: quibus non placet, vt eos colamus tanquam nostros electos deos, sed cum eis & illorū & nostrum Deum: nec eis sacrificemus, sed cum ipsis sacrificiū Deo simus. Nullo itaque dubitante, qui hæc deposita maligna obstinatione considerat, omnes immortales beati, qui nobis nō inuidēt: neque enim si inuiderēt, essent beati, sed potius nos diligunt, vt & nos cum ipsis beati simus: plus nobis fauēt, plus adiuuāt, quādo vnū Deū cum illis colimus, patrem & filiū & spiritū sanctū, quā si eos ipsos p̄ sacrificia coleremus.

L. VIVES.

a **I**N quo planè Psalmo. } *Hic est Psalmus lxxij. sublimis diuiniſque solutione veteris philosophorum quaſiti, cur presidente vniuersitate mundi Deo sapientissimo & optimo, malis bona, & contra bonis mala contingunt? Vnde est illud dilemma Epicureorum: Si Deus est, unde mala? Si non est, unde bona? August aliquot eius versus enarrat: nos seruatā inflatā breuitate nonnulla interdum aduciemus.*

b Pedes suos penè fuisse commotos. } *V. l. conuulsos indignitate rei, & commotione animi, vel ad transeundum in alteram viam, cū suspicaretur parum se hac profecisse.*

c Tunc eos intellexit. } *Omnia in futurum seruantur operta, inquit Sapiens. Tunc bonis proderit bene vixisse, malis oberit vixisse malè: tunc bonis euenire bona, malis mala liquebit, nam ea demum vera sunt, & bona & mala.*

d Defecit, inquit, cor meum. } *Hoc est optimi & sanctissimi viri, vt deficientibus in eo corpore, viribus, robore, consilio, supersit tamen semper religio, & sit pars eius Deus in æternum: abeuntibusque cæteris rebus solus Deus in eo remaneat. Hoc quantum nobis videtur Augustinus loquitur de defectu anima, & velut exanimatione, quæ ex desiderio rerum caelestium nascitur. Languet enim animus amans, & subinde linquitur virtute sua: cū de re quam amat, impense cogitata aliter quoque sic, vt vires & consilium circa res seculi destituant bonum virum, hæreat tamen semper illius menti Deus, & spretis contemptisque omnibus, tum corporis dotibus, tum fortuitis, unica hereditas, & sola illius opes sint Deus.*

e Quia ecce, inquit, qui se longè faciunt. } *Bonum est ergo hære-
re illi, à quo si quis abscesserit, perit.*

f Perdidisti omnem qui fornicatur abs te. } *Debet esse anima
nostra uni Deo dicata, & illius sponsa: quòd si adulteretur, ut se ad cur-
ras cupiditatésque rerum mundi abicet, Deo neglecto, tanquam impu-
dica mulier à viro reicitur, & repudiatur. hic est interitus animæ, cum
à vita sua discedit.*

De inconstantia Porphyrij inter confessionem veri Dei & cultum
dæmonum fluctuantis. CAP. XXVI.

Nescio quomodo, quantum mihi videtur, pro amicis
suis theurgis erubescere Porphyrius. Nam ista ut-
cunque sapiebat, sed contra multorum deorum cul-
tum Deum verum non liberè defendebat. Et angelos quippe
alios esse dixit, qui deorsum descendentes, hominibus theurgicis
diuina pronunciant: alios autem qui in terris ea quæ pa-
tris sunt, & altitudinem eius profunditatémque declarent.
Num igitur hos angelos, quorum ministerium est declarare
voluntatem patris, credendum est velle nos subdi, nisi ei, cuius
nobis annunciant voluntatem? Vnde optimè admonet etiam
ipse Platonius imitandos eos potius, quàm inuocandos. Non
itaque debemus metuere, ne immortales & beatos uni Deo
subditos, non eis sacrificando offendamus. Quod enim non
nisi uni vero Deo deberi sciunt, cui & ipsi adhærendo beati
sunt: proculdubio neque per vllam significantem figuram,
neque per ipsam rem, quæ sacramentis significatur, sibi exhiberi
volunt. Dæmonum est hæc arrogantia superborum atque
miserorum, à quibus longè diuersa est pietas subditorum Deo,
nec aliunde quàm illi adhærendo beatorum. Ad quod bonum
percipiendum, etiam nobis sincera benignitate oportet ut
faueant: neque sibi arrogent, quo eis subiiciamur: sed eum an-
nunciet, sub quo eis in pace sociemur. Quid adhuc trepidas,
ô philosophè aduersus potestates, & veris virtutibus, & veri
Dei muneribus inuides habere liberam vocem?^a Iam dixisti
angelos, qui patris annunciant voluntatem, ab eis angelis esse
diuersos, qui ad theurgicos homines, nescio qua deducti arte
descendunt. Quid adhuc eos honoras. ut dicas pronuncia-
re diuina? Quæ tandem diuina pronunciant, qui non volunta-
tem patris nunciant?^b Nempe illi sunt, quos sacris precibus
inuidus alligauit, ne præstaret animæ purgationem: nec à bo-
no, ut dicis, purgare cupientes ab illis vinculis solui, & suæ
potestati

potestati reddi potuerunt, Adhuc dubitas hæc maligna esse demonia: vel te fingis fortasse nescire, dum non vis theurgos offendere, à quibus curiositate deceptus, ista perniciofa & infana pro magno beneficio didicisti. Audes istam inuidiam, nõ potentiam, sed pestilentiam, & non dicam dominã, sed quod tu fateris ancillam potius inuidorum, isto aere transcurso lauare in cælum, & inter deos vestros etiam sydereos collocare, vel ipsa quoque sydera his opprobriis infamare.

L. VIVES.

a **I**am dixisti angelos. *In antiquis codicibus sic habetur: Tam distinxisti angelos, qui patris annunciant voluntatem, ab eis angelis qui ad theurgicos. & idem utrobique significatur.*

b Nempe illi sunt, quos sacris precibus. *Nam antea dictum est impediri bonum demonem à malo: nec venturum hunc, nisi prius ille propitiatus discedat. Et de Chaldoeo narrauit, cuius purgationem inuidus quidam inpediuit.*

De impietate Porphyrij qua etiam Apuleij transcendit errorem.

CAP. XXVII.

Quanto humanius, & tolerabilius, confectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit, qui tantummodo demones à luna, & infra ordinatos agitari morbis passionum metisque turbelis, honorans quidem eos, sed volens nolensque cõfessus est: deos tamen cæli superiores ad æthereas spatia pertinentes: siue visibiles, quos conspicuos lucere cernebat, solem, ac lunam, & cætera ibidem lumina: siue inuisibiles, quos putabat ab omni labe istarum perturbationum alienos, quanta potuit disputatione discreuit. Tu autem didicisti hoc non à Platone, sed à Chaldæis magistris tuis, vt in æthereas vel empyreas mundi sublinitates, & firmamæta cælestia extolleret vitia humana, vt possent dij vestri theurgis pronunciare diuina: quibus diuinis re tamen per intellectualem vitam facis altiore, vt tibi videlicet tanquam philosopho theurgicæ artis purgationes nequaquam necessariæ videantur, sed aliis: eas tamen importas: vt hanc veluti mercedem reddas magistris tuis, quod eos qui philosophari non possunt, ad istas seducis, quæ tibi tanquam superiorum capaci esse inutilia confiteris, vt videlicet quicumque à philosophiæ virtute remoti sunt, quæ ardua nimis, atque paucorum est, te authore theurgicos homines, à quibus non quidem in ani-

ma intellectuali, verum saltem in anima spiritali purgentur, inquirant. Et quoniam istorum quos philosophari piget, incomparabiliter maior est multitudo, plures ad secretos & illicitos magistrōs tuos, quā ad scholas Platonicas venire cogantur. Hoc enim tibi immundissimi dæmones, deos æthereos se esse fingētes, quorum prædicator & angelus factus es, promiserunt: quod in anima spiritali theurgica arte purgati, ad patrem quidem non redeunt, sed super aereas plagas inter deos æthereos habitabunt. Non audit ista hominum multitudo, propter quos à dæmonum dominatu liberandos Christus aduenit. In illo enim habent misericordissimā purgationem, & mentis, & spiritus, & corporis sui. Propterea quippe totum hominem sine peccato ille suscepit, vt totum, quo cōstat homo, à peccatorū peste sanaret. Quem tu quoque vtinam cognouisses, eique te potius, quā vel tuæ virtuti, quæ humana, fragilis, & infirma est, vel perniciosissimæ curiositati sanandum tutius commisisses. Non enim te decepisset, ^a quem vestra, vt tu ipse scribis, oracula sanctum immortalēque confessi sunt. De quo etiam poeta nobilissimus, poetice quidem, quia in alterius adumbrata persona: veraciter tamen, si ad ipsum referas, dixit:

^bTe duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,

Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ea quippe dixit, quæ etiam multum proficientium in virtute iustitiæ possunt, propter huius vitæ infirmitatē, & si non scelera, scelerum tamen manere vestigia, quæ nō nisi ab illo saluatore sanantur, de quo iste versus expressus est. ^cNam hoc vtique non à seipso dixisse Vergilius in Eclogæ ipsius quarto fermè versu indicat, vbi ait:

Vltima Cumæi venit iam carminis etas.

Vnde hoc à Cumæa Sibylla dictū esse incunctanter apparet. Theurgi verò illi, vel potius dæmones, deorum species figurāsque fingentes, inquinant potius, quā purgant humanum spiritum falsitate phantasinatum, & deceptoriam vanarum ludificatione formarum. Quomodo enim purgēt hominis spiritum, qui immundum habēt proprium? Alioquin nullo modo carminibus inuidi hominis ligarentur: ipsumque inane beneficium quod præstaturi videbātur, aut meru premerent, aut simili inuidentiā denegarent. Sufficit, quod purgatione theurgica, neque intellectualem animam, hoc est mentem nostram,

nostram, dicis posse purgari, & ipsam spiritalem, id est, nostre animę partem, mēte inferiorem, quam tali arte purgari posse asseris, immortalem tamē, eternāque non posse hac arte fieri confiteris. Christus autē vitam promittit eternam, unde ad eum mundus, vobis quidem stomachantibus, mirantibus tamen stupentibusque cōcurrit. ^d Quid prodest quod negare non potuisti errare homines theurgica disciplina, & quamplurimos fallere per cæcam, insipientēque sententiam, atque esse certissimum errorem, agēdo & supplicando ad principes, angelosque decurrere? Et rursus quasi ne operam perdidisse videaris ista dicendo, mittis homines ad theurgos, ut per eos animę spiritales purgentur illorum, qui non secundum intellectualem animum viuunt.

L. V I V E S.

- a **Q**uem vestra, ut tu ipse scribis, oracula. } *De hoc lib. xx.*
 b **T**e duce, si qua manent. } *De Asinio Pollione consule ad bella ciuilia refert Seruius, ut futurus sit illo consule finis eorum, soluanturque terrę perpetua eorum formidine. sed diuturna fuerunt post eum qui fuit consul cum Gn. Domitio Aenobar. iij. anno triumuiratus.*
 c Nam hoc utique. } *Tota illa Ecloga sumpta est de carminibus Sibyllinis, quę cum essent de Christo dicta, tempusque esset enigmati quibusdam subsignificatum, eaque intelligeret Vergul. & videret aduentare, de aliquo ex principibus Rom. existimabat esse dicta, & huius Pollionis filio Salonino attribuit.*
 d Quid enim prodest. } *Alibi sic: quod quia negare non potuisti errare homines etiam. sed sic melius. Qod quia negare non potuisti, in tantum à teipso dissentis ut primum doceas.*

Quibus persuasionibus Porphyrius obæcatus non potuerit veram sapientiam, quę est Christus, agnoscere.

C A P. X X V I I I.

Mittis ergo homines in errorem certissimum. ^a Neque hoc tantum malum te pudet, cum virtutis & sapientię te profitearis amatorem. Quam si verē ac fideliter amasses, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam cognouisses: ^b nec ab eius saluberrima humilitate tumore inflatus vanę scientię resiluisses. Confiteris tamen etiam spiritalem animam sine theurgicis artibus & sine teletis, quibus frustra discendis elaborasti: ^c posse continentię virtute purgari. Aliquando etiam dicis quod telerę non

post mortem eleuant animam vt iam : nec eidem ipsi , quam spiritalē vocas , aliquid post huius vitæ finem prodesse videantur : ^d & tamen versas hæc multis modis , & repetis , ad nihil aliud , quantum existimo , nisi vt talium quoque rerum quasi peritus appareas , & placeas illicitarum artium curiosis , vel ad eas facias ipse curiosos. Sed bene est , quòd metuendam dicis hanc artem ^e vel legum periculis , ^f vel ipsius actionis. Atque vtinam hoc saltem abs te miseri audiant , & inde ne illic absorbeantur abscedant. aut eò penitus non accedat Ignorantiam certè & propter eam multa vitia per nullas teletas purgari dicis , sed per solum πατερικον vñ , id est , paternam mentem siue intellectum , qui paternæ est volūtatī cōsciū. Hunc autem Christum esse non credis , contemnis enim eum propter corpus ex fœmina acceptum , & propter crucis opprobrium , excelsam videlicet sapientiam , speretis atque abiectis infimis , idoneus de superioribus carpere. At ille implet. quod Prophetæ sancti de illo veraciter prædixerūt : Perdam sapientiam sapientium & prudentiam prudentium reprobabo. Non enim suam in eis perdit & reprobat , quam ipse donauit , sed quam sibi arrogat , qui non habent ipsius. Vnde commemorato isto propheterico testimonio , sequitur & dicit Apostolus : Vbi sapiens ? vbi scriba ? vbi conquisitor huius seculi ? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi ? Nam quoniam in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deū , placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quoniam quidem Iudæi signa petunt , & Græci sapientiam quærunt. Nos autem prædicamus , inquit , Christum crucifixum : Iudæis quidem scandalum , gentibus autem stultitiam , ^h Ipsis verò vocatis Iudæis & Græcis , Christum Dei virtutem & Dei sapientiam : ⁱ quoniam quod stultum est Dei , sapientius est hominibus : & quod infirmum est Dei , fortius est hominibus. Hoc quasi stultum & infirmum tanquam sua virtute sapientes fortesque contemnunt. Sed hæc est gratia , quæ sanat infirmos , non superbè iactantes falsam beatitudinem suam , sed humiliter potius veram miseriam confitentes ,

L. V I V E S.

a Neque hoc tantum malum te pudet. } *Vetus loquendi mos , sed quem etiam recentiores usurparunt.*

b Nec ab eius saluberrima humilitate. } *Fuit enim prius imbu-*

ius pietate nostra, à qua postea defecit, magnaque rabie in eam inuectus est.

c Posse continentiae virtute purgari. } In libris de abstinentia animalium scribit, continentia & frugalitate vite mentem humanam efferri, ac Deo coniungi Sed hæc elegantius Plato & doctius in Charmide: quò loco docet, curationem animæ temperantia fieri, eamque unicam esse animi affectus medelam, nec aliis incantationibus sordes animi elui.

d Et tamen verfas hæc multis modis & repe. } Ea est Porphyrii τρωτολογία plensuma fastidij & nausæ, quam licet vel ex quinque eius vocibus intelligere que sunt in omnium manibus.

e Vel legum periculis. } Nam & Plato de ea cauit. Et leges civiles pœnas illi constituerunt.

f Vel ipsius actionis. } Nam periculosa res est, nisi ritè exerceatur. Irritantur enim demones, & magna inferunt mala imperitè excantanti: quod multis horrèdis exemplis ostenderunt, quippe amant perfectam impietatem, à qua difficilis sit ad pietatem recursus, ideo terroribus ad eam homines impellunt.

g Vbi conquistor huius seculi. } De philosophis intellige, qui maximo studio res nature conquiesierunt. Græcè est, συντητικis, quod etiam disputatorem sonat, ut ad molestas illas & immodicas philosophorum disputationes referatur.

h Ipsis verò vocatis. } Vocatis ad pietatē, & destinatis ciuib. regni:

i Quoniam quod stultum est Dei. } Vulgarius crucem appellat insipientem, utpote que insipiens sit, visa, hæc tamen est hominibus sapientior. Siquidem philosophos constat frigidis & inuilibus rebus vacasse, crucem verò mundo peperisse salutem. Et quod Dei est, eo videtur infirmius: quia ex impotentia quadam visus sit cruci affixus. sed id longè est hominibus fortius. Nec ob id solum, quia quo magis annitentibus multi huius nomen extinguere, eo plurimum pollet & floret, sed quia per hunc, qui visus infirmior, fortis demon ille vincetus est & coercitus.

De incarnatione domini nostri Iesu Christi, quam confiteri, Platoniorum erubescit impietas. CAP. XXI X.

Pædicas patrem & eius filium, quem vocas paternum intellectam, seu mentem: & horum medium, quem putamus te dicere spiritum sanctum, & more vestro appellas tres deos. Vbi, etsi verbis indisciplinatis vitimini, videtis tamen qualitercunque, & quasi per quædam tenuis imaginationis vmbacula, quo nitendum sit: sed in-

carnationem incommutabilis filij Dei, qua saluamur, vt ad illa quæ credimus, vel ex quantulacūque parte intelligimus, peruenire possimus, non vultis agnoscere. Itaque videtis vt-
 cunque, etsi de longinquo, etsi acie caligante, patriam, in qua manendum est, sed viam qua eundum est, non tenetis. Confiteris tamen gratiam, quandoquidem ad Deum per virtutem intelligentiæ peruenire, paucis dicitur esse concessum. Non enim dicitur, paucis placuit, vel pauci voluerunt, sed cum dicitur esse concessum, proculdubio Dei gratiam, non hominis sufficientiam confiteris. Vteris etiam hoc verbo apertius, ² vbi Platonis sententiam sequens. nec ipse dubitas, in hac vita hominem nullo modo ad perfectionem sapientiæ peruenire, secundum intellectum tamen viuentibus omne quod deest, prouidentia Dei, & gratia post hanc vitam posse compleri. O si cognouisses Dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum, ipsamque eius incarnationem, qua hominis animam corpusque suscepit, summum esse exemplum gratiæ videre potuisses. Sed quid faciam? Scio me frustra loqui mortuo: sed quantum ad te attinet. Quantum autem ad eos, qui te magnipendunt, & te vel qualicumque amore sapientiæ, vel curiositate artium, quas non debuisti discere, diligunt: quos potius in tua compellatione alloquor, fortasse non frustra. Gratia Dei non potuit gratius commendari, quam vt ipse vnicus Dei filius in se incommutabiliter manens, indueretur hominem, & spem dilectionis suæ daret hominibus, homine medio: qua ad illum ab hominibus veniretur, qui tam longe erat immortalis à mortalibus, incommutabilis à commutabilibus: iustus ab impiis, beatus à miseris. Et quia naturaliter indidit nobis, vt beati immortalisque esse cupiamus, manens beatus suscipiensque mortalem, vt nobis tribueret quod amamus, perpetiundo docuit contemnere quod timeamus. Sed huic veritati, vt possietis acquiescere, humilitate opus erat, quæ ceruici vestræ difficillimè persuaderi potest. Quid enim incredibile dicitur, præsertim vobis qui talia sapitis, quibus ad hoc credendum vos ipsos admonere debebatis? quid inquam vobis incredibile dicitur, cum Deus dicitur assumpsisse humanam animam, & corpus? Vos certè tantum tribuitis animæ intellectuali, quæ anima vtrique humana est, vt eam consubstantialem paternæ illi menti, quem Dei filium confitemini, fieri posse dicatis? Quid ergo incredibile est, si aliqua vna intelle-

ctualis anima modo quodam ineffabili & singulari, pro mul-
 torum salute suscepta est? Corpus verò animæ cohærere, vt
 homo totus & plenus sit, natura nostra ipsa teste cognosci-
 mus. Quod nisi vñtatissimum esset, hoc profecto esset incre-
 dibilius. Facilius quippe in fidem recipiendum est: etsi hu-
 manum diuino, etsi mutabile incommutabili, tamen spiri-
 tum spiritui, aut vt verbis vtar quæ in vsu habetis, incorpo-
 reū incorporeo, quàm corpus incorporeo cohærere. An for-
 te vos offeudit inusitatus corporis partus ex yirgine? Neque
 hoc debet offendere, imò potius ad pietatem suscipiendam
 debet adducere, quod mirabilis mirabiliter natus est. An ve-
 rò, quòd ipsum corpus morte depositum, & in melius resur-
 rectione mutatum, iam incorruptibile atque immortale in
 superna subuexit? Hoc fortasse credere recusatis, intuentes
 Porphyrium in his ipsis libris, ex quibus multa posui, quos
 De regressu animæ scripsit, tam crebrò præcipere, omne cor-
 pus esse fugiendum, vt anima possit beata permanere cum
 Deo. Sed ipse potius ista sentiens corrigendus fuit, præsertim
 cùm de anima mundi huius visibilis, & tam ingentis corpo-
 reæ molis, cum illo tam incredibilia sapiatis. ^b Platone quip-
 pe autore, animal esse dicitis mundum, & animal beatissi-
 mum, quod vultis esse etiam sempiternum. Quomodo ergo
 nec vnquam soluetur à corpore, nec vnquam carebit beatitu-
 dine, si vt anima beata sit, corpus est omne fugiendum? Solem
 quoque istum & cætera sidera, non solum in libris vestris cor-
 pora esse fatemini, quod vobiscum omnes homines & con-
 spicere non cunctantur, & dicere verum etiam altiore, vt pu-
 tatis peritia, hæc esse animalia beatissima perhibetis, & cum
 his corporibus sempiterna. Quid ergo est quòd cùm vobis fi-
 des Christiana suadetur, tunc obliuiscimini, aut ignorare vos
 fingitis, quid disputare aut docere soleatis? Quid causæ est
 cur propter opiniones vestras, quas vos ipsi oppugnatis, Chri-
 stiani esse nolitis, nisi quia Christus humiliter venit, & vos
 superbi estis? Qualia sanctorum corpora in resurrectione fu-
 tura sint, potest aliquanto scrupulosius inter Christianarum
 scripturarum doctissimos disputari, futura tamen sempiter-
 na minimè dubitamus: ^c & talia futura, quale resurrectionis
 suæ Christus demonstrauit exemplo. Sed qualiacunque sint,
 cùm incorruptibilia prorsus & immortalia nihilòque animæ
 contemplationem qua in Deum figitur, impediencia prædi-

centur: vòsq; etiam dicatis esse in cęlestibus immortalia corpora immortaliter beatorum: quid est quòd vt beati simus omne corpus fugiendum esse opinamini, vt fidem Christianam quasi rationabiliter fugere videamini, nisi quia illud est, quod iterum dico, Christus est humilis, vos superbi? An forte corrigi pudet? Et hoc vitium non nisi superbiorum est. Pudet videlicet doctos homines ^d ex discipulis Platonis fieri discipulos Christi, qui piscatorem suo spiritu docuit sapere ac dicere: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, ^e & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso, vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non comprehendunt. ^f Quod initium sancti Euangelij, cui nomen est secundum Ioannem, quidam Platonicus, ^g sicut à sancto sene Simpliciano, qui postea Mediolanēsi ecclesię præsedidit episcopus, solebamus audire, aureis literis conscribendum, & per omnes ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat. Sed ideo viluit superbis Deus ille magister: quia verbum caro factum est: & habitauit in nobis: vt parū sit miseris quod ægrotant, nisi se in ipsa ægritudine etiam extollant, & de medicina qua sanari poterāt, erubescant. Non enim hoc faciunt vt erigantur, sed vt cadendo grauius affligantur.

L. V I V E S.

a **V**bi Platonis sententiam. } In *Phædone* & *Epinomide*, quam nos libro 8. exposuimus.

b Platone quippe autore. } In *Timeo* mundum animantem, sidera quoque animantia esse & beata scribit.

c Et talia futura, quale sua resurrectione Christus. } Nullis morbis, nullis vitiis, nulli morti obnoxium, agile particeps beatitudinis animæ. Sic *Apostolus ad Philippenses* 3. *Seruatore in expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrę, vt configuretur corpori claritatis suę.*

d Ex discipulis Platonis fieri discipulos Christi. } *Quis est ista tam insolens iactatio sapientię? Ceu verò erubuerit Plato magistrum habere Socratem, qui nihil se scire profitebatur, & non per totam vitam gloriatus sit discipulum se fuisse marmorarij, totamque suam illam tam latè patentem sapientiã præceptoris esse: & non ipse Socrates apud Platonem & Xenophontem principes scholę illius multa referat in Aspasiã, & Diotimã magistras.*

e Et sine ipso factum est nihil. } *Græci sic distinguunt: Et sine ipso factum est nihil, quod factum est. quod si redit in nihilum, nisi conseruetur cura regentis. Quod etiam philosophi senserunt, & sic disjunctum legi in exemplari Colonien. de qua re nihil nunc pronuncio.*

f Quod initium sancti Euangelij. } *August. lib. Confes. 8. ait, se in libris Platoniorum legisse, eisi non eisdem verbis sententiam Euangelij diui Ioannis: In principio erat verbum. Amelius autem Platonius sic inquit: Atque hoc erat illud verbum, per quod ea que facta sunt, fiebant: Cùm tamen semper essent, quemadmodum & Heracitus voluit, & per Iouem barbarus ille censet in ordine dignitateque principij constitutum apud Deum esse, & Deum esse, & per ipsum omnia facta esse: & in ipso quod factum est, viuum & vitam & ens fuisse. Barbarum uero Ioannem dicit. Porro nos ex Platone docuimus, verbo Dei omnia esse facta: & ex Plotino filium Dei esse creatorem. Numenius quoque non uult Deum primum creatorem esse, sed secundum.*

g Sicut à sancto sene Simpliciano. } *Simplicianus Mediolanensis episcopus, amicus fuit Augustini, multaq; inter eos misitatae sunt literæ: siquæ presbyter adhuc nondum episcopus hortatus est Augustinum, ut ingenium exerceret. & expositionibus sacrarum literarum operam daret. Gennadius in Catalogo illustrium virorum.*

Quanta Platonis dogmata Porphyrius refutauerit, & dissentiendo correxerit. C A P X X X.

SI post Platonem aliquid emendare existimatur indignum, cur ipse Porphyrius nonnulla & non parua emendauit? ² Nam Platonem animas hominum post mortem reuolui vsque ad corpora bestiarum scripsisse certissimum est. ^b Hanc sententiam Plato doctor tenuit, & Platonis discipulo Porphyrio tamen iure displicuit. In hominum sanè non sua quæ dimiserant, sed in alia noua corpora redire humanas animas arbitratus est. Puduit scilicet, illud credere, ne mater fortasse filium in mulam reuoluta uectaret: & non puduit hoc credere, ne reuoluta mater in puellam filio forsitan nuberet. Quanto creditur honestius, quod sancti & ueraces angeli docuerunt: quod prophetæ Dei spiritu acti locuti sunt: quod ipse, quem venturum saluatorem præmissi nunciij prædixerunt: quod missi Apostoli, qui orbem terrarum Euangelio repleuerunt. Quanto, inquam, honestius creditur, reuerti semel animas ad corpora propria, quàm reuerti toties ad diuersa. Veruntamen, ut dixi, ex magna parte, in

hac opinione correctus est Porphyrius: vt saltem in solos homines humanas animas præcipitari posse sentiret: beluinos autem carceres euertere, minimè dubitaret. Dicit etiã Deũ, ad hoc animam mundo dedisse, vt materiæ corporalis cognoscens mala ad patrem recurreret: nec aliquando iam talium polluta contagione teneretur. Vbi etsi aliquid inconuenienter sapit, magis enim data est corpori, vt bona faceret: non enim mala disceret, si non faceret: in eo tamen aliorum Platoniorum opinionem, & non in re parua emendauit, quod mundatam ab omnibus malis animam, & cum patre constitutam, nunquam iam mala mundi huius passuram esse confessus est. Qua sententia profecto abstulit, quod esse Platonicum maxime perhibetur, vt mortuos ex viuis, ita viuos ex mortuis semper fieri: falsumque esse ostendit, quod Platonice videtur dixisse Vergilius: in cãpos Elysiõs purgatas animas missas. Quo nomine tanquam per fabulam videntur significari gaudia beatorum, ad fluiuium Letheum euocari, hoc est, ad obliuionem præteritorum:

Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant,

Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

Merito displicuit hoc Porphyrio: quoniam reuera credere stultum est, ex illa vita, quæ beatissima esse non poterit, nisi de sua fuerit æternitate certissima, desiderare animas corporum corruptibilium labem, & inde ad ista remeare, tanquam hoc agat summa purgatio, vt inquinatio requiratur. Si enim quod perfectè mundantur, hoc efficit, vt omnium obliuiscantur malorum: malorũ autem obliuio facit corporum desiderium, vbi rursus implicentur malis: profectò erit infelicitatis causa, summa fœlicitas & stulitiæ causa, perfectio sapientiæ: & immunditiæ causa, summa munditia. Nec veritate ibi beata erit anima quandiu cunque erit, vbi oportet fallatur, vt beata sit. Nõ enim beata erit, nisi segura. Vt autem segura sit, falso putabit, semper se beatam fore: quoniam aliquando erit & misera. Cui ergo gaudendi causa falsitas erit, quomodo de veritate gaudebit? Vidit hoc Porphyrius, purgatamque animam, ob hoc reuerti dixit ad patrem, ne aliquando iam malorum polluta contagione teneatur.

L. V I V E S.

Transmissio

NAm Platonem animas hominum post mortem. } Platonem
to Pythagoræ opinionem secutus, animas post mortem in corpora

pora redire existimavit, sic in *Timæo*, sic in extremo *De Republ.* sic in *Phædro* scribit. In hoc enim libro quem postremum nominavi, legem *Adrastæ* illius necessariæ refert, qua iubetur, ut quæcunque anima Deum secuta, aliquid veri inspexerit, ea sine ulla pœna, ad circum alterum perveniat. Quod si & in illo idem fecerit, acet quoque pœnas, semper beata si semper sic faciat: quod si verum non fuerit consecuta, & casu pressa pœnas obtinuerit, in corpus abiit. His gradibus, ut quæ plurima viderit, philosophum induat: hinc proxima legitimum regem, aut imperatorem, ac strenuum virum: ex tertio ordine fiant magistratus in republ. & patres familiæ: ex quarto aliptæ & medici: ex quinto vates & mistæ: de sexto poëtæ: de septimo opifices, & agricola: ex octavo sophistæ, & aurarij: ex nono tyranni. Sic proficiuntur animæ in vitam: quam qui rectè transegerit, us ad meliorem conditionem remigrabit: qui iniquè, ad peiorem. In eum enim locum, unde quæque anima discesserat annis x. milibus non redit, nam alas contractas ante id tempus non recuperat, præter illius animam, qui simpliciter & sine dolo philosophatus est, nam huic si ter ad eum vixerit modum, ter millem sufficiunt anni. Ex aliis animabus, ubi de eis pronunciatum est, hæc quidem sub terram ad supplicia coniiuntur, illæ in celum sublata vitam agunt beatam, pro ratione eius quam in terris egerunt. Post mille autem annos, utraq; ad secundam redeunt vitam, optione unicuique proposita, ut quod velit, eligat. Itaque aliæ quæ prius fuerant hominum, in bestias discedunt: aliæ quæ prius bestiarum, in homines, si modo hominum quoque aliquando fuerant, nam quæ veritatem nunquam est intuita, in humanam formam non transibit. Hæc est sententia *Platonis* in *Phædro*. In ultimo verò de republ. de huiusmodi vite optionibus loquens ait, electionem magna ex parte iuxta vite prioris mores fieri. Sic *Orphei* animam cygni corpus elegisset, nec voluisse in feminam transire odio illius sexus: Animam *Thæeris* philomelæ, cygni quoque animam in hominem demigrasse: *Aiacis* animam leonem optasse, *Agamemnonis* aquilam, *Thersites* simiam.

b Hanc sententiam *Plato* doctor. & *Alibi* legitur, *Plotinus* doctor. Ipse *Porphyrus* scribit se decimo *Galerii* imperatoris anno Romanè *Græcia* venisse, cum *Plotinus* ægeret fere quinquagesimum nonum annum, audissetque illum quinque annos. *Plotinus* verò *Platonis* opinionem de reditu animarum in quævis corpora secutus est. itaque sic videtur legendum, Hanc sententiam *Plato* doctor tenuit, & *Plotinus*, discipulus tamen *Porphyrio* etiam.

c Quod *Platonice* videtur dixisse *Vergilius*. & *Plato* libro *De republ.* x. animas dicit ad *Lethæum* campum proficisci stirpibus omnino vacuum, & ex *Amelita* fluvio pronas bibere: quæ largius hauriunt, obli-

uisque penitus omnium. Hoc facto dormire omnes, & media nocte tonitru ingenti excitari, venireque ad vitam. Amelita autem est ceu rerum omnium obliuio, quasi nullius rei cura & cogitatio. Apud Verg. autem sic loquitur Anchises de animabus corporibus defunctis:

Has omnes, ubi mille rotam voluere per annos

Lethæum ad fluiuium, Deus euocat, agmine magno:

Scilicet immemores, &c.

Obluiscuntur itaque præteritorum, & qualis futura sit sequens vita non recogitant: nec tamen voluntate huc inducuntur, sed necessitate.

Contra argumentum Platoniorum, quo animam humanam afferunt Deo esse coæternam.

C A P. X X X I.

Item Alfo igitur à quibusdã Platoniciſtis eſt creditus, ^aquaſi neceſſarius orbis ille ab eiſdem abeundi, & ad eadem reuertendi. Quod etiã ſi verum eſſet, quid hoc ſcire prodeſſet, niſi fortè inde ſe nobis auderèt præferre Platonici, quia id nos in hac vita iam neſciremus, quod ipſi in alia meliore vita purgatiſſimi & ſapientiffimi fuerant naſciturus, & falſum credendo beati futuri? Quod ſi abſurdiſſimum & ſtultiſſimum eſt dicere, Porphyrij profectò eſt præferenda ſententia, hiſ qui animarum circulos alternante ſemper beatitudine & miſeria ſuſpicati ſunt. Quod ſi ita eſt, ecce Platoniciſtis in melius à Platone diſſentit: ecce vidit hic, quod ille non vidit, nec poſt talem, ac tantum magiſtrum reſugit correctionem, ſed homini præpoſuit veritatẽ. Cur ergo non potius diuinitati credimus de hiſ rebus quas humano ingenio perueſtigare non poſſumus, quæ animam quoque ipſam non Deo coæternam, ſed creatam dicit eſſe, quæ non erat? Vt enim hoc Platoniciſtis nollent credere, hanc vtique cauſam idoneam ſibi videbantur afferre, quia niſi quod ſemper antea fuiſſet, ſempiternum deinceps eſſe non poſſet. Quãquam & de mundo, & de hiſ quos in mundo deos à Deo facto ſcribit Plato, apertiffimè dicat eos eſſe cœpiſſe, & habere initiũ, finem tamen non habituros, ſed per conditoris potentiſſimam voluntatem in æternum permanſuros eſſe perhibeat. Verũ id quomodo intelligant, inuenerunt, non eſſe hoc videlicet temporis, ſed ſubſtitutionis initium. ^c Sicut enim, inquit, ſi pes ex æternitate ſemper fuiſſet in puluere, ſemper ei ſubefſet veſtigium: quod tamen veſtigium à calcante factum nemo dubitaret, nec alterũ altero prius eſſet, quan-

uis alterum ab altero factum esset. Sic, inquit, & mundus atque in illo dii creati, & semper fuerunt, semper existente qui fecit, & tamen facti sunt. Nunquid ergo si anima semper fuit, etiam miseria eius semper fuisse dicenda est? Porro si aliquid in illa, quod ex æterno non fuit, esse cœpit ex tempore, cur non fieri potuit, ut ipsa esset ex tempore, quæ antea non fuisset? Deinde beatitudo quoque eius post experimentum malorum firmior, & sine fine mansura, sicut iste confitetur, proculdubio cœpit ex tempore. & tamen semper erit, cum antea non fuerit. Illa igitur omnis argumentatio dissoluta est, qua putatur nihil esse posse sine fine temporis, nisi quod initium non habet temporis. Inuenta est enim animæ beatitudo, quæ cum initium temporis habuerit, finem temporis non habebit. Quapropter diuinæ autoritati humana cedat infirmitas, eisque beatis & immortalibus de vera religione credamus, qui sibi honorem non expetunt, quem Deo suo, qui etiam noster est, debere sciunt: nec iubent, ut sacrificium faciamus, nisi ei tantummodo, cuius & nos cum illis, ut sæpe dixi, & sepe dicendum est, sacrificium esse debemus, per eum sacerdotem offerendi, qui in homine quem suscepit, secundum quem & sacerdos esse voluit, etiam usque ad mortem sacrificium pro nobis dignatus est fieri.

L. VIVES.

Q Vasi necessarius orbis ille. } Plato voluit à Parcibus omnia scribit, & vitas nostras, & tempus quo anima corpore vacat: ita cum conuersio vitæ perfecta est, sequi mortem, cum purgationis animæ redire eam animam ad nouum corpus, vitæ incertum esse nobis, animæ corpore liberæ mille esse annos. Hunc orbem necessarium putabant illi, ne cum certus esset annuarum numerus, à Deo cum mundum hunc architectaretur, creatus, deissent, qui terram inolerent homines, mundo æterno, & hominibus morti subditis. Hunc orbem, hanc vertiginem expressit Vergilius rotam nominauit, quæ ubi in se conuoluta, circum suum confecit, vitam reddit, quam ademerat: ut illa altera vitæ finem facit, quam attulerat, utraque cum eodem vnde discesserat, redit. Hæc à morte in mortem, illa contra, à vitæ in vitam: sed hæc per mortem, illa per vitam.

Verum in quomodo intelligant. } Mundum à Deo creatum esse, id existimasse Platonem constat. Ceterum in controuersia est; an in tempore aliquo incæperit esse aliquot annos ab hinc, an nullum habeat in tempore principatum. Nam Plutarchus, Atticus, Seuerus, crediderunt Platoni, mundum aliquando esse cœpisse, nunquam ta-

men interiturum. Crantorius uero, Plotino, Porphyrio, Iamblichio, Proculo, Macrobio, Platonici uisum est: mundum Platonicum eternum fuisse, & fore. Istis Censorinus adstipulatur, qui eam de mundo sententiam Pythagore, & Pythagoricorum esse tradit: quos Plato in ratione natura præ cæterni secutus est. Eiusdem rei autores sunt Cicero: Iustinus martyr, & Boetius. Apuleius in Deo Socratis sic inquit: Quos deos Plato existimat ueros incorporales, animales, neque ullo fine, neque exordio, sed prorsus retro æternos. In dogmate tamen Platonis, Platonem indicat, de origine mundi non satis sibi constiisse. Aut enim, & hunc quidem mundum, nunc sine initio esse dicit, aliàs originem habere, naturamque esse.

c Sicut enim inquitur: Nostri cum de effectu cause cœno loquuntur, de sole, & eius splendore exemplum afferunt.

De uniuersali via animæ liberandæ, quam Porphyrius malè quærendo non reperit, & quam sola gratia Christiana referauit. CAP. XXXII.

HÆC est religio, quæ uniuersalem continet uiam animæ liberandæ, quoniam nulla nisi in hac liberari potest. Hæc est enim quodammodo^a regalis uia, quæ una ducit ad regnum, non temporali fastigio nutabundum, sed æternitatis firmitate securum. Cùm autem dicit Porphyrius in primo iuxta finem de regressu animæ libro: nondum receptam unam quandam sectam, quæ uniuersalem uiam animæ contineat liberandæ: uel à philosophia uerissima aliqua,^b uel ab Indorum moribus, ac disciplina, aut inductione Chaldæorum, aut alia qualibet uia, nondumque in suam notitiam eandem uiam historiali cognitione perlatam, proculdubio confitetur esse aliquam, sed nondum in suam uenisse notitiam. Ita ei non sufficiebat quicquid de anima liberanda studiosissimè didicerat, sibi que uel potius aliis nosse, ac tenere uidebatur. Sciebat enim adhuc sibi deesse aliquam præstâtissimam autoritatem, quam de re tanta sequi oporteret. Cùm autem dicit, uel à philosophia uerissima, aliquam nondum in suam notitiam peruenisse, sectam, quæ uniuersalem contineat uiam animæ liberandæ, satis, quantum arbitror, ostendit, uel eam philosophiam in qua ipse philosophatus est, non esse uerissimam, uel ea non contineri talem uiam. Et quomodo iam potest esse uerissima, qua nõ continetur hæc uia? Nam quæ alia uia est uniuersalis animæ liberandæ, nisi qua uniuersæ animæ liberantur, ac per hoc sine illa nul-

la an-

- la anima liberatur? Cùm autem addit & dicit, vel ab Indorum
 moribus & disciplina, vel ab inductione Chaldeorũ, vel alia
 qualibet via: manifestissima voce testatur, neque illis quæ ab
 Indis, neque illis quæ à Chaldæis didicerat, hanc vniuersalem
 viã animæ liberandæ contineri, & vtiq; se à Chaldæis oracula
 diuina sumpsisse, quorum assiduam cõmemorationem facit,
 tacere non potuit. Quam vult ergo intelligi animę liberandę
 vniuersalem viam nondum receptam, vel ex aliqua verissima
 philosophia, vel ex earum gentium doctrinis, quæ magne ve
 lut in diuinis rebus habebantur: quia plus apud eos curiositas
 valuit, quorũque angelorũ cognoscendorũ & colendorũ,
 nondũque in suam notitiã historiali cognitione perlatã?
 Quænam ista est vniuersalis via, nisi quæ non suæ cuiq; genti
 propria, sed vniuersis gentibus quæ communis esset, diuini
 tus impertita est? Quam certè iste homo non mediocri inge
 nio præditus, esse non dubitat. Prouidentiam quippe diuinam
 sine ista vniuersali via liberandæ animę genus humanum re
 linquere potuisse nõ credit. Neque enim ait nõ esse, sed hoc
 tantũ bonũ, tantũque adiutoriũ nondũ receptũ, nondũ in
 suam notitiã esse perlatũ. Nec mirum. ^d Tunc enim Porphy
 rius erat in rebus humanis, quãdo ista liberandę animæ vni
 uersalis via, quæ non est alia, quã religio Christiana, oppu
 gnari permittebatur ab idolorũ dæmonũq; cultoribus re
 gibũsque terrenis, propter asserendũ & cõsecrandũ martyriũ
 numerum, ^e hoc est, testium veritatis, per quos ostenderetur
 omnia corporalia mala pro fide pietatis & cõmendatione ve
 ritatis esse toleranda. Videbat ergo ista Porphyrius, & per hu
 iusmodi persecuciones citò istam viam periturã & propterea
 non esse ipsam liberandæ animæ vniuersalem putabat, non in
 telligens hoc, quod eum mouebat; & quod in eius electiõne
 perpeti metuebat, ad eius confirmatiõne robustiorẽq; com
 mendatiõne potius pertinere. Hæc est igitur animæ liberandæ
 vniuersalis via, id est, vniuersis gentibus diuina miseratiõ
 concessa, cuius profectò notitiã ad quoscunq; iam venit, & a
 quoscunq; vêtura est: nec debuit, nec debebit ei dici ^f quã
 modò, & quare serò, quoniam mittentis consiliũ nõ est hu
 mano ingenio penetrabile. Quod sensit etiam iste cùm dixit
 nondum receptum hoc donum Dei, & nondum in suam no
 titiã fuisse perlatum. Nec enim propterea verum non esse
 iudicauit, quia nondum in suam fidem receptum fuerat, vs

in notitiam nondum peruenerat. Hæc est, inquam, liberandorum credentium vniuersalis via, de qua fidelis Abraham diuinum accepit oraculum: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Qui fuit quidem gēte Chaldæus, sed vt talia promissa perciperet, quòd ex illo propagaretur semē dispositum per angelos in manu mediatoris, in quo esset ista liberandæ animæ vniuersalis via, hoc est omnibus gentibus data, iussus est discedere de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui. Tunc ipse primitus à Chaldæorum superstitionibus liberatus, vn̄m verum Deum sequendò coluit, cui hoc etiam promittenti fideliter credidit. Hæc est vniuersalis via, de qua in sancta prophetia dictum est: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Vnde tanto pòst ex Abraham semine carne suscepta, de seipso ait ipse saluator: Ego sum via, & veritas & vita. Hæc est vniuersalis via, de qua tātò antè prophetatum est: Erit in nouissimis diebus manifestus mons domus Domini paratus in cacumine montium, & extolletur super colles, & venient ad eum vniuersæ gentes, & ingrediētur nationes multæ, & dicent: Venite ascendamus in montē Domini, & in domum Dei Iacob, & annuntiabit nobis viā suam, & ingrediemur in ea. Ex Sion enim prodiet lex, & verbum Domini ab Hierusalem. Via ergo ista non est vn̄ius gētis, sed vniuersarum gentium. Et lex verbūmq; Domini non in Sion & Hierusalem remansit, sed inde processit, vt se per vniuersa diffunderet. Vnde ipse mediator post resurrectionem suam discipulis trepidantibus ait: Oportebat impleri quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis: Quia oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitētiā & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Hæc est igitur vniuersalis animæ liberandæ via, quam sancti angeli sanctiq; prophetæ prius in paucis hominibus, vbi potuerunt Dei gratiam reperientibus & maximè in Hebræa gente, ^h cuius erat ipsa quodam modo sacrata respublica, in prophetationē & prænunciationem ciuitatis Dei ex omnibus gentibus congregandæ, & tabernaculo, & tēplo, & sacerdotio, & sacrificiis significauerunt, & eloquiis quibusdam manifestis plerisque mysti-

mysticis prædixerunt. Præfens autem in carne ipse mediator,
 & beati eius apostoli, iam testamenti noui gratiam reuelan-
 tes apertius indicarunt, quæ aliquantò occultius superioribus
 sunt significata temporibus. pro ætatum generis humani di-
 stributione, sicut eam Deo sapienti placuit ordinare, mirabi-
 lium operum diuinorum, quorum superius pauca iam posui
 contestantibus signis. Non enim tantummodo apparuerunt
 visiones angelicæ, & celestium ministrorum sola verba sonuerunt,
 verum etiã hominibus Dei verbo simplicis pietatis agentibus,
 spiritus immundi de hominum corporibus, ac sensibus puls-
 sunt: vitia corporis, læguoresq; sanati. fera animalia terrarum,
 & aquarum, volatilia cæli, ligna, elementa, sidera,ⁱ diuina iussa
 fecerunt, inferna cesserunt, mortui reuixerunt: exceptis ipsius
 saluatoris propriis singularibusq; miraculis, maximè natiui-
 tatis & resurrectionis: in quorum vno^l maternæ virginita-
 tis tantummodo sacramentum, in altero autem etiam eorum
 qui in fine resurrecturi sunt demonstrauit exemplum. Hæc via
 totum hominem mundat, & immortalitati mortalem ex om-
 nibus quibus constat partibus. præparat. Vt enim nõ alia pur-
 gatio ei parti quæreretur, quam vocat intellectualẽ Porphy-
 rius, alia ei, quam vocat spiritalem, alia quæ ipsi corpori, pro-
 pterea totum suscepit veracissimus potentissimusq; munda-
 tor atque saluator. Præter hæc viam, quæ^l partim cum hæc fu-
 tura prænunciantur,^m partim cum facta nunciatur, nunquam
 generi defuit humano, nemo liberatus est, nemo liberatur,
 nemo liberabitur. Quod autem Porphyrius vniuersalẽ viam
 animæ liberandæ nondum in suam notitiam historiali cog-
 nitione dicit esse perlatam: quid hac historia, vel illustrius inue-
 niri potest, quæ vniuersum orbem tãto apice autoritatis ob-
 tinuit: vel fidelius, in qua ita narrantur præterita, vt futura
 etiam prædicantur, quorum multa videmus impleta: ex quibus
 ea quæ restant sine dubio speremus implenda. Non enim po-
 test Porphyrius, vel quicumque Platonici, etiam in hac via
 quasi terrenarum rerum, & ad istam vitam mortalem perti-
 nentium, diuinationem, prædictionemque contemnere: quod
 meritò in aliis vaticinationibus, & quorumlibet modorum
 vel artium diuinationibus faciunt. Negant enim vel magno-
 rum fuisse hominum, vel magni esse pèdenda. Et rectè. Nam,
 vel inferiorum fiunt præfensione causarum, sicut arte medi-
 cinæ quibusdam antecedentibus signis plurimaⁿ venturæ va-

Ierudini præuidentur, vel immūdi dæmones sua disposita facta prænunciant, & in quorumuis mentibus atque cupiditatibus iniquorum congrua factis dicta, vel dictis facta, compensant: ut sibi ius quodammodo vendicent in materia infirma fragilitatis humanæ. Non talia sancti homines in ista vniuersali animarum liberandarum via gradientes, tanquam magna prophetare curarūt: quantum & ista eos non fugerint, & ab eis sæpe prædicta sint, ad eorum fidem faciendam, quæ mortalium sensibus non poterant intimari: nec ad experimentum celeri facilitate perducī. Sed alia erant verè magna, atque diuina, quæ quantum dabatur, cognita Dei voluntate, futura nunciabant. Christus quippe in carne venturus, & quæ in illo tam clara perfecta sunt, atque in eius nomine impleta, pœnitentia hominum, & ad Deum conuersio voluntatum, remissio peccatorum, gratiæ iustitiæ, fides piorum, & per vniuersum orbem in veram diuinitatem multitudo credentium, culturæ simulachrorum, dæmonumque subuersio, & à tentationibus excitatio, proficientium purgatio, & liberatio ab omni malo, iudicij dies, resurrectio mortuorum, societatis impiorum æterna damnatio, regnūque æternæ gloriosissimæ ciuitatis Dei conspectu eius immortaliter perfruētis: in huius vitæ scripturis, prædicta, atque promissa sunt: quorum tam multa impleta conspiciamus, ut recta pietate futura esse cætera confidamus. Huius vitæ rectitudinem vsque ad Deum videndum, eique in æternum cohærendum, in sanctuario scripturarum esse locatam, qua prædicatur atque asseritur veritate, quicumque non credunt, & ob hoc nec intelligunt, oppugnare possunt, sed expugnare non possunt. Quapropter in decem libris istis, & si minus quam nonnullorum de nobis expectabat intentio, tamen quorundam studio, quantum verus Deus & dominus adiuuare dignatus est, satisfecimus, refutando contradictiones impiorum, qui conditori sanctæ ciuitatis, de qua disputare instituimus, deos suos præferunt. Quorum decem librorum quinque superiores aduersus eos conscripti sunt, qui propter bona vitæ huius deos colendos putant: quinque autem posteriores aduersus eos qui cultum deorum propter vitam, quæ post mortem futura est, seruandum existimant. Deinceps itaque, ut in primo libro polliciti sumus, de duarum ciuitatum, quas in hoc seculo perplexas diximus, inuicemque permixtas, exortu & procurfu & debitis finibus,

quod

quod dicendum arbitror, quantum diuinitus adiuuabor expediam.

L. V I V E S.

a Regalis via. } *Lata, publica: que regia, & consularis, & prætoria, militaris dicitur legibus sacra.*

b Vel ab Indorum moribus ac disciplina. } *Gymnosophistarum & Brachmanarum, qui multa admirabiliter & egisse, & docuisse memorantur.*

c Sed vniuersis gentibus. } *Hæc est pietas nostra, que ideo catholica nominatur, quod non certo alicui populo tradita est, vt Iudaica, sed toti generi humano, nec vllum excludit, omnibus per hanc saluis esse licet, & sine hac nulli: nec religiones in hac sunt suæ cuique genti, sicut apud Gentes. Aly enim dñ & alio modo apud Romanos coluntur, quàm Græcos: aly apud hos, quàm apud Gallos, Hispanos, Scythas, Indos, Persas. Omnes gentes, quæ Christum professe sunt, eundem colunt Deum, & eodem sacrificij genere.*

d Tunc enim Porphyrius erat in rebus humanis. } *Vixit enim Diocletiano principe, qui Christianos iniquissimo insectatus est odio.*

e Hoc est testium veritatis. } *Μάρτυρ enim est testis.*

f Quare modo & quare serò. } *Quare nunc mittitur, cur non ante?*

g Mons domus domini. } *Alibi non adscribitur, domus, lxx. sic τὸ ὄρος κυρίου, ἢ ὁ ἱνακ τοῦ θεοῦ, mons domini, & domus Dei.*

i Cuius erat ipsa quodammodo. } *Hoc enim erat initium & vetus propago & seminarium ecclesie Dei.*

i Diuina iussa fecerunt, mortui reuixerunt. } *Alibi sic, diuini iussu, inferna cesserunt, mortui reuixerunt.*

k Maternæ virginitatis tantummodo sacramentum. } *Hoc est, sacramentum nihil pollui, nihil frangi, aut corrumpi, quod ille instaurator omnium attigerit.*

. Partim cum hæc futura prænunciantur. } *In lege Mosaica per prophetas.*

n Partim cum facta nunciantur. } *In nostra per Apostolos, & reliquos sacros concionatores.*

n Veturæ valetudini. } *Alibi euenturæ: melius euentura valetudini.*

o Et in quorumuis mentibus. } *Alibi, quorum ius & in mentibus atque cupiditatibus iniquorum ad congruentiam facta ducendis quodammodo sibi vendicant. Possunt enim ad morbum vel ad sanitatem corpori humana nature viribus afficere, quas habent, quàm nos longè notiores.*



D I V I

A V R E L I I A V G V -
S T I N I E P I S C O P I A D
M A R C E L L I N V M D E
c i u i t a t e D e i

L I B E R V N D E C I M V S .

De ea parte operis, qua duarum ciuitatum, id est cælestis,
ac terrenæ initia & fines incipiunt
demonstrari.

C A P . I .



CIUITATEM Dei dicimus, cuius ea scriptura testis est, quæ non fortuitis motibus animorum, sed planè summæ dispositione prouidentia super omnes omnium gentium literas, omnia sibi genera ingeniorum humanorum diuina excellens autoritate subiecit. Ibi quippe scriptum est: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Et in alio Psalmo legimus: Magnus dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, dilatans exultationes vniuersæ terræ. Et paulo post in eodem Psalmo: Sicuti audiuius, ita & vidimus, in ciuitate domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum. Item in alio: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus, Deus in medio eius non commouebitur. His atque huiusmodi testimoniis, quæ omnia commemorare nimis longum est, didicimus esse quandam ciuitatem Dei, cuius ciues esse concupiscimus, illo amore, quem nobis illius conditor inspirauit. Huic conditori sanctæ ciuitatis, ciues terrenæ ciuitatis deos suos præferunt, ignorâtes eum esse Deum deorum, non deorum falsorum, hoc est, impiorum, & superborum,
qui

qui eius incommutabili, omnibusque communi luce priuati, & ob hoc ad quandam egenam potestatem redacti, suas quodammodo priuatas potentias consecrantur, honorisque diuinos à deceptis subditis quærunt, sed deorum piorum, atque sanctorum, qui potius seipfos vni subdere, quàm multos sibi, potiùsque Deum colere, quàm pro Deo colidelectantur. Sed huius sanctæ ciuitatis inimicis, decem superioribus libris quantum potuimus domino & rege nostro adiuuante respondimus. Nunc verò quid à me expectetur agnoscens, meique non inmemor debiti, de duarum ciuitatum, terrenæ scilicet & cælestis, quas in hoc interim seculo perplexas quodammodo diximus inuicemque permixtas, exortu & excursu & debitis finibus quantum valero disputare, eius ipsius domini, & regis nostri vbique opitulatione fretus aggrediar: primumque dicam quemadmodum exordia duarum istarum ciuitatum in angelorum diuersitate præcesserint.

De cognoscendo Deo, ad cuius notitiam nemo hominum peruenit, nisi per Mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, CAP. II.

Magnum est & admodum rarum, vniuersam creaturam corpoream & incorpoream consideratam competentemque mutabilem intentionē mentis excedere, atque ad incommutabilem Dei substantiam peruenire, & illic dicere ex ipso, quod cunctā naturam quæ non est, quod ipse, non fecit nisi ipse. Sic enim Deus cum homine, non per aliquam creaturam loquitur corporalem, corporalibus instrepens auribus, vt inter sonantem & audientem aerea spatia verberentur, neque per eiusmodi spiritalem quæ corporum similitudinibus figuratur, sicut in somnis, vel quo alio tali modo. Nam & sic velut corporeis auribus loquitur, quia velut per corpus loquitur, & velut interposito corporalium locorum interuallo. Multum enim similia sunt talia visa corporalibus. Sed loquitur ipsa veritate, si quis sit idoneus ad audiendum mente non corpore. Ad illud enim hominis ita loquitur, quod in homine cæteris, quibus homo constat est melius, & quo ipse Deus solus est melior: Cùm enim homo rectissimè intelligatur, vel si hoc non potest, saltem credatur factus ad imaginem Dei: profectò ea sui parte est propinquior superiori Deo: qua superat inferiores partes suas, quas etiam cum pecoribus communes habet.^a Sed quia ipsa mēs,

cui ratio & intelligētia naturaliter inest, vitiis quibusdā tenebrosis & veterib. inualida est, nō solūm ad inhærendū fruēdo, ^b verumetiam ad perfruendū merendo incōmutabile lumen, donec de die in diem renouata atq; sanata fiat tantæ fœlicitatis capax, fide primum fuerat imbuenda atq; purganda. In qua vt fidentius ambularet ad veritatē, ipsa veritas Deus Dei filius homine assumpto, nō ramen Deo cōsumpto, eandē constituit atq; fundauit fidem, ^c vt ad Deum iter esset homini per hominem Deū. Hic est enim mediator Dei & hominū homo Christus Iesus. ^d Christus per id quod est mediator, est homo, & via perueniendi ad Deum. Per hoc enim mediator, per quod & homo, per hoc & via Quia si inter eum qui tendit, & illud quō tendit, via media est, spes est perueniendi. Si autem desit, aut ignoretur quā eundū sit, quid prodest nosse quō eundum sit? Sol a est autē aduersus omnes errores via munitissima, vt idem ipse sit Deus & homo, quō itur Deus, quā itur homo.

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
VNDECIMVM LIBRVM DE

ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.

a *S* Ed quia ipsa mens. & *Mentem hominis præstantissimam & purissimam in animo partem vocamus, qua intelligimus, qua etiam arguimus, colligimus, ratiocinamur, ita vt per eam tum simplices solæq; res accipiantur, tum conferantur, ac velut comparentur, vnde artes omnes, disciplinae, ac totus vite vsus constat, inueniuntur, quæque sunt, quæcumque in vita sunt admirabilia.*

b Verumetiam ad perfruendum merendo. & *Alibi, ad perfruendum incommutabile lumen.*

c Vt ad Deum. & *Alibi, vt ad hominis Deum iter esset homini per hominem Deum, hoc est figuratius & elegantius.*

d Christus per id quod est media. est hom. & via peruen. ad Deum. & *Totum hoc est addituum.*

De autoritate canonicæ scripturæ, diuino spiritu conditæ. CAP. III.

e *I*c prius per Prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos quantum satis esse iudicauit locutus, etiam scripturam condidit, quæ canonica nominatur

tur eminentissimæ autoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nosmetipsos nosse idonei sumus. Nam si ipsa sciri possunt testibus nobis, quæ remota nō sunt à sensibus nostris, ^a siue interioribus, siue etiam exterioribus: vnde & præsentia nuncupantur, ^b quod ita ea dicimus esse præsentibus, sicut præ oculis quæ præsto sunt oculis: profectò ea quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniam nostro testimonio scire non possumus, de his alios testes requirimus, eisque credimus, à quorum sensibus remota esse vel fuisse non credimus. Sicut ergo de visibilibus, quæ non vidimus, eis credimus qui viderunt, atque ita de cæteris quæ ad suum quenque sensum corporis pertinent: ita de his quæ animo ac mente sentiuntur, quia & ipse rectissimè dicitur sensus, vnde & sententia vocabulum accepit, ^c hoc est, de inuisibilibus, quæ à nostro sensu exteriori remota sunt, iis nos oportet credere, ^d qui hæc in illo incorporeo lumine disposita didicerunt, ^e vel manentia contuentur.

L. V I V E S.

- a **S**ive interioribus, siue etiam exterioribus. } *Quicquid in Sensus homine aut in animali alio est, quo aliquid percipitur sentiunturque, est sensus. Hinc sensus illi exteriores quinque & interiores mens animusque, vnde est sensus doloris sensus rei visæ vel audite, de exterioribus, tum lætitiæ, iudis, gloriæ, virtutis, vitij, spei, metus: sensus de interioribus, ecquid de hoc vino sentis? quid de cantu, quid de ornatu, splendoreque cultus? atque etiam quid de prudentia, & iudicio illius, quid de philosophia, quid de theologia, quid de reipublicæ administratione? Quæ paulò pluribus dixi verbis, quoniam Philosophi nostrates mentem dici sensum non patiuntur, cum Augustinus diserte sensum esse dicat, tametsi quid philosopho nostri temporis cum notitia sermonis, hoc est, ut ipsi interpretantur, cum Grammatica?*
- b **Q**uod ita ea dicimus esse præsentibus. } *Potius legendum est, præ sensibus.*
- c **H**oc est de inuisibilibus. } *Videre ad omnes sensus pertinet, ut videre apud Græcos id est, ut, Vidisti quàm incondita est hæc oratio, quàm insuave hæc vitium. Sic inuisibile hic Augustinus pro eo quod sub nullum exteriorem cadit sensum posuit.*
- d **Q**ui hæc in illo incorporeo lumine disposita. } *Sancti viri præceptore usi Deo ipso.*
- e **V**el manentia. } *Angeli Dei.*

De conditione mundi, quòd nec intemporalis sit, nec nouo Dei ordinata consilio, quasi postea uoluerit quod antea noluerit.

C A P. IIII.

Visibilibus omnium maximus est mundus, inuisibilibus omnium maximus est Deus. Sed mundum esse conspiciamus. Deum esse credimus. Quod autem Deus mundum fecerit, nulli tutius credimus quam ipsi Deo. Vbi eum audiuius? Nusquam inter nos melius quam in scripturis sanctis, ubi dixit propheta eius: In principio fecit Deus caelum & terram. Nunquid nam ibi fuit iste propheta, quando fecit Deus caelum & terram? Non. Sed ibi fuit sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, quae in animas etiam sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit, eisque opera sua sine strepitu intus enarrat. Loquuntur eis quoque angeli sancti Dei, qui semper vident faciem patris, voluntatemque eius, quibus oportet annunciare. Ex his vnus erat iste propheta, qui dixit & scripsit: In principio fecit Deus caelum & terram. Qui tam idoneus testis est, per quem Deo credendum sit, ut eodem spiritu Dei quo haec sibi reuelata cognouit, etiam ipsam fidem nostram futuram tanto ante praedixerit.

^aSed quid placuit Deo aeterno tunc facere caelum & terram, quae antea non fecisset? ^bQui hoc dicunt, si mundum fuisse aeternum sine ullo initio, & ideo nec a Deo factum videri uolunt, nimis auersi sunt a veritate, & lethali morbo impietatis insanunt. Exceptis enim propheticis uocibus, ^cmundus ipse ordinatissima sua mutabilitate & mobilitate, & uisibilibus omnium pulcherrima specie quodammodo tacitus, & factum se esse, & non nisi a Deo ineffabiliter atque inuisibiliter magno, & ineffabiliter atque inuisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat. Qui autem a Deo quidem factum fatentur, non tamen eum uolunt temporis habere, sed suae creationis initium, ut modo quodam uix intelligibili semper sit factus, dicunt quidem aliquid, unde sibi Deum uidentur uelut a fortuita temeritate defendere, ne subito illi uenisse credatur in mentem, quod nunquam ante uenisset facere mundum, & accidisse illi uoluntatem nouam, cum in nullo sit omnino mutabilis. Sed non uideo quomodo eis possit in ceteris rebus ratio ista subsistere, ^dmaximeque in anima, quam si Deo coaeternam esse contederint, unde illi acciderit noua miseria, quae nunquam antea per aeternum, nullo modo poterunt

runt explicare. ^e Si enim alternasse semper eius miseriam & beatitudinem dixerint, necesse est dicāt etiam semper alternaturam, unde illa eos sequetur absurditas, vt etiā cūm beata dicitur, in hoc vtiq; non sit beata, si futurā suam miseriam & turpitudinem præuidet. Si autem non præuidet, nec se turpem ac miseram fore, sed beatam semper existimat, falsa opinione fit beata: quo dici stultius nihil potest. Si autem semper quidē per secula retro infinita cū beatitudine alternasse animæ miseriam putant: sed nunc iam de cætero cūm fuerit liberata, ad miseriam non esse redituram, nihilominus conuincuntur nunquam eam fuisse verè beatam, sed deinceps incipere esse noua quadam nec fallaci beatitudine, ac per hoc fatentur accidere illi aliquid noui, & hoc magnum atq; præclarum, quod nunquam retro per eternitatem accidisset. Cuius nouitatis causam si Deum negabunt in æterno habuisse consilio, simul eum negabunt etiam beatitudinis eius autorem, quod nefandæ impietatis est. Si autem dicent ipsum nouo consilio excogitasse, vt de cætero sit anima in æternum beata, quomodo eum alienum, ab ea, quæ illis quoque displicet, mutabilitate mōstrabunt? Porro si extempore creatam, sed nullo vltius tempore perituram, ^f tanquam verum habere initium, sed non habere finem fatentur, & ideo semel expertam miseriam, si ab eis fuerit liberata, nunquam miserā postea futuram, non vtiq; dubitabunt hoc fieri, manente incommutabilitate consilij Dei. Sic ergo credant & mundum ex tempore fieri potuisse, nec tamen ideo Deum in eo faciendo æternum consilium voluntatēque mutasse.

L. V I V E S.

^a **S**ed quid placuit Deo. } *Questio Epicuri, quam Cicero Velleij*
verbis primo De natura deōrum tractat.

^b Qui hoc dicunt si mundum fuisse æternum. } *Dubitatio*
hæc est multorum disputationibus scriptisque exagitata, variâsque in
partes magnis ingeniorum viribus conuersa atque tactata, quibusdam
mundum neque genitum unquam, neque interiturum affirmantibus, vt
Peripateticis, quibus Latini multi suffragantur, vt Plinius & Manilius.
Cato senior opinionem Aegyptiam esse hanc dicit alij genitum quidem
affirmantibus sed negantibus interiturū unquā: cuius sententiæ sunt qui
volunt Platonem fuisse, vt superiore libr. dixi. Sunt quibus nunquam
inceperit mundus, desinet tamen aliquando. Sunt qui genitum à Deo
corruptibilemque asserant, sed nunquam tamen interiturum. Nam diuina

natura vi continetur atque seruetur. Ex horum numero sunt Pythagorici. Alij & initium accepisse, & finem habiturum autuant, ut Epicurei. Anaxagoras, Empedocles, & Stoici, de quibus omnibus Plutarchus in Placitis natura tribus. Galenus in Historia philosophi, modo eius sit is liber, Censorinus in Natali die, Macrobius, ac plerique alij. Alexander Aphrodisiensis Aristoteli accidit, quod eius sententia minus disputantium ictibus sit exposita. Gaenus ex sensuum testimonio de tota lite pronuntiari debere assuetat, qui cum eundem & eodem modo procedere semper mundum cernant, ingentium, & eternum fat. ri par est. Nam ut Manlius inquit, Non alium videre patres, aliumve nepotes Aspicient. Et inter eos qui eternum faciunt mundum, alij à Deo genitum volant, alij nullam eius causam ponunt, sed ipsum potius sui & ceterorum causam esse, quod Aristoteli placuit libro primo De celo & mundo.

c Mundus ipse ordinatissima. } Casu aut fortuito credibile non est factam esse rem maximam ordinis, & rationis, nec alium quam summum potuisse summi operis, aut alium, quam pulchrum pulcherrimi partem esse. Omnes philosophorum scholæ quæ diuinitus à quod sapuerunt, nihil esse quod tam arguat & factum esse à Deo mandum, & eius cura administrari, consensu unico affirmant, quam aspectum ipsam mundi totius considerationemque decoris eius atque ordinis. Plato, Stoici, Cicero, Plutarchus, & Aristotelis hac de re argumentum refertur à Cicerone 2. De natura deorum.

d Maximeque in anima. } Plato animas hominum eternas esse voluit detrusas in corpus humanum, hoc est, in carcerem, propter scelera ab ipsis commissa.

e Si enim alternasse. } Neque enim aliter dici potest, quam quod fuerint eternum, aut beata, aut misera, vel certe alternis beata misereque, quod ita si fiat, ex varietate quadam & alternatione nature anime proficisci necesse est. Quæ enim posset ista esse in tot animarum millibus, infinita eternitate tam constans facinorum admissionis, expiationisque vicissitudo, unde modo beata essent, modo misera.

f Tanquam verum habere initium. } In alijs exemplaribus legitur, Tanquam numerum habere initium. Numerus enim ab unitate incipit, nec est ubi sistat: nam quantumcunque addito numero, maior adhuc adici potest, nec finis erit, etiam ubi iam finis non poterit inueniri, quod infinitum dicitur.

Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatiis ante mundum, quam nec de infinitis locorum.

C A P. V.

DEinde videndum est, istis qui Deum conditorem mundi esse consentiunt, & tamen quærent de mundi tempore quid respondeamus, quid ipsi respondeant de mundi loco. Ita enim quæritur cur potius tunc & nõ antea factus sit, quemadmodum quæri potest, cur hic potius ubi est, & non alibi? Nam si infinita spatia temporis ante mundum cogitant: in quibus eis non videtur Deus ab opere cessare potuisse, similiter ergo cogitent extra mundum infinita spatia locorum: in quibus si quisquam dicat non potuisse vacare omnipotentem, nõne consequens erit, vt innumerabiles mundos^a cum Epicuro somnare cogatur: ea tantum differetia, quòd eos ille^b fortuitis motibus atomorum gigni asserit, & resolui, isti autem opere Dei factos dicturi sunt, si eum per interminabilem immensitatem locorum extra mundum circumquaque patietium vacare noluerint, nec eosdem mundos, quod etiam de isto sentiunt, vlla causa posse dissolui? ^cCum his enim agimus qui & Deum incorporeum, & omnium naturarum, quæ non sunt, quod ipse creatorem nobiscum sentiunt. Alios autem nimis indignum est ad istam disputationem religionis admittere, ^dmaximè quod apud eos, qui multis diis sacrorum obsequium deferendum putant. Isti Philosophi cæteros nobilitate atque autoritate vicerunt, nõ ob aliud, nisi quia longo quidè interuallo; veruntamen reliquis propinquiore sunt veritati. An fortè substantiam Dei, quam nec includunt, nec determinant, nec distendunt loco, sed de ea sicut de Deo sentire dignum est fatentur, incorporea præsentia ubique rotam à tantis locorum extra mundum spatiis absentem esse dicturi sunt, & vno tantum, atque in comparatione illius infinitatis tam exiguo loco in quo mundus est occupatam? Non opinor eos in hæc vaniloquia progressuros. Cum igitur vnum mundum ingenti quidem mole corporeo, finitum tamen & loco suo determinatum, & operante Deo factum esse dicant, quod respondent de infinitis extra mundum locis: cur in eis ab opere Deus cesset. hoc sibi respondeant, de infinitis ante mundum temporibus, cur in eis ab opere Deus cessauerit. Et sicut non est consequens, vt fortuito potius, quàm ratione diuina Deus non alio, sed isto in quo est loco mundum constituerit, cum pariter infinitis ubique patentibus nullo excellentiore merito posset hic elegi, quanuis eandem diuinam

rationem, qua id factum est, nulla possit humana comprehendere mens: ita non est consequens, ut Deo aliquid existimemus accidisse fortuitum, quod illo potius quam anteriore tempore condidit mundum, cum æqualiter anteriora tempora per infinitum retro spatium præterissent, nec fuisset aliqua differentia vnde tempus tempori eligendo præponeretur. Quòd si dicunt, inanes esse hominum cogitationes, quibus infinita imaginantur loca, cum locus nullus sit præter mundum, responderetur eis, isto modo inaniter homines cogitare præterita tempora vacationis Dei, cum nullum tempus sit ante mundum.

L. V I V E S.

a **C**VM Epicuro. § *Hic non multos modo mundos, sed infinitos quoque esse voluit, ut alibi ostendi. Metrodorus sic absurdum esse ait, si vnicus in infinito mundus sit genitus, ac si vnica in latifundio spica nasceretur. Hunc errorem Aristoteles & Stoici multis argumentis retulerunt, vnicoq; cum Platone ceterisque sapientibus posuere mundum, quod τὸ πᾶν dixere, hoc est, vniuersum.*

b Fortuitis motibus atomorum. § *De principiis rerum natura magna & permolesta est inter Philosophos disceptatio. Democritus corpuscula dixit esse per inane infinitum temere volitantia, quibus inesset forma & magnitudo, essentque insecabilia, ideo ἀτόμωα dicta. Epicurus hunc secutus pondus addidit. Ita individua illa ramenta variis formis prædita, variis magnitudinibus tum etiam ponderibus multum diversis, in ætatione fortuita per vacuum immensum agitata, non simplici casu inter se commista & coagmentata, infinitos subinde mundos progignere, infinitos interimere arbitratus est: sine certa causa, sine consilio villo natos, auctos, extinctos: & cum de loco extra celum loquimur, non sic locus est intelligendus, ut hic noster, qui corpore definitur & terminatur: sed quemadmodum durationem quandam ante mundum genitum animo comprehendimus, in qua res multe & creati, & viuere potuerunt: ita extra mundum hunc etsi nihil est, mens tamen spatium quoddam intelligit, in quo à Deo non modò multi, sed infiniti quoque mundi locari possunt.*

c Cum his enim agimus. § *Cum Platonicis.*

d Maxime quòd apud eos. § *Maxima erat Platoniorum & Stoicorum autoritas apud veteres etiam vulgo. Cicero verbis Catonis & Lælij.*

Creationis mundi & temporum vnum esse principium,
nec aliud alio præueniti. CAP. VI.

SI enim rectè discernuntur æternitas & tempus, quod tempus sine aliqua mobili mobilitate non est, in æternitate autem nulla mutatio est, quis non videat quòd tempora non fuissent, nisi creatura fieret, quæ aliquid aliqua motione mutaret, cuius motionis & mutationis cum aliud atque aliud, quæ simul esse non possunt, cedit atque succedit in brevioribus vel productioribus morarum interuallis tempus sequeretur? Cum igitur Deus, in cuius æternitate nulla omnino est mutatio, creator sit temporum & ordinator, quomodo dicatur post temporum spatia mundum creasse, non video: nisi dicatur ante mundum iam aliquam fuisse creaturam, cuius motibus tempora currerent. Porro si literæ sacræ, maximeque veraces ita dicunt, in principio fecisse Deum cælum & terram, ut nihil antea fecisse intelligatur, quia hoc potius in principio fecisse diceretur, si quid fecisset ante cætera cuncta quæ fecit, proculdubio non est mundus factus in tempore, sed cum tempore. Quod enim fit in tempore & post aliquod fit, & ante aliquod tempus, post id quod præteritum est, ante, id quod futurum est. Nullum autem ante mundum posset esse præteritum, quia nulla erat creatura, cuius mutabilibus motibus ageretur. Cum tempore autem factus est mundus, si in eius conditione factus est mutabilis motus, sicut videtur se habere etiam ordo ille primorum sex vel septem dierum, in quibus mane & vespera nominantur, donec omnia quæ his diebus Deus fecit, sexto perficiantur die, septimoque in magno mysterio Dei vacatio commendetur. Qui dies cuiusmodi sunt, aut per difficile nobis, aut etiam impossibile est cogitare, quantum magis dicere.

L. VIVES.

a **Q**uod tempus sine aliqua mobili. } *Aristoteles mensuram motus dixit esse tempus: ita ut sine motu tempus non percipi vllum existimet. Sunt ex philosophis, qui motum ipsum tempus esse definiant, sicut Stoici.*

b In æternitate autem nulla mutatio est. } *Sic Augustinus multis locis, sic Boetius, sic Gregorius Nazianzenus, sic alij per multum quoniam hi omnes ex Platone hoc sumpserunt, afferant Platonis verba ex Timæo: Vbi verò mobile viuensq. æternum hoc deorum simulachrum*

is parens qui fabricatus est, considerauit, letitia perfusus similis adhuc exemplari facere constituit. Ita quem admodum hoc animal est sempiternum, sic & mundum ille quantum eius natura capere ac sustinere posset, sempiternum est aggressus efficere: at illius natura aeterna est, idcirco factum id operi congruere non poterat. Imaginem uero commentus est mobilem aternitatis, & simul calis structuram adornans, in uno eodemque manentis cui progredientem suis numeris imaginem gignit, sed aeternam. Hanc nominauit tempus, partesque huius dies, noctes, menses & annos, cum ante calum nulla fuissent, una cum calo prodire iubet. Sic Platonis si quis eam sententiam inuult Apulij uerbis audire. Is enim sic inquit in dogmate Platonis: Tempus uero cui esse imaginem, siquidem tempus mouetur, & perennitas fixa & immota est aeterna, & ire in eam tempus & in eius magnitudinem finire a dissolui posse, si quando hoc decreuit fabricator mundi eius.

De qualitate primorum dierum, quia antequam sol fieret, uesperam & mane traduntur habuisse.

CAP. VII.

V Idemus ^a quippe istos dies notos non habere uesperam, nisi de solis occasu: nec mane, nisi de solis exitu. Illorum autem priores tres dies sine sole peracti sunt qui quarto die factus refertur. Et primitus quidem lux uerbo Dei facta, atque inter ipsam & tenebras Deus separasse narratur, & eadem lucem uocasse diem tenebras autem noctem. Sed qualis illa sit lux, & quo alternante motu, qualemque uesperam & mane fecerit, remotum est a sensibus nostris: nec ita ut est, intelligi a nobis potest, quod tamen sine ulla haesitatione credendum est ^b Aut enim aliqua lux corporea est, siue in superioribus mundi partibus longe a conspectibus nostris. siue unde sol postmodum accessus est. ^c Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas, in sanctis angelis & spiritibus beatis, de qua dicit Apostolus: Quae sursum est Hierusalem, mater nostra aeterna in caelis. Ait quippe & alio loco: Omnes enim uos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis neque tenebrarum. ^d Fit tamen & uespera dici huius & mane aliquatenus, ^e quoniam scientia creaturae in comparatione scientiae creatoris quodammodo uesperascit. Itemque lucefcit, & mane fit, cum & ipsa refertur ad laudem dilectionemque creatoris. Nec in noctem uergitur, ubi non creator creature dilectione relinquitur. Denique scriptura cum illos dies dinumeraret ex ordine, nusquam interposuit uocabulum

lum noctis. Nō enim ait alicubi, facta est nox, sed facta est vespera, & factū est mane dies vnus. Ita dies secundus, & cæteri. Cognitio quippe creaturæ in seipsa decolorator est, vt ita dicam, quàm cum in Dei sapientia cognoscitur, velut in arte qua facta est. Ideo vespera congruentius quàm nox dici potest, quæ tamen, vt dixi, cum ad laudandū & amandum refertur creatorē, recurrit in mane. Et hoc cum fit in cognitionē sui ipsius, dies vnus est. Cum in cognitionē firmamenti, quod inter aquas inferiores & superiores cælum appellatum est, fit dies secundus. Cum in cognitionem terræ ac maris omniumque gignentium quæ radicibus continuata sunt terræ, dies tertius. Cum in cognitionem luminarium maioris & minoris omniumque syderum, dies quartus. Cum in cognitionem omnium ex aquis animalium natatiliū atque volatiliū, dies quintus. Cum in cognitionem omnium animalium terrenorum, atque ipsius hominis, dies sextus.

L. VIVES.

a Videmus quippe istos dies notos non habere vesperum. }
In Coloniensi libro legitur: Noctis non habere vesperam.

b Aut enim aliqua lux corporea. } *Super hac questione disputantur à recentioribus theologis complura, libro Sententiarum secundæ distinctione decimaquarta. Et hic non significat Augustinus lucem esse corpus: sed ait, vel creatum à Deo corpus aliquod illustre, qualis est sol, vel lucem aliquam sine corpore fuisse, quæ extensa diem faceret, contracta noctem, vt Basiliius ait, viâque solis progredere, & cum accederet matutinum esset tempus, decedens vesperum relinqueret, vt imaginatur Hugo sancti Victoris, libro de sacramentis primo.*

c Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas. } *Sic primo super Genesim ad literam idem Augustinus.*

d Fit tamen & vespera. } *Alibi sic: si tamen & vesper diei huius & mane aliquatenus congruenter intelligere valeamus, quoniam, &c.*

e Quoniam scientia creaturæ. } *De his ipse libro quarto de Genesi ad literam, quo loco mane appellat, cum angeli ex creaturarum rerum in eis ipsis cognitarum aspectu, vti tenebrae sunt & nox altissima, ad charitatem Dei se sustollunt: quod si Deum diligentes & spectantes omnia in ipso nescant, quæ est certior rerum omnium scientia, quam si ipse penitus perspicere viderent, tunc dies est. Vergit autem in serum, cum à Deo se conuertit angelus ad res creatas, inuertiturque illas non in Deo, sed in ipsis: nec tamen hic vesper in noctem abit,*

quoniam nunquam angeli artificii suo preponunt opus: ac potius habent, quæ esset obscurissima nox. Tantum ex Augustino, qui primas scientias matutinas & vespertinas induxit.

Quæ qualisve intelligenda sit Dei requies, quæ post opera sex dierum requieuit in seprimo. C A P. VIII.

QUoniam in die seprimo requieuit Deus ab omnibus operibus suis, & sanctificauit eum, nequaquam est accipiendum pueriliter, tanquam Deus laborauerit operando, qui dixit, & facta sunt^a verbo intelligibili & sempiterno, non sonabili & temporali. Sed requies Dei requiem significat eorum qui requiescunt in Deo, sicut lætitia domus lætiam significat eorum qui lætantur in domo, etiam si non eos domus ipsa, sed alia res aliqua lætos faciat. Quanto magis si eadem domus pulchritudine sua faciat lætos habitatores, vt non solum eo loquendi modo læta dicatur, quo significamus per id quod continet id quod continetur, sicut theatra plaudunt, prata mugiant, cum in illis homines plaudant, in his boues mugiant: sed etiam illo quo significatur per efficientem id quod efficitur, sicut læta epistola dicitur, significans eorum lætitiã, quos legentes efficit lætos. Conuenientissime itaque cum Deum requieuisse prophetica narrat auctoritas, significatur requies eorum, qui in illo requiescunt, & quos facit ipse requiescere. Hoc etiam hominibus quibus loquitur, & propter quos vtique conscripta est, promittente prophetia, quod etiam ipsi post bona opera, quæ in eis, & per eos operatur Deus, si ad illum prius in ista vita per fidem quodammodo accesserint, in illo habebunt requiem sempiternam. Hoc enim & sabbati vacatione ex præcepto legis in vetere Dei populo figuratum est, vnde suo loco diligentius arbitror differendum.

L. VIVES.

Verbo intelligibili & sempiterno. } *Vocem illam voluntatis momentum dicit esse Basilus, quo melius nos intelligamus.*

De angelorum conditione, quid secundum diuina testimonia sentiendum sit.

C A P. IX.

Nunc quoniam de sanctæ ciuitatis exortu dicere institui, & prius quod ad sanctos angelos attinet dicendum putari, quæ huius ciuitatis & magna pars est, & eò beatior, quod nunquam peregrinata, quæ hinc di-

uina testimonia suppetant, quantum satis videbitur, Deo largiente explicare conabor. Vbi de mundi constitutione sacræ literæ loquuntur, non euidenter dicitur vtrum vel quo ordine creati sint angeli: sed si prætermisisti non sunt, vel cæli nomine, vbi dictum est: In principio fecit Deus cælum & terram, vel potius lucis huius, de qui loquor, significati sunt. Non autem prætermisissos esse hinc existimo, quod scriptum est, requieuisse Deum in septimo die ab omnibus operibus suis quæ fecit, cum liber ipse ita sit exorsus: In principio fecit Deus cælum & terram, vt ante cælum & terram nihil aliud fecisse videatur. Cum ergo à cælo & terra cœperit, atque ipsa terra quam primitus fecit, sicut scriptura consequenter eloquitur, inuisibilis & incomposita, nondumque luce facta, vti que tenebræ fuerint super abyssum, id est, super quãdam terræ & aquæ indistinctam confusionem: vbi enim lux non est, tenebræ sint necesse est: deinde cum omnia creando disposita sint, quæ per sex dies consummata narratur, quomodo angeli prætermitterentur, tanquam nõ essent in operibus Dei, à quibus die septimo requieuit? Opus autem Dei esse angelos: hic quidem etsi non prætermisissum, non tamen euidenter expressum est: sed alibi hoc sancta scriptura clarissima voce testatur. Nam & in hymno trium in camino virorum cum prædictum esset: Benedicite omnia opera Domini Dominum: in executione eorundem operum, etiam angeli nominati sunt. Et in Psalmo canitur, Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cæli cælorum, & aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini. Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Etiam hic apertissimè à Deo factos esse angelos diuinitus dictum est, cum eis inter cætera, cælestia commemoratis, infertur ad omnia: Ipse dixit, & facta sunt. Quis porro audebit opinari, post omnia ista, quæ sex diebus enumerata sunt, angelos factos? Sed & si quisquam ita desipit, redarguit istam vanitatem illa scriptura paris autoritatis, vbi Deus dicit: ^b Quando facta sunt sydera, laudauerunt me voce magna omnes angeli mei. Iam ergo erant angeli quando facta sunt sydera. Facta sunt autem quarto die. Nunquid nam ergo die tertio factos esse dicemus? Absit.

In promptu est enim, quid illo die factum sit. Ab aquis utique terra discreta est, & distinctas sui generis species duo ista elementa sumpserunt: & produxit terra quicquid ei radicitus inhæret. Nunquid nam secundo? Nec hoc quidem. Tunc enim firmamentum factum est inter aquas superiores & inferiores, cælumque appellatum est: in quo firmamento facta sunt sydera quarto die. Nimirum ergo si ad istorum dierum opera Dei pertinent angeli, ipsi sunt lux illa, quæ diei nomen accepit, cuius vnitas vt commendatur, non est dictum dies primus, sed dies vnus. Nec alius est dies secundus, aut tertius, aut cæteri, sed idem ipse vnus ad implendum senarium vel septenarium numerum repetitus est, propter senariam vel septenariam cognitionem: senariam scilicet operum quæ fecit Deus, & septenariam quietis Dei. Cùm enim dixit Deus: fiat lux, & facta est lux, si rectè in hac luce creatio intelligitur angelorum, profectò facti sunt participes lucis æternæ, quæ est ipsa incommurabilis sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, quem dicimus vniuentum Dei filium, vt ea luce illuminati, qua creati fierent lux, & vocarentur dies participatione incommutabilis lucis & diei, quod est verbum Dei, per quod & ipsi, & omnia facta sunt. Lumen quippe verum quod illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem, hoc illuminat & omnem angelum mundum, vt sit lux non in seipso, sed in Deo, à quo si auertitur angelus fit immundus, sicut sunt omnes, qui vocantur immundi spiritus, nec iam lux in domino, sed in seipsis tenebræ, priuati participatione lucis æternæ. Mali enim nulla natura est, sed amissio boni, mali nomen accepit.

L. V I V E S.

a **Q**uod nunquam peregrinata. } *Semper enim in patria fuit, Angeli enim semper videntur faciem patris, qui in calis est.*

b Quando facta sunt sydera. } *Iob. 38. ἐπεὶ ἐξήγηθη θρονὸν ἀστέρα, ἠνεοσαν με σὸν μεγάλη πάντες ἀγγελοι μου.*

c Nimirum ergo si ad istorum. } *heologi Gracii res spirituales precesse corporeas volunt, eisque veluti ministris usum esse mundi genitorem in reliquis procreandis: quam opinionem Plato in officio mundi secutus est. Diuus Hieronymus, Gregorium magistrum, suosque secutus Gracos, spiritalia corpora libus priora fuisse censuit. Basilium verò & Dionysium Graci, & Latini prope omnes, Ambrosius, Beda, Cassiodorus, & hic Augustinus, cuncta simul à Deo progenita esse perhibent.*

*bent, quod cum illo congruere videtur Ecclesiastici decimo octavo: Qui
vixit in eternum, creauit omnia simul.*

De simplici & incommutabili trinitate, patris, & filij, & spiritus sancti,
vnius Deici: cui non est aliud qualitas, aliud substantia.

C A P. X.



St itaque bonum solum simplex, & ob hoc solum in-
commutabile, quod est Deus. Ab hoc bono creata
sunt omnia bona, sed non simplicia, & ob hoc mu-
tabilia. Creata sanè, inquam, id est, facta, non genita. Quod
enim de simplici bono genitum est, pariter simplex est: & hoc
est quod illud de quo genitum est, quæ duo patrem & filium
dicimus, & vtrunque hoc cum spiritu suo vnus est Deus: qui
spiritus patris & filij, spiritus sanctus propria quadam notio-
ne huius nominis in sacris literis nuncupatur. ^a Alius est au-
tem quàm pater & filius, quia nec pater est, nec filius: sed a-
lius dixi, non aliud: quia & hoc pariter simplex pariterq; bo-
num est incómutabile & coæternum. Et hæc trinitas vnus est
Deus: nec ideo non simplex, quia trinitas. Neq; enim propter
hoc naturam istam boni simplicem dicimus, quia pater in ea
solus, aut solus filius, aut solus spiritus sanctus. Non enim so-
la est ista nominis trinitas sine subsistentia personarum, ^b sicut
Sabelliani hæretici putauerunt. ^c Pater qui genuit, simplex
est, & filius qui genitus est, pariter simplex est: & hoc est il-
lud de quo genitus est. Sed ideo simplex dicitur, quoniam
quod habet, hoc est: excepto quod relatiuè quæque persona
ad alteram dicitur. Nam vtique pater habet filium, nec ta-
men ipse est filius: & filius habet patrem, nec tamen ipse est
pater. In quo ergo ad seipsum dicitur, non ad alterum, hoc
est quod habet. sicut ad seipsum dicitur viuens, habendo vtique
vitam, & eadem vita ipse est. Propter hoc itaq; natura di-
citur simplex, cui nō sit aliquid habere, quod vel possit amit-
tere: vel aliud sit habens, aliud quod habet: sicut vas aliquem
liquorem, aut corpus colorem, aut aer lucem siue feruorem,
aut anima sapientiam: nihil enim horum est id, quod habet.
Nam neque vas liquor est, nec corpus color, nec aer lux siue
feruor, neque anima sapientia est. Hinc est quod etiam priua-
ri possunt rebus quas habent, & in alios habitus, vel qualita-
tes verti atque mutari, vt & vas euacuetur humore, quo ple-
num est, & corpus decoloretur, & aer tenebrescat siue frige-
scat, & anima desipiat, ^d Sed si sit corpus incorruptibile, quale

sanctis in resurrectione promittitur, habet quidem ipfius incorruptionis inamissibilem qualitatem, sed inanente substantia corporali, nō hoc est, quod ipsa incorruptio. Nā illa etiam per singulas partes corporis tota est, nec alibi maior, alibi minor. Neque enim vlla pars est incorruptior, quā altera. Corpus verō ipsum maius est in toto, quā in parte: & cū alia pars est in eo amplior, alia minor, non ea quæ amplior est incorruptior, quā ea quæ minor. ^e Aliud est itaque corpus, quod non vbique sui totum est: alia incorruptio, quæ vbique eius tota est: quia omnis pars incorruptibilis corporis etiam cæteris inæqualis æqualiter incorrupta est. Neque enim, verbi gratia, quia digitus minor est quā tota man^o, ideo incorruptibilior manus quā digitus. Ita cū sint inæquales manus & digitus, æqualis est tamen incorruptibilitas manus & digiti. Ac per hoc quanuis à corpore incorruptibili inseparabilis incorruptibilitas sit, aliud tamen est substantia, qua corpus dicitur, aliud qualitas eius, qua incorruptibile nuncupatur. Et ideo etiam sic hoc non est, quod habet anima quoque ipsa, etiam si semper sit sapiens, sicut erit cū à præsentī miseria liberabitur in æternum: quia licet tunc sapiens sit in æternum, participatione tamen incommutabilis sapientiæ sapiens erit, quæ non est quod ipsa. Neque enim si aer infusa luce vnquam deseratur, ideo non aliud est ipse, aliud lux qua illuminatur. Neque hoc ita dixerim, ^f quasi aer sit anima: quod putauerunt quidam, ^g qui non potuerunt incorporeā cogitare naturam. Sed habent hæc ad illa etiam in magna disparilitate quandam similitudinē, vt non inconuenienter dicatur, sic illuminari animam incorpoream luce incorporea simplicis sapientiæ Dei, sicut illuminatur aeris corpus luce corporea, & sicut aer tenebrescit ista luce desertus. Nā nihil sunt aliud ^h quæ dicuntur locorū quoruncunque corporalium tenebræ, quā aer carēs luce, ita tenebrescere animam sapientiæ luce priuatam. Secundū hoc ergo dicuntur illa simplicia, quæ principaliter verèque diuina sunt, quod ⁱ non aliud est in eis qualitas, aliud substantia, nec aliorum participatione, vel diuina, vel sapientia, vel beata sunt. Cæterū dictus est in scripturis sanctis, spiritus sapientia multiplex, eo quod multa in se habeat: sed quæ habet, hæc & est & ea omnia vnus est. Neque enim multæ, sed vna sapientia est, in qua sunt immensi quidem atque infiniti ^k thesauri rerum intelligibilium: in quibus

sunt omnes inuisibiles atque incómutabiles rationes rerum, etiam visibiliũ & mutabiliũ, quæ per istam factæ sunt: quoniam Deus non aliquid nesciens fecit, quod nec de quolibet homine artifice recte dici potest. Porro si sciens fecit omnia, ea utique fecit quæ nouerat. Ex quo occurrit animo quiddã mirum, sed tamen verum, quod iste mundus nobis notus esse nõ posset, nisi esset: Deo autem nisi notus esset, esse non posset.

L. V I V E S.

a **A**lius est autem quàm pater & filius. } *Haud equidem* Verba reli-
giosè ser-
uanda
verba permultum ad rationis pietatem facere crediderim, sed illud tamen seruandum est in primis, ne à receptis usu autorum, consensuque ecclesie, illius præsertim veteris, formulis recedatur. Nam cum diuina res supra humanum omnem sint captum sita, ne verbis quidem propriis possunt à nobis enunciari. Sunt enim verba omnia ab hominibus, & ad humana explicanda inuenta, quominus confingere sibi quenque, aut noua inducere, aut abusu trita atque approbata repudiare ascitis alijs decet. Nam cum propria nulla possint ingenij humani vi excogitari, illa erunt maxime ad rem eloquendam accommodata, quæ ab illis tradita fuerint, quorum scriptis magna pars pietatis nostræ constat: quæ dixi propter impiam quorundam argutulorum temeritatem, qui contemptis spreisque veterum loquendi formulis, ostentandi sui causa periculoso exemplo, noui verborum magistri videri affectant, quum sint cum rerum aliarum omnium, tum verò verborum sermonisque vniuersi imperitissimi: & volunt licere sibi arbitrato suo atque adedò libidine, veterum scriptorum de religione loquendi leges, ceu mollem quampiam & duclilem ceram, modo in arctum, modo in extensum fusi inque difformare.

b Sicut Sabèlliani. } *Dixi de heresi istorum, qui personas in trinitate nullas ponebant.*

c Pater qui genuit, simpl. est, & filius qui genitus est, pari. simp. est: & hoc est illud de quo genitus est. } *Hoc totum in codice Brugen. deest.*

d Sed & si sit corpus. } *Non modò quod seiungi ab alio probat non illud esse, à quo separatur, sed quod affixum illi est hærensque perpetuo.*

e Aliud est itaq; corpus. } *Fusa est corporis ratio per partes omnes: nec ipsa constat, nisi partes tum adsint, tum coniunctæ coagmentatæq; sint. Nec manus suum corpus est, vel ei magnitudine par: at incorruptio, quæ est in manu, non pars est incorruptionis corporis: neque enim sparsa hæc est ita per corpus, ut modo corporis liceat eam metiri:*

sed sic infertili consideratione attributa, ut cum in toto sit corpore tota, in quauis etiam corporis parte non pars aliqua esse intelligatur, sed ipsa quoque tota, quæ natura est rerum spiritualium: velut anima, angeli, Dei, qui non sic locum tenent, ut aliquid prius, aliud posterius, dextrum hoc, illud sinistrum sit: aut inferius quicquam, cuius superius sit è regione situm: sed in singulis quamlibet minutis locis tenuibusque particulis sint toti: nec tamen loco ipsi toti desint, quæ diuine an intellectu faciliora sint, dubites:

f Quasi aer sit anima. } Hoc dixit Anaximenes Milesius, & eiusdem philosophiæ Diogenes Apolloniates. Anaxagoras ceu aerem quendam esse vult animam Heraclitus à respiratione animam uiuentium progigni censebat. Vnde dicta sit ψυχή, ut inquit Plato in Cratilo, ὅτι τὸ ψυχόν, quod est refrigero. Vterque aerem illum, qui est in anhelitu, videntur animam putasse: unde est apud Poetam, fætete uxoris animam, quin & aerem omnem animam dixerunt. Verg. Semina terrarum animæq; marisq; fuissent

g Qui non potuerunt incorpoream cogitare naturam. } Cicero primo Tusc. quæst. Animos enim per se ipsos viuentes non poterant mente complecti, formam aliquam figuramque querebant.

h Quæ dicuntur, &c. tenebræ. } Sic ab Aristotele tenebræ finiuntur secundo libro de Anima, absentia lucis ex diaphano corpore, quod est luminis capax, & per quod cernimus.

i Non aliud est in eis qualitas, aliud substantia. } Qualitates vocat, quas Græci ποιότητες. Tamen si hæc pro corporibus accipi à Cicerone videntur in Academicis Hic videtur Augustinus qualitates dicere, quicquid substantiæ adheret: quod philosophi recentiores accidens nominant, & qualitatis generale nomen, cum Quintilianus aliq; permulti ostendunt, tum quale ipsum declarat, quod ad omne accidentis genus accommodatur.

k Thesauri. } Reconditoria, aut ipsæ opes recondite.

l Quod nec de quolibet. } Quamlibet inscio & abiecto, hoc enim est quodlibet, ut alibi dixi.

m Deo autem nisi notus esset. } Cura Dei stat mundus, alioquin statim ruiturus. Atqui quod nequiquam Deus nosset, curare non posset, neque enim artifex opus vel facit vel sustinet, quod ignorat.

An eius beatitudinis, quam sancti angeli ab initio sui semper habuerunt, etiam illos spiritus qui in veritate non steterunt, participes fuisse credendum sit. CAP. XI.



Væ cum ita sint, nullo quidem modo secundum aliquod temporis spatium prius erant illi spiritus tenebræ,

nebræ, quos angelos dicimus. ^a Sed simul vt facti sunt, lux facti sunt, non tamen ita tatum creati, vt quoquo modo essent, & quoquo modo viuerent, sed etiam illuminati vt sapienter beatèque viuerent. Ab hac illuminatione auersi quidam angeli, non solum non obtinuerunt excellentiam sapientis beatæque vitæ, quæ proculdubio non nisi æterna æternitatisque suæ est certa atque secura: ^b sed & rationalem vitã licet insipientem sic habent, vt eam non possint amittere, nec si velint. Quatenus autem antequam peccassent, illius sapientiæ fuerint participes, definire quis potest? In eius tamè participatione æquales fuisse istos illis, qui propterea verè plenèque beati sunt: quoniam nequaquam de suæ beatitudinis æternitate falluntur, quomodo dicturi sumus: quandoquidem si æquales in ea fuissent, etiã isti in eius æternitate mansissent pariter beati, quia pariter certi? Neque enim sicut vita quã diucunq; fuerit, ita æterna vita veraciter dici poterit, si finem habitura sit. Siquidem vita tantummodo viuendo, æterna verò finem non habendo nominata est. Quapropter quanuis non quicquid æternum continuò beatum sit, dicitur enim etiam pœnalis ignis æternus: tamen si verè perfectèque beata vita non nisi æterna est, nõ erat talis istorum vita beata, quia quandoque desitura, & propterea nõ æterna, siue id scirent, siue nesciètes aliud putarent: quia scientes timor, nescientes error beatos esse vtique non sinebat. Si autem hoc ita nesciebant, vt falsis incertisve non fiderent, sed vtrum sempiternũ, an quandoque finem habiturum esset bonum suum, in neutram partem firma assensione ferrentur, ipsa de tanta fœlicitate cunctatio eam beatæ vitæ plenitudinem, quam in sanctis angelis esse credimus, non habebat. ^c Neque enim beatæ vitæ vocabulum ita contrahimus ad quasdam significationis angustias, vt solum Deum dicamus beatum: qui tamen ita vere beatus est, vt maior beatitudo esse non possit. In cuius comparationem quòd angeli beati sunt, sua quadam summa beatitudine, quanta esse in angelis potest, quid aut quantum est?

L. V I V E S.

^a **S**Ed simul vt facti. } *Hic statim ne muta videantur scholæ instantibus & tritis horrentes adsunt, magnisque clamoribus velut es suum efflagitant responderi sibi, potuerintne angeli bene de Deo mereri in primo illo momento, quo sunt ab opifice rerum omnium progeneriti: an potuerunt vt ipsi dicunt, demereri. Nam nisi improprie dica-*

tur, non constabit Theologica proprietas, quod instans fuerit creatio-
 nis quod in quo manserunt, quod in quo ceciderunt alij, alij steterunt.
 Et hic multa ceu in consilio fuerint naturæ principi, cum mundum hunc
 conderet, magno supercilio definiunt, tantò, tam assuecrauerunt, ut iures
 illos serò dicere. & aliquid omnino dicere, nec nugæ esse meras. Vix
 humana ipsa plene uti cognoscere ingratis mortalibus permisit
 Deus. Nescimus quid illud erat, quod habebat ante principem noxam
 homo ille hominum parens: nescimus, quando peccarit, ubi, qua ratione
 totam illam humanæ gentis tragædiam inuexerit: initium, & semina-
 rium malorum omnium celatum est: quia scire non mereatur: & iam
 isti quasi humanis omnibus exploratis, negotiis sese angelorum ardè-
 liones immiscent: non quibuslibet, nec quæ vulgari sapientia magister
 iussit, sed quæ verisimile est, ne angelos quidem ipsos nosse. Nam origi-
 nes rerum, & quid in illis sit factum, autor nouit, non id quod gignitur.
 Accedit huic, quod cum de instantibus magna sit inter hominulos con-
 trouersia, utraque factione rem totam pertumultuosè ad se suosque vin-
 dicante: isti per hoc tanquam rem apertam iam & certam de incertis-
 simis & altissima caligine mersis inquirunt. Quantum ergo & ex
 ipsius sapientiæ scholalicet colligere, & ex discipulis eius sanctis illis
 autoribus, qui non contentiosa disputatione ex pertinacia humanisque
 affectibus de sacrosanctis definire rebus, sed modestè ac verecundè: quæ
 vel in libro vitæ legerunt, vel à patribus per manus tradita acceperunt,
 reliquere: vel ipsi certè eodem spiritu aliqua sunt libris ausi manda-
 re, quo innocenter ac piè vivebant. Hoc enim modo tractari mysteria
 illa diuina debent, adorata potius silenter, quàm raptata & discerpta
 clamoribus ad rauim contentiosis: nec existimare nihil referre, siue de
 humana philosophia sit sermo siue de rebus non ad disquisitionem mor-
 talium à Deo sobriè reuelatis, sed ad admirationem venerationemque.

Angelorū
 conditio

Ex his igitur sic opinor, angeli omnes, & hi qui perpetuò sunt boni
 beatique, & hi qui perpetuò mali & miseri, simul sunt à Deo genera-
 ti, atque illustrati luce quadam, qua facillè tum seipsi possent cognos-
 cere, tum res alias: ipsum verum Deum, quantum rei creatæ per Deum
 liceret, gradatim tamen. Non enim omnes paribus sunt ingenij potè-
 tiæq; viribus præditi. Tum illis proposita est optio, utrum mallent ins-
 sis parere architecti omnium & parentis, nec latum unguem ab illis
 discedere, an potius facere ipsos sibi viam, qua insisterent. Momenta
 temporum qualia sint apud angelos, humana mens capere nequit, mul-
 to minus qualia apud Deum: qualia tamen cumque sint, quod modestè
 pièque semper dictum velim, prius seipsos suumque inspexere patrem,
 prius suo ingenio arbitratiueque relicti sunt, & velut emancipati, quàm
 à par-

à partibus Dei vel defecerint, vel steterint. Fieri quid poterit, in
 neutram partem habeo quod credam, istud certè factum ita credo.
 Simul & illud credo, ubi excellentissimam suæ naturæ partem omnes
 cognouerunt, quantæque sibi ad inestimabilem beatitudinem aperta
 esset ianua, spe ac fiducia tantæ beatitudinis præcipientes iam tum gau-
 dia letos fuisse: & quantum tenuiter, prægustasse tamen venturam fæ-
 licitatem, & quoad tenuis beatos fuisse. Ceterum, ut euentus docuit,
 scelestos nefariosque ductos falso gaudio; bonos autem piósque vero.
 Immodicè enim ac insolenter suam tulere sortem: & quasi parum
 fuisset in partem possessionis admitti, ex æquo diuidi totam voluerunt.
 Quod fuit insipientiæ caput, neque se, neque patrem Deum bene agno-
 scere, ac inter sese comparare. Orbati ergo sapientia, vana spe aliquan-
 diu sunt acti, & stulta lætitiâ fatui insanique perfusi, quod de regno
 cum Deo contenderent: quoad nulla iam amplius in eis meliori mentis
 spe residua de patria sua ingratisimè atque impietissimè deturbati sunt:
 quæ omnia non assueuerant velim à me putari dicta, transuero faciliè
 in sententiam verisimilius dicentis.

b Sed & rationalem vitam licet insipientem. } Habent qui-
 dem demones acuta ingenia & vafra, sapientes tamen non sunt. Nam
 neque se ipsos, nec parentem suum ut oportebat norunt, & mens eorum
 inuidiâ & superbia occæcata præceps in mille scelera insipientissimè fer-
 tur. Denique si sapientes essent, essent & boni. Nec ullus est malus, in
 quo ignorantia non dominetur: sicut Plato, & eum secutus Aristote-
 les, dicent.

c Neque enim beatæ vitæ vocabulum. } Beatitudinem definie-
 re veteres statum perfectum, & numerum omnibus bonorum absolutum,
 qui in solum videtur Deum cadere, cuius participatione & angeli beati
 sunt, & homines sancti.

De comparatione beatitudinis iustorum, necdum tenentium pro-
 missionis diuinæ præmium, & primorum in paradiso
 hominum ante peccatum.

C A P. XII.

NEc ipsos tantum, quod attinet ad rationalem
 vel intellectualem creaturam, beatos nuncupan-
 dos putamus. Quis enim primos illos homi-
 nes in paradiso negare audeat beatos fuisse an-
 te peccatum: quanuis de sua beatitudine quàm diuturna, vel
 vtrum æterna esset incertos? Esset autem æterna nisi pec-
 casset, cum hodie non imprudenter beatos vocemus,
 quos videmus iustè ac piè cum spe futuræ immortalitatis
 hanc vitam ducere. sine crimine vastante conscientiam,

facile impetrantes peccatis huius infirmitatis diuinam misericordiam. Qui licet de suæ perseuerantiæ præmio certi sint, de ipsa tamé perseuerantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se in actione profectûque iustitiæ perseueraturum vsq; in finem sciat, nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latentiq; iudicio, nõ omnes instruit, sed neminem fallit. Quantum itaque pertinet ad delectationé præsentis boni, beator erat primus homo in paradiso, quàm quilibet iustus in hac infirmitate mortali: quantû autem ad spem futuri boni, beator quilibet in quibuscumque cruciatibus corporis, cui non opinione, sed certa veritate manifestum est, sine fine se habiturum omni molestia carentem societatem angelorum in participatione summi Dei, quàm erat ille homo sui casus incertus in magna illa fœlicitate paradisi.

L. V I V E S.

a **N**Ec ipsos enim huic tãtæ beatitudini. } *In alio exemplari legitur: Nec ipsos tantum beatos, quod a timet ad rationalem vel intellectualem creaturam, nuncupandos putamus. melius sic, aliter nullus constare potest sensus. significat Augustinus angelos omnes, etiam cum nondum de ruina vel confirmatione sui certi essent, quodammodo fuisse beatos, vel eo solo quòd tam præstanti essent sublimique natura conditi, quemadmodum & Adam ipse tot muneribus animi corporisque ante crimen à Deo cumulatus.*

b Quos videmus iustè ac piè. } *Christus huiusmodi homines beatos appellat, Matth. 8.*

c Sine crimine vastante. } *Nulla est hic maior beatitudo, quàm mens sibi conscia recti. Et ut Horatius inquit:*

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Vt contrà, nulla est maior crux, quàm conscientia scelerum. Has Cicero contra Pisonem, & pro Roscio furias dicit à poetis nominatas esse.

An ita vnus fœlicitatis omnes angeli sint creati, vt neque lapsuros se possent nosse, qui lapsi sunt: & post ruinam labentium perseuerantiæ suæ præscientiam acceperint, qui steterunt. CAP. XIII.



Quocirca cuius iam nõ difficulter occurrit vtroq; coniuncto effici beatitudinem, quam iusto proposito intellectualis natura desiderat: hoc est, vt bono incommutabili, quòd Deus est, sine vlla molestia perfruatur, & in eo se in æternum esse mansurum, nec vlla dubitatione cunctetur, nec vllò errore fallatur. Hac habere angelos lucis, pia fide credimus: hanc nec antequam cade-

caderent habuisse angelos peccatores, qui sua prauitate illa
 luce priuati sunt consequenti ratione colligimus: habuisse ta-
 men aliquam etsi non præsciam beatitudinem, ^asi vitam ege-
 runt ante peccatum, profectò credendi sunt. Aut si durum vi-
 detur, quando facti sunt angeli: alios credere ita factos, vt non
 acciperent præscientiam vel perseuerantiæ vel cæsi sui: alios
 autem ita factos, vt veritate certissima æternitatem suæ bea-
 titudinis nossent: sed æqualis fœlicitatis omnes ab initio crea-
 ti sunt: & ita fuerūt, donec isti qui nunc mali sunt ab illo boni-
 tatis lumine sua voluntate cecidissent: proculdubio multò est
 durius nunc putare angelos sanctos æternæ suæ beatitudinis
 incertos, & ipsos de semetipsis ignorare, quod nos de illis
 per scripturas sanctas nosse potuimus. Quis enim catholicus
 Christianus ignorat nullum nouum diabolum ex bonis an-
 gelis vltèrius futurum: sicut nec istum in societatem bono-
 rum angelorum vltèrius rediturum? Veritas quippe in Euan-
 gelio sanctis fidelibus promittit, quòd erunt æquales angelis
 Dei: quibus etiã promittitur, quòd ibunt in vitã æternã. Porro
 autem si nos certi sumus, nunquã nos ex illa immortalis fœlici-
 tate casuros: illi verò certi non sunt, iam potiores nõ æqua-
 les eis erimus: sed quia nequaquam veritas fallit, & æquales
 eis erimus, profectò etiã ipsi certi sunt suæ fœlicitatis æter-
 næ. Cuius illi alij, quia certi non fuerunt: non enim erat eo-
 rum æterna fœlicitas, cuius certi essent, quæ finẽ fuerat ha-
 bitura: restat vt aut impares fuerint, aut si pares fuerunt, post
 istorum ruinam illis certa scientia suæ sempiternæ fœlicitatis
 accesserit. Nisi fortè quis dicat id quod Dominus ait de dia-
 bolo in Euangelio: Ille homicida erat ab initio, & in veritate
 non stetit: sic esse capiendum, vt nõ solum homicida fuerit ab
 initio, id est, in initio humani generis: ex quo utique homo fa-
 ctus est, quẽ decipiendo possit occidere: verum etiã ab initio
 suæ conditionis in veritate non steterit: & ideo nunquã bea-
 tus cū sanctis angelis fuerit, suo recusans esse subditus crea-
 tori, ^b & sua per superbiam velut priuata potestate elatus, ac
 per hoc falsus & fallax: quia nec vnquam potestatem omni-
 potentis euadit. Et qui per piam subiectionem nõ aut tene-
 re quod verè est, affectat per superbix elationem simulare
 quod non est: vt sic intelligatur etiam quod beatus Ioannes
 Apostolus ait: Ab initio diabolus peccat, hoc est, ex quo crea-
 tus est iustitiam recusauit, quam nisi pia Deoquẽ subdita

voluntas habere non possit. Huic sententiæ quisquis acquiescit, non cum illis hæreticis sapit, id est Manichæis: & si quæ aliæ pestes ita sentiunt, quòd suam quandam propriam tanquam ex aduerso quodam principio diabolus habeat naturam mali, qui tanta vanitate desipiunt, vt cum verba ista Evangelica in autoritate nobiscum habeant: non attendant non dixisse Dominum, à veritate alienus fuit, sed, in veritate non stetit: vbi à veritate lapsum intelligi voluit, in qua vziq; si stetisset, eius particeps factus, beatus cum sanctis angelis permaneret.

L. V I V E S.

SI vitam egerunt ante peccatum. *Et tam exiguum illud tempus fuit, quod prius quam à Deo deficerent, interfluxit, vt nihil esse videatur.*

b Et superbia sua. *In aliis codicibus, Et sua per superbiam velut priuata potestate elatus ac per hoc falsus & fallax.*

c Non cum illis hæreticis sapit, id est Manichæis. *Cum audirent demonem ab initio peccasse, existimauerunt malum esse demonem à Deo progenitum, idcirco natura potius esse malum, quam voluntate: nam id in vnoquoque naturale est, non voluntarium, quod in eo creauit rerum conditor, cum id in mundum proferret.*

Quo genere locutionis dictum sit de diabolo, quòd in veritate non steterit: quia veritas non est in eo.

C A P. X I I I I.

SVbi cit autem iudicium, quasi quæsissemus, vnde ostendatur, quòd in veritate non steterit, atq; ait: Quia non est veritas in eo. Esset autem in eo, si in illa stetisset. Locutione autem dictum est minus vsitata. Sic enim videtur sonare: In veritate non stetit, quia non est veritas in eo: tanquam ea sit causa, vt in veritate non steterit, quòd in eo veritas non sit: cum potius ea sit causa, vt in eo veritas non sit, quòd in veritate non stetit. Sed ista locutio est & in Psalmo, vbi ait: Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: cum dicendum fuisse videatur, Exaudisti me Deus, quoniam clamaui. Sed cum dixisset, Ego clamaui: tanquam ab eo quæreretur, vnde se clamasse monstraret, ab effectu exauditionis Dei clamoris sui ostendit affectum, tanquam diceret: Hinc ostendo clamasse me, quoniam exaudisti me.

Quid

Quid sentiendum sit de eo quod scriptum est, Ab initio
diabolus peccat. C A P. X V.

Illud etiam quod ait de diabolo Ioannes: ^a Ab initio diabolus peccat: ^b non intelligunt si naturale est, nullo modo esse peccatum. Sed quid responderetur propheticis testimoniis, siue quod Esaias ait sub figurata persona principis Babylonix, dialolum notans: Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur. Siue quod Ezechiel: In delictis paradisi Dei fuisti omni lapide precioso ornatus? Vbi intelligitur fuisse aliquando sine peccato. Nam expressius ei paulo post dicitur: Ambulasti in diebus tuis sine vitio. Quæ si aliter conuenientius intelligi nequeunt, oportet etiam illud quod dictum est, In veritate non stetit, sic accipiamus, quòd in veritate fuerit, sed non permāserit. Et illud, quòd ab initio diabolus peccat, non ab initio ex quo creatus est, peccare putandus est, sed ab initio peccati, quod ab ipsius superbia cœperit esse peccatum. Nec illud quod scriptum est in libro Iob, cum de diabolo sermo esset: Hoc est initium figmenti Domini, quod fecit ad illudendum ab angelis suis. Cui consonare videtur etiam Psalmus, vbi legitur: Draco hic quæ finxisti ad illudendum ei: sic intelligendum est, vt existimemus talem ab initio creatum, cui ab angelis illuderetur, sed in hac pœna post peccatum ordinatum. Initium ergo eius figmentum est Domini. Non enim est vlla natura etiam in extremis infimisque bestiolis, quam non ille constituit: à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: sine quibus nihil rerum inueniri vel cogitari potest: quanto magis angelica creatura, quæ omnia cætera, quæ Deus condidit, naturæ dignitate præcedit.

L. VIVES.

a Ab initio diabolus. } *Non sunt ad anxias illas morularum inquisitionis sacra hæc Euangelij reuocanda verba, seu trahenda potius. Vnum aut alterum momentum non impedit, quo minus ab initio aliquem aliquid fecisse pronunciemus, vt si quis dicat ab initio mundi fuit fratrum inuidia, paucillum temporis impedimento non est, quo minus essatum hoc sit verum.*

b Qui inde volunt asserere peccati naturam. } *Tales sunt Manichei, D. Thomas, & qui cum eo negant in momento, quo angelus conditus est, potuisse peccare, hac ratione vtuntur, quòd id crimen non tam operi imputandum esset, quàm autori, qui tale opus produxit.*
Aug. de ciuit. Dei, Tom. j. 11

Quod sentire videtur Origenes super Ezechielem, dicens: Serpens hostis contrarius veritati non à principio, nec statim supra p. etus & ventrem suum ambulauit. Sicut Adam & Eua non statim peccauerunt, ita & serpens aliquando non fuit serpens, cum in paradiso deliciarum moraretur. Deus enim malitiam non fecit: nec Augustinus aliud sentit, qui docet, non simul ac primùm creati fuerunt peccasse.

c Hoc est initium figmenti Domini. } *Iob quadragesimo vulgò habemus: Ipse est principium viarum Domini. Nec legimus, quòd fecit ad illudendum angelis suis: sed hæc ex interpretatione Lxx.*

De gradibus & differentiis creaturarum, quod aliter pendet utilitatis vsus, aliter ordo rationis.

CAP. XVI.

IN his enim quæ quoquo modo sunt, & nõ sunt quod Deus est, à quo facta sunt, præponuntur viuientia non viuētibus: sicut ea quæ habent vim gignendi vel etiã appetēdi his, quæ isto motu carent. Et in his quæ viuūt, præponuntur sentientia nõ sentientibus: sicut arboribus animalia. Et in his quæ sentiunt, præponuntur intelligentia non intelligentibus, sicut homines pecoribus. Et in his quæ intelligunt, præponuntur immortalia mortalibus: sicut angeli hominibus, sed ista præponuntur naturæ ordine. Est autem alius atque alius pro suo cuiusque vsu æstimationis modus: quo fit, vt quædam sensu carentia, quibusdam sentientibus præponamus, intantum, vt si potestas esset, ea prorsus de natura rerum auferre vellemus: siue quem in ea locum habeant ignorantes, siue etiam si sciamus, nostris ea commodis postponentes. Quis enim non domi suæ panem habere quàm mures, nummos quàm pulices malit? Sed quid mirum, cum in ipsorum etiam hominum æstimatione, quorum certè natura tantæ est dignitatis, plerūque carius comparetur equus, quàm seruus gemma quàm famula? Ita in tali libertate iudicādi plurimum distat ratio considerantis à necessitate indigentis, seu voluptate cupientis, cum ista quid per seipsum in rerum gradibus pendat, necessitas autem quid propter quid expetat, cogitet: & ista quid verum luci mentis appareat, voluptas verò quid iucundum corporis sensibus blandiatur, exquirat. Sed tantum valet in naturis rationalibus quoddam veluti pondus voluntatis & amoris, vt cum ordine naturæ angeli hominibus tamen lege iustitiæ boni homines malis angelis præferantur.

Vitium malitię non naturam esse, sed contra naturam, cui ad peccandum non conditor causa est, sed voluntas. CAP. XVII.

Propter naturam igitur, nõ propter malitiam diaboli, dictum recte intelligimus. Hoc est initium figmenti domini: quia sine dubio ubi esset vitium malitię, natura non vitiosa præcessit. ^a Vitium autem contra naturam est, ut non possit nisi nocere naturę. ^b Non itaque esset vitium, recedere à Deo, nisi naturę, cuius id vitium est, potius competeret esse cum Deo. ^c Quapropter, etiã voluntas mala grande testimonium est naturę bonę. Sed Deus sicut naturarum bonarum optimus creator est, ita malarum voluntatum iustissimus ordinator, ut cum malę illę utuntur naturis bonis, ipse bene utatur etiam voluntatibus malis. Itaque fecit, ut diabolus institutione illius bonus, voluntate sua malus, in inferioribus ordinatus illuderetur ab angelis eius, id est, ut profint tentationes eius sanctis, quibus eas obesse desiderat. Et quoniam Deus cum eum conderet, futurę malignitatis eius non erat utique ignarus, & prævidebat quę bona de malo eius esset ipse factururus: propterea Psalmus ait, Draco hic, quem finxisti ad illudendum ei: ut in eo ipso, quod eum finxit, licet per suam bonitatem bonum, iam per suam præscientiam præparasse intelligatur, quomodo illo uteretur & malo.

L. VIVES.

Vitium autem contra naturam. } *Virtutem Socrates & Stoici ex natura dicebant esse, vitium verò contra naturam. Nunquã enim peccaremus, si naturam sequeremur ducem illam puram relectamque, nec pravis opinionibus corruptam, & deorsam.*

b Non itaque esset vitium. } *Nam si vitiosus id esset natura eius, qui vitium committit, non vitium esset, nec error, sed potius sapienter electum, & rectè executum.*

c Quapropter etiam voluntas mala. } *Ex voluntate mala vitia proficiscuntur: quę quoniam natura obsunt, in natura contra nititur, qua fit, ut voluntatem inuet malè facere, naturam ledat, voluntas sua sponte sit mala, natura ad malum invita trahatur, & reluctans, qua si suo relinqueretur arbitratui, optima quęque semper sequeretur: nam his demum delectatur, & ea ingrederetur via, qua ad autorem suum tenderet, & aliquando perveniret.*

De pulchritudine vniuersitatis, quæ per ordinationem Dei etiam ex contrariorum fit oppositione luculentior.

CAP. XVIII.

NE enim Deus vllum, non dico angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse præcisset, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum vñibus commodaret, atque ita ordinem seculorum tanquam pulcherrimum carmen etiam ex quibusdam quasi antithetis honestaret.^a Antitheta enim quæ appellantur in ornamentis elocutionis sunt decentissima, quæ Latinè appellantur opposita: vel quod expressius dicitur, contra posita. Non est apud nos huius vocabuli consuetudo, cum tamen eisdem ornamentis locutionis etiam sermo Latinus vtatur, imò linguæ omnium gentium.^b His antithetis etiam Paulus Apostolus in secunda ad Corinthios epistola. illum locum suauiter explicat, vbi dicit: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces: vt qui ignoramur & cognoscimur, quasi morientes & ecce viuimus: vt coerciti, & non mortificati: vt tristes, semper autem gaudentes: sicut egeni multos autem ditantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Sicut ergo ista contraria contrariis opposita sermonibus pulchritudinè reddunt: ita quadam non verborum, sed rerum eloquentia, contrariorum oppositione seculi pulchritudo componitur. Apertissimè hoc positum est in libro Ecclesiastico, hoc modo: Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic contra pium peccator. Et sic intueri in omnia opera altissimi, bina & bina, vnum contra vnum.

L. VIVES.

Antitheta enim quæ appellantur. } *Hæc ad verbum contrapposita dicuntur, quæ & in verbis sunt, & in sententiis: vt docet autor Rhetoricorum ad Herennium lib. 4. eamque figuram contentionem nominat. Sed præstabit Quintiliani verba ex lib. 9. adscribere: Contrappositum autem, vel vt quidam vocant, contentio, a r̄id̄erov dicitur, non vno fit modo. nam & fit, si singula singulis opponuntur, vt in eo quod modo dixi: Vicit pudorem libido, timorem audacia: & bina binis, non nostri ingenij, vestri auxiliij est: & sententiæ sententiis, dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Hæc ibi, & alia eadem de re. quare nescio cur Augustinus dicat non esse apud nos huius vocabuli consuetudinem.*

b His

b His antithesis etiam Paulus. } *Augustinus aliquid ex arte rhetorica esse in Paulo ait. Tolerabile est, quia Augustinus dicit. Si quis nostrum diceret, non flagitium tantum, sed heresim clamarent, tam sunt illis hereses ad manum, nihil citius iaculantur, neque facilius, nempe illarum referti.*

Quid sentiendum videatur de eo quod scriptum est: Diuisit Deus inter lucem & tenebras. CAP. XIX.



Vanis itaque diuini sermonis obscuritas etiam ad hoc sit utilis, quod plures sententias veritatis parit, & in lucem notitiæ producit, dum alius eū sic, alius sic intelligit: ita tamen ut quod in obscuro loco intelligitur, vel attestacione rerum manifestarum, vel aliis locis minimè dubiis asseratur: siue cum multa tractatur, ad id quoque perueniatur, quod sensit ille qui scripsit: siue id lateat, sed ex occasione tractandæ profundæ obscuritatis, alia quædam vera dicantur, non mihi videtur ab operibus Dei absurda sententia. Si cum lux illa prima facta est, angeli creati intelligantur, & inter sanctos angelos & immundos fuisse discretum, ubi dictum est: Et diuisit Deus inter lucem & tenebras: & vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Solus quippe ille ista discernere potuit, qui potuit etiã prius quàm caderent præscire casuros, & lumine priuatos veritatis in tenebroso superbia remansuros. Nam inter istum nobis notissimum diem & noctem, id est, inter hanc lucem & has tenebras, vulgatissima sensibus nostris luminaria cæli, ut diuideret, imperauit. Fiant, inquit, luminaria in firmamento cæli, ut luceant super terram, & diuidant inter diem & noctem. Et paulò post: Et fecit, inquit, Deus duo luminaria magna: ^a luminare maius in principia diei, & luminare minus in principia noctis, & stellas: & posuit illa Deus in firmamento cæli, ^b lucere super terram, & præesse diei & nocti, & diuidere inter lucem & tenebras. Inter illam verò lucem, quæ sancta societas angelorum est, illustratione veritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, id est, malorum angelorum auersorum à luce iusticiæ terribilissimas mentes, ipse diuidere potuit: cui etiam futurum non naturæ, sed voluntatis malum occultum, aut incertum esse non potuit.

L. VIVES.

^a Luminare maius in principia diei. } *Lxx. sic uerterunt: καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰς δύο φωστῆρας τῆς μεγάλης, τὴν φωστῆρα τὴν*

μεγάλον εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς
 νυκτὸς, καὶ τὰς ἀστέρας. *Et fecit Deus duo illa luminaria magna. Lumi-
 nare magnum in principatum diei. nam ἀρχὴν ἔστι principium vertimus,
 ἔστι principatum: ἔστι principium pro initio, ἔστι interim vertunt pro prin-
 cipatu, ut in Psalmo centesimo nono: Tu cum principium in die virtutis
 tue. μετὰ σου ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δικαιοσύνης σου. quibus, tuus erit principa-
 tus in die fortitudinis tue.*

b Lucere super terram. } *Græcè est infinitiuus Græcus: ὅς τε φαίνεν
 ἐπὶ τῆς γῆς. sed per subiunctiuum venit ad Latinos, ut luceant. Ea est
 enim natura τῶ ὄσι. Latinorum quidam infinito sunt ἄσι absq; ut, quem-
 admodum Verg. Pesti acerba boum pecorique aspergere virus.*

De eo quod post discretionem lucis atque tenebrarum, dictum est:
 Et vidit Deus lucem, quia bona est. CAP. XX.

D Enique, nec illud prætereundum est silètio, quòd vbi
 dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux: ^a continuò sub-
 iunctum est: Et vidit Deus lucem, quia bona est: non
 postea quàm separauit inter lucem, & tenebras, & vocauit lu-
 cem diem, & tenebras noctem, ne simul cum luce, etiam tali-
 bus tenebris testimonium placiti sui perhibuisse videretur.
 Nam vbi tenebræ inculpabiles sunt, inter quas & lucem istam
 his oculis conspicuam luminaria cæli diuidunt, non ante, sed
 post infertur: Et vidit Deus, quia bonum est: & posuit, inquit,
 illa in firmamèto cæli lucere super terram, & præesse diei &
 nocti, & separare inter lucem & tenebras. Et vidit Deus, quia
 bonum est. Vtrunque placuit, quia vtrunque sine peccato
 est. Vbi autem dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux: statim se-
 quitur, Et vidit Deus lucem, quia bona est. Et postmodū in-
 fertur: Et separauit Deus inter lucem & tenebras: vocauitque
 Deus lucem diem, & tenebras noctem, non hoc loco addi-
 tum est, Et vidit Deus quia bonum est: ne vtrunque appella-
 retur bonum, cum esset horū alterum malum, vicio proprio,
 non natura. Et ideo sola ibi lux placuit conditori: tenebræ au-
 tem angelicæ, & si fuerant ordinandæ, non tamen fuerant
 approbandæ,

L. V I V E S.

a Continuò subiunctum est. } *Cùm de luce illa spiritali, hoc est
 angelis scriptura loqueretur, antequam pars lucis, hoc est, pars
 angelo. u. in tenebras abiret, lucem approbauit Deus, angelos scilicet
 omnes, quos ipse bonos crearat, ac lucem. Cùm verò de luce nostra cor-
 poribus subsistente iij. die loqueretur, ἔστι lucem probari à Deo fecit,*

☉ tenebras. quippe cum tenebrae, quas Deus tales fecit, non malè sint, ut sunt demones postquam in tenebras sunt versi, ideo illas tenebras primi diei non comprobauit, ut tenebras quarti.

De æterna & incommutabili scientia Dei, ac voluntate, qua semper illi vniuersa quæ fecit, sic placuerunt faciendis, quemadmodum facta. C A P. XXI.

Vid est enim aliud intelligendum in eo quod per omnia dicitur, Vidit Deus. quia bonum est: nisi operis approbatio secundum artem facti, quæ sapientia Dei est? Deus autem vsque adeò non cum factum est, tunc dicit bonum, ut nihil eorum fieret, si ei fuisset incognitum. Dum ergo videt, quia bonum est, quod nisi vidisset, antequam fieret, non vtrique fieret: docet bonum esse, non discit. ^aEt Plato quidem plus ausus est dicere: elatum esse, scilicet, Deum gaudio, mundi vniuersitate perfecta. Vbi & ipse non vsque adeò desipiebat, ut putaret Deum sui operis nouitate factum beatiorum: sed sic ostendere voluit, artificii suo placuisse iam factum, quod placuerat in arte faciendum: non quòd vllò modo Dei sciètia varietur, ut aliud in eo fiant, quæ nõdum sunt, aliud quæ iam sunt, aliud quæ fuerunt. Non enim more nostro ille, vel quod futurum est prospicit, vel quod præsens est aspicit, vel quod præteritum est respicit: sed alio modo quodam à nostrarum cogitationum consuetudine longè latèque diuerso. Ille quippe, non ex hoc in illud, cogitatione mutata, sed omnino incommutabiliter videt: ita, ut illa quidè quæ tēporaliter fiunt, & futura nondū sint, & præsentia iã sint, & præterita iã non sint: ipse verò hæc omnia stabili, ac sempiterna præsentia cōprehēdat: nec aliter oculis, aliter mente: non enim ex animo constat & corpore. Nec aliter nunc, & aliter antea, & aliter postea: quoniã non sicut nostra, ita & eius quoque scientia trium temporum, præsentis videlicet, & præteriti, vel futuri varietate mutatur: ^b apud quem nõ est immutatio, nec momenti obūbratio. Neque enim eius intentio de cogitatione in cogitationem transit, in cuius incorporeo contuitu simul adsunt cuncta quæ nouit. Quoniam tempora ita nouit nullis suis temporalibus notionibus, quemadmodum temporalia mouet nullis suis temporalibus motibus. Ibi ergo vidit bonum esse, quod fecit, vbi bonum esse vidit, ut faceret. Nec quia factum vidit, scientiam duplicauit,

vel ex aliqua parte auxit, tanquā minoris sciētię fuerit prius, quam faceret, quod videret, qui tā perfectē non operaretur, nisi tam perfecta scientia, cui nihil ex eius operibus adderetur. Quapropter, si tantummodo nobis insinuandum esset, quis fecerit lucem, sufficeret dicere: Fecit Deus lucem. Si autem nō solūm quis fecerit, verūm etiam per quid fecerit, satis esset ita enunciari. Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: vt non tantūm Deum, sed etiam per verbum lucem fecisse nossemus. Quia verō tria quædam maximē scienda de creatura nobis oportuit intimari, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit: Deus dixit, inquit: Fiat lux, & facta est lux: & vidit Deus lucē, quia bona est. Si ergo quærimus, quis fecerit, Deus est. Si per quid fecerit, dixit fiat, & facta est. Si quare fecerit, quia bona est. Nec autor est excellentior Deo, nec ars efficacior Dei verbo, nec causa melior, quā vt bonum crearetur à bono Deo. ^c Hanc etiam Plato causam condendi mundi iustissimam dicit, vt à bono Deo bona opera fierent: siue ista legerit, siue ab his qui legerant forte cognouerit, siue acerrimo ingenio inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta cōspexerit, siue ab his qui ista conspexerant, & ipse dicerit.

L. V I V E S.

A ET Plato quidem ausus est dicere: } *Platonis in Timæo hæc sunt verba: Ως ἔκρινεν τε αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενοήσε ἄλλ' αἰδίων θεῶν γα-
ρονὸς ἀγαθὰ ὁ ζῆνῆσας πατήρ, καὶ ἀδελφεὶ, καὶ εὐφραδείσιν.* Cum verō mobile viuēsque æternorum deorum simulachrum animaduertit, is pater qui fecerat approbavit, & lætatur est.

b Apud quem. } *Iacobi 1. πᾶρ ὅτι ἔστι σκόλαζὴν ἢ σκοτίας ὑποκί-
αμα: hoc est, Nihil ei conuersione aliqua absconditur, & tenebris operitur atque ignoratione σκόλαζὴν Hieron. contra Ionianum differentiam vertit: σκοτίας verō momentum August. transfert, quod haud scio ad tempus referat, an ad rei exiguitatem. Nec enim ullo vel minimo tempore transiit ad umbram ex splendore Deus, nec eius luci aliqua admiscetur umbella. Est etiam momentum, conuersio, mutatio; à mouendo: unde & inclinatio, vt in stateris. Intelligi quoque potest, non esse obscurationem quævis vicissitudinis & conuersionis à contrario in contrarium, qualis est in nobis.*

c Hanc enim Plato causam. } *Plato in Timæo, Cicerone interpretę: Queramus igitur causam, que eum impulerit, qui hæc machinatus sit, vt originem rerum, & molitionem nouam quæreret; probitate videlicet*

delicet præstabat, præbus autem inuidet nemini. Itaque omnia sibi similia generauit, hæc nimirum gignendi mundi causa iustissima.

De his, quibus in vniuersitate rerum à bono creatore bene conditarum quædam displicent, & putant nonnullam esse naturam malam. CAP: XXII.

Hanc tamen causam, id est, ad bona creāda bonitatē Dei. Hanc inquam causam tam iustam atque idoneam, quæ diligenter considerata & piè cogitata, omnes controuersias quærentium mundi originem terminat, quidam hæretici non viderunt: quia egenam carnis huius fragilēque mortalitatem, iam de iusto supplicio venientem, dum ei non conueniunt plurima, offendunt: sicut ignis, aut frigus, aut fera bestia, aut quid huiusmodi. Nec attendunt, quàm vel in suis locis naturisque vigeant, pulchrōque ordine disponantur: quātūmque vniuersitati rerum pro suis portionibus decoris tanquam in communem rempubl. conferant, vel nobis ipsi si eis congruenter atque scienter vtamur, commoditatis attribuant: ita vt venena ipsa quæ per inconuenientiam pernicioſa sunt, conuenienter adhibita in salubria medicamenta vertantur: quāmque à contrario etiam hæc quibus delectantur, sicut cibus & potus & ista lux immoderato & importuno vsu noxia sentiantur. Vnde nos admonet diuina prouidentia, non res insipienter vituperare, sed utilitatem rerum diligenter inquirere, & vbi nostrum ingenium vel infirmitas deficit, ita credere occultā, sicut erant quædam quæ vix potuimus inuenire: quia & ipsa utilitatis occultatio, aut humilitatis exercitatio est, aut elationis attritio, ^a cūm omnino natura nulla sit malum, nomēque hoc non sit nisi priuationis boni: sed à terrenis vsq; ad cælestia, & à visibilibus vsque ad inuisibilia sunt aliis bonis alia bona meliora, ad hoc inæqualia vt essent omnia. Deus autē ita est artifex magnus in magnis, ^b vt minor non sit in paruis: quæ parua non sua granditate, nam penè nulla est, sed artificis sapientia metienda sunt, sicut in specie visibilis hominis, si vnū radatur superciliū, quām propemodum nihil corpori, & quām multum detrahitur pulchritudini: quoniam non malè constat, sed parilitate ac dimensione membrorum. ^c Nec sanè multum mirandum est, quòd hi qui nonnullam malam putant esse naturam suo quodam cōtrario exortam, propagatamque principio: nolūt accipere istam causam creationis rerum, vt bonus

Deus conderet bona, credentes eum potius ad hæc mundana molimina rebellantis aduersum se mali extrema necessitate perductū, suāmq; naturam bonam malo coercendo superandoque miscuisse, quam turpissimè pollutam & crudelissimè captiuatā, & oppressam labore magno vix mundet, ac liberet: non totam tamen, sed quod eius non potuerit ab illa iniquatione purgari, tegmen, ac vinculum futurum hostis victi & inclusi. Sic autem Manichæi non desiperēt, vel potius insanirent, si Dei naturam, sicuti est, incōmutabilem, atque omnino incorruptibilem crederent, cui nocere nulla res possit: animam verò quæ voluntate mutari in deterius & peccato corrumpi potuit: atque ita incommutabilis veritatis luce priuari, non Dei partem, nec eius naturæ quæ Dei est, sed ab illo conditam longe imparem conditori, Christiana sanitate sentirent.

L. V I V E S.

a **C**VM omnino natura nulla sit malum. } *Sæpe hoc, Augustinus repetit, nullam esse naturam malam, omnia esse bona. In quo & consentiunt cum eo scriptores nostra religionis omnes, & ipse Platoni, Aristoteli, Ciceroni, multisque aliis philosophis suffragatur. Plato in Timeo, cum omnia sint ab optimo Deo facta, nefas existimari putat aliquid malum esse. Probus enim invidet nemini, idcirco omnia sui similia generauit. Et in 2. De re pub. Deum bonum esse ait, nullius mali, nullius noxiæ rei causam, sed tantum rerum bonarum: idcirco Hesiodum, & Homerum vituperat, qui Iouem fecerint malorum causam. Cuiusque vniuersitatis parentem, & causam Deum esse fateatur, fit, ut nihil in ea malum esse putet. Ego, ut paucis quid sentio aperiam, bonum esse dico, ut Aristoteles in Rhetoricis, quod vel propter seipsum, vel in usum alterius volumus, malum quod vel propter ipsum, vel propter aliud fugimus, & aduersamur. Itaque in mundo iudicium humani alia bona sunt, ut quæ nobis profunt: alia mala, quæ obsunt: neutrum a. quæ nec profunt, nec obsunt. & inter homines alia aliis mala, aliis bona sunt: & eidem homini variis temporibus, locis, rationibus, idem & bonum est, & malum, & neutrum. Hæc omnia ex opinionibus nostris, & imbecillitate iudiciorum, cumque ad nostra commoda cuncta referimus, sunt. Est autem mens, ac iudicium vnum diuinum illud, quod sic res vniuersas statuit, ut omnes sibi in administratione mundi sint vsur. Ille ergo omniscius, qui falli non potest, omnia videt esse bona, quod suis locis, opportunitatibusque sint utilia. Idq; sapiens significat, inquiens, omnia esse à Deo suo quodque tempore bona creata. Hæc est causa, cur omnia sacrarit, cur crescere augeri que iusserit. Nam si aliquid esset*

effet parum sibi per occasionem utile, id ne punctum quidem temporis duraret, sed nec esse progenitum.

b Vt minor non sit in paruis. } *Arist. ait, non minus esse naturam in minutissimis animalculis, velut formicis, cuiuslibet, apibus, araneolis, quam in maximis equis, bobus, cetis, elephantis admirabilem. Est & caput apud Plin. lib. 11 De subtilitate natura in exiguis bestiolis.*

c Nec sane multum mirandum. } *Hunc Manicheorum errorem Augustinus explicat in heresibus, ad Quod voluit deum, & contra Faustum Manicheum, & de Gen. si adversus Manicheos.*

De errore, in quo Origenis doctrina inculpatur.

C A P. XXIII.

Sed multò est mirādum amplius, quòd etiam quidam qui vnum nobiscum credunt, omnium rerū esse principium, nullamque naturam, quæ non est quod Deus est, nisi ab illo conditore esse non posse: noluerunt tamen istam causam fabricandi mundi, tam bonam ac simplicem bene ac simpliciter credere, vt Deus bonus conderet bona, & essent post Deum, quæ non essent, quod est Deus. bona tamen quæ non faceret, nisi bonus Deus. ^a Sed animas dicunt, non quidem partes Dei, sed factas à Deo: peccasse à conditore recedēdo, & diuersis progressibus pro diuersitate peccatorum, à cælis vsq; ad terras, diuersa corpora quasi vincula meruisse. Et hunc esse mundum, eamque causam mundi fuisse faciendi, non vt cōderentur bona, sed vt mala cohiberētur. Hinc Origenes iure culpatur. In libris enim quos appellat *ἀπὸ ἀρχῶν*, id est, de principiis, hoc sensit, hoc scripsit. Vbi plus quàm dici potest, miror hominem in ecclesiasticis literis tam doctū & exercitatū. non attēdille, primū quàm hoc esset cōtrarium scripturæ huius tantæ autoritatis intentioni, quæ per omnia opera Dei subiungēs. Et vidit Deus, quia bonum est: completisque omnibus, inferens: Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde: nullam aliam causam faciendi mundi intelli gi voluit, nisi vt bona fierēt à bono Deo. Vbi si nemo peccasset, tantummodo ^b naturis bonis esset mūdus ornatus, & plenus. Et quia peccatū est, nō ideo cūcta sunt impleta peccatis, cūm bonorū longè maior numerus in cælestibus suæ naturæ ordinem seruet. Nec mala volūtas, quia naturæ ordinem seruare noluit, ideo iusti Dei leges omnia bene ordinantis effugit. Quoniam sicut pictura cum colore nigro, loco suo posito, ita vniuersitas rerum, si quis possit intueri, etiam cum pec-

catoribus pulchra est, quãuis per seipfos cõsideratos sua deformitas turpet. Deinde videre debuit Origenes, & quicumq; ita sapiũt, si hæc opinio vera esset, mundũ ideo factum vt animæ pro meritis peccatorum suorum tanquam ergastula quibus pœnaliter includerentur, corpora acciperẽt, superiora & leuiora quæ minus, inferiora verò & grauiora quæ amplius peccauerunt: dæmones, quibus deterius nihil est, terrena corpora, quibus inferius & grauius nihil est, potius quàm homines etiã malos habere debuisse. Nunc verò vt intelligeremus animarum merita nõ qualitatibus corporum esse pensanda, æereum possidet pessimus dæmon: homo autem & nunc licet malus, longè minoris mitiorisq; malitiæ, & certè ante peccatum tamẽ luteum corpus accepit. Quid autem stultius dici potest quàm istum solẽ, vt in vno mundo vnus esset, non decori pulchritudinis, vel etiam saluti rerum corporalium cõsuluisse artificem Deum, sed hoc potius euenisse quia vna anima sic peccauerat, vt tali corpore mereretur includi? Ac per hoc si contigisset, vt non vna sed duæ, inò nõ duæ sed decem, vel centum, similiter æqualitèrque peccassent, centũ soles haberet hic mundus. Quod vt non fieret, non opificis prouisione mirabili ad rerum corporalium salutem decorèmq; consultũ est, sed contigit potius tanta vnus animæ progressionem peccantis, vt sola corpustale mereretur. Non planè animarum, de quibus nesciunt quid loquantur, sed eorum ipsorum qui talia sapiunt, multum longè à veritate & merito est cõcercenda progressio. Hæc ergo tria, quæ superius cõmendaui, cum in vnaquaq; creatura requirũtur, quis eã fecerit, per quid fecerit, quare fecerit, vt respondeatur Deus, per verbũ, quia bonus est, vtrum altitudine mystica nobis ipsa Trinitas intimetur, hoc est, Pater & Filius & Spiritus sanctus, an aliquid occurrat, quod hoc loco scripturarum id accipiendum esse prohibeat, multi sermonis est quæstio, nec omnia vno lumine vt explicemus virgendum est.

L. VI. V. E. S.

S Ed animas dicunt non quidem partes Dei. § Origenes Adamantius in 1. lib. Principiorum, quem *ἀδὲ ἀρχῶν* inscripsit, incorporalia primum à Deo facta esse putat, quæ significantur per ea nomina, quæ postea corporeis sunt rebus attributa, celum videlicet, & terram: inter eas substantias spirituales mentes quoque nostras esse creatas, quæ de statu & dignitate sua declinantes, vtar enim

Rufini


Rufini interpretatione, effecta vel nuncupata sunt anime, quarum nomen Luxi Græcè sonat à frigescendo de statu diuiniore & meliore: dictum & translatum inde quòd ex calore illo naturali & diuino refraxisse mens videatur, & ideo in hoc quoque nunc & statu & vocabulo sita est, quæ si reparata fuerit & correcta, redit in hoc ut sit mens. Quod si ita est, decessus ipse mens ac deuelutio videtur mihi non equalis omnium sentiendus, sed vel plus vel minus in animam verti, & aliquas quidem mentes seruare aliquid etiam prioris vigoris, aliquas verò aut nihil, aut exiguum aliquid. Hæ anime propter nimios defectus mentis crassioribus & solidioribus indigere corporibus propter quas etiam mundus iste visibilis constitutus est, tantus ut omnes facillè caperet, quas in eo exerceri statutum erat. Cùmque non omnes æquè à bono recessissent, semina quedam & causas varietatis & diuersitatis ille omnium conditor cepit, ut pro diuersitate peccatorum varium ac diuersum mundum efficeret. Hæc sententiæ Origenis, quam eandem Hieronymus ad Autum ponit.

b Naturis bonis. } Nulli malo, nulli incommodo nobis futuris Deo gratis.

c Aëreum possidet pessimus dæmon. } De hoc loquar post.

De Trinitate diuina, quæ per omnia opera sua significationis suæ sparfit indicia.

C A P. XXIII.

 Redimus^a & tenemus, & fideliter prædicamus, ^bquòd pater genuerit verbum, hoc est, sapientiam, per quã facta sunt omnia, vnigenitum filium, vnus vnus, æternus coæternus, summè bonus æqualiter bonus, & quòd spiritus sanctus simul & patris & filij sit spiritus, & ipse consubstantialis & coæternus ambobus. Atque hoc totum & trinitas sit propter proprietatem personarum, & vnus Deus propter inseparabilem diuinitatem, sicut vnus omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam: ita tamen vt etiam cùm de singulis quæritur, vnusquisque eorum & Deus & omnipotens esse respondeatur: cùm verò de omnibus simul, non tres dij vel tres omnipotentes, sed vnus Deus omnipotens: tanta ibi est in tribus inseparabilis vnitas, quæ sic se voluit prædicari. Vtrum autem boni patris, & boni filij, spiritus sanctus, quia communis ambobus est, rectè bonitas dici possit amborum, non audeo temerariam præcipitare sententiã. Veruntamen amborū eum dicere sanctitatem, facilius ausus

fucro, non amborum quasi qualitatem, sed ipsum quoque substantiam, & tertiam in trinitate personam. Ad hoc enim me probabilius ducit, quòd cum sit & pater spiritus, & filius spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus, propriè tamen ipse vocatur spiritus sanctus tanquam sanctitas substantialis & consubstantialis amborum. Sed si nihil aliud est bonitas diuina quàm sanctitas, profecto & illa diligentia rationis est, non præsumptionis audacia, vt in operibus Dei secreto quodam loquendi modo, quo nostra exerceatur intentio, eadem nobis insinuata intelligatur trinitas, vnamquanque creaturam quis fecerit, per quid fecerit, propter quid fecerit. Pater quippe intelligitur verbi, qui dixit vt fiat. Quod autem illo dicente factum est, proculdubio per verbum factum est. In eo verò quod dicitur, vidit Deus quia bonum est: satis significatur Deum nulla necessitate, nulla sua cuiusquam vtilitatis indigentia, sed sola bonitate fecisse quod factum est, id est, quia bonum est. Quod ideo posteaquam factum est dicitur, vt res quæ facta est congruere bonitati, propter quam facta est, indicetur. Quæ bonitas si spiritus sanctus rectè intelligitur, vniuersa nobis trinitas in suis operibus intimatur. Inde est ciuitatis sanctæ, quæ in sanctis angelis sursum est, & origo, & informatio, & beatitudo. Nam si quærat vnde sit, Deus eam condidit. Si vnde sit sapiens, à Deo illuminatur. Si vnde sit fœlix, à Deo quo fruitur, subsistens modificatur, contemplâs illustratur, inhærens iucundatur, est, videt, amat, in æternitate Dei viget, in veritate Dei lucet, in bonitate Dei gaudet.

L. V I V E S.

a **C**Redimus, & tenemus, & fideliter prædicamus. } *Credamus ergo & taceamus, teneamus, non inquiramus, fideliter prædicemus, non contentiosè disputemus.*

b **Q**uod pater genuerit. } *Quid hic ego aliud possum facere, quàm adorare: quid dicere conuenientius, quàm per silentium admirabundè dictum illud Pauli recollere: O altitudo diuitiarum, sapientia & scientia Dei?*

c **N**on audeo temerariam præcipitare sententiam. } *Neque nos audebimus, & si bona theologorum manus patris banitatem esse contendat, vt filium patris sapientiam. Sed quis ausit de tam arcanis rebus intrepidus aliquid pronuntiare?*

d Id est, quia æqualiter. } *Alibi, quia bonum est. Quod ideo, &c.*

De tripertita totius philosophiæ disciplina.

C A P. X X V.

Quæntum intelligi datur hinc philosophi sapientiæ disciplinam tripertitam esse voluerunt, inò verò tripertitam esse animaduertere potuerunt. Neque enim ipsi instituerunt, vt ita esset, sed ita esse potius inuenerunt, cuius vna pars appellaretur Physica, altera Logica, tertia Ethica. Quarum nomina Latina iam multorum literis frequentata sunt, vt naturalis, rationalis, moralisque vocarentur, quas etiam in octauo libro breuiter perstrinximus. Non quòd sit consequens, vt isti in his tribus aliquid secundum Deum de Trinitate cogitauerint. Quauis Plato primus istam distributionem reperisse, & commentasse dicatur, cui neque naturarum omnium autor, nisi Deus visus est, neque intelligentiæ dator, neque amoris, quo benè beatè que viuatur inspirator. Sed certe cùm de natura rerum, & de ratione indagandæ veritatis, & de fine boni ad quem cuncta quæ agimus referre debemus, diuersi diuersa sentiant, in his tamen tribus magnis & generalibus quæstionibus, omnis eorum versatur intentio. Ita vt cùm in vnaquaque earum quid quisque sectetur, multiplex sit discrepantia opinionum, esse tamen aliquam naturæ causam, scientiæ formam, vitæ summam nemo cunctetur. Tria etiam quæ sunt in vnoquoque homine artifice spectantur, vt aliquid efficiat, natura, doctrina vsus. Natura ingenio, doctrina scientia, ^a vsus fructu diiudicandus est. ^b Nec ignoro quòd propriè fructus fruētis, vsus verò vtentis sit: atque hoc interesse videatur, quòd ea re frui dicimur, quæ nos non ad aliud referenda per seipsam delectat: vti verò ea re, quam propter aliud quærimus. vnde temporalibus magis vtendum est, quàm fruendum, vt frui mereamur æternis. Non sicut peruersi qui frui volunt nummo, vti autem Deo: quoniam non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt. Veruntamen eo loquendi modo, quem plus obtinuit consuetudo, & fructibus vtimur, & vsibus fruimur. Nā & fructus iam propriè dicuntur agrorum, quibus vtique omnes temporaliter

vtimur. Hoc itaque more vsum dixerim in his tribus, quæ in homine spectanda cõmonui, quæ sunt natura, doctrina, vsus. Ex his propter obtinendam beatam vitam, tripartita, vt dixi, à philosophis inuenta est disciplina, naturalis propter naturam, rationalis propter doctrinam, moralis propter vsum. Si ergo natura nẽstra esset à nobis, profectõ & nostram nos genuissemus sapientiam, nec eam doctrina, id est, aliunde discendo percipere curaremus, & noster amor à nobis profectus, & ad nos relatos, ad beatẽ viuendum sufficeret, nec bono alio, quo frueretur vllõ, indigeret. Nunc verò quia natura nostra, vt esset, Deum habet autorem, proculdubio vt vera sapiamus ipsum debemus habere doctorem, ipsum etiam vt beati simus, suauitatis intimæ largitorem.

L. VIVES.

a **V**Sus fructu diiudicandus est. & *Abusus videtur vsus, vocabulo. nam cum dicitur tribus rebus constare artificium, natura, doctrina, vsu. vsus consuetudo est: detorsit ergo ad rem suam, vt sit sensus, pretium & æstinationem assuefactionis in quaque arte ex fructu atque utilitate illius attendi ac considerari.*

b Nec ignoro, &c. & *Quoniam frui dicimur re, qua propter ipsam delectamur, vti quam in aliud referimus: idcirco August. Deo solo nos debere frui dicit, rebus alijs vti. De hac re multa August. idẽ in libro de Doctr. Christ. & 80. quæst. & de tri. ubi frui sempiterna felicitati attribui vult, vti verò rebus huius vite. Ex August. Petrus Lombard. in Centonibus theologicis vol. primo sat multa, & quæstionarij ad satietatem, propemodum ad fastidium dixeram.*

De imagine summæ trinitatis, quæ secundum quendam modum in natura est, nec dum beatificati hominis.

C A P. X X V I.

ET nos quidem in nobis tametsi non æqualem, imò valde longeq; distantem, neq; cõternã, & quo breuius totum dicatur, non eiufdem substantiæ cuius est Deus, tamẽ qua Deo nihil sit in rebus ab eo factis natura propius imaginẽ Dei, hoc est, summẽ illius trinitatis agnoscimus, adhuc reformatione perficiendã, vt sit etiã similitudine proxima. Nã & sumus, & nos esse nouimus, & nostrũ esse ac nosse diligimus. In his autem tribus quæ dixi, nulla nos falsitas verisimilis turbat. Nõ enim ea sicut illa, quæ foris sunt, vllõ sensu corporis tãgimus, velut colores videndo, sonos audiendo, odores olfaciẽdo, sapores gustãdo, dura & mollia cõtrectãdo senti-

sentimus, * quorum sensibilibus etiam imagines eis simillimas, nec iam corporeas cogitatione versamus, memoria tenemus, & per ipsas in istorum desideria concitatur, ^b sed sine vlla phantasiarum, vel phantasmatum imaginatione ludicatoria, mihi esse me, idque nosse & amare certissimū est Nulla in his veris ^c Academicorum argumenta formido, dicentium: Quid si falleris? ^d Si enim fallor, sum. Nam qui non est, utique nec falli potest, ac per hoc sum, si fallor. Quia ergo sum, qui fallor, quomodo esse me fallor, quando certum est me esse si fallor? Qui igitur essem qui fallerer, etiam si fallar proculdubio in eo quod me noui esse, non fallor. Consequens est autem, ut etiam in eo quod me noui nosse, non fallar. Sicut enim noui me esse, ita noui etiam hoc ipsum nosse me. Eaque duo cum amo; eundem quoque amorem quiddam tertium nec imparis æstimationis eis, quas noui rebus adiungo. Neque enim fallor amare me, cum in his que amo non fallar. quanquam etsi illa falsa essent, falsa me amare verum esset. Nā quo pacto recte reprehenderer, & recte prohiberer ab amore falsorum, si me illa amare falsum esset? Cum verò illa vera atque certa sint, quis dubitet quin eorum quæ amantur, & ipse amor verus & certus est? Tam porrò nemo est qui esse se nolit, quàm nemo est, qui non beatus esse velit. Quomodo enim potest beatus esse, si nihil sit?

L. VIVES.

a **Q**uorum sensibilibus etiam imagines. ³ Nam cuiusmodi vel album sit vel dulce, cogitatione comprehendimus etiam clausis oculis, & nihil gustantes. unde & de illis multa per quietem occurrunt visa, & cum procul dulcia omnia candidaque absint, de illis iudicamus. Sed hæc sunt in iis partibus anime quos nostri sensus exteriores vocant, ut quem sensum communem dicunt, & quam imaginatiuam, tum etiam æstimationem, & memoriā, quæ omnes nobis sunt eam belum communes, & in quibus multa temerè obuersantur, quibus si assentiamur, nos fallunt. Magistri enim sensibus non aliter omnia cognoscunt: qui cum imbecilli sint & hebetes, facile eis imponitur hi discipulos suos partes illas quas modo percensui falsa, quæ pro veris accipiunt, docent. At in mente ratio est unius hominis propria, quæ omnia expendit, & quantum cauere potest præstat, ne adhibita in consiliū fucata, simulata, falsa pro veris, et manibus expressis sinat obrepere, sed ad moneat nos omnino, & quale quidque sit scrutetur, atque iudicet.

b Sine vlla phantasiarum. ³ Dixi alibi quid sit phantasia.

c Academicorum arg. } *Hi fidem sensuum eleuabant, seu potius tollebant, nihilque sciri arbitrabantur, quòd si te diceret scire hunc lapidem moueri, quòd id uideas, uel tangas, scrupum iniiciebant, quid si falleris? an non unquam uisus tibi es aliquid uideri moueri, quod stare, ut cum uehiculo aut nauis ueberere, & tactui assensus putasti aliquid concitari, quod quiesceret? ut ergo alias es falsus, nunc & nunc falli potes. Cohibe assensum, nam nihil est minus hominis sapienti, quam assentiri, ubi certum aliquid & perfectè exploratum non habes.*

d Si enim fallor sum } *Idcirco certissimum esse hoc pronuntiatum philosophi nostri aiunt in Posteriora Aristotelica, & euidentia euidentia, sicuti uocant, summa.*

De essentia & scientia, & utriusque amore.

C A P. XXVII.

TA uerò uel quadam naturali ipsum esse iucundum est, ut non ob aliud & hi qui miseri sunt nolint interire. Et cum se miseros esse sentiant, non se ipsos de rebus, sed miseriam suam potius auferri uelint. Illis etiam qui & sibi miserrimi apparent, & planè sunt, & non solum à sapientibus^b quoniam stulti, uerum etiam ab his qui se beatos putant miseri iudicantur, quia pauperes atque mendici sunt, si quis immortalitatem daret, quia nec ipsa miseria moreretur, proposito sibi. quòd si in eadem miseria semper esse nollent, nulli & nusquam essent futuri, sed omni modo perituri, profectò exultarent lætitia, & sic semper eligerent esse quàm omnino non esse. Huius rei testis est notissimus sensus eorum. Vnde enim mori metuunt & malunt in illa ærumna uiuere, quàm eam morte finire, nisi quia satis apparet quàm refugiat natura non esse? Atque ideo cum se nouerint esse mortituros, pro magno beneficio sibi hanc impendi misericordia desiderant; ut a liquando productius in eadem miseria uiuât, tardiùsque moriantur. Proculdubio ergo indicant immortalitè, saltem talè quæ non habeat finem mendicitatis, quanta gratulatione susciperèt. Quid animalia etiã irrationalia, quibus datum nõ est ista cogitare, ab immensis draconibus usque ad exiguos uermiculos? Nõne se esse uelle, atque ob hoc interitum fugere omnibus quibus possunt motibus indicant? Quid arbuta omnesque frutices, quibus nullus est sensus ad uitandam manifesta motione perniciè, nõne ut in auras^c tutum culminis germè emittât, aliud terre radices affigunt, quò alimentum trahant, atque ita suum quodammodo esse conseruent?

^T Alias
altius

Ipsa

Ipſa poſtremò corpora, quibus nõ ſolum ſenſus, ſed nec vlla ſaltè ſeminalis eſt vita: ita tamen vel exiliùt in ſuperna, vel in ìna deſcendùt, vel libràtur in mediis, vt eſſentiã ſuam. vbi ſecundũ naturam poſſunt eſſe, cuſtodiãt. Iam verò noſſe, quantum ametur, quãmq; falli nolit humana natura, vel hinc intelligi poteſt, ^dquòd lamètari quiſq; ſana mente mauult, quã lætari in amètia. Quæ vis magna atq; mirabilis mortalib. præter homines animantibus nulla eſt, licet eorũ quibuſdam ad iſtã lucẽ contuendã, multò quã nobis ſit acrior ſenſus oculorum: ſed lucem illam incorpoream cõtingere nequeũt, quã mēs noſtra quodãmodo irradiaitur, vt de his omnibus rectè iudicare poſſimus. ^e Nam inquantũ eam capimus, intantum id poſſumus. Veruntamen ineſt ſenſibus irrationaliũ animantiũ, eſt ſciẽtia nullo modo, at certè quædam ſcientiæ ſimilitudo: cætera autè rerũ corporaliũ non quia ſentiunt, ſed quia ſentiuntur, ſenſibilia nuncupata ſunt. Quoru in arbuſtis hoc ſimile eſt ſenſibus, quòd aluntur & gignuntur. Veruntamen & hæc & omnia corporalia latentes in natura cauſas habent, ſed formas ſuas varias quibus mũdi huius viſibilis ſtructura formoſa eſt, ſentiendas ſenſibus præbèt, vt pro eo quod noſſe non poſſunt: quaſi innoteſcere velle videantur. Sed nos ea ſenſu corporis ita capimus, vt de his non ſenſu corporis iudicemus. Habemus enim aliũ interioris hominis ſenſum iſto longè præſtantiorem, quo iuſta & iniuſta ſentimus, ^f iuſta per intelligibilem ſpeciem, iniuſta per eius priuationem, ad huius ſenſus officium, non acies pupillæ, nõ foramen auriculæ, non ſpiramen narium, non guſtus faucium, non vllus corporeus tactus accedit. Ibi me & eſſe, & hoc noſſe certus ſum, & hoc amo, atque amare me ſimiliter certus ſum.

L. VIVES.

a **I**Ta verò vi quadam. } *Diſputatio ex Academicis & Stoicis deſumpta, quã Cicero in primo Off. & iij. De fin. Stoicè, & v. De fin. Academicè perſequitur.*

b Quoniam ſtulti. } *Hæc eſt ſumma miſeria, vt ſummum bonum ſapere, vt Stoici dicebant.*

c Tutum culminis. } *Alibi totum cacuminis germen emittatur altius terra.*

d Quod lamentari quiſq; ſana mente. } *Sic Antifthenes Cynicæ ſectæ autor morere ſe malle dicebat, quã voluptate affici. Propterea quòd hoc turpe exiſtimabat, & quòd mentem de ſtatu dimo-*

ueret suo. Alcibiadi Socrates apud Platonem manifestò declarat possessionum omnium rerum sine prudentia non modò nihil prodesse, sed esse quocque noxiam.

e Nam in quantum eam capimus. } Non ergo vel studiis vel acumine natura contingit nobis cognitio maximarum rerum, & iudiciũ illud acre, atque exactum, sed illustratione Dei: quam cum boni viri maiorem habeant, quàm mali, profectò eos sapientiores quoque esse necesse est, quantumvis mali literati sint, & ad popularem sententiam acuti. Hoc est, quod sapiens dicit: In malam animam non intraturam sapientiam. Hoc quod Socrates semper affirmauit, Solos bonos viros esse sapientes.

f Iusta per intelligibilem speciem. } Per formam quandam & imaginem in mente mea, ex iustitia ipsa impressam, quod vidi æquitatem, & congruentiam rerum, qualis debet esse in virtute illa, quæ si absit, quocunque modo id fiat, iniustitiam intelligo, quoniam temperatum illud magna pulchritudine concinnum abesse video: nec tam expulsiōe hominis, aut ereptione pecuniæ, aut cõiuitis, aut raptatione vique, alia simili & iniuria in iustitiam intelligo, quæ certè priuationes non sunt, sed iustè etiam fieri possunt, ut si magistratus iubeat, vel bona mente, fiant, quam quod cerno decentiam illam & concinnitatem abesse virtutis pulcherrime. Porro Species hic aliud esse existimare, quàm formas, facies, imagines, simulachra rerum in anima, quas notitias vocant, videtur mihi hominum vel ingenio defectorum, vel scientia. & quoniam ex rebus, quæ sunt admirationem sibi parare nequeant, res quæ nusquam sunt, querere, ut earum nouitate audientes in se conuertant: quod fit passim in scholis hac tempestate.

An etiam ipsum amorẽ, quo & esse & scire diligimus, diligere debeamus, quo magis diuinæ trinitatis imagini propinquemus.

CAP. XXVIII.

S Ed de duobus illis, essentia scilicet & notitia quantum amentur in nobis, & quemadmodũ etiam in cæteris rebus quæ infra sunt, eorum reperiatur etsi differens quædam tamen similitudo, quantum suscepti huius operis ratio visa est postulare, satis diximus. De amore autem quo amantur, vtrum & ipse amor ametur, non dictum est. Amatur autem. Et hinc probamus, quòd in omnibus quæ rectius amantur, ipse magis ametur. Neque enim vir bonus merito dicitur qui scit quod bonum est, sed qui diligit. Cur ergo & in nobisipsis non & ipsum amorẽ nos amare sentimus, quo amamus, quicquid boni amamus? Est enim & amor, quo amatur, quod amandũ nõ est, & istũ amorẽ odit in se, qui illum diligit

diligit, quo id amatur, quod amandum est. Possunt enim ambo esse in vno homine, & hoc bonum est homini, vt illo proficiēte quo bene viuimus, iste deficiat quo malè viuimus, donec ad perfectum sanetur, & in bonum commutetur omne quod viuimus. Si enim pecora essemus, carnalem vitam, & quod secundum sensum eius est amaremus, idque esset sufficiens bonum nostrum, & secundum hoc^b cum esset nobis bene, nihil aliud quæreremus. Itē si arbores essemus, nihil quidem sentiente motu amare possemus, veruntamen id quasi appetere videremur, quo feracius essemus vberiusque fructuosæ. Si essemus lapides, aut fluctus, aut ventus, aut flamma, vel quid eiusmodi, sine vlllo quidem sensu atque vita, non tamen nobis deesset quasi quidam^c nostrorum locorum atque ordinis appetitus. Nam velut amores corporum^d momenta sunt ponderum, siue deorsum grauitate, siue sursum leuitate nitantur Ita enim corpus pōdere, sicut animus amore fertur quocūque fertur. Quoniam igitur homines sumus, ad nostri creatoris imaginem creati, cuius est vera æternitas, æterna veritas, æterna & vera charitas, estque ipse æterna & vera & chara trinitas, neque confusa, neque separata, in iis quidem rebus quæ infra nos sunt, quoniam nec ipsa nec aliquo modo essent, nec aliqua specie cōtinerentur, nec aliquem ordinem vel appeterēt, vel tenerent, nisi ab illo facta essent qui summè est, qui summè sapiens est, qui summè bonus est: tanquam per omnia quæ fecit mirabili stabilitate currētes, ^e quasi quædam eius alibi magis, alibi minus impressa vestigia colligamus: in nobis autem ipsis eius imaginem contuentes, ^f tanquam minor ille Euangelicus filius, ad nosmetipsos reuersi surgamus, & ad illum redeamus, à quo peccando recesseramus. Ibi esse nostrum non habebit mortem, ibi nosse nostrum nō habebit errorem, ibi amore nostrum non habebit offensionem. Nunc autē ista tria nostra quanuis certa teneamus, nec aliis ea credamus testibus, sed nos ipsi præsentia sentiamus, atq; interiore veracissimo cernamus aspectu, tamen quandiu futura, vel vtrum nunquam defutura: & quò si bene, quò autem si malè agantur peruentura sint, quoniam per nos ipsos nosse nō possumus, alios hinc testes vel quærimus, vel habemus, de quorum fide cur nulla debeat esse dubitatio, non est iste, sed posterior erit diligentius differēdi locus. In hoc autem libro De ciuitate Dei, quæ nō peregrinatur in huius vitæ mortalitate,

fed immortalis femper in cælis est, id est, de angelis sanctis Deo cohærentibus, qui nec fuerunt vnquam, nec futuri sunt desertores, inter quos & illos qui æternam lucem deferentes, tenebræ facti sunt, Deum primitus diuifisse iam diximus, illo adiuuante quod cœpimus, vt possumus explicemus.

L. V I V E S.

a Est enim & amor quo amatur. } Est in nobis ex sarcina & fece corporis voluntas quedam, quam ratio non tam ducit, vt illam meliorem, quam trahit & raptat: hæc bona semper auersatur, mala expetit, vt delicias corporis, & voluptates, quas duas Paulus vocat legem carnis, & legem menti: interim carnem & spiritum: illa n̄ scdam, tetram, brutalem boni homines oderunt: & cum expellere nequeant, coercent quantum possunt: atque illi superiori sanctiorique dicto audientem esse, licet reluctantem & reclamantem, cogunt: nam ex ea oritur amor, quo amamus quod minimè oportet.

b Cùm esset nobis bene. } Aut esset in hac vita, aut nobis, hoc est corpori.

c Nostrorum locorum atque ord. } Imitatio Terentiana in Eunucho, mei loci atque ordinis, per ordinem intelligeres eiusdem generis & nature, quarum conseruationem omnia expetunt, ita vt cùm vis fit, subueniant, si non impediuntur.

d Momenta sunt pon. } Dicebam paulò antè de momentis libraru, que vocantur *pona*, quibus in alterutram partem propendit libra.

e Quasi quedam eius alibi magis. } Mens & ratio in nobis præstat, vt imago sit potius in nobis Dei, uam vestigium. Homini enim relecto calum intueri est datum, & Deum nosse, cetera in terram abiecta iacent Quocirca percurrrens diuinus spiritus cuncta, que creauit, in nobis erectis sublimioribusque imaginem sui reliquit: in ceteris rebus quas velut pedibus contigit, n̄ mpe prostratas, vestigia tantum impressit: sit hoc velut figura quadam dictum.

f Tanquam minor ille Euangelicus filius. } Nota est historia ex Euangelio Luca 15.

De sanctorum angelorum scientia, qua trinitatem in ipsa eius deitate nouerunt, qua operum causas prius in operantis arte quam in ipsis operibus artificis intuentur.

C A P. X X I X.

Nlli quippe angeli sancti non per verba sonantia Dei discunt, sed per ipsam præsentiam immutabilis veritatis, hoc est, verbum eius vnigenitum. Et ipsum verbum & patrem & eorum spiritum sanctum, eamque esse inseparabilem trinitatem, singulasque in ea personas esse substantiam:

stantiam: & tamen omnes non tres deos esse, sed vnum Deum ita nouerunt, ^a vt eis magis ista sint nota, quàm nos ipsi nobis cogniti sumus. ^b Ipsam quoque creaturam melius ibi, hoc est, in sapientia Dei tanquam in arte qua facta est, quàm in ea ipsa sciūt, ac per hoc & seipsos ibi melius, quàm in seipsis. Verumtamen & in seipsis sciunt. Facti sunt enim, & aliud sunt quàm ille, qui fecit. Ibi ergo tanquam in cognitione diurna, in seipsis autem tanquam in vespertina, sicut supra iam diximus. Multum autem differt, vtrum in ea ratione cognoscatur aliquid secundum quam factum est, an in seipso. ^c Sicut aliter scitur rectitudo linearum seu veritas figurarum cum intellecta conspicitur, aliter ^d cum in puluere scribitur. Et aliter iustitia describitur in veritate incommutabili, aliter in anima iusti. Sic deinde cætera, sicut firmamentum inter aquas superiores & inferiores, quod cælum vocatum est: sicut deorsum aquarum congeries terræque nudatio, & herbarum institutio atque lignorum, sicut solis & lunæ stellarumque conditio: sicut ex aquis animalium, volucrum scilicet atque piscium beluarumque natantium: sicut quorumcunque in terra gradientium atque repentium, & ipsius hominis, qui cunctis in terra rebus excelleret. Omnia hæc aliter in verbo Dei cognoscuntur ab angelis, vbi habent causas rationesque suas, id est, secundum quas facta sunt incommutabiliter permanentes, aliter in seipsis, illic clariore, hic obscuriore cognitione, velut artis atque operumque tamen opera cum ad ipsius creatoris laudem venerationemque referuntur, tanquam mane lucefcit in mentibus contemplantium.

L. V I V E S.

V T eis magis ista sint. *Et sunt illi acutioribus, quàm nos ingenius: & lux, qua id cognoscendam sacrosanctam trinitatem illuminantur, multò est quàm qua nos, vt nos norimus.*

b Ipsam quoque creaturam melius ibi. *Nempe effectum in casu expressum, melius quàm in seipso.*

c Sicut aliter scitur rectitudo. *Certius meliusque scitur tota ratio linearum, super si ierumque ex dogmatis mathematicis, quàm ex pictura, quæ nunquam tam exacta est, vt ante oculos rem ipsam, vt se habet, exponat: meliusque intelligitur rectam esse lineam, quæ à nota in notam est breuissima, vt inquit Euclides. Aut lineas omnes à centro ad circum esse pares. Et præceptis geometriæ, quàm ex descriptione non modò pulueris, sed ne Parrhasij quidem aut Apellis. Nulla*

enim perfectè recta linea pingi potest, nullus circulus exactè rotundus, qui nihil habet a recti.

d Cùm in puluere scribitur. *3* *Olim mathematici figuras in puluere radio deliniabant, ut facillè quæ uellent, describere, & delere possent. Sic Archimedes, cum Syracusa caperentur, in puluere descripias considerabat formas. Apud Liuium in secundo bello Punico. Et Cicero puluerem illum eruditum uocat secundo De natura deorum. Et Persius Sat. 1.*

-Et secto in puluere metas.

De senarij numeri perfectione, qui primus partium suarum
quantitate completur. CAP. XXX.

HÆC autem propter senarij numeri perfectionem, eodem die sexies repetito, sex diebus perfecta narrantur: nõ quia Deo necessaria fuerit mora temporum, quasi qui non potuerit creare omnia simul, quæ deinceps congruis motibus peragerent tempora: sed quia per senarium numerum est operum significata perfectio. ^b Numerus quippe senarius primus completur suis partibus, id est, sexta sui parte, & tertia, & dimidia: quæ sunt vnum, & duo, & tria: quæ in summam ducta, sex fiunt. Partes autem in hac consideratione numerorum illæ intelligendæ sunt, ^c quæ quotæ sint, dici potest: sicut dimidia, tertia, quarta: & deinceps ab aliquo numero denominatæ. Neque enim exempli gratia, quia in nouenario numero quatuor pars aliqua eius est, ideo dici potest, quota eius sit: vnum autem potest, nam nona eius est: & tria potest, nam tertia eius est, Coniuncte uero istæ duæ partes eius, nona scilicet atque tertia, id est, vnum & tria, longè sunt à tota summa eius, quod est nouem. Itẽmque in denario quaternarius est aliqua pars eius: sed quota sit, dici non potest, vnum autem potest, nam decima pars eius est. habet & quintam, quæ sunt duo: habet & dimidiam, quæ sunt quinque. Sed hæ tres partes eius: decima & quinta, & dimidia, id est, vnum, & duo, & quinque simul ductæ non complent decem, sunt enim octo. Duodenarij uero partes numeri in summam ductæ, transeunt eum: habet enim duodecimam, quod est vnum: habet sextam, quæ sunt duo: habet & quartam, quæ sunt tria: habet tertiã, quæ sunt quatuor: habet & dimidia, quæ sunt sex: vnum autem, & duo, & tria, & quatuor, & sex: nõ duodecim, sed amplius, id est, sedecim fiunt. Hoc breuiter commemorandum putauì ad commendãdam senarij numeri

meri perfectionem: qui primus, ut dixi, partibus suis in summam redactis ipse perficitur: in quo perfecit Deus opera sua. Unde ratio numeri contemnenda non est, quæ in multis sanctarum scripturarum locis, quàm magni estimanda sit, elucet diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus Dei dictum est: Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.

L. V I V E S.

HÆc autem propter senarij numeri perfectione. } *Omnia numerus constare existimant Pythagoras Samius, quem Plato secutus est. Numero, in que mysteria tam mysteriosè tradiderunt, ut etiã imitato ipsos videatur voluisse celare, nedũ profanũ vulgus. Scriptores nostræ pretatis, Græci Latiniq; sacramenta in numeris esse permulta existimarũt. Hieronymus inter omnes plurimum tribuit religioni numerorum, qui etiã nonnullos progenitores esse in stẽmate Christi ab Euangelista prætermisos ait, ut ad numerum omnia congruerent.*

b Numerus quippe senarius p. c. l. p. } *Hæc est perfectio numeri, ut suis omnibus partibus compleatur. Quales arithmetici paucissimes inuenerunt, talis est senarius intra x & xxvij. intra centum. Hic enim constat xij. & vij. & iij. & ij. & unitate Hieronym. in Ezechielem senarium numerum sacramentum creaturarum continere scribit.*

c Quæ quoræ f. d. p. } *Medietas, an quarta, an tertia, an quinta, sexta septima, &c. Quatuor enim ex nouem, neque medietas est, neque tertia, neque quarta. & sic vsq; ad nonam, quò ulterius nonarius numerus non progreditur. Minima enim pars, quæ quota sit, dici potest, & de nomine ipsius numeri dicta, ut duodecima in xij. vicesima in xx. & ea semper est unitas. Hoc genus partis, aliquotam nostris vocant. Euclides lib. 7. sic distinguit, ut partem aliquotam partem tantum nominet, non aliquota in verò partes. Dæ enim eius definitiones hæ sunt, tertia, & quarta. Pars est numerus numeri minor maioris, quãdo dimetitur maiorem. Partes autẽ quãdo nõ metitur. Sic sunt vsi veteres his nominibus.*

De die septimo, in quo plenitudo & requies commendatur.

C A P. X X X I.

IN septimo autem die, id est eodem die septies repetito, qui numerus etiam ipse alia ratione perfectus est, Dei requies commendatur, in qua primum sanctificatio sonat. Ita Deus noluit istum diem in vllis suis operibus sanctificare, sed in requie sua, quæ non habet vesperam. Neque enim vlla creatura est, ut etiam ipsa aliter in Dei verbo, aliter in se cognita, faciat aliam velut diurnam, aliam velut vespertinam notitiam. De septenarij porrò

numeri perfectione dici quidē plura possunt, sed & liber iste iam prolixus est, & vereor ne occasione comperta, scientiōlā nostram leuiter magis quān vtiliter iactare velle videamur. Habēda est itaq; ratio moderationis atq; grauitatis, ne forte cū de numero multum loquimur, ^b mensurā & pondus negligere iudicemur. ^c Hoc itaque satis sit admonere, quōd totus impar primus numerus ternarius est, totus par quaternarius, ex quibus duobus septenarius cōstat. ^e Ideo pro vniuerso sæpe ponitur, sicuti est: Septies cader iustus, & resurget: id est, quotiescūq; ceciderit, nō peribit. Quod non de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi voluit. Et septies in die laudabo te: quod a libi alio modo dictū est, Semper laus eius in ore meo. Et multa huiusmodi in diuinis auctoritatibus reperiuntur, in quibus septenarius numerus, vt dixi, pro cuiusq; rei vniuersitate poni solet. Propter hoc ^f eodē sæpe numero significatur spiritus sanctus, de quo dominus ait: Docebit vos omnē veritatē. Ibi requies Dei, qua requiescitur in Deo. In tota quippe, id est, in plenā pfectione requies, in parte autē labor. Ideo laboramus, quādiu ex parte scimus: sed cū peruenerit quod perfectū est, quod ex parte est euacuabitur. Hinc est quod etiā scripturas istas cum labore rimamur. Sācti verō angeli, ad quorū societate & cōgregationē in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus, sicut habēt permanēdi æternitatem, ita cognoscēdi facilitatem, & requiescēdi fœlicitatē. Sine difficultate quippe nos adiuant, quoniam spiritualibus motibus puris & liberis non laborant.

L. V I V E S.

a **I**D est, eodem die septies repetito. } *Significat omnia simul fuisse creata*

b *Mensuram & pondus negligere iud.* } *Lusu in eo quod prius dictum est, Deum omnia fecisse numero, pondere, & mensura: quod si nimis multa dicat de numero, negl. xisse vid. bitur & pondus ac mensuram suam, & pondus ac mensuram de quis sapiens loquitur.*

c *Hoc itaq; satis sit adm.* } *Numerum septenarium magna religionis mysterij; fuisse ostēdunt Iudæi, qui propter diem sabbati nihil eum venerabantur: vt Hiero. scribit in Esaiam. Et gentiles, cuius potentiam A. Gell. lib. 3 & emulus eius Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis persecuti sunt, quantum in celo, quātum in mar, quantum in hominibus valeat. Pythagorici hunc numerum, vt Chalcidius inquit, laudabāt tanquā optimum & naturalissimū, & sufficientissimū: & in*
Christia-

Christiana religione magna sunt mysteria septenario numero conclusa.
d Quod totus impar primus nu. } *Par numerus, inquit Euclides,*
est qui bifariam diuiditur, impar qui bifariam non diuiditur. Ternarius
non modo non bifariam, sed nec in ullos potest numeros diuidi. Vnitas
enim numerus non est. Quaternarius in geminos distinguitur, qui etiam
per unitatis sectionem recipiunt: & primus quaternarius duas medie-
tates nactus est, ut ait Macrobius, qui eadem ratione septenarium com-
mendat, qua August. ex diabus partitur.

e Ideo pro vniuerso saepe ponitur. } *Idem in Epist. ad Galat.*
f Eodem septenario numero significatur spiritus sanctus. }
Idem dicit in sermone De verbis domini in monte. Hoc. ex donis osten-
datur, quorum Esaias meminit qua to capite.

De opinione eorum qui angelorum creationem anteriorem vo-
 lunt esse quam mundi. CAP. XXXII

N B quis autem contendat, & dicat non sanctos ange-
 los esse significatos, in eo quod scriptum est: Fiat lux,
 & facta est lux, sed quamlibet ^a lucem tunc primum
 factam esse corpoream, aut opinetur, aut doceat: angelos au-
 tem prius esse factos, non tantum ante firmamentum, quod
 inter aquas & aquas factum, appellatum est caelum, sed ante
 illud quod dictum est, In principio fecit Deus caelum & ter-
 ram: atque illud quod dictum est in principio, non ita dictum
 tanquam primum hoc factum sit, cum ante fecerit angelos, sed
 quia omnia in sapientia fecit, quod est verbum eius, ^b & ipsum
 scriptura principium nominauit, sicut ipse in Euangelio Iu-
 daeis quaerentibus quis esset, respondit se esse principium: non
 e contrario referam cōtentionem, maxime quia hoc me de-
 lectat plurimum, quod etiam in summo exordio sancti libri
 Gen. trinitas commendatur. Cum enim ita dicitur: In princi-
 pio fecit Deus caelum & terram: vt pater fecisse intelligatur
 in filiis, sicut attestatur Psalmus, vbi legitur: Quam magnifi-
 cata sunt opera tua, domine, omnia in sapientia fecisti: conue-
 nientissime paulo post commemoratur etiam spiritus sanctus.
 Cum enim dictum esset, qualem terram Deum primitus fecerit,
 vel quam molem materiamve futurae constructionis mundi
 caeli & terrae nomine nuacupauerit subiiciendo & addendo:
 Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebrae super
 abyssum: mox vt trinitatis commemoratio completeretur, ^c &
 spiritus, inquit, Dei ferebatur super aquas. Proinde vt volet
 vnusquisque accipiat, quod ita profundum est, vt ad exercita-

tionem legentium à fidei regula non aberrantes plures possit generare sententias: dum tamen angelos sanctos in sublimibus cæli sedibus, nõ quidẽ Deo coæternos, sed tamen de sua sempiterna & vera fœlicitate securos & certos esse, nemo ambigat. Ad quorum societatem pertinere paruulos suos dominus docens, non solum illud ait: Erunt æquales angelis Dei: verum ipsi quoque angeli qua contemplatione fruuntur ostendit, vbi ait: Videte, ne contemnatis vnum ex pusillis istis. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cælis semper vident faciem patris mei, qui in cælis est.

L. V I V E S.

a **L** Vcem, &c. corpoream. } *Quæ corpori adhaereat.*
 b **L** Et ipsum scriptura principium nominauit. } *Non reprobo sententiam theologorum dicentium Christum esse principium. Nam is est, per quem facta sunt secula, & caput omnium, quæ pater genuit. Sed id ex responsione Christi ad Iudæos, parum mihi videtur apte colligi. Satius est dicere, sic est, quia verum est, quam quia Ioannes scripsit, cum hoc non senserit. Nam hæc genera argumentorum exposita sunt doctis hæreticis ad subsannationem, quibus ansam, vel calumniandi nostri vel deridendi non præberi oportet. Quid verò de loco illo: In principio creauit Deus calum & terram, Hieronymus sentiat, homo circumspecta & libera pietate, adscribam. Plerique existimant, sicut in altercatione quoque Iasonis, & Papiisci scriptum est, & Tertul. in lib. contra Praxeam disputat, necnon Hilarius in expositione cuiusdam Psalmi affirmat, in Hebræo haberi: In filio fecit Deus calum & terram, quod falsum esse, ipsius rei veritas comprobat. Nam & lxx. interpretes, & Symmachus & Theodotion in principio transtulerunt, & in Hebræo scriptum est Bresuh, quod Aquila interpretatur, in capitulo. Et non habem, quod interpretatur in filio. Magis itaque secundum sensum, quam secundum verbi translationem de Christo accipi potest, qui tam in ipsa fronte Geneseos, quæ caput librorum omnium est, quam etiam in principio Ioannis Evangelistæ, cali & terræ conditor approbatur. Vnde & in Psalterio de seipso ait: In capite libri scriptum est de me: id est, in principio Geneseos. & in Evangelio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed & hoc sciendum, quod apud Hebræos liber hic Bresuh vocatur, hanc habentes consuetudinem, ut voluminibus ex principiis eorum, nomina imponantur. Tantum Hieronymus, ad verbum transcriptum.*

c Et spiritus, inquit, Dei ferebatur super aquas. } *Huic loco multum congruent Hieronymi verba, pro eo quod in nostris, inquit, codicibus*

codicibus scriptum est, ferebatur, in Hebræo habetur *meraheset*, quod nos appellare possumus *incubabat*, siue *confouebat*, in similitudinem volucris ova calore animantis. Ex quo intelligitur non de spiritu mundi dici, ut nonnulli arbitrantur, sed de spiritu sancto, qui & ipse viuificator omnium à principio dicitur. Si autem viuificator, consequenter: & conditor: quod si conditor, & Deus: Emitte enim, ait, spiritum tuum, & creabuntur.

De duabus angelorum societatibus, diuersis, atque disparibus, quæ non incongruè intelliguntur lucis & tenebrarum nominibus nuncupatæ. CAP. XXXIII.

Peccasse autem quosdam angelos, & in huius mundi ima detrusos, qui eis velut carcer est, vsq; ad futuram in die iudicij vltimam damnationem, Apostolus Petrus apertissime ostendit, dicens, quod Deus angelis peccantibus non pepererit, sed carceribus caliginis inferni detruens tradiderit in iudicio puniendos referuari. Inter hos ergo & illos, Deum, vel præscientia, vel opere diuisisse quis dubitet, illis que lucem merito appellari, quis contradicat? Quandoquidem nos adhuc in fide viuentes, & eorum æqualitatem adhuc sperantes, utique nondum tenentes, iam lux dicti ab Apostolo sumus? Fuiſtis enim, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Istos verò desertores, tenebras apertissime nuncupari, profecto aduertunt, qui peiores esse eos hominibus infidelibus siue intelligunt, siue credunt. Quapropter etſi alia lux in isto huius libri loco intelligenda est, vbi legimus: Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, & alię tenebræ significatæ sunt in eo quod scriptum est: Diuisit Deus inter lucem & tenebras: nos tamen has duas angelicas societates, vnam fruentem Deo, alteram tumentem typho: vnam cui dicitur: Adorate eum omnes angelici eius: aliã cuius princeps dicit: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me: vnam Dei sancto amore flagrantem, alteram proprię celsitudinis immundo amore fumantem: & quoniam, sicut scriptum est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: Illam in cælis cælorum habitantem, istam inde deiectam in hoc infimo aereo cælo tumultuantem. Illam luminosa pietate tranquillam: istam tenebrosis cupiditatibus turbulentam. Illam Dei nutu clementer subuenientem, iuste vlciscentem: istam suo fastu subdendi & nocendi libidine exestuante. Illam, ut quantum vult consulat, Dei bonitatis ministram: istam, ne quantum vult, noceat Dei pote-

state frænata. Illam huic illudentem, vt nolens profic persequutionibus suis, hanc illi inuidentem cum peregrinos colligit suos. Nos ergo has duas societates angelicas inter se dispares atq; contrarias: vnam & natura bonam, & voluntate rectam: aliam verò natura bonā, sed voluntate peruersam, aliis manifestioribus diuinarū scripturarū testimoniis declaratas, quod in hoc libro, cui nomen est Genesis, lucis tenebrarūq; vocalibus significatas existimauimus, etiam si aliud sensit hoc loco forte qui scripsit, nō est inutiliter obscuritas huius pertractata sententiæ, quia etsi voluntatē autoris libri huius indagare nequiuimus, à regula tamen fidei quæ per alias eiusdem autoritatis sacras literas satis fidelibus nota est, non aberrauimus. Etsi enim corporalia hic cōmemorata sunt opera Dei, habent proculdubio nonnullam similitudinem spiritualium, secundum quam dicit Apostolus: Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis neq; tenebrarum. Si autem hoc sensit etiam ille qui scripsit, ad perfectiorē disputationis finem nostra peruenit intentio, vt homo Dei tā eximiæ diuinæque sapiētiae, imò per eum spiritus Dei in cōmemorandis operibus Dei, quæ omnia sexto die dicit esse perfecta, nullo modo angelos prætermisisse credatur, siue in principio, quia primo fecit: siue quod conueniētius intelligitur in principio, quia in verbo vnigenito fecit, scriptum sit, In principio fecit Deus cælum & terrā: quibus nominibus vniuersalis est significata creatura, vel spiritualis & corporalis, quod est credibilis vel magnæ duæ mundi partes, quibus omnia quæ creata sunt cōtinentur, vt primitus eam totā proponeret, ac deinde partes eius secundum mysticū dierum numerū exequeretur.

L. V I V E S.

a **S**ed carceribus caliginis inferni. } *Græcè sic est in Epistola*
Περὶ τῶν ἐν τῷ θεῷ ἀγγέλων ἀμαρτησιῶν ἐν ἐφέστατῳ, ἀπὸ ἀ
σεβῆς Ζῶφου παρὰ τῶν πατέρων, παρέδωκεν εἰς κελὸν τετηρηθῆναι. Si enim Deus
angelis qui peccarunt, culpam non remisit, sed vinculis caliginis in terra
res coæditos dedit in iudicium asseruatos: vel, vt alij legunt, asseruan-
dos, τῆς πύλης. Simil: est quod Iudas ait in Epistola sua: Angelos ve-
rò qui non seruauerunt primigeniam suam naturam sed dereliquerunt
suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine
reseruauit. Augustinus hic carceres pro claustris posuit, quibus exire pro-
hibentur, quales erant illi in circo, quibus equi antequàm currerent,
coercebantur.

b Al ter

b Alteram tumentem typho. ἤ τυφός: *superbia est.* & Typhonem pro dæmone ignito usurpant Græci à τυφώματι *superbio*, & τυφώματι *comburo*, fumo: qualem fuisse Typhonem illum Osiridis fratrem scribit Plutarchus, dæmonem, qui aëlis inuidentia terras ac maria turbavit, grauesque iuerit poenas, maluit Græco verbo Augustinus uti quam Latino *superbiae* & *arrogantiae* & *saetantiae*. sed generalis est Græcum illud, & multum habet uisum. erat etiam vocabulum illius seculi, quo uisus Philippus presbyter in Commentarijs lib. Iob.

c Iustè uicisc. Per angelos enim bonos uelut ministros exequitur Deus iustas uindictas cui in Psalmo 103. dicitur: Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem.

d Istam ne quantum uult, noceat. Non est potestas que comparetur diabolica super terram, testatur Iob. quòd si quantum oderunt, quantumq; possunt nocere, sinerentur, intenderent urbes, vastarent agros, flumina & maria in regiones immitterent, uenena cibis seculisq; diffunderent, homines & bestias torquerent, ac interimerent & tametsi homini cognitis difficile est, quanta possunt natura sua demones liberi ac soluti, quantum non possunt: uagnas tamen inferre humano generi clades posse irrepabilia nostris uiribus damna. certum est. De potentia angelorum disputat August. lib. 3. De trin.

De eo quod quidam putant in conditione firmamenti aquarum discretarum nomine angelos significatos, & quod quidam aquas existimant non creatas.

C A P. X X X I I I.



Vanquàm nonnulli putauerint aquarū nomine ^b significatos quodammodo populos angelorū, & hoc esse quod dictum est: Fiat firmamētum inter aquam & aquā, ut supra firmamentum angeli intelligantur, infra uerò uel aqua: ista uisibiles, uel malorum angelorū multitudo, uel omnium hominū gentes. Quòd si ita est, non illic apparet ubi facti sunt angeli, sed ubi discreti. ^c Quauis & aquas, quod peruersissime atque impiæ uanitatis est, negent quidam factas à Deo, quoniam nusquam scriptum est, dixit Deus fiant aquæ. Quod possunt simili uanitate etiam de terra dicere, nusquam enim legitur: Dixit Deus, fiat terra. Sed, inquit, scriptum est: In principio fecit Deus cælū & terram. Illic ergo & aqua intelligenda est, vno enim nomine utrunque cōprehensum est. Nā ipsius est mare, sicut in Psalmo legitur: Et ipse fecit illud, & aridā, id est, terrā man^o eius sinxerūt. Sed hi qui in nomine aquarum quæ super cælōs sunt angelos

intelligi volunt, ponderibus elementorū mouentur, & ideo non putant aquarum fluidam grauēmq; naturam in superioribus mundi locis potuisse cōstitui, qui secundum rationes suas si ipsi hominem facere possent, non ei pituitam, quod Græcè φλέγμα dicitur^e & tanquam in elementis corporis nostri aquarum vicem obtinet, in capite ponerent. ^f Ibi enim sedes est phlegmatis, secundum Dei opus utiq; aptissimè: secundum istorum autē coniecturam tam absurdè, ut si hoc nesciremus, & in hoc libro similiter scriptum esset, quod Deus humorem fluidum & frigidum, ac per hoc grauē in superiore omnibus cæteris humani corporis parte posuerit, isti trutinatores elementorum nequaquā crederent. Et si autoritati eiusdem scripturæ subditi essent, aliquid aliud ex hoc intelligendum esse censerent. Sed, quoniam si diligenter singula scrutemur, atq; tractemus, quæ in illo diuino lib. De constitutione mūdi scripta sunt, & multa dicenda, & à proposito instituti operis longe digrediendum esset. Iamque de duabus istis diuersis inter se atq; contrariis societatibus angelorum, in quibus sunt quædam exordia duarum etiam in rebus humanis ciuitatum, de quibus deinceps dicere instituti, quantum satis esse visum est, disputauimus, hunc quoque librum aliquando claudamus.

L. V I V E S.

a **Q**uanquam nonnulli putauerint aquarum nomine. *} Hoc putauit Origenes. Epiphanius ad Io. Hierosolymitanum episcopum, dicente Origene, de aquis, quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed fortitudines quasdam angelicæ potestatis: & rursus aquas quæ super terram sunt, hoc est sub firmamento, esse virtutes contrarias, id est dæmones.*

b Significatos quodammodo populos angelorum. *} Iuxta illud Apoc. Populi sicut aquæ multæ. Et de his aquis existimabant illud esse dictum: Et aquæ quæ super celos sunt, laudant nomen domini. nam hoc ad creaturas rationales pertinet.*

c Quauis & aquas q. per. a. im. v. e. negent quidam factas à Deo. *} Inter hæreses numerat August. & hanc dicentium, aquas esse Deos coæternas, sed autores non nominat. Credo ex illo chao Hesiodico, & ex Homeri de aquis omnium rerum parentibus natam.*

d Ponderibus elementorum mouentur. *} Omnia hæc video in controuersiam trahi, sint ne aquæ super celos, sint ne elementares, sint eadem, quæ inter nos ratione. De primo minus dubitatur. Nam & si per firmamentum aërem posse intelligi credant nonnulli, ita ut cum dicitur:*

Separauit

separavit aquas, quæ sunt sub firmamento, ab iis quæ super firmamentum sunt: separatim putent, à nubibus mare. Sanctorum tamen hominum opinio obtinuit, conformior dictis sacrarum literarum, super firmamentum, in quo sunt sydera, aquas esse sublatas. Equidem coniectura in re tanta ducor, crassiorcm nebulam inter cælum & terram circumfusam fuisse, aëri commistam, atque complexam, quæ obscurius redderet medium istud spatium inter superos & nos, partemque eius quantam d. nsatam ad id marine molis, quod nunc cernimus, seinctam ab ea parte terræ, quam terræ sribus animantibus parens uniuersitati relinquebat, cæteram partem sublatam, incognita nobis mente ad extrema mundi. Hinc factum, ut cum superius elementum undique u. f. riuus ambiat, & complectatur, cælum ignem, ignis aerem, hic aquam, hæc non totam capiat terram, & obruat, quoniam non tota est in sublunari mundo aqua, ut totus aer, totus ignis. Iam cuius sint natura, Origenes, ut a. antiquissimis incipiam, resolutas cõjet in tenuissimas auras, quod D. Th. ma parum probatur: nam corpora tam tenuia, nec ignis spæram, nec caelestem potuissent penetrare. Nimis est Aristotelis, & res omnium natura vim captumque excedentes, cogit naturalibus parere legibus. i. eu uerò opus id fuerit huius natura certis limitibus ar. & constituta, & non potius illius omnipotentia Dei, nullis terminis, finibusque cõcluse: ceu uerò quamlibet de. se sua ui & natura, ignem euasissent, cælus perrupissent. Aliis elementum esse supra cælum, absurdum uideatur, idè crystallinum cælum ponunt, quod sit aquarum, sed diuerse quàm elementum natura, alterius ingenij, & si nonnulla similitudine teneantur. perspi. ua sunt: aquæ i. hæ nostræ, & illæ caelestes: frigida utraque: et graues hæ, non illæ. Basilus feruorem cæli frigiditate harum aquarum temperari putat. Ex nostris qui deditiores sunt noscendis astris, Saturni sydus frigesieri arbitrantur aquas superioribus, ridiculum, tanquam non magis astra omnia quæ sunt in octaua sphaera frigesierent, & gelidioris essent, quàm Saturnus natura. Beda in lib. De nat. er. Aquas super firmamentum positas cælus quidem spiritalibus humiliores, sed tamen omni creatura corporali superiores quidam ad minitacionem diluuij seruatas: alij uerò rectius ad ignem syderum temperandum suppensas affirmant. sic ille. Sed nec est admodum firma coniectura hæc. Verùm sententia August. super Gen. pro clausula addatur, quomodo & quales ibi aquæ sint, incertum, esse tamen non dubitamus, quia maior est huius scriptura autoritas, quàm omnis ingenij humani capacitas.

e Et tanquam in elementis cor. } Altera questio, nõ minus p. to-
re ambigua, & variè tractata, quemadmodum corpora nostra elementis
constantur, & componantur. Nam alij tenuissimas uniuscuiusque elemen-

si particulas, & velut ramenta compingunt, dum corpus constituunt. Quam opinionem secuti sunt veteres, Anaxagoras, Democritus, Empedocles, Plato, Cicero: & ex recentioribus Peripatetici complures, Arabibus, Auerrois, & Auicenna. Sensus alij non venire particulas censent in corpus, si d naturas tantum, quod nunc vulgò schola cum principibus suis Ioanne Scoto, & Gulielmo Occamo sentit. Nam Aristotelis opinio incerta, ut ferè est, quauis esse in mistis elementa dicat. & ex iis, qui crebros illos velut cuneolos infarciunt, sunt qui confundi omnia, & unū ex illis corpus consingere dicant, solu r. fiduis inhaerentibus. alij manere substantias uniuscuiusque volum: utcunque sit, in corpore humano vires elementorum sentimus, calorem sicco mistum in flaua bili, quod est ex igne: humido in sanguine, quod est ex aere: frigus humido adiunctum, aquea vis in pituita: sicco terrena in atra bili, & partes ipse in corpore osium, & neruorum soliditas terrea est: crebrum & medulla aquea: sanguis aereus: tenuissimi spiritus, præcipuè illi circa cor, ignei: tamen si hæc quoque licet ex uno aliquo plus quam ex aliis, ex omnibus tamen elementis aliquid habent.

f Ibi enim sedes est phlegmatis. } Atque hinc omnis per reliquum corpus defluit pituita, qua vexatur, artificiosè. ut reliqua, situm est ibi cerebrum, quo calor semper aspirat. Nam si in imis esset locatum partibus, quò non peruadit tantus calor, torperet breuis atque concresceret: nunc verò agitatur semper vi temporis, vegetaturque. & sic vivit.

DIVI





D I V I

A V R E L I I A V G V -
S T I N I E P I S C O P I A D
M A R C E L L I N V M D E
c i u i t a t e D e i

L I B E R D V O D E C I M V S .

De vna bonorum malorúmque angelorum natura.

C A P . I .

ANtequam de institutione hominis dicam, vbi duarum ciuitatum quantum ad rationalium mortaliúmque genus attinet, apparebit exortus: sicut superiore libro apparuisse in angelis iam videtur, prius mihi quædam de ipsis angelis video esse dicenda: quibus demonstreretur quantum à nobis potest, quàm non inconueniens neque incongrua dicatur esse hominibus angelisque societas: vt non quatuor, duæ scilicet angelorum, totidémque hominum, sed duæ potius ciuitates, hoc est, societates, meritò esse dicantur, vna in bonis, altera in malis, non solùm angelis, verum etiam hominibus constitutæ. Angelorum bonorum & malorum inter se contrarios appetitus non naturis principiis que diuersis, cùm Deus omnium substantiarum bonus autor & conditor vtrosque creauerit: sed voluntatibus & cupiditatibus extitisse, dubitare fas non est: dum alij constantes in communi omnibus bono, quod ipse illis Deus est, atque in eius æternitate, veritate, charitate persistunt. Alij sua potestate potius delectati, velut bonum suum sibi ipsi essent, à superiore communi omnium beatifico bono ad propria destuxerunt: & habentes elationis fastum, pro excelssissima æternitate vanitatis astum, pro

certissima veritate studia partium , pro indiuidua charitate superbi,fallaces,inuidi effecti sunt. Beatitudinis igitur illorum causa est,adhærere Deo. Quocirca istorum miserie causa ex contrario est intelligenda,quod est non adhærere Deo. Quamobrem si cùm quæritur,quare illi beati sint , rectè respondetur,quia adhærent Deo. Et cùm quæritur, cur isti sint miseri: rectè respondetur,quia non adhærent Deo. Non est creaturæ rationalis vel intellectualis bonum, quo beata sit, nisi Deus. Itaque quanuis non omnis beata possit esse creatura,neque enim hoc munus adipiscuntur, aut capiunt feræ, ligna,saxa,& si quid huiusmodi est:ea tamen quæ potest, non ex seipsa potest, quia ex nihilo creata est,sed ex illo , à quo creata est. Hoc enim adepto beata est , quo amisso misera est. Ille verò qui non alio ,sed seipso bono beatus est, ideò miser non potest esse , quia non se potest amittere. Dicimus itaque immutabile bonum non esse,nisi vnum verum Deum beatum: ea verò quæ fecit bona quidem esse quòd ab illo: veruntamen mutabilia,quòd non de illo,sed de nihilo facta, sunt. Quanquam ergo summa non sint, quibus est Deus maior bonum:magna sunt tamen ea mutabilia bona, quæ adhærere possunt,vt beata sint , immutabili bono:quod vsq; adeò bonum est eorum , vt sine vllò misera esse necesse sit. Nec ideò cætera in hac creaturæ vniuersitate meliora sunt: quia misera esse non possunt:neque enim cætera membra corporis nostri,ideò dicendum est oculis esse meliora , quia cæca esse non possunt. Sicut autem melior est natura sentiens , & cùm dolet,quàm lapis,qui dolere nullo modo potest : ita rationalis natura præstantior est etiam misera , quàm illa quæ rationis sensus est expers: & ideò in eam non cadit miseria. Quod cùm ita sit,huic naturæ quæ in tanta excellentia creata est, vt licet ipsa sit mutabilis , inhærendo tamen incommutabili bono, id est summo Deo , beatitudinem consequatur:nec expleat indigentiam suam , nisi vtrique beata sit : eique explendæ non sufficiat . nisi Deus: profecto non illi adhærere vitium est:Omne autem vitium naturæ nocet , ac per hoc contra naturam est. Ab illa igitur quæ adhæret Deo,non natura differt ista,sed vitio,quo tamen vitio etiam valde magna multùmque laudabilis ostenditur ipsa natura. Cuius enim rectè vituperatur vitium , proculdubio natura laudatur. Nam recta vitij vituperatio est , quòd illo dehonestatur natura

tura laudabilis. Sicut ergo cum vitium oculorum dicitur cæcitas, id ostenditur quod ad naturam oculorum pertinet vitium: & cum vitium aurium dicitur surditas, ad earum naturam pertinere demonstratur auditus. Ita cum vitium creaturæ angelicæ dicitur, quod non adhæret Deo: hinc apertissimè declaratur, eius naturæ vt Deo adhæreat, conuenire. Quàm porro magna sit laus adhærere Deo, vt ei viuat, inde sapiat, illo gaudeat, tantòque bono sine morte, sine errore, sine molestia perfruatur, quis cogitare dignè possit aut eloqui? Quapropter etiam vitio malorum angelorum, quo non adhærent Deo: quoniam omne vitium naturæ nocet, satis manifestatur Deum tam bonam eorum creasse naturam, cui noxium sit, non esse cum Deo.

Nullam essentiam Deo esse contrariam, quia ab eo qui summè est, & semper est, hoc totum videtur diuersum esse quod non est. CAP. II.

Hæc dicta sunt, ne quisquam^a cum de angelis apostatis loquimur, existimet eos aliam velut ex alio principio habere potuisse naturam,^b nec eorum naturæ autorem Deum. Cuius erroris impietate, tanto quisque carebit expeditius & facilius, quanto perspicacius intelligere poterit, quod per angelum dixit Deus, quando Moysen mittebat ad filios Israel, ^c Ego sum qui sum. Cum enim Deus summa essentia sit, hoc est, summè sit, & ideo immutabilis sit, rebus quas ex nihilo creauit, esse dedit, sed non summè esse sicut ipse est, ^d & aliis dedit esse amplius, aliis minus, atque ita naturas essentiarum gradibus ordinauit. Sicut enim ab eo quod est sapere vocatur sapientia, sic ab eo quod est esse vocatur essentia: ^e nouo quidem nomine, quo vsi veteres non sunt Latini sermonis autores, sed iam nostris temporibus vsitato, ne deesset etiam linguæ nostræ, quod Græci appellant *ουσιαν*. hoc enim verbum è verbo expressum est, vt diceretur essentia. Ac per hoc ei naturæ, quæ summè est, qua faciente sunt quæcunque sunt contraria natura non est, nisi quæ non est. ^f Ei quippe quod est, non esse contrarium est. Et propterea Deo, id est, summæ essentia, & autori omnium qualiumcunque essentiarum essentia nulla contraria est.

IOANNIS LODOVICI
VIVIS VALENTINI IN
DVODECIMVM LIBRVM DE

ciuitate Dei, D. Aurelij Augustini
Commentaria.



a Vm de angelis apostatis. } *ἄγγελοι δὲ τῶν ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Demones tales sunt, qui à Deo defecerunt. Theodotus de diis & angelis, Satan Hebraicè, ἄσας ἀτῶν Gracè dici tradit. Hieronymus aduersarium siue transgressorem vertit.*

b Nec eorum naturæ. } *Nec existimet quis eorum natura non esse autorem Deum.*

c Ego sum qui sum. } *De hoc lib. 8.*

d Et aliis dedit esse amplius aliis minus. } *Sic veteres, Arist. lib. De mundo, dicam verbis Apulij. Denique propiores quosque de potestate eius amplius trahere corpora cælestia. illa quanto finitima sunt ei, tanto amplius de Deo capere, multoque minus quæ ab illis sunt secunda. Et ad hæc usque terræ pro interuallorum modo indulgentiam Dei ad vos usque beneficiaque peruenire. Sed cum credamus Deum per omnia permeare, & ad nos & ultra potestatem sui nominis tendere, quantum abest, vel imminet, tantum existimandum est eum amplius minusve rebus utilitatis dare, quibus verbum ostendit philosophus, quid intelligatur, cum dicimus, variè rebus gradatimque communicatam essentiam Dei. Nam in libro Categoriarum docet, in essentiis non esse magis aut minus. Nec minus dicitur esse lapsus, quàm angelus. Itaque hoc ad præstantiam essentiæ munerisque illi aduata referendum est, secundum quæ aliud alio magis esse videatur, aut minus.*

e Nouo quidem nomine. } *Non ita nouo, qui ante Quintilianum Flavius Sergius dixerit: sed receptum non est usque ad posteriores, cum Latinis literis plura sunt de philosophia scribi cæpta.*

f Ei quippe quod non est esse. } *Substantiæ, inquit Aristoteles, nihil est contrarium: sed contraria putat, quæ sub eodem genere maxime distant, velut album, & nigrum sub colore: nam priuantiæ, vel contradicentia inter contraria non numerat, ut liquet ex diuisione oppositorum in quatuor formas.*

De inimicis Dei, non per naturam, sed per contrariam voluntatem: quæ cum ipsis nocet, bonæ utique naturæ noceat: quia vitium, si non nocet, non est.

C A P. III.

Dicuntur autem in scripturis inimici Dei, qui non natura, sed vitiis aduersantur eius imperio nihil ei valentes nocere, sed sibi. Inimici enim sunt resistendi voluntate, non potestate lædendi Deus namque immutabilis est, & omni modo incorruptibilis. Idcirco vitium quo resistunt Deo, qui eius appellantur inimici, non est Deo, sed ipsis malum. neque hoc ob aliud nisi quia corrumpit in eis naturæ bonum. Natura igitur non est contraria Deo, sed vitium: quia quod malum est, contrarium est bono. Quis autem neget Deum summè bonum? Vitium ergo contrarium est Deo, tanquam malum bono. Porrò autem bonum est, & natura quam vitiat: vnde & huic bono vtique contrarium est: sed Deo tantummodo tanquam bono malum, naturæ verò quam vitiat, non tantum malum, sed etiam noxium. Nulla quippe mala Deo noxia, sed mutabilibus corruptibilibusque naturis, bonis tamen ipsorum quoque testimonio vitiorum. Si enim bonæ non essent, eis vitia nocere non possent. Nam quid eis nocendo faciunt, nisi adimunt integritatem, pulchritudinem, salutem, virtutem, & quicquid boni naturæ per vitium detrahi siue minui consuevit? Quòd si omnino desit, nihil boni adimèdo non nocet, ac per hoc nec vitium est. Nam esse vitium, & non nocere non potest. vnde colligitur quantum non possit vitium nocere incommutabili bono, non tamen posse nocere nisi bono: quia non inest, nisi vbi nocet. Hoc etiam isto modo dici potest, vitium esse, nec in summo posse bono, nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi esse possunt, sola mala nusquam: quoniam naturæ etiam illæ quæ ex malæ voluntatis vitio vitiatæ sunt, in quantum vitiatæ sunt, malæ sunt: in quantum autem naturæ sunt, bonæ sunt. Et cum in pœnis est natura viriosa, excepto eo quòd natura est, etiam hoc ibi bonum est, quòd impunita non est. Hoc enim est iustum, & omne iustum proculdubio bonum. ^a Non enim quisquam de vitiis naturalibus, sed de voluntariis pœnas luit. Nam etiam quod vitium consuetudine nimiove progressu roboratum, ^b velut naturaliter inoleuit, à voluntate sumpsit exordium. De vitiis quippe nunc loquimur eius naturæ, cui mens inest capax intelligibilis lucis, qua discernitur iustum ab iniusto.


L. V I V E S.

NON enim quisquam de vitiis naturalibus. } *Vitium est in vniuersum omnis aberratio à rectitudine. Vnde sunt vitia naturæ, cum ab illa recta sui generis specieque ratione, & natura aliquid diuersum nascentes traximus, ut plura, vel pauciora habere membra quam est opus. Tarditatem lingue, cæcitatem, surditatem, aliquid absens, & à perfectis discrepans: quod non modo in hominibus contingit, sed in cæteris quoque animalibus, Stirpibus, lapidibus, & quicquid in mundum natura producit. Est vitium morum, est vitium artis, cum ab artis præceptis regulisque deflectimus.*

b Velut naturaliter inoleuit. } *Adoleuit & confirmatum est: unde iam propemodum in naturam versus violentam possidet in homine tyrannidem, ac cogere quadam tenus videtur. Vnde multi non posse se ius oblati queruntur, ceu excusationem vitio pretendentes, cum tamen & arbitrio sumptum & forum ibi sit: & poni possit, si annuitis. Et quanquam non adeo facile, ut cum admittebas, ita eicias pellam non impossibile non est, ac nisi pellas quoniã potes, culpa non vacabis.*

De natura irrationalium, aut vita carentium, quæ in suo genere atque ordine ab vniuersitatis decore non discrepat.

C A P. I I I I.

 **A**eterum vitia pecorum & arborum, aliarumque rerum mutabilium atque mortalium, vel intellectu, vel sensu, vel vita omnino carentium quibus eorum dissolubilis natura corrumpitur, damnabilia putare ridiculum est, cum istæ creaturæ eum modum nutu creatoris acceperint, ut^a cedendo, ac succedendo peragant infimam pulchritudinem temporum in genere suo istius mundi partibus congruentem. Neque enim cælestibus fuerant terrena cœquanda: aut ideo vniuersitati deesse ista debuerunt, quoniam sunt illa meliora. Cum ergo in his locis vbi talia esse competeat, aliis alia deficientibus oriuntur, & succumbunt minora maioribus: ^b atque in qualitates superantium superata vertuntur, rerum est transeuntium. Cuius ordinis decus propterea nos non delectat: quoniam parti eius pro conditione nostræ immortalitatis intexti: vniuersum cui particulæ quæ nos offendunt, satis aptè decenterque conueniunt, sentire non possumus. Vnde nobis in quibus eam contempleri minus idonei sumus, rectissime credenda præcipitur prouidentia conditoris, ne tantî artificis opus in aliquo reprehêdere vanitate humanæ temeritatis audiam

deamus. Quanquam & vitia rerum terrenarum non voluntaria neque pœnalia: naturas ipsas, quarum nulla omnino est, cuius non sit autor & cōditor Deus, si prudenter attendamus, eadem ratione commendant: quia & in eis hoc nobis per vitium tolli displicet, quod in natura placet: nisi quia hominibus etiam ipse naturæ plerunque displicent, cūm eis fiunt noxiæ: non eas considerantibus, sed vtilitate in suam: sicut illa animalia, quorum abundantia Ægyptiorum superbia vapulauit. Sed isto modo possunt ipsi & solem vituperare: quoniam quidam peccantes, vel debita non reddentes, poni à iudicibus iubentur ad solem. Non itaque ex commodo vel incommodo nostro, sed per seipsam considerata natura dat artificii suo gloriam. Sic est & natura ignis æterni sine vlla dubitatione laudabilis, quanuis damnatis impiis futura, pœnalis. Quid enim est igne flammante, vigente, atque lucente pulchrius? Quid calefaciente, curante, coquente vtilius? quanuis eo nihil sit vrente molestius? Idem igitur ipse pœnaliter appositus perniciosus est, qui cōuenienter adhibitus commodissimus inuenitur. Nam eius in vniuerso mundo cōmoda verbis explicare quis sufficit? Nec audiendi sunt, qui laudant in igne lucem, ardorem autem vituperant: videlicet non ex sui natura, sed ex suo commodo, vel incōmodo. Videre enim volunt: ardere nolunt. Sed parum attendunt eam ipsam lucem, quæ certè & illis placet: oculis infirmis per inconuenientiam nocere: & in illo ardore, qui eis displicet, nonnulla animalia per conuenientiam salubriter viuere.

L. V I V E S.

a **C**Edendo. } *Alia alius, ut hæc habeant, illæ succedant.*

b **A**tque in qualitates superantium. } *Tangit perpetuas elementorum, & eorum quæ ex his fiunt pugnas: ubi in eodem genere, & sunt quæ ad contraria transeant ipsa victa, & quæ ad se dem contrariis trahant vinctia. Aliquid semper aqua demit aeri, hic vicissim aqua, & aer igni, & hic aeri, sed alius atque alius locus.*

c **S**icut illa animalia. } *Rane & cymiphis.*

d **Q**uoniam quidam peccantes, vel debita nõ reddētes poni à iudicibus iubētur ad solem. } *Genus hoc est pœnæ, quod ad infamiam spectat potius, quàm ad cruciatum supplicij, etsi nec deest suis cruciatus. Eo afficiuntur in Hispania lenæ numellus affixæ, & perunctæ melle, quò muscæ, & apes, & vespe adnolant.*

e **P**œnaliter appositus perniciosus est. } *In vetustis libris legi-*

ur: Alter appositus.

f Nam eius in vniuerso mundo commoda. } *Vnde proverbium dere, que in vsu veni frequentissimos, non aqua & igne pluribus locis vitur: quod Cicero ad amicitia n accommodat in L alio. Vnde est etiam interdicer aqua & igne, duabus rebus in primis ne. essaris vite, quasi ex consortio generis humani eicere. Vitruuius lib. 2 ex accessu ad ignem cœpisse homines inter se colloqui, & communicare scribit, natâque esse commercia. conuictur, & ciuitates. Laetantius diuinum animal probat esse hominem, quod solus inter omnia animalia igne vitatur.*

g Nec audiendi sunt, qui laudant in igne lucem, ardorem autem vituperant. } *Edoeli videlicet à Saryo illo, quem Plutarchus scribit tantopere delectatum recens à Prometheo inuento igne, ut complexus sit, & osculatus: cùmque combureretur, abiicisse illum protinus & fugisse. Simile quiddam Mela tradit de gentibus in ima Africa ora ad Oceanum, quibus ignem Euxoxus inuenit.*

h Nonnulla animalia per conuenientiam salubriter viuere. } *Aristoteles lib. De historia animalium 5. scribit in Cypro insula in arariis fornacibus, ubi calcites lapis ingestus compluribus diebus crematur, bestias nasci pennatas, magnis muscu paulò grandiores, que in igne vituant. Salamandram ferunt in igne viuere, & non modo non absumi ab eo, sed ignem potius ab illa extingui contactum.*

Quòd in omni naturæ modo ac specie laudabilis sit creator.

C A P. V.

Naturę igitur omnes quoniam sunt, & ideo habēt modum suum, speciem suam, & quādam secum pacem suam, profectò bonæ sunt. Et cùm ibi sunt, vbi esse per naturæ ordinem debent, quantum acceperunt, suum esse custodiunt. Et quæ semper esse non acceperunt, pro vsu motuque rerum quibus creatoris legi subduntur, in melius deteriusve mutantur, in eū diuina prouidentia tendētes exitum, quem ratio gubernandę vniuersitatis includit: ita vt nec tanta corruptio, quanta vsque ad interitū naturas mutabiles mortalésque perducit: sic faciat non esse quod erat, vt non inde fiat consequenter, quod esse debebat. Quæ cùm ita sint, Deus qui summè est, atque ob hoc ab illo facta est omnis essentia, quæ non summè est: quia neque illi æqualis esse deberet, quæ de nihilo facta esset, neque vlllo modo esse posset, si ab illo facta non esset: nec vllorum vitiorum offensione vituperandus, & omnium naturarum consideratione laudandus est.

L. VIVES.

ET quandam secum pacem suam. } *Ut secum unaquæq; & inter se omnes non dissi- dent, & pugnent, interuimque sibi afferant: ideo veteres multi amore constare mundum dixerunt.*

Quæ causa sit beatitudinis angelorum bonorum, & quæ causa sit miseriarum angelorum malorum. CAP. VI.

Roinde causa beatitudinis angelorum bonorum ea verissima reperitur, quod ei adhæreret, qui summè est. Cum verò causa miseriarum malorum angelorum queritur, ea meritò occurrit, quod ab illo qui summè est auersi, ad seipsos conuersi sunt, qui non summè sunt: & hoc vitium quid aliud quàm superbia nuncupatur? Inuitū quippe omnis peccati superbia. Noluerunt ergo ad illum custodire fortitudinem suam: & qui magis essent, si ei qui summè est, adhærerent: se illi præferendo, id quod minus est, prætulerunt. Hic primus defectus, & prima inopia, primūque vitium eius naturæ, quæ ita creata est, vt nec summè esset: & tamen ad beatitudinē habendam eo qui summè est, frui posset: à quo auersa nō quidem nulla, sed tamen minus esset, atque ob hoc misera fieret. Huius porrò malæ voluntatis causa efficiēs si queratur, nihil inuenitur. Quid est enim quod facit voluntatem malam, cum ipsa faciat opus malum? Ac per hoc mala voluntas efficiens est operis mali: malæ autem voluntatis efficiens est nihil. Quoniam si res aliqua est, aut habet, aut non habet aliquam volūtatē. Si habet, aut bonam profectò habet, aut malam: si bonam, quis ita desipiat vt dicat, quod bona voluntas faciat voluntatem malam? Erit enim, si ita est, bona voluntas causa peccati, quo absurdius putari nihil potest aut dici. Si autem res ista quæ putatur facere volūtatē malam, ipsa quoque habet volūtatē malam: etiam eam, quæ fecerit res, consequenter interrogo: atque vt sit aliquis inquirendi modus, causam primæ volūtatē malæ inquirō. Non est enim prima voluntas mala, quam nulla fecit voluntas etiam mala: sed illa prima est, quam nulla fecit, nam si præcessit à qua fieret, illa prior est, quæ alteram fecit. Si respōdeatur, quod eam nulla res fecerit, & ideo semper fuerit, quero vtrum in aliqua natura fuerit. Si enim in nulla fuit, omnino non fuit: si autem in aliqua vitiabat eam & corrumpēbat, erātque illi noxia, ac per hoc bono priuabat. Et ideo in mala natura voluntas mala

esse non poterat, sed in bona mutabili tamen, cui vitium hoc posse nocere. Si enim non nocuit, non utique vitium fuit: ac per hoc nec mala voluntas fuisse dicenda est. Porro si nocuit, bonum auferendo vel minuendo utique nocuit. Non igitur esse potuit sempiterna voluntas mala ea in re, in qua bonum naturale præcesserat, quòd mala voluntas nocendo posset adimere. Si ergo non erat sempiterna, quis eam fecerit quæro? Restat, ut dicatur, quòd ea res fecerit malam voluntatem, in qua nulla voluntas fuit. Hæc utrum superior sit, requiro: an inferior, an æqualis? Sed si superior, utique melior: quomodo ergo nullius ac non potius bonæ voluntatis? Hoc idem profectò, & æqualis si fuerit, dici potest. Duo quippe quandiu sunt pariter voluntatis bonæ, non facit alter in altero voluntatem malam. Relinquitur ut inferior res cui nulla voluntas est, fecerit angelicæ naturæ, quæ prima peccauit, voluntatem malam. Sed etiam res ipsa quæcunque est inferior vsque ad infimam terram, quoniam natura & essentia est: proculdubio bona est, habens modum & speciem suam in genere atque ordine suo. Quomodo ergo res bona efficiens est voluntatis malæ? Quomodo inquam bonum est causa mali? Cum enim se voluntas relicto superiore ad inferiora conuertit, efficitur mala: non quia malum est, quò se cõuertit, sed quia peruersa est ipsa conuersio. Idcirco non res inferior voluntatem malã fecit, sed rem inferiorem prauè atq; inordinatè ipsa quæ facta est appetiuit. Si enim aliqui duo æqualiter affecti animo & corpore, videant vnus corporis pulchritudinem, qua visa vnus eorum ad illicitè perfruendum moueatur, alter in voluntate pudica stabilis perseueret, quid putamus esse causæ, ut in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala, quæ illam res fecit, in quò facta est? Neque enim pulchritudo illa corporis, nam eam non fecit in ambobus: quãdoquidem amborum nõ dispariliter occurrit aspectibus. An caro intuētis in causa est? Cur non & illius? An verò animus? Cur nõ vtriusque? Ambos enim & animo & corpore æqualiter affectos fuisse prædiximus. An dicendum est alterum eorum occulta maligni spiritus suggestione têtatum, quasi non eidem suggestioni & qualicunque suasioni propria voluntate consenserit? Hanc igitur consensionem, hanc malam quam malè suadeti adhibuit voluntatem, quæ in eo res fecerit, quærimus. Nam ut hoc quoq; impedimentum ab ista quæstione tollatur, si eadem tentatio-

ne ambo tententur, & vnus ei cedat, atque consentiat: alter idem qui fuerat, perseueret: quid aliud apparet, nisi vnum voluisse, alterum noluisse à castitate deficere? Vnde nisi propria voluntate, vbi eadem fuerat in vtroque corporis & animę affectio, amborum oculis pariter visa est eadem pulchritudo: ambobus pariter insitit occulta tentatio? Propriam igitur in vno eorum voluntatem malam, quę res fecerit scire volentibus, si bene intueantur, nihil occurrit. Si enim dixerimus, quod ipse eam fecerit, quid erat ipse ante voluntatem malam nisi natura bona: cuius autor Deus, qui est incõmutabile bonum? Qui ergo dicit eum qui consensit tentanti atque suadenti: cui non consensit alius, ad illicitè vrendũ pulchro corpore, quod videndum ambobus pariter affuit, cùm ante illam visionem ac tẽtationem similes ambo animo & corpore fuerint: ipsam sibi fecisse voluntatem malam, qui vtiq̃ bonus ante voluntatem malam fuerit: quærat cur eam fecerit, vtrum quia natura est, an quia ex nihilo facta est: & inueniet volũtatem malam non ex eo esse incipere, quia natura est, sed ex eo quòd de nihilo natura facta est. Nam si natura causa est voluntatis malę, quid aliud cogimur dicere, nisi à bono fieri malum, & bonum esse causam mali: siquidem à natura bona fit voluntas mala? Quod vnde fieri potest, vt natura bona, quanuis mutabilis, antequam habeat voluntatem malam faciat aliquid mali, hoc est, ipsam voluntatem malam?

L. V I V E S.

a **Q**uid aliud quàm superbia. } *Scoto non placet peccatum angelorum fuisse superbiam: credit ob id solum, quòd D. Thomę placuerat sequenti veterum scriptorum sententiam.*

b Et qui magis essent. } *Præstantiores & perfectiores essent.*

Causam efficientem malę voluntatis non esse quærendam.

C A P. VII.

Nemo ergo quærat efficientem causam malę voluntatis. Non enim est efficiens, sed deficiens: quia nec illa effectio est, sed defectio, deficere nanque ab eo quod summè est, ad id quod minus est, hoc est, incipere habere voluntatem malam. Causas porrò defectioinum istarum cùm efficientes non sint, vt dixi, sed deficientes velle inuenire, tale est, ac si quisquam velit videre tenebras, vel audire silentium, quod tamen vtrunque nobis notum est, neque illud nisi per oculos, neque hoc nisi per aures, non sanè in specie,

sed in speciei priuatione. Nemo ergo ex me scire quærat, quod me nescire scio, nisi fortè vt nescire discat, quod scire non posse sciendum est. Ea quippe quæ non in specie, sed in eius priuatione sciuntur, si dici aut intelligi potest, quodammodo nesciendo sciuntur, vt sciendo nesciatur. Cùm enim acies etiam oculi corporalis currit per species corporales, nusquã tenebras videt nisi vbi cœperit non videre. Ita etiam non ad aliquem alium sensum, sed ad solas aures pertinet sentire silentium, quod tamen nullo modo nisi non audiendo sentitur. Sic species intelligibiles mens quidem nostra intelligendo conspicit, sed vbi deficiunt, nesciendo cõdiscit. Delicta enim quis intelligit? Hoc scio, naturam Dei nunquam, nusquam, nulla ex parte posse deficere, & ea posse deficere, quæ ex nihilo facta sunt. Quæ tamen quãto magis sunt, & bona faciunt, tunc enim aliquid faciunt, cùm causas habent efficientes: in quantum autem deficiunt, & ex hoc mala faciunt, quid enim tunc faciunt nisi vana causas habent deficientes.

L. V I V E S.

a Neque illud nisi per oculos. } *Contrariorum idem est sensus
& eadem disciplina, vt est in philosophorum sci. o. a. neque aliter priuans cognoscitur, quàm semota ponentis cognitione.*

De amore peruerso, quo voluntas ab incommutabili bono ad bonum commutabile deficit. C A P. VIII.

M Témque scio in quo fit mala voluntas, id in eo fieri: quod si nollet, nõ fieret: & ideo non necessarios, sed voluntarios defectus iusta pœna consequitur. ^a Deficitur enim non ad mala, sed malè: id est, non ad malas naturas, sed ideo malè: quia cõtra ordinem naturarum ab eo quod summè est ad id quod minus est. Neque enim auri vitium est auaritia, sed hominis peruersè amantis aurum, iustitia derelicta, quæ incomparabiliter auro debuit anteponi. Nec luxuria est vitium pulchrorum suauiumq; corporum, sed animæ peruersè amantis corporeas voluptates: neglecta temperantia, qua rebus spiritaliter pulchrioribus & incorruptibiliter suauioribus coaptamur. Nec iactantia vitium est laudis humanæ, sed animæ peruersè amantis laudari ab hominibus, spreto testimonio conscientia. Nec superbia vitium est dantis potestatem, vel ipsius etiam potestatis, sed animæ peruersè amantis potestatem suam, potentioris iustitia contempta. Ac per hoc qui peruersè amat cuiuslibet naturæ bonum, etiam

etiam si adipiscatur, ipse fit in bono malus, & miser meliore priuatus.

L. V I V E S.

Deficitur enim nō ad mala, sed malè. *Et hoc est quod Plato dicebat, in actionibus non esse vitium, sed in earum ratione ac qualitate.*

An sancti angeli quem habent creatorem, naturæ eundem habeant bonæ voluntatis autorem per spiritum sanctum in eis charitate diffusa. CAP. IX.

Vm ergo malæ voluntatis efficiens naturalis, vel, si dici potest, essentialis nulla sit causa: ab ipsa quippe incipit spirituum mutabilium malum, quo minuitur atque deprauatur naturæ bonum: nec talem voluntatem facit nisi defectio, qua deseritur Deus: cuius defectiois etiam causa utique deficit, si dixerimus nullam esse efficiētem causam etiam voluntatis bonæ, cauendum est ne voluntas bona bonorum angelorum non facta, sed Deo coæterna esse credatur. Cū enim ipsi facti sint, quomodo illa non esse facta dicetur? Porro quia facta est, utrum cum ipsis facta est, an sine illa fuerunt prius? Sed si cum ipsis, non dubium quod ab illo facta sit, à quo & ipsi: ^b simulque ut facti sunt, ei à quo facti sunt, amore cum quo facti sunt, adhæserunt. Eoque sunt isti ab illorum societate discreti, quod hi in eadem voluntate bona manserunt, illi ab ea deficiendo mutati sunt, mala scilicet voluntate: hoc ipso quod à bono defecerunt, à quo non defecissent, si utique voluissent. Si autem boni angeli fuerunt prius sine bona voluntate, eamque in seipsis Deo non operante fecerunt: ergo meliores à seipsis, quàm ab illo facti sunt? Absit. Quid enim erant sine bona voluntate, nisi mali? Aut si propterea non mali, quia nec mala voluntas eis inerat: neque enim ab ea, quam nondum cœperant habere, defecerant, certè nondum tales, nondum tam boni, quàm esse cum voluntate bona cœperunt. At si non potuerūt seipsos facere meliores, quàm eos ille fecerat, quo nemo melius quicquam facit: profectò & bonam voluntatem, qua meliores essent, nisi operante adiutorio creatoris, habere non possent. Et cū id egit eorum voluntas bona, ut non ad seipsos, qui minus erant, sed ad illum qui summè est, conuerterentur, eique adhærentes magis essent, eiusque participatione sapienter, beatèque viuerent: quid aliud ostenditur, nisi vo-

luntatem quamlibet bonam inopem fuisse in solo desiderio remansuram: nisi ille; qui bonam naturam ex nihilo suam pacem fecerat, ex seipso faceret implendō meliorem, prius faciens excitando auidiorē? Nam & hoc discutiendum est, si boni angeli ipsi in se fecerunt voluntatem bonam, vtrum aliqua eam, an nulla voluntate fecerunt? Si nulla, vtrique nec fecerunt. Si aliqua, vtrum mala, an bona? Si mala, quomodo esse potuit mala voluntas bonæ voluntatis effectrix? Si bona, iam ergo habebant. Et istam quis fecerat, nisi ille, qui eos cū bona voluntate, id est, cum amore casto, quo illi adhærent, creauit, simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam? Vnde sine bona voluntate, hoc est, Dei amore, nunquam sanctos angelos fuisse credendum est. Isti, autem qui cū boni creati essent, tamen mali sunt, mala propria voluntate, quam bona natura non fecit, nisi cū à bono sponte defecit, vt mali causa non sit bonum, sed defectus à bono: ^d aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam, quam illi, qui in eadem perstiterunt: aut si vtrique boni æqualiter creati sunt, istis mala voluntate cadentibus, illi amplius adiuti, ad eam beatitudinis plenitudinem, vnde se nūquam casuros certissimi fierent, peruenerunt: sicut iam etiam in libro, quem sequitur iste, tractauimus. Confitendum igitur cum debira laude creatoris, non ad solos sanctos homines pertinere, verum etiā de sanctis angelis posse dici, quòd charitas Dei diffusa sit in eis per spiritum sanctum, qui datus est eis: nec tantum hominum, sed primitus, præcipuèque angelorum bonum esse, quod scriptum est: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Hoc bonum, quibus commune est, habent & cum illo cui adhærent, & inter se societatem sanctam, & sunt vna ciuitas Dei, eadēque viuum sacrificium eius, viuūque templum eius. Cuius pars quæ coniungenda immortalibus angelis ex mortalibus hominibus congregatur, & nunc mortaliter peregrinatur in terris, vel in eis, qui morte obierunt, secretis animarum receptaculis, sedibusque requiescit, eodem Deo creante, quemadmodum exorta sit, sicut de angelis dictum est, iam video esse dicendum. Ex vno quippe homine, quem primum Deus condidit, genus humanum sumpsit exordium, secundum sanctæ scripturæ fidem, quæ mirabilem autoritatem non immeritò habet in orbe terrarum: atque in omnibus gentibus, quas sibi esse credituras

inter cætera quæ dixit, vera diuinitate prædixit.

L. VIVES.

a **V**el si dici potest essentialis. } Quasi ens & essentiam habens.

b Si uelque ut facti sunt, ei à quo facti sunt, amore cum quo facti sunt, adhæserunt. } *Aperie fatetur angelos omnes creatos esse in gratia gratum faciente. quod idem ait lib. De correptione & grat. Antequam caderent, inquit, gratiam habuerunt. Consentit & Hieronymus super Osee, qui demonas scribit in magna pinguedine spiritus sancti creatos esse. Aliter sentire idem Augustinus uidetur de Genesi ad litteram, cum angelicam naturam primo informem creatam dicit. Secuit se familia theologorum in duas, seu factiones, & alij, assensu Petro Lombardo dist. 5. libri secundi, & Alexandro Halen, & Bonauentura, in gratia creatos angelos negant. D. Thomas contra has partes ducit. Ego nec inter tantos, nec de tanta re quid pronunciem, habeo. Augustinus certe pluribus in locis, uerbisque discretioribus, in gratia conditos uidetur affirmare, cui dictum illud Ezechielus creditur suffragari: Plenus sapientia ad demonem loquitur, & perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti.*


c Ex seipso faceret implendo meliorem. } *Ostendit copiosius illis refusam gratiam, cum se Deos parituros professi sunt, quod non uideo dubitari. Et fuit tanta illa gratia, ut firmos, certi osque de tanta felicitate redderet.*

d Aut minorem acceperunt amoris diuini gratiam. } *Si data est gratia angelis omnibus, respectus esset personarum, alius maiorem, alius dumtaxat ex eodem ordine minorem dare. Gradatim ergo distinetque data est gratia, non per singulos angelorum, sed per ordines. Vt cum ex eodem ordine alij precipites abierint, steterint alij, nihilominus tamen parem acceperint utriusque gratiam.*

e Secretis animarum receptaculis. } *Non dubitat de earum gloria etiam ante iudicium, sed de loco gloriae. nam ubique possunt beate esse, cum ubique sit Deus, cuius fruitione fiunt beate.*

De falsitate eius historiarum, quæ multa millia annorum præteritis temporibus adscribat.

CAP. X.

 **M**ittamus igitur coniecturas hominum nescientium quid loquantur de natura vel institutione generis humani. Alij nanque sicut de ipso mundo crediderunt, semper fuisse homines opinantur. Vnde & Apuleius, cum hoc animantium genus describeret: ^a Sigillatum, inquit, mortales, cunctim tamen uniuerso genere perpetui. ^b Et cum illis

dictum fuerit, si semper humanū genus fuit : quónam modo verum eorum loquatur historia, narrās qui fuerint, quarūque rerum inuentores, qui primi liberalium disciplinarum aliarūque artium institutores, vel à quibus primū illa vel illa regio pársque terrarum illa atque illa insula incoli cœperit. Respōdent diluuiis & conflagrationibus per certa intervalla temporum, non quidem omnia, sed plurima terrarum ita vastari, vt redigātur homines ad exiguam paucitatem : ex quorum progenie rursus multitudo pristina reparatur: ac sic identidem reparari & institui, quasi prima cū restituantur potius quæ fuerant illis nimis vastationibus interrupta & extincta, ceterū hominem nisi ex homine existere omnino non posse. Dicunt autem quod putant, non quod sciunt. Fallunt etiam eos quædam mendacissimæ literæ, quas perhibēt in historia temporum multa annorum milia continere. Cū ex literis sacris ab institutione hominis nondum completa annorum sex milia computemus. Vnde ne multa disputem, quemadmodum illarū literarum, in quibus longè plura annorum milia referuntur, vanitas refellatur: & nulla in illis rei huius idonea reperiatur autoritas, ^d illa epistola Alexandri Magni ad Olympiadem matrem suam, quam scripsit, narrationem cuiusdam Ægyptij sacerdotis insinuās, quam protulit ex literis quæ sacræ apud illos haberentur: continet etiam regna, quæ Græca quoque nouit historia. ^e In quibus regnum Assyriorum in eadem epistola Alexandri quinque milia excedit annorum. In Græca verò historia, mille fermè & trecētos habet ab ipsius Beli principatu: quem regem & ille Ægyptius in eiusdem regni ponit exordio. Persarū autem & Macedonum imperium, vsque ad ipsum Alexandrum cui loquebatur, plus quàm octo milium annorum ille constituit, cū apud Græcos Macedonum vsque ad mortem Alexandri quadringenti octoginta quinque reperiātur anni: Persarum verò donec ipsius Alexandri victoria finiretur, ducenti & triginta tres computentur. Longè itaque hi numeri annorum illis Ægyptiis sunt minores: nec eis etiam si ter tantum computarentur, æquarentur. ^f Perhibentur enim Ægyptij quondam tam breues annos habuisse, vt quaternis mensibus finirentur. Vnde annus plenior & verior, qualis nunc & nobis & illis est, tres eorum annos cōplectebatur antiquos. Sed ne sic quidem, vt dixi, Græca Ægyptiæ numero temporum concordat histo-

ria. Et idè Græcæ potius fides habenda est : quia veritatem non excedit annorum, qui literis nostris, quæ verè sacræ sunt, continentur. Porro si hæc epistola Alexandri, quæ maxime innotuit, multum abhorret in spatiis temporum à probabili fide rerum : quanto minus credendum est illis literis, quas plenas fabulosis velut antiquitatibus proferre voluerunt contra auctoritatem notissimorum diuinorumque librorum, quæ totum orbem sibi crediturum esse prædixit, & cui totus orbis, sicut ab ea prædictum est, credidit: quæ vera se narrasse præterita, ex his quæ futura prænuntiavit, cum tanta veritate implentur, ostendit.

L. VIVES.

a **S**igillatim, inquit, mortales, cuncti tamen vniuerso genere. } *Leger dum, cunctim. Et sic apud eum libello De Socratis deo: adverbium est à cunctus sicut à singuli sigillatim: multitudinem totam simul capit: ut in 2. Florid. Non singulatim, ac discretim, sed cunctim & concertati.*

b Et cum illis dictum fuerit, si semper humanum genus fuit. } *Argumentum hoc multis verbis persequitur. A. a robius in Somnium Scipionis: quod eo modo quo Augustin. recenset. depellere se putat: atque huic responsioni originem dedisse videtur Plato, qui in Timæi initio colloquutionem Solonis & Aegyptij sacerdoti referre faciens Critiam, ait, ea quæ multis annis antea fuerunt, ignorari ab hominibus, quod in novas regiones transeant, prioribus qui illas incolebant, incendiis, aut illuuium partim pulsis, partim absumptis: quæ humani generis perniciæ, certis euenire temporibus necesse sit. Quam responsionem confutare non est difficile. Nam cum vniuersalis terrarum, vel conflagratio, vel aquarum demersio contingere non queat, ut Aristoteles in libris Meteororum docet, profecto reliquæ nominis vetustissimorum hominum vnius gentis saltem apud aliam seruata essent incoluimæ: atque in hunc modum ad nos perducta, quod Aristoteles, ut est in præcipiendo vaser. semper sui memor, sibi que constans, libro Primæ philosophiæ duodecimo, reliquias antiquissima illius philosophiæ manere adhuc dicit. Cur igitur nulla est memoria rerum, tribus ante memoriam tuam annorum millibus?*

c Nondum completa annorum sex milia. } *Eusebius, quem in digestionem temporum Augustinus sequitur, à condito mundo, ad Romam à Gothis captam, quinquies mille sexcentos undecim annos computat, idque ex supputatione Septuaginta interpretum, Nam*

ex Hebraea Beda usque ad principatum Honorij & Theodosij iunioris, quo tempore urbem ceperunt Gotthi, quater mille trecentos septuaginta septem annos ponit. De hac annorum discrepantia loquat insequentibus libris.

d Illa epistola Alexandri Magni. } Libro octauo meminimus.

e In quibus regnum Assyriorum. } De his regnis lib. 18. commodius, in numerandis tamen annis mira apud veteres libertas, & liberalitas. Plin. lib. 11. ex Eudoxo, Zoroastrem tradit sex milibus annorum ante Platonis mortem fuisse: cui Aristoteles est assensus, Hermippus quinque milibus annorum ante bellum Troianum tradit Zoroastrem fuisse. Chaldaeos scribit Cicero 1. De diuin. cccclxx. M. ann. ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continere. Idem ferè Diodorus lib. 3. refert, Chaldaeos, ex quo astra obseruant, usque ad Alexandrum quadraginta tria annorum millia chronicis numerare.

f Perhibentur enim Aegyptij quondam. } Et hi non pauca de anpis suis mentiti. Plato ex narratione Aegyptij sacerdotis res gestas Sais Aegyptiis octo millia annorum literis esse mandatas inquit. Atticas verò Athenas mille annis ante Aegyptias illas Sais esse conditas. Diogenes Laertius Nili Aegyptij filium Vulcanum fuisse scribit, ab eo ad Alexandrum Macedonem intercessisse annorum quadraginta octo millia octingentos sexaginta tres. Quo toto tempore solis defectus contigerunt trecenti & septuaginta tres: Luna verò octingenti triginta duo. Mela modestius est mentitus. Sic enim ait de Aegyptiis: Ipsi vetustissimi, ut prædicant, hominum, trecentos triginta rege ante Amasim, & supra tredecim milium annorum ætates, certis annalibus referunt. Sed hoc quod sequitur deerat mendacio: mandat umque literis seruant, dum Aegyptij sunt, quater cursus suos vertisse sydera, ac solem bis iam occidisse, unde nunc oritur. Diodorus quoque lib. 1. inter Osirim & Isim Alexandrumque Macedonem, qui ibi Alexandriam condidit, ab aliis annorum decem millia, ab aliis tria & viginti millia numerari scribit, nonnullosque fabulari deos primùm & heroas, in Aegypto paulò minus decem & octo milia regnasse annos, deorumque postremum Orum Isis regno potitum: homines verò paulò minus annorum quindena milia, usque ad centesimam octuagesimam Olympiadem, quo tempore in Aegypto regnavit primus Ptolemæus. Sed vanitas & iactantia Aegypti fuit incredibilis. Cùmque student se primos mortalium omnium videri, annos innumeros comminiscuntur. Quæ causa fuit multis, in originibus mundi, & falli, & fallere scriptis suis alios. Nam Cicero innumerabilia secula tribuit Aegypto, secutus Platonem. Eandem famam secutus est Aristoteles septimo De repub.

g Perhibentur enim Ægyptij quondam. } *Plinius libro septimo annum menstruum Ægyptius fuisse ait, sic scribens: Annum alij vnum estate det. rminabant, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcad. s, quorum anni trimestres fuere: quidam luna semino, ut Ægyptij. Itaque apud eos aliqui & singula milia annorum vixisse produntur. Hec ille. Censorinus in die natali, in Ægypto quidem, antiquissimum, inquit, serunt annum bimestrem fuisse. Post deinde à Pisonne rege quadrimestrem factum, nouissimò ad tredecim menses & dies quinque produxisse. Diodorus narrat, cum traditum à veteribus esset, regnasse prisicos illos reges, deòsque mille & ducentis annis singulos, fidemque summa non admitteret, pro certo habitum esse à plerisque cursuum lunares solaribus nondum plenè inuentis, annos confecisse. Ita mirabiles non erunt veteres fabulæ, alios quatuor anni temporibus, quatuor annos definisse, sicut à nonnullis est Græcis factitatum. Idem autor, Chaldeos annos menstruos olim fuisse perhibet. Sed ut ego coniecturam quoque meam de tanto annorum apud gentes illas numero non celem, existimo homines motibus calorum, syderumque deditissimos vniuscuiusque erroris astri conuersionem pro anno computasse, ita, ut in triginta annis solaribus sit vnus Saturni, quinque Iouis, sex Martis, plures triginta Mercurij & Veneris, Lunares serè quadringenti. Ita sunt plus minus quingentis.*

De his, qui hunc quidem mundum non sempiternum putant, sed aut innumerabiles, aut eundem vnum certa conclusione seculorum semper nasci & resolui, opinantur.

CAP. XI.

Alij verò qui mundum istum non existimant sempiternum: ^a siue non eum solum, sed innumerabiles opinantur: ^b siue solum quidem esse, sed certis seculorum interuallis innumerabiliter oriri & occidere, necesse est fateantur hominum genus prius siue hominibus gignentibus extitisse. ^c Neque enim ut alluionibus incendiisque terrarum, quas illi non putant toto prorsus orbe contingere: & ideo paucos homines ex quibus reparetur multitudo pristina, semper remanere contendunt: ita & hi possunt putare, quod aliqui hominum pereunte mundo relinquuntur in mundo, sed sicut ipsum mundum ex materia sua renasci existimant, ita in illo ex elementis eius genus humanum, ac deinde à parentibus progeniem pullulare mortalium sicut aliorum animalium.

a Sive non eum solum. } Dixit hoc esse opinionis Democriti & Epicuri.

b Sive solum quidem. } Vt Heraclitus, Hippasus, & Stoici, qui conflagratione periturum arbitrabantur mundum: qui cum deflagarit, de nouo condetur.

c Neque enim vt alluionibus. } Plato & Aristoteles negant vniuersale siue incendiū, siue diluuium contingere vnquam posse. Stoici verò euenturum putabant, sicut inquit Cicero, vt ad extremum omnis mundus ignesceret, cum humore consumpto neque terra ali possit, neque remeare aer: cuius ortus, aqua omnis exhausta esse non posset. Itaque Plato & Arist. aliquos semper homines in perpetuitatem mundi relinquebant ad sem. n. alij cuncta absumebat, vt noua procrearentur.

Quid respondendum sit his, qui primam conditionem hominis tardam esse causantur. CAP. XII.



Vod autem respondimus, cum de mundi origine quæstio verteretur, eis qui volunt credere non eum semper fuisse, sed esse cœpisse: sicut etiā Plato aperitissimè confitetur: quanuis à nonnullis contra quàm loquitur, sensisse credatur: hoc etiam de prima hominis conditione responderim, propter eos qui similiter mouētur: cur homo per innumerabilia, atque infinita retro tempora creatus non sit, tamque sero sit conditus, vt minus quàm sex milia sint annorum, ex quo esse cœpisse in sacris literis inuenitur? Si enim breuitas eos offendit tēporis, quod tam paucis eis videntur anni ex quo institutus homo in nostris autoritatibus legitur: a considerent nihil esse diuturnum, in quo est aliquid extremum, & omnia seculorum spatia definita, si æternitati interminæ comparentur, non exigua existimanda esse, sed nulla. Ac per hoc, si non quinque vel sex, verum etiam sexaginta milia, vel sexcenta, aut sexagesies aut sexcenties milies dicerentur annorum, aut itidem per totidem toties multiplicaretur hæc summa, vbi iam nullum numeri nomen haberemus, ex quo Deus hominem fecit: similiter quæri posset, cur antè non fecerit. Dei quippe ab hominis creatione cessatio retrorsus æterna, sine initio tanta est, vt si ei conferatur quamlibet magna & ineffabilis numerositas temporum, quæ tamen sine cōclusa certis spatiis terminetur: nec saltem tanta videri debeat, quanta si humoris breuissimam guttam vniuerso mari, etiam quantum Oceanus circumfluit, comparemus:

mus : quoniam istorum duorum vnum quidem perexiguum est, alterum incomparabiliter magnum, ^b sed utrūq; finitum: Illud verò temporis spatium quod ab initio aliquo progreditur, & aliquo termino coercetur, magnitudine quantacunque tendatur cōparatum illi quod initium non habet, nescio vtrum pro minimo an potius pro nullo deputādum est. Huic enim si à fine vel breuissima sigillatim momenta detrahātur, decrescente numero, licet tam ingenti, vt vocabulum non inueniat retrorsum redeundo : tanquam si hominis dies ab illo, in quo nunc viuit, vsque ad illum, in quo natus est detrahas : quandoque ad initium illa detractio perducetur. Si autem detrahātur retrorsus in spatio, quod à nullo cœpit exordio: non dico sigillatim minuta momenta vel horarum: aut dierum, aut mensium, aut annorū etiam quantitates : sed tam magna spatia, quanta illa summa cōprehendit annorum, quæ iam dici à quibuslibet computatoribus non potest : quæ tamen momentorum minutatim detractioe consumitur: & detrahantur hæc tanta spatia, non semel atque iterum sapiūsq;, sed semper, quid sit, quid agitur, quando nunquam ad initium, quod omnino nullum est, peruenitur? Quapropter quod nos modò querimus post quinque milia, & quod amplius excurrit annorum, possent & posteri etiam post annorū, sexcenties milies eadem curiositate requirere, si in tantum hæc mortalitas hominum exoriendo, & occumbendo, & imperita perfereretur infirmitas. Potuerunt & qui fuerunt ante nos, ipsis recentibus hominis creati temporibus, istam mouere quæstionem. Ipse denique primus homo, vel postridie, vel eodem die postea quàm factus est, potuit inquirere, cur non antè sit factus. Et quodcumque antea factus esset, non vires tunc alias, & alias nunc, vel etiam postea ista de initio rerum temporalium controuersia reperiret.

L. V I V E S.

a **C**onsiderent nihil esse diuturnum. } *Dictum Ciceronis in Catone Maiore. Quando enim extremum aduenit, inquit, tum illud quod præterijt, effluxit.*

b Sed vtrunque finitum. } *Ideo inter ea est aliqua proportio, cum inter finitum & infinitum nulla sit.*

De reuolutione seculorum, quibus certo fine conclusis vniuersa semper in eundem ordinem eandemque speciem reditura, quidam philosophi crediderunt.

HAnc autem se philosophi mūdi huius non aliter putauerūt posse vel debere dissoluere, nisi vt^a circumitus temporum inducerent, quibus eadem semper fuisse renouata, atque repetita in rerum natura: atque ita deinceps fore sine cessatione asseuerarent^b volumina venientium, prætereuntiumque seculorum: siue in mundo permanente isti circumitus fierent: siue certis interuallis oriens & occidens mundus eadem semper quasi noua, ea quæ transacta & quæ ventura sunt exhiberet. A quo ludibrio prorsus immortalem animam, etiam cū sapientiam perceperit liberare non possunt, euntem sine cessatione ad falsam beatitudinem, & ad veram miseriam sine cessatione redeuntē. Quomodo enim vera beatitudo est, de cuius nunquam æternitate confiditur, dum anima venturam miseriam, aut imperitissimè in veritate nescit, aut infelicissimè in beatitudine pertimescit? At sit ad miserias nunquam vltius reditura ex his ad beatitudinem pergit: sit ergo aliquid noui in tempore, quod finem non habet temporis. Cur non ergo & mundus? Cur nõ & homo factus in mundo? Vt illi, nescio qui, falsi circumitus à falsis sapientibus fallacibusque comperti, in doctrina sana tramite recti itineris euitentur.^c Nam quidam & illud quod legitur in libro Salomonis, qui vocatur Ecclesiastes: Quid est, quod fuit? Ipsum quod erit. Et quid est, quod factum est? Ipsum quod fiet,^d & non est omne recens sub sole, nec quisquam loquitur, & dicit: ecce hoc nouum est, iam fuit in seculis quæ fuerunt ante nos. Propter hos circumitus in eadem redeuntes, & in eadem cuncta reuocantes, dictum intelligi volunt, quod ille, aut de his rebus dixit, de quibus superius loquebatur: hoc est, de generationibus aliis euntibus, aliis venientibus: de solis anfractibus, de torrentium lapsibus: aut certè de omnium rerum generibus, quæ oriuntur, atque occidunt. Fuerunt enim homines ante nos, sunt & nobiscum, & erunt post nos: ita quoque animantia, vel arbuta. Monstra quoque ipsa, quæ inuisitata nascuntur, quæuis inter se diuersa sint, & quædam eorum semel facta narrentur, tamen secundum id quod generaliter miracula & monstra sunt, & vtique fuerunt, & erunt: nec recens & nouum est, vt monstrū sub sole nascatur. Quæuis hæc verba quidam sic intellexerint, tanquam in prædestinatione Dei iam facta fuisse omnia,

sapiens

fapiens ille voluisset intelligi, & ideo nihil recens esse sub sole. Absit autem à recta fide, vt his Salomonis verbis illos circumitus significatos esse credamus, quibus illi putant, sic eadem temporum, temporaliumque rerum volumina repeti: vt, verbi gratia, sicut in isto seculo Plato philosophus in vrbe Atheniensi, in ea schola quo Academia dicta est, discipulos docuit, ita per innumerabilia retro secula, multum prolixis quidem interuallis, sed tamen certis, & idem Plato, & eadem ciuitas, eademque schola, iidemque discipuli repetiti, & per innumerabilia deinde secula repetendi sint. Absit, inquam, vt nos ista credamus. Semel enim Christus mortuus est pro peccatis nostris: resurgens autem à mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur, & nos post resurrectionem semper cum domino erimus, cui modo dicimus, quod sacer adinonet Psalmus: Tu domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternū. Satis autem istis existimo conuenire quod sequitur: In circumitu impij ambulant, non quia per circulos quos opinantur eorū vita est recursura, sed quia modo talis est erroris eorum via, id est, falsa doctrina.

L. V I V E S.

a **C**ircumitus temporum inducerent. } *Platonici hæc, qui redeuntibus eisdem ca. sis, eosdem quosque redituos effectus arbitrantur: confectis que cursibus omnibus siderum calorūque, cum ad idem ex quo discesserant punctum sint reuersi, annus ille vertens expletus erit, rursusque eadem producentur.*

b Volumina venientium } *Apertissime volumina dixit, ceu inuoluerent modo sese, modo euoluerent secula.*

c Nam quidam. } *Origenes lib. 2. ἀεὶ ἀχρῶν, vtar interpretatione Hieronymi, quem in citandis opinionibus ex eisdem libris ἀεὶ ἀχρῶν sequar potius, in epistola ad Autum, quam Ruffinum interpretem, nec sine magna causa. Nobis autem, inquit, placet & ante hunc alium fuisse mundum, & post istum alium futurum. Vis discere quod post corruptionem huius mundi alius sit futurus? Audi Esaiam loquentem: Erit cælum nouum, & terra noua, que ego facio permanere in conspectu meo. Vis nosse quod ante fabricam huius mundi, alij mundi in præterito fuerint? ausulta Ecclesiasten: Quid est, quod non fuit ipsum quod erit: & quid est, quod factum est? ipsum quod futurum est. & non est omne nouum sub sole, quod loquatur & dicat, ecce hoc nouum est. Iam enim fuit in seculis pristinis, que fuerunt ante nos. Hæc ille. Dubitabat tamen an isti mundi futuri sint inter se omnia similes,*

an aliqua erit inter eos differentia.

d Et non est omne recens sub sole. } *Hieronymus super eo loco: Et non est omne recens sub sole. Est ne uerbum de quo dicatur, uide hoc nouum est: iam fuit in seculis, quæ fuerunt a te nos. Aptius hoc Symmachus transtulit, ut asino quis posset dicere, uide hoc nouum est: at iam factum est in seculo, quod fuit ante nos. qui rem ad præscientiam Dei refert, ut omnia iam antea fuerint in mente & notitia rectoris mundi, tamen si paulo antea, ut hic Augustinus, de generatione uoluntate rerum censet intelligi, & tangit hanc quoque Hieronymi expositionem.*

De temporali conditione generis humani, quam Deus nec nouo consilio constituerit, nec mirabili uoluntate.

C A P. XIII.



Vid autem mirum est, si in his circumitibus errantes, nec aditum, nec exitum inueniunt, quia genus humanum atque ista nostra mortalitas, nec quo initio cœpta sit sciunt, nec quo fine claudatur: quandoquidem altitudinem Dei penetrare non possunt, quia cum ipse sit æternus & sine initio, ab aliquo tamen initio exorsus est tempore, & hominem quem nunquam antè fecerat, fecit in tempore, non tamen nouo & repentino, sed immutabili æternoque consilio. Quis hanc valeat altitudinem inuestigabilem inuestigare, & inscrutabilem perscrutari, secundum quam Deus hominem temporalem, antè, quam nemo unquam hominum fuit, non mutabili uoluntate in tempore condidit, & genus humanum ex uno multiplicauit? Quandoquidem Psalmus ipse cum præmisisset, atque dixisset: Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum: ac deinde percussisset eos, in quorum stulta impiæque doctrina nulla liberationis & beatitudinis animæ seruetur æternitas, continuo subiiciens: In circumitu, inquit impij ambulat. Tanquam ei diceretur: Quid ergo tu credis, sentis, intelligis? Nunquid nam existimandum est subito Deo placuisse hominem facere, quem nunquam antea infinita retro æternitate fecisset, cui nihil noui accidere potest, in quo mutabile aliquid non est? Et ne nos hæc audientes aliqua fortè turbaret ambiguitas, continuo respondit ad ipsum Deum loquens: Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Sentiant, inquit, homines quod putant, & quod eis placet opinentur, & disputent secundum altitudinem tuam quam nullus potest nosse hominum, multiplicasti filios hominum. Valde quippe altum

altum est, & semper Deum fuisse, & hominem, quē nunquam antē fecerat, ex aliquo tempore primum facere voluisse, nec consilium voluntatēque mutasse.

L. V I V E S.

Altitudinem inuestigabilem inuestigare. } *Inuestigabilem p̄o contrario posuit, hoc est, minimē inuestigabilem, id est, non vestigabilem dixit. Sicut indolere & invocare, utrunque est sine dolere, & non dolere, vocare & non vocare.*

AN VI Deum semper, et, etiam dominum fuisse semper intelligatur, credendum sit creaturam quoque nunquam defuisse, cui dominaretur, & quomodo dicatur semper creatum, quod dici non potest coeternum.

CAP. XV.

Ego quidem sicut dominum Deum, ^a aliquando dominum non fuisse dicere non audeo, ita hominem nūquam antea fuisse, & ex quodam tempore primū hominem creatum esse, dubitare nō debeo. Sed cū cogito, cuius rei dominus semper fuerit, si semper creatura non fuit, affirmare aliquid pertimesco: quia & me ipsum intueor, & scriptum esse recolo: *Quis hominum potest scire consilium Dei?* aut quis poterit cogitare, quid velit dominus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ adinventiones nostræ. Corruptibile enim corpus aggruat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Ex his igitur, quæ in hac terrena habitatione multa cogito: ideo utique multa, quia vnum quod ex illis vel præter illa, quod fortē nō cogito, verū est inuenire nō possum. Si dixerō, semper fuisse creaturā, cuius dominus esset, qui dominus semper est, nec dominus vnquam nō fuit, sed nunc illā, nunc aliam per alia atque alia temporum spatia, ne aliquā creatori coeternā esse dicamus, quod fides, ratioque saba condemnat: cauendū est, ne sit absurdum, & à luce veritatis alienum, mortalem quidem per vices temporū semper fuisse creaturam decedentem aliam, aliam succedentem: immortalē verò non esse cœpisse, nisi cū ad nostrum seculum ventum est, quando & angeli creati sunt, si eos rectē lux illa primū facta significat, aut illud potius cælū, de quo dictum est: *In principio fecit Deus cælum & terram: cū tamen nō fuerint, antequam fierent: ne immortales si semper fuisse dicantur, Deo coeterni esse credantur.* Si autē dixerō, nō in tēpore creatos esse angelos, sed ante omnia tē-

pora & ipsos fuisse, quorū Deus dominus esset, qui nunquam, nisi dominus fuit: quæritur à me etiam, si ante omnia tempora facti sunt: vtrum semper potuerint esse, qui facti sunt? His respondendum fortè videatur, quomodo non semper, cum illud quod est omni tempore non inconuenienter semper esse dicatur. Vsq̄ adeò autē isti omni tempore fuerunt, vt etiam ante omnia tēpora facti sint, si tamen à cælo cœpta sunt tempora, & illi iam erant ante cælum. At si tempus, non à cælo, verū ante cælum fuit, nō quidē in hōris, & diebus, & mensibus, & annis: nam istæ dimēsiones temporalium spatiorum quæ vsitatē ac propriē dicuntur tempora, manifestū est quòd à motu syderū cœperint: vnde & Deus cum hæc institueret, dixit: Et sint in signa, & in tempora, & in dies, & in annos: sed in aliquo mutabili motu, cuius aliud anterius præterierit, aliud posterius successerit. eo quòd simul esse non possunt. Si ergo ante cælum in angelicis motibus tale aliquid fuit, & ideo tempus iam fuit, atque angeli, ex quo facti sunt temporaliter mouebātur, etiam sic omni tempore fuerunt, quandoquidem cum illis facta sunt tempora. Quis autem dicat, non semper fuit, quod omni tempore fuit? Sed si hoc respondero, dicetur mihi: Quomodo ergo non sunt coæterni creatori, si semper ille, semper illi fuerunt? Quomodo etiam creati dicendi sunt, si semper fuisse intelliguntur? Ad hoc quid responditur? An dicendum est, & semper illos fuisse, quoniam omni tempore fuerunt, qui cum tempore facti sunt: aut cum quibus facta sunt tempora, & tamen creatos? Neque enim & ipsa tempora creata esse negamus, quanuis omni tempore tempus fuisse nemo ambigat. Nam si non omni tempore fuit tempus, erat ergo tempus, quando nullum erat tempus. Quis hoc stultissimus dixerit? Possimus enim rectè dicere: erat tempus, quando non erat Roma: erat tempus, quando non erat Hierusalem: erat tempus, quādo nō erat Abraham: erat tempus, quando non erat homo: & si quid huiusmodi. Postremò si non cum initio temporis, sed post aliquod tempus factus est mundus, possumus dicere: erat tempus, quando non erat mundus. At verò erat tempus, quando nullum erat tempus: tam inconuenienter dicimus, ac si quisquā dicat: erat homo quando nullus erat homo: aut, erat iste mundus, quando non erat iste mundus. ^b Si enim de alio atque alio intelligatur, potest dici aliquo modo: hoc est, erat alius homo quando

nō erat iste homo. Sic ergo erat aliud tempus quādo nō erat hoc tempus, rectè possumus dicere. At verò erat tēpus quando nullum erat tempus, quis vel insipientissimus dixerit? Sicut ergo dicimus creatum tempus, cū ideo semper fuisse dicatur, quia omni tempore tempus fuit: ita non est consequens, ut si semper fuerunt angeli, ideo nō sint creati, ut propterea semper fuisse dicantur, quia omni tempore fuerunt: & propterea omni tempore fuerunt, quia nullo modo sine his ipsa tēpora esse potuerunt. Vbi enim nulla creatura est^c cuius mutabilibus motibus tempora peragantur, tempora omnino esse nō possunt. Ac per hoc etsi semper fuerūt, creati sunt nec si semper fuerunt, ideo creatori coæterni sunt.^d Ille enim semper fuit æternitate immutabili, isti autem facti sunt. Sed ideo semper fuisse dicuntur, quia omni tempore fuerunt, sine quibus tempora nullo modo esse potuerunt. Tempus autem quoniam mutabilitate transcurrit, æternitati immutabili non potest esse coæternum. Ac per hoc etiam si immortalitas angelorum non transit in tempore, nec præterita est quasi iam non sit, nec futura quasi nondum sit, tamen eorum motus quibus tempora peraguntur ex futuro in præteritum transeunt, & ideo creatori, in cuius motu dicendum non est vel fuisse quod iam non sit, vel futurum esse, quod nondum sit, coæterni esse nō possunt. Quapropter si Deus semper dominus fuit, ^e semper habuit creaturam suo dominatui seruientem, veruntamen non de ipso genitam, sed ab ipso de nihilo factam, nec ei coæternam. Erat quippe ante illam, quāuis nullo tempore sine illa, non eam spatio transcurrente, sed manente perpetuitate præcedens. Sed hoc si respondero eis, qui requirūt quomodo creator semper fuit dominus, si creatura seruientis non semper fuit, aut quomodo creatura creata est, & non potius creatori coæterna est si semper fuit, vereor ne facilius iudicet affirmare quod nescio, quāam docere quod scio. Redeo igitur ad id quod creator noster scire nos voluit: illa verò quæ vel sapientioribus in hac vita scire permisit, vel omnino perfectis in alia vita sciēda seruauit, ultra vires meas esse profiteor. Sed ideo putavi sine affirmatione tractanda, ut qui hæc legunt, videant à quibus quæstionum periculis debeant temperare, nec ad omnia se idoneos arbitrentur, potiusque intelligant, quāam sit Apostolo obtemperandum præcipienti salubriter, vbi ait: Dico autem per gratiam quæ data

est mihi omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, sicut vnicuique Deus partitus est ^f mensuram fidei. ^g Si enim pro viribus suis alatur infans, fiet vt crescendo plus capiat: si autem vires suæ capacitatis excedat, deficiet antequam crescat.

L. V I V E S.

a **A** Liquando dominum non fuisse dicere non audeo. } *Nam seruos non habuit, quorum relatione dominus dicitur. Est enim ex numero eorum, quæ sunt cœli, vt Aristot. inquit, nam filij & spiritus sancti dominum vocare non conuenit.*

b Si enim de alio atque alio intelligatur. } *Si Augustinus legisset parua Logicalia, non id diceret. certæ enim sunt suppositiones & distributiones, quas illi doctissimi magistri in ea lingua finxerunt, cuius erant ignarissimi. Satis ostendit hic August. sermonem ad captum esse populi attemperandum, quidni? cum dominus sit populus sermonis.*

c Cuius mutabilibus motibus. } *Quod aliquid præterijt, aliud sequetur vel in actionibus, vel in essentia.*

d Ille enim semper fuit æter. } *Eius duratio, in qua semper propriè esse dicitur: sed nos abutentes nominibus, & fuisse & fore dicimus: æternitas illa est, quæ vt infinita capi à finitis nostris cogitationibus nequit.*

e Semper habuit creaturam. } *Cauiatur hic Augustinus, mea sententia. nam cum semper sic explicetur omni tempore, ipse omni tempore fuisse creaturam ait, quia cum tempore & illa sit facta. Porro questio est, an etiam ante conditum mundum fuerit dominus. At paulò post quanto vtrius theologatur, cum mauult verecundè dicere, quàm imprudenter de tantis rebus affirmare, quæ nec capit, & dubitat: satisque censet esse de illis loqui, quæ nos scire rerum parens noluit. Atque vti- nam quæ nos ille docuit boni consuleremus, ac eis contenti non curare- mus scrutari maiestatem, ne opprimeremur à gloria: ea recolere- mus subinde, in eis noscendis nos exerceremus, adorantes quæ accepimus, non ingerentes nos arcanis tæmerè ac odiosè.*

f Mensura fidei. } *Alibi mensuram fidei: & sic vulgò legimus ad Rom. 12. Græcè est $\omega\sigma\tau\epsilon\sigma\ \mu\epsilon\tau\epsilon\sigma\ \mu\epsilon\tau\epsilon\sigma\ \mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$: vt Deus distribuit mensuram fidei. sed accusatiui Græci saepe pro nostris ablatiuis seu potius pro septimo casu ponuntur: vt fortasse Pau. velit intelligi distribu- tionè illam sapientiæ vniuscuiusque factà à Deo ex fidei cuiusq; mēsurā.*

g Si enim pro viribus. } *Similitudo apud Quintil. aptissima libr. 1. Instit. quæ aptari huic quoque rei potest. V ascula, inquit, oru angustis super- fusam humoris copiam respunt, sensim autem influentibus, vel etiam instillantibus complentur.*

Quomodo intelligendum sit, promissa homini à Deo vita æterna
ante tempora æterna. CAP. XVI.

QUAE secula præterierint antequam genus institue-
retur humanum, me fateor ignorare, non tamen du-
bito nihil omnino creaturæ creatori esse coæter-
num. Dicit etiam Apostolus tempora æterna, nec ea futura:
sed quod magis est mirandum præterita. Sic enim ait: In spem
vitæ æternæ, quam promissit non mendax Deus^a ante tempo-
ra æterna: manifestavit autē temporibus suis verbum suum.
Ecce dicit retrò quòd fuerint tempora æterna, quæ tamen
non fuerunt Deo coæterna. Siquidem ille ante tēpora æter-
na non solum erat, verumetiam promissit vitam æternam,
quam manifestavit tēporibus suis, id est, congruis, quid aliud
quàm verbum suum? Hoc est enim vita æterna. Quomodo
autem promissit, cùm hominibus vtrique promiserit, qui non-
dum erant ante tempora æterna: nisi quia in ipsius æternita-
te, atque in ipso eius verbo eidem coæterno, iam prædestina-
tione fixum erat, quod suo tempore futurum erat?

L. V I V E S.

ANte tempora æterna. } *Primo cap. Epist. ad Titum, quem lo-*
cum sic Hieronymus enarrat: Sed nec hoc silentio prætereundum
puto, quomodo non mendax Deus ante æterna seculis spondit vitam.
Ex quo, iuxta historiam Genesens, factus est mundus, & per vices no-
cturnæ ac dierum mensium pariter & annorum, tempora constituta sunt.
In hoc curriculo & rota, mundi tempora labuntur, & veniunt, & aut
futura sunt, aut fuerunt. Vnde quidam philosophorum non putant esse
tempus præsens: sed aut præteritum, aut futurum: quia omne quod lo-
quimur, agimus, cogitamus, aut dum fit, præterit: aut si nondum factum
est, expectamus. Ante hæc igitur mundi tempora, eternitatem quandam
seculorum fuisse credendum est, quibus semper cum filio & spiritu sancto
fuerit pater: & ut ita dicam, unum tempus Dei est omnis eternitas: imò
innumerabilia tempora sunt, cùm infinitus sit ipse, qui ante tempora, om-
ne tempus excedit. Sex milia necdum nostri orbis implentur anni, quan-
tas prius eternitas: quanta tempora, quantas seculorum origines fuisse
arbitrandum est? in quibus angeli, throni, dominationes, ceteræq;
virtutes seruerint Deo, & absque temporum vicibus, atque mensuris,
Deo iubente, subsisterint. Ante hæc itaque omnia tempora, que nec ser-
mo eloqui, nec mens comprehendere, nec cogitatio tacita audet attinge-
re, promissit Deus pater sapientia sue verbum suum, & ipsam sapien-
tiam suam, & vitam eorum qui credituri erant mundo esse venturam.

Ita Hieron. Huius sententia partem contra se adducens Petrus Lombardus lib. 2. sic repellit, ut dicat, Hieronymum id scripsisse, non quod sic sentiat, sed aliorum opinionem recensentem. Idem in multis quoque Augustini dictis respondet: quod facile dictu est, quoties aliquid ex magnis autoribus contra nostra placita affertur. Augustinus contra Priscillianistas hunc locum citans dicit tempora eterna illa vocari, ante qua nullum fuerit tempus, quasi à constitutione mundi. Vulgo legimus, ante tempora secularia. Græcè est $\omega\epsilon\iota\ \tau\eta\ \chi\acute{o}\rho\omicron\nu\ \alpha\iota\omega\tau\iota\omega\nu$, ante tempora eterna: tamen si $\alpha\iota\omega\nu$ interim auimus, saepe eternitas, & aliàs seculum, vertatur.

Quid de incommutabili consilio aut voluntate Dei fides sana defendat contra ratiocinationes eorum, qui opera Dei ex æternitate repetita per eosdem, semper volunt seculorum redire circuitus.

C A P. X V I I.

Illud quoque non dubito, antequam primus homo creatus esset, nunquam quenquam hominem fuisse: nec eundem ipsum, nescio quibus circuitibus, nescio quoties reuolutum: nec alium aliquem natura similem. Neque ab hac fide me philosophorum argumenta deterrent, quorum acutissimum illud putatur, quod dicant nulla infinita vlla scientia posse comprehendi. Ac per hoc Deus, inquit, rerum, quas fecit, omnium finitarum omnes finitas apud se rationes habet, bonitas autem eius nunquam vacua fuisse credenda est, ne sit temporalis eius operatio, cuius retro fuerit æterna cessatio, quasi poenituerit eum prioris sine initio vacationis, ac propterea sit operis aggressus initiu. Et ideo necesse est, inquit, eadem semper repeti, eademque semper repetenda transcurrere: vel manente mundo mutabiliter, qui licet nunquam non fuerit, & sine initio temporis tamen factus est: vel eius quoque ortu & occasu, semper illis circuitibus repetito, semperque repetendo, ne videlicet, si aliquando primum Dei opera cepta dicantur, priorem suam sine initio vacationem tanquam inertem, ac desidiosam, & ideo sibi displicentem dānasse quodammodo, atque ob hoc mutasse credatur. Si autem semper quidem temporalia, sed alia atque alia perhibetur operatus: ac si aliquando etiam ad hominem faciendum, quem nunquam antea fecerat, peruenisse, non scientia, qua putant non posse quęcumque infinita comprehendi, sed quasi ad horam, sicut veniebat in mentem, fortui-

fortuita quadam inconstantia videatur fecisse, quæ fecit. Porro si illi circumitus admittantur, inquit, quibus vel manente mundo, vel ipso quoque reuolubiles ortus tuos & occasus eisdem circumitibus inferente, eadem temporalia repetuntur, nec ignauum otium præsertim tam longè sine initio diurnitatis Deo tribuitur, nec improvida temeritas operum suorum. Quoniam si non eadem repetantur, non possunt infinita diuersitate variata vlla eius sciëntia vel præscientia comprehendere. Has argumentationes quibus impij nostram simplicem pietatē, vt cum illis in circumitu ambulemus, de via recta conantur auertere, si ratio refutare non posset, fides irridere deberet. Huc accedit quod in adiutorio Domini Dei nostri hos volubiles circulos, quos opinio cōfingit, ratio manifesta cōfringit. Hinc enim maxime isti errāt, vt in circumitu falso ambulare, quàm vero & recto itinere malint, quod mentem diuinam omnino immutabilem cuiuslibet infinitatis capacē, & innumera omnia sine cogitationis alternatione numerantem, de sua humana mutabili angustāq; metiuntur. Et fit illis quod ait Apostolus: ^b Cōparantes enim semetipsum sibi semetipsum, semetipsum non intelligunt. Nam quia illis quicquid noui faciendum venit in mentem, nouo consilio faciunt, mutabiles quippe mentes gerunt, profectò non Deum, quem cogitare nō possunt, sed semetipsum pro illo cogitantes, nō illum, sed seipsum, nec illi, sed sibi comparant. Nobis autem fas non est credere aliter Deum affici, cū vacat, aliter cū operatur: quia nec affici dicendus est, tanquam in eius natura fiat aliquid quod non antè fuerit. Patitur quippe qui afficitur, & mutabile est omne, quod aliquid patitur. Non itaq; in eius vacatione cogitetur ignauia, desidia, inertia, sicut nec in eius opere labor, conatus, industria. Nouit quiescens agere, & agens quiescere. Potest ad opus nouum, non nouum, sed sempiternum adhibere consilium, nec pœnitendo, quia prius cessauerat, cœpit facere, quod non fecerat. Sed & si prius cessauit, & posterus operatus est, quod nescio quemadmodum ab homine possit intelligi, hoc proculdubio quod dicitur prius & posterus, in rebus prius non existentibus, & posterus existentibus fuit. In illo autem non alteram præcedentem altera subsequens mutauit aut abstulit voluntatem, sed vna eadēque sempiterna & immutabili voluntate res, quas condidit, & vt prius non essent, egit, quandiu non fuerunt

& vt posterius essent, quando esse cœperūt: hinc eis qui talia videre possunt mirabiliter fortassis ostendens, quàm non eis indiguerit, sed eas gratuita bonitate condiderit, cum sine illis ex æternitate initio carente in non minore beatitudine permanfit.

L. VIVES.

a Quid dicunt nulla. } *Aristoteles libro prima philosophia secundo, negat mente ac cogitatione capi infinitum posse: & primo Posteriorum resolutionum cum dixisset, tum demum nos exactè scire, cum ad ultimum rei peruenimus singularia accedere ad infinitatem, vniuersalia ad simplicitatem docet. inde aut quatenus sint aliqua infinita scribi non posse, sed qua sunt finita posse. Plato quoque cum in diuidendo ad singularia deuentum esset, progredi vetabat ulterius, quòd hæc forent infinita, & teneri animo ac scientia nequirent.*

b Comparantes enim. } *Se. unde ad i. orinthios. In hunc sensum hic locus plerunque Augustino citatur, vt Erasmus annotauit.*

Contra eos qui dicunt ea quæ infinita sunt nec Dei posse scientia comprehendi. CAP. XVIII.

N L V D autem aliud quod dicunt, nec Dei scientia quæ infinita sunt posse comprehendi, restat eis vt dicere audeant, atque huic se voragini profundè impietatis immergant, quòd non omnes numeros Deus nouerit. Eos quippe infinitos esse certissimum est, quoniã in quocunque numero finem faciendum putaueris, idem ipse non dico vno addito augeri, sed quàmlibet sit magnus, & quàmlibet ingentem multitudinem continens, in ipsa ratione atque scientia numerorum, non solum duplicari, verum etiam multiplicari potest. Ita verò suis quisque numerus proprietatibus terminatur, vt nullus eorum par esse cuiquam alteri possit. Ergo & dispares inter se, atque diuersi sunt, & singuli quique finiti sunt, & omnes infiniti sunt. ^b Ita nec numeros propter infinitatem nescit omnipotens Deus, & vsque ad quandam summam numerorum scientia Dei peruenit, cæteros ignorat? Quis hoc etiam vel dementissimus dixit? Nec audebunt isti contemnere numeros, & eos dicere ad Dei scientiam non pertinere: apud quos Plato Deum magna auctoritate commendat mundum numeris fabricantem; & apud nos Deo dictum legitur, Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. De quo dicit Propheta: Qui profert numero seculum. Et saluator in Euangelio: Capilli, inquit, vestri

firi omnes numerati sunt. Absit itaq; vt dubitemus, quòd ei notus non sit omnis numerus, cuius intelligentiæ, sicut in Psalmo canitur, non est numerus. Infinitas itaq; numeri; quamvis infinitorù numerorum nullus sit numerus: non est tamen incòprehensibilis ei, cuius intelligentiæ nõ est numerus. Quapropter, si quicquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur: profectò & omnis infinitas quodã ineffabili modo Deo finita est, quia sciëntiæ ipsius incòprehensibilis non est. Quare si infinitas numerorum scientiæ Dei, qua còprehenditur, esse non potest infinita, qui tandem nos sumus homunculi, qui eius scientiæ limitem fingere præsumamus: dicentes, quòd nisi eisdem circumitibus temporum, eadẽ tẽporalia repetantur, non potest Deus cuncta quæ fecit vel præscire vt faciat, vel scire cum fecerit: cuius sapientia simpliciter multiplex, & vniformiter multiformis, tam incòprehensibili comprehensione omnia incomprehensibilia comprehendit, vt quæcunque noua & dissimilia consequantur præcedentibus, si semper facere vellet, inordinata & improuisa habere non posset: nec ea præuideret ex proximo tempore, sed æterna præscientia contineret.

L. VIVES.

VT nullus eorum. } *Nam duo homines, & duo equi, etsi diversi, idem tamen numerus dicuntur. Nec illud ouero, differatne numerus ab iis rebus, quas numeramus, an idem sit cum illis, quod in scholis magis utrinque am. is, & clamoribus d. pugna. ur.*

b Ita nec. } *Legendum sic: Itane numeros propter infinitatem nescit omnipotens Deus, & vsque ad quãdam. m. & c.*

De seculis seculorum, CAP. XIX.

VOD vtum ita faciat, & continuata sibi connexionne copulentur, quæ appellantur secula seculorum: alia tamen atque alia, ordinata dissimilitudine procurrentia, eis duntaxat qui ex miseria liberantur, in sua beata immortalitate sine fine manentibus. an ita dicantur secula seculorum, vt intelligantur secula in sapientia Dei inconcussa stabilitate manentia, istorum quæ cum tempore transeunt tanquam efficientia seculorum, definire non audeo. Fortassis enim possit dici seculum, quæ sunt secula: vt nihil aliud perhibeatur seculum seculi, quàm secula seculorum: sicut nihil aliud dicitur, cælum cæli, quàm cæli cælorum. Nam cælum Deus vocauit firmamentũ super quod sunt aquæ: & tamen in

Psalmo: Et aquæ, inquit, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini. Quid ergo istorum duum sit, an præter hæc duo aliquid aliud de seculis seculorū possit intelligi, profundissima quæstio est. Neq; hoc quod nūc agimus impedit, si indiscussa interim differatur: siue aliquid in ea definire valeamus, siue nos faciat cautiore diligentiore ipsa tractatio, ne in tanta obscuritate rerū, affirmare aliquid temerè audeamus. Nūc enim contra opinionem disputamus, qua illi circumitus asseruntur, quibus semper eadē per interualla temporū necesse esse repeti existimantur. Quælibet autem illarum sententiarum de seculis seculorum vera sit, ad hos circumitus nihil pertinet: quoniam siue secula seculorum sint, non eadem repetita, sed alterū ex altero cōnexionē ordinatissima procurrentia, liberatorum beatitudine sine vllō recursu miseriarum certissima permanente: siue secula seculorum æterna sint temporalium, tanquam dominantia subditorum circumitus illieadem reuoluentes locum non habent, quos maximè refellit æterna vita sanctorum.

L. VIVES.

QUÆ appellantur secula seculorum. } *Sæpe in sacris literis hæc duo nomina leguntur coniuncta secula seculorum. Quid ea significant Hieronymus in Epistolam ad Galatas sic definit: Querendum, inquit, quoque quid sit inter seculum, & seculum seculi, siue secula seculorum, Et ubi pro breui temporis spatio, ubi pro æternitate ponatur: quia in Hebræo seculum, id est דליי ubi l litteram præpositam habuerit: æternitatem significat: ubi verò sine l scribitur, annum quinquagesimum, quem illi Iobileum vocant. Ob hæc causam & ille Hebræus, qui propter uxorem & liberos amans dominum suum aure pertusa seruitio subiugatur. seruire iubetur in seculum, hoc est, usque ad annum quinquagesimum: & Moabite & Amonite non ingrediuntur ecclesiam Domini, usque ad quintam & decimam generationem & usque in seculum: quia omnis dura conditio Iobilei soluebat aduentu. Quidam dicunt eundem esse sensum in seculis seculorum, quem in sanctis sanctorum, in calis celorum, in operibus operum. in canticis canticorum: & quam habent differentiam celi ad eos quorum celi sunt, & sancta quæ sanctorum comparatione sunt sanctiora, & opera quæ operum prælatione meliora sunt, & cantica quæ inter cantica vniuersa præcellunt, eandem habere & seculum, quæ seculorum collatione sunt secula. Præsens itaque seculum ita edisserunt, ut dicant ex eo tempore illud esse numerandum, ex quo calum & terra sunt condita, & currere usq.*

ad con-

ad consummationem mundi, quo Christus iudicaturus est omnia. Renouant quoque ultra, & in priora promouent gradum de preteritis & futuris seculis disputantes, bona an mala fuerint seu futura sint, & in tam profundas incidunt questiones, ut libros quoque & infinita volumina super hac dissertatione condiderint. Hæc ille.

b Quos maximè refellit æterna vita sanctorum. } Qui ad miseriam non relabuntur: neque beatitudo esset, si certum non haberent se ibi semper futuros, nec æterna vita si morte finiretur.

De impietate eorum qui asserunt animas summæ veræque beatitudinis participes, iterum atque iterum per circumitus temporum ad easdem miseras laboresque redituras. CAP. XX.



Vorum enim aures piorum ferant, post emensam tot tantisque calamitatibus vitam, si tamen vita ista dicenda est, ^bque potius mors est, ^cita grauis ut mors quæ ab hac liberat mortis huius amore timeatur, post tam magna mala, tamque multa & horrenda, tandem aliquando per veram religionem atque sapientiam expiata atque finita ira peruenire ad conspectum Dei, atque ira fieri beatum contemplatione incorporeæ lucis per participationem incómutabilis immortalitatis eius, cuius adipiscendæ amore flagramus, ut eam quandoque necesse sit deserere & eos qui deserunt ab illa æternitate, veritate, fœlicitate deiectos, tartareæ mortalitati, turpi stultitiæ, miseriis execrabilibus implicari: vbi Deus amittatur, vbi odio veritas habeatur, vbi per immundas nequitiæ beatitudo quærat: & hoc itidem atque itidem sine vlllo fine priorum & posteriorum certis interuallis & dimensionibus seculorum factum & futurum: & hoc propterea, ut possint Deo circumitibus definitis, euntibus semper atque redeuntibus per nostras falsas beatitudines & veras miseras alternatim quidem, sed reuolutione incessabili sempiternis nota esse opera sua, quoniam neque à faciendo quiescere: neque sciendo possit ea quæ infinita sunt indagare. Quis hæc audiat? Quis credat? Quis ferat? Quæ si vera esset non solum taceretur prudèntius, verum etiam (ut quomodo valeo dicam quod volo) doctius nesciretur. ^dNam si hæc illic in memoria non habebimus, & ideo beati erimus, ^ecur hic per eorum scientiam grauatur amplius nostra miseria? Si autem ibi ea necessario scituri sumus, hic saltim nesciamus, ut hic fœlicior sit expectatio, quam illic adeptio summi boni, quando hic æterna vita consequenda expectatur, ibi autem beata, sed

nō æterna, quandoq; amittenda cognoscitur Si autem dicunt neminem posse ad illā beatitudinem peruenire, nisi hos circumitus, vbi beatitudo & miseria vicissim alternant, in huius vitæ eruditione cognouerit, quomodo ergo fatentur, quanto plus quisq; amauerit Deum, tantò eum facilius ad beatitudinem peruenturū, qui ea docent quibus amor ipse torpescat? Nam quis non remissius & tepidius amet eum, quē se cogitat necessario deserturū, & cōtra eius veritatē sapientiāq; sensurū, & hoc cū ad eius plenā pro sua capacitate notitiā, beatitudinis perfectione peruenerit, ^f quando nec hominē amicum possit quisque amare fideliter, cui se futurum nouerit inimicum? Sed absit vt vera sint, quæ nobis minantur verā miseriam nunquam finiendam, sed interpositionibus falsæ beatitudinis sæpe ac sine fine rumpendā. Quid enim illa beatitudine falsius atque fallacius, vbi nos futuros miseros, aut in tāta veritatis luce nesciamus, aut in summa fœlicitatis arce timeamus. Si enim futuram ibi calamitatem ignoraturi sumus, peritior est hic nostra miseria, vbi futuram beatitudinem nouimus. Si autem nos illic clades imminens non latebit, ^s beatius tempora trānsigit anima misera, quibus transfictis ad beatitudinem subleuetur, quam beata quibus transfictis in miseriam reuoluatur. ^h Atq; ita spes nostræ infœlicitatis est fœlix, & fœlicitatis infœlix. Vnde fit, vt quia hic mala præsentia patimur, ibi metuimus imminencia, verius semper miseri, quàm beati aliquādo esse possimus. Sed quoniam hæc falsa sunt clamante pietate, cōuincente veritate. Illa enim nobis veraciter promittitur vera fœlicitas, cuius erit sēper retinenda, & nulla infœlitate rumpenda certa securitas, viā rectā sequentes, quæ nobis est Christus, eo duce ac saluatore à vano & inepto impiorū circūitu iter fidei mētēq; auertamus. Si enim de istis circūitibus, & sine cessatione alternantibus itionibus & reditionibus animarū, Porphyrius Platonicus suorū opinionē sequi noluit, siue ipsius rei vanitate permotus, siue iam tempora Christiana reueritus. Et quod in lib. x. commemorauī, dicere maluit, animā propter cognoscenda mala traditā mūdo, vt ab eis liberata atq; purgata, cū ad patrem redierit, nihil vltierius tale patiatur, quāto magis nos istam inimicā Christianæ fidei falsitatē detestari ac deuitare debemus? His autē circumitibus euacuatis atq; frustratis, nulla necessitas nos cōpelleret, ideo putare non habere initiū tēporis, ex quo esse cœperit genus humanum

manū, quia nescio per quos circūitus nihil sit in rebus noui, quod non & antea certis internallis temporū fuerit, & postea sit futurum. Si enim liberatur anima nō reditura ad miseras, sicut nunquam antea liberata est, sit in illa aliquid quod antea nunquam factū est, & hoc quidem valde magnum, id est, quæ nunquam desinat æterna fœlicitas. Si autē in natura immortalis sit tāta nouitas futura, nullo repetita, nullo repetēda circumitu, cur in rebus mortalibus fieri non posse contenditur? Si dicunt nō fieri in anima beatitudinis nouitatem, quoniam ad eā reuertitur in qua semper fuit, ipsa certē liberatio noua fit, cū de miseria liberatur, in qua nunquam fuit, & ipsa miseriæ nouitas in ea facta est, quæ nunquam fuit. Hæc autē nouitas si nō in rerum, quæ diuina prouidentia gubernantur, ordine venit, sed casu potius euenit, vbi sunt illi determinati dimentiq; circumitus, in quibus nulla noua sūt, sed repetuntur eadē quæ fuerūt? Si autē & hæc nouitas ab ordinatione diuinæ prouidentię non excluditur, ⁱ siue data sit anima, siue lapsa sit, possunt fieri noua, quæ neq; antea facta sint, nec tamen à rerū ordine aliena sint. Et si potuit anima facere per imprudentiā sibi nouā miseriā, quæ non esset improuisa diuinę prouidentię, vt hęc quoq; in rerū ordinē includeret, & ab hac eam non improuidē liberaret, qua tādē temeritate humanæ vanitatis audemus negare diuinitatem facere posse res non sibi sed mūdo nouas, quas neq; antea fecerit, nec vnquā habuerit improuisas? Si autem dicūt liberatas quidē animas ad miseriā non reuersuras, sed cum hoc sit in rebus nihil noui fieri, quoniam semper aliæ atque aliæ liberatæ sunt, & liberātur, & liberabuntur. Hoc certē concedūt, si ita est nouas animas fieri, quibus sit & noua miseria, & noua liberatio. Nam si antiquas eas dicūt esse, & retrorsum sempiternas, ex quibus quotidie noui sūt homines, de quorū corporibus si sapienter vixerint, ita liberentur, vt nunquā ad miseras reuoluātur, consequenter dicturi sunt infinitas. Quātūlibet nanque finitus numerus fuisset animarum, infinitis retro seculis sufficere non valeret, vt ex illo semper fierent homines, quorum essent animæ ab ista semper mortalitate liberandæ, nūquam ad eam deinceps redituræ. Nec vllō modo explicabunt^k quomodo in rebus quas Deo notas esse, eo quod sint infinitæ, non volunt, infinitus sit numerus animarum. Quapropter quoniam circūitus illi iā explosi sunt, quibus ad easdē miseriās necessario putabatur

anima reditura, quid restat conuenientius pietati, quàm credere nò esse impossibile Deo, & ea quæ nunquã fecerit, noua facere, & ineffabili præscientia voluntatem mutabilem non habere? Porro autem vtrum animarum liberatarũ, nec vterius ad miseras rediturarum numerus possit semper augeri, ipsi viderint, qui de rerũ infinitate cohibenda, tam subtiliter disputant: nos verò ratiocinationem nostram ex vtroq; latere terminamus. Si enim potest, quid causæ est, vt negetur creati potuisse, quod nunquam antea creatum esset? Si liberatarum animarum numerus, qui nunquam antea fuit, non solùm factus est semel, sed nunquam fieri desinet? Si autem oportet vt certus sit liberatarum aliquis numerus animarum, quæ ad miseriam nunquam redeant, neque iste numerus vterius augeatur, etiam ipse sine dubio quicunq; erit, antè utique nunquam fuit. Qui profectò crescere, & ad suæ quãtitaris terminum peruenire, sine aliquo non posset initio. Quod initium quoniam antea nunquam fuit, hoc ergo vt esset, creatus est homo ante quem nullus fuit.

L. V I V E S.

a **Q**VORũ autem aures piorum ferant post. } Nò parua est inter Plotonicos dissenſio, an anima ita aliquando ad suũ astrũ, unde sumpta est redeat, vt ibi æternum sit beata, an infinitis reuolutionibus. & ad corpus descendat, & è corpore alio migrat. Plato enim in Phædro & Rep. sempiternam fælicitatem animis tribuit. Idcirco Porphyrius & Iamblichus expurgatum omnino animum nolunt corpori reddi. Plotinus & Proclus quamlibet defecatum & purum finita periodo huc reducunt: cùmque Plato sempiternum nominat, intelligunt non eternitatem temporum, sed magni anni spatium.

b Quæ potius mors est. } Cicero in sexto De reipub. ex sententia Platonis vitam nostram potius mortem esse appellandam dicit, in qua iugi malorum fonte circumsepti, singulis propè momentis necamur.

c Ita grauis vt mors, quæ ab hac liberat. } Inter omnia mala, quæ vita hæc corporalis secum adfert, illud est de primis, quòd assumpto ferè rationis omnis & consilij vigore sui dulcedinè charitatèmq; immodicam ingerit affectibus. Contrarij verò horrorem ac odium, cùm è diuerso si mente & iudicio valeremus, neque hæc duo obruta essent corporis mole, liberari à morte hac, quam nos vitam vocamus, debere mus velle, & cum illo apud Apostolum ingemiscere: Me miserum, quis me liberabit de corpore mortis huius?

d Nam si hæc illic in memoria non habet. } Bibemus enim de fluuio

fluio Lethæo, ut dicunt.

e Cur hic per eorum sciētiam. } *Timor enim malorum permagna est miseria, satiusq; est multò mori securum, quàm uiuere metuentem.*

f Quando nec hominem amicum possit quisquam amare fideliter. } *Cicero in Lælio: Negabat Scipio ullam uocem inimicitiam amicitie potuisse reperiri, quàm eius, qui dixisset ita amare oportere, ut aliquando esset osurus: nec uerò se adduci posse, ut hoc, quemadmodum putaretur, à Biante esse dictum crederet, qui habitus esset sapiens, & unus ex septem, sed impuri potius cuiusquam & ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Quoniam enim modo quisquam amicus esse poterit eius, cui se putabit inimicum esse posse? Quare hoc quidem præceptum cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam ualet: illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitis comparandis, ut ne eum amare inciperemus, quem aliquando odisse possemus.*

g Beatius tempora transigit. } *Quanto melior est fœlicitas post miseriam, quàm miseria post fœlicitatem. Sensus enim miserie, quàm fœlicitas manet, spe fit minor, ut magna pars fœlicitatis adimitur miserie secuturæ metu. Puerulo mihi Blancha mater matronarum omnium, nisi me pietas fallit, pudicissima narrare solebat, Sirenes per tempestatem cantare suauiter consueſse, contra lamentari sereno celo, quieto mari: quòd nunc immutationem in peius metuerent, tunc uerò tranquillitatem sperarent.*

h Spes nostræ fœlicitatis est fœlix. } *Non spes de infœlitate, sed quæ est in infœlitate præſenti de fœlitate uentura.*

i Siue elata sit ani. } *Legendum, Siue data sit anima, siue lapsa sit, & sic est in ueteribus libris. Attingit duas opiniones Platonicorum, quorum alij animas corporibus à Deo datas uolunt, & missas, alij suapte culpa, & inde pondere per culpam contracto delapsas esse de cælis in corpora, ad luendas pœnas.*

k Quomodo in rebus. } *In aliis libris aliis uerbis, sed idem ualente sententia: quomodo in rebus, quas ut Deo nota esse possint, finitas uolunt, infinitus sit numerus animarum.*

De conditione vnus primi hominis atque in eo generis humani.

C A P. X X I.

H Ac igitur quæſtione difficillima, propter æternitatē Dei noua creantis sine nouitate aliqua uoluntatis, quantum potuimus explicata, non est arduū uidere multò fuisse melius quòd factū est, ut ex vno homine quem primum condidit, multiplicaret genus humanum, quàm si

id inchoasset à pluribus. Nā cū animātes alias solitarias, & quodammodo soliuagas, id est, quæ solitudinem magis appetant, sicuti sunt aquilæ, milui, leones, lupi, & quæcunque alia ita sunt: alias verò congreges instituerit, quæ cōgregatæ atq; in gregib⁹ malint viuere, vt sunt colubi, sturni, cerui, ^a damulæ, & cætera huiusmodi: vtrunque tamen genus non ex singulis propagauit, sed plura simul iussit existere. Hominē verò, cuius naturam quodammodo mediam inter angelos bestiāque condebat, vt si creatori suo tāquam vero domino subditus præceptum eius pia obedientia custodiret, in cōsortium trāfīret angelicū sine morte media, beatam immortalitatem sine vllō termino cōsecuturus: si autem dominū Deum suum libera voluntate superbè atque inobediēter vsus offenderet, morti addictus bestialiter viueret, libidinis seruus, æternòq; post mortem supplicio destinatus, vnum ac singulum creauit, non vtique solum sine humana societate deserendum, sed vt eo modo vehementius ei commendāretur ipsius societatis vnitās vinculumque concordia, si non tantum inter se naturæ similitudine, verum etiam cognationis affectu homines necterentur, quando nec ipsam quidem fœminam copulandam viro sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, vt omne ex homine vno diffunderetur genus humanum.

L. V I V E S.

DAmulæ. § *Sic diminutiue dixit, quia meticulosum est animal, quum nec ferum sit, nec mansuetum.*

Quòd præscierit Deus hominem quem primum cōdidit, peccaturum: simulque præuiderit quantum piorum populum ex eius genere in angelicum consortium sua esset gratia translaturus.

C A P. X X I I.

NEc ignorabat Deus hominem peccaturum, & mortiam obnoxiiū morituros propagaturum, eoque progressuros peccandi immanitate mortales, ^a vt tutius atque capacius inter se rationalis voluntatis expertes bestia sui generis viuerēt, quarum ex aquis & terris plurimū pullulauit exordium: quān homines, quorum genus ex vno est ad commendandam concordiam propagatum. Neque enim vquam inter se leones, aut inter se dracones, qualia homines bella inter se gesserūt. Sed præuidebat etiam Deus gratia sua populum piorum in adoptionem vocādum, remissisq; peccatis

catis iustificatum spiritu sancto sanctis angelis in æterna pace sociandum, nouissima inimica morte destructa cui populo esset huius rei consideratio profutura, quod ex vno homine Deus ad commédandum hominibus quàm ei grata sit etiam in pluribus vnitas, genus instituisset humanum.

L. V I V E S.

VT tutius atque capacius. } *Alibi. pacatius. Hæc facilius bestias eiusdem generis capiat aliquis locus sine dissidio & pugna, quàm homines. Lupus enim est homini homo, sicut Græco proverbio dicunt. Plin. lib. 7. Denique cetera animantia in suo genere probè degunt. Congregari videmus, & stare contra discrimina. Leonum feritas inter se non dimitat, serpentium morsus non petunt serpentes, ne maris quidem beluæ ac pisces nisi in diuersa genera seuiunt. At hercè homini plurima ex homine sunt mala. Est Dicaarchi liber, inquit Cicero, de interitu hominum, Peripatetici magni & copiosi, qui collectu exteris causis eluionis, pestilentie, vastitatis, belluarum etiam perpetuæ multitudinis, quarum impetu docet quedam hominum genera esse consumpta. Deinde comparat quanto plures delati sunt homines hominum impetu, id est, bellis, seditionibus, quàm omni reliqua calamitate. Hoc bellum inter homines volebat auferre Christus, & ardorem alium ferere non discordiæ sed concordie & mutue charitatis. Hoc prædicandum, hoc consulendum esset, homines Christo initiates pugnare inter se non debere, sed amare inuicem, ferrè inuicem, nec irritandi & accendendi sunt humani animi satis ex se prociues in cedes & facinora.*

De natura humanæ animæ creatæ ad imaginem Dei.

C A P. XXIII.

Ecit^a ergo Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Talem quippe illi animam creauit, quæ per rationem atque intelligentiã omnibus esset præstantior anima libris terrestribus, & natatilibus, & volatilibus, quæ mætrem huiusmodi nõ haberet. Et cum virũ terreno formasset ex puluere, eiq; animã qualem dixi,^b siue quã iam fecerat sufflando indidisset: siue potius sufflando fecisset, eũq; flatũ quẽ sufflãdo fecit: nã quid est aliud sufflare, quàm flatum facere, animã hominis esse voluisset,^c etiã coniugẽ illi in adiutoriũ generandi ex eius latere osse detracto fecit, vt Deus. Neq; enim hæc carnali cõsuetudine cogitãda sunt, vt videre solemus opifices ex materia quacũq; terrena corporalib. mēbris, quod artis industria potuerunt fabricãtes: manus Dei potentia Dei est, qui etiã visibilia inuisibiliter operatur. Sed hæc

fabulosa potius quàm vera esse arbitrantur, qui virtutē ac sapientiam Dei, quæ nouit & potest etiam sine feminibus ipsa certè facere femina, ex his vſitatis & quotidianis metiuntur operibus: ea verò quæ primitus instituta sunt, quoniam non nouerunt, infideliter cogitant: quasi non hæc ipsa quæ nouerunt de humanis conceptibus atque partibus, si etiam inexpertis narrarentur, incredibilia viderentur: quanuis & ea ipsa plerique magis naturæ corporalibus causis, quàm operibus diuinæ mentis assignent.

L. V I V E S.

a **F**ecit ergo Deus hominem ad imaginē & similitudinem suam. } *Imaginem Christi putat Origenes esse hominem: ideo dictum est ad imaginem Dei: nam imago Dei filius est. Alij per similitudinem spiritum sanctum putant intelligi: sed profectò ad imaginē & similitudinem nihil aliud sunt, quàm ut sit homo imago & similitudo Dei. Vir, inquit Paul. ad Cor. imago est Dei: idque ad naturam potest referri: similitudo verò, ad ea, quibus est dotata natura: immortalitatem, virtutes, sapientiam, quibus homo similis est Dei.*

b Siue quam iam fecerat. } *Dubium est, feceritne antea, & indiderit postea, an creauit cum corpore: nam August. in Genesi ad litteram lib. 7. progenitam hominis animam cum ceteris spiritualibus rebus ait, deinde corpori infusam. Atque hoc esse, quod scribitur insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ. Quod alij ad diuersum trahunt sensum, nempe tum ibi esse factam, ut hic quoque August. docet.*

c Etiam coniugem illi in adiutorium. } *De creatione fœminæ cur post virum, cur de costa dormientis, quomodo de costa, disputat Magister lib. 2. dist. 18.*

An vllius vel minimæ creaturæ possunt dici angeli creatores.

C A P. XXIIII.

Sed cum his nullum nobis est in his libris negotium, qui diuinam mentem facere vel curare ista non credunt. ^b Illi autem qui Platoni suo credunt, nō ab illo summo Deo qui fabricatus est mundū, sed ab aliis minoribus quos quidē ipse creauerit, permissu siue iussu eius animantia facta esse cūcta mortalia, in quibus homo præcipuum diisque ipsis cognatū teneret locum, si superstitione careāt, qua quærunt, vnde iustè videātur sacra & sacrificia facere, quasi conditoribus suis, facile carebūt etiam huius opinationis errore. Neque enim fas est vllius naturæ quamlibet minimæ mortalisque, creatorē nisi Deū credere, ac dicere, etiam antequam possit.

possit intelligi. Angeli autem quos illi deos libētius appellāt, etiam si adhibent vel iussi vel permissi operationem suam rebus quæ gignūtur in mundo, tam non eos dicimus creatores animalium, quàm nec agricolas frugum atque arborum.

L. V I V E S.


a Sed cum his nullum nobis est. } *Ut cum Epicurcis, qui omnia fortuito & temerario fieri casu putant, aut qui naturam solam sine Deo præficiunt huic inferiori mundo & sublunari, quam opinionem Arist. fuisse multi prodiderunt: vel qui res corporales à demonibus factas esse putant, ut quidam heretici.*

b Illi autem qui Platoni suo credunt. } *Plato in Timæo inducit Deum maximum minorum deorum patrem vis ut animalia minoræ facerent, nam & ipsi quoque sunt animalia, præcipientem: ita ipsos accepisse ex astris immortale principium, mortalis animantis videlicet animam, imitatos genitorem & effectorem sui, particulas & terræ & aquæ & aeris à mundo quas rursus redderent, mutuatos. eas inter se copulasse. Haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus, quæ cerni non possent propter tenuitatem hærentibus crebris quasi cuneolis iniectis, inde unum corpus effectisse. Menander quidam Simonis Magi discipulus mundum ab angelo factum asseuerabat: Saturninus verò ab angelis septem præter conscientiam patris.*

c Etiam si adhibent vel iussi vel permissi. } *Præfæcti sunt angeli ipsius Dei & administri, sicut inquit Paul. Itaque iussu illius multas res in hoc mundo gerunt: nam, ut Aug. inquit, unaqueque res huius mundi visibilis habet angelicam potestatem sibi præpositam. & Gregorius, in hoc mundo visibili nihil nisi per creaturam visibilem disponi potest. Excipiam miracula, si quis pergat contentiosè molestus esse. Verùm Plato ut in Genesi mundi Genesim Moysis est secutus, sic hunc locum de animalium creatione ex loco sacrarum literarum traxit, nam cum legisset dixisse architectum illum nouæ molitionis Deum, faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem nostram: ad angelos putauit eum loqui, quibus administris creatum censuit hominem, at indignum videbatur ministerio angelorum usum illum in nobilissimo animante gignendo, & alios per se velut suis manibus fabricatum: ideo de reliquis etiam idem quod de hominibus censuit. Cuius verba si quis ut citavi expendat: usus enim sum Ciceronis interpretatione, inueniet nec animam conditam nisi à Deo, nempe ex astris desumptam. Quod & Cicero ex Platonicis confirmat in 1. De legib. inquit animam ingeneratum esse à Deo, nec corpus quod ex elementis captum, quæ Deus fecit, immorèsque deos aliud nihil egisse, quàm subser-*

sire creatori in copulandis coagmentandisque iam creatis in formam & rationem animalis. Seneca paulò apertius Platonis sententiam posuit. Hic cum prima fundamenta molis puicherrimæ iaceret, & hoc ordiretur, quo neque manus nouit natura, nec melius, ut omnia sub ducibus suis irent, statuit, & quantuis ipse per totum se corpus intendat, tamen ministros regni sui deus genuit.

Omnium naturam & omnium speciem vniuersæ creaturæ non nisi opere Dei formari. CAP. XXV.

 Vm enim alia fit species quæ adhibetur extrinsecus cuicumque materiæ corporali, sicut operantur homines figuli & fabri, atque id genus opifices, qui etiam pingunt & effingunt formas similes corporibus animalium: alia verò quæ intrinsecus efficientes causas habet de secreto & occulto naturæ viuientis atque intelligentis arbitrio, quæ non solum naturales corporum species, verumetiam ipsas animantium animas dum non sint, facit, supradicta illa species artificibus quibusque tribuatur. Hæc autem altera nõ nisi vni artifici creatori & conditori Deo, qui mundum ipsum & angelos sine vlllo mûdo, & sine vllis angelis fecit. ² Ab illa enim vi diuina, quæ omniũ rerum diuina, & vt ita dicam effectiua est, quæ fieri nescit, sed facere: à qua accepit speciẽ cum mundus fieret & rotunditas cæli, & rotunditas solis, eadem vi diuina & effectiua quæ fieri nescit sed facere, accepit speciem rotunditas oculi, & rotunditas pomi, & cæteræ figuræ naturales, quas videmus in rebus quibusque nascentibus, non extrinsecus adhiberi, sed intima creatoris potentia, qui dixit: Cælũ & terram ego impleo: & cuius sapientia est quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Proinde facti primitus angeli cuiusmodi ministeriũ præbuerint creatori cætera faciẽti, nescio, nec tribuere illis audeo quod fortè nõ possunt, nec debeo derogare quod, possunt. Creationem tamen conditionemque omniũ naturarum, qua fit, vt omnino naturæ sint, eis quoque fauentibus illi Deo tribuo, cui se etiam ipsi debere, quod sunt, cum gratiarũ actione nouerunt. Non solum igitur agricolas, non dicimus fructuum quorumque creatores, cum legamus: Neque qui plantat est aliquid; neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: sed ne ipsam quidem terram, quantuis mater omniam foecunda videatur, quæ germinibus erumpẽtia perimouet, & fixa radicibus continet, cum itidẽ legamus: Deus illi dat corpus, quomodo voluerit,

luerit, & vnicuique seminū proprium corpus. Ira nec fœminam sui puerperij creatricem appellare debemus, sed potius illum qui cuidam suo famulo dixit. Prius quàm te formarem in utero, noui te. Et quāuis anima sic vel sic affecta prægnantis valeat aliquibus velut induere qualitatibus fœtum, ^b sicut de virgīs variatis fecit Iacob, vt pecora colore varia gignerentur: naturam tamen illam, quæ gignitur, tam ipsa nō fecit, quàm nec ipsa se fecit. Quælibet igitur corporales vel seminales causæ gignendis rebus adhibeantur, sine operationibus angelorum aut hominum, aut quorumcunque animalium, siue marium fœminarūque mixtionibus: ^c quælibet etiam deſideria motūſve animæ matris valeāt aliquid lineamentorum aut colorū aspergere, teneris mollibūſque conceptibus, ipsas omnino naturas, quæ sic vel sic in suo genere efficiātur, non facit nisi summus Deus. Cuius occulta potentia cuncta penetrans incontaminabili præſentia facit eſſe quicquid aliquo modo eſt, in quantuncunque eſt: ^e quia nisi faciente illo, vt tale vel tale eſſet, prorsus eſſe non poſſet. Quapropter ſi in illa ſpecie quam forinſecus corporalibus opifices rebus imponunt, urbem Romam, & ^f urbem Alexandriam nō fabros & architectos, ſed reges quorum voluntate, conſilio, & imperio fabricatæ ſunt: illam Romulum, illam Alexandrum habuiſſe dicimus conditores: quanto potius non niſi Deum debemus conditorem dicere naturarum: qui neque ex ea materia facit aliquid, quam ipſe non fecerit, nec operarios habet, niſi quos ipſe creauerit: & ſi potentiam ſuam, ^g vt ita dicam, fabricatoriam rebus ſubtrahat: ita non erunt, ſicut antequam fierent, non fuerunt. Sed antè dico, æternitate, non tempore. Quis enim alius creator eſt tēporum, niſi qui fecit ea, quorum motibus current tempora?

L. V I V E S.

- a **A**B illa enim vi. *Alibi, Quæ enim vi diuina. & vt ita dicam, effectiua quæ fieri n. ſcit. ſed facere, accepit ſpeciem etiam: nam illa, quæ omnium eorum diuiſiua, ſuppoſitiuum videri poſſit.*
- b Sicut de virgīs variatis fecit Iacob. *Plinius lib. 8. ſcribit in arietibus ſpectari ora maximè: quia cuius coloris ſub lingua habuere venas, eius & lanitium eſt in ſortu, variūmq; ſi plures fuer. & mutatio a quarum potiusque variat. Poſſunt igitur arte lanitia, qualia velimus in pecore effici: quod Iacob non ignarus eſt expertus. Nam cum verſicolor*

pecus elegisset, coitusque tempore candidas viridesque virgas illis in flumine quo potabantur, obiecit, ut cum eo visu concipientes similitum colorum aderent fetus: quod ita secutum est. Gen. 30.

c Siue in marium foeminarumque mistionibus. § Plinius idem lib. 7. similitudinum quidem in mente reputatio est: in qua credantur multa fortuita poluere, visus, auditus, memoriaque. Hausta imagines sub ipso conceptis, cogitatio etiam utriuslibet animo subito trasuolas effingere similitudinē aut miscere existimatur. Ideoq; plures in homine quam in ceteris animantibus differētia: quoniam velocitas cogitationū, animiq; celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit. Cum ceteris animantibus immobiles sint animi, & similes omnibus singulisq; in suo cuiusq; genere. Hæc ille. Pleni sunt philosophorum libri visa per conceptū magnā in partu vim habere. Vnde coniugibus præcipitur, ut elegātes habeant circa lectū geniales imagines. Vrbs est in Brabantia Busūducis, in qua ut in alijs eiusdem terræ stato anni die, quo ferūt maximū vrbs tēplum dedicatum, publicè supplicatur, ludiq; varijs diuis exhibentur. Sunt qui tunc personas diuorum induāt: sunt qui dæmonū. Ex his vnum cum visa puella exarsisset, domum saltando se recepisse, & correpta ut erat personatus uxorem suam in lectum coniecit, se ex ea dæmonū velle gignere dicens, concubuit, concepit mulier: & infans quem peperit, simul primū aditus est, saltari cœpit, forma quali dæmones pinguntur.

Ioānes Lamuzæ narravit Ioanni Lamuzæ, homini prudentia incredibili, qui tum erat hic legatus à Ferdinando rege: nunc est huius Cæsaris præfectus in Aragonia, vir qui non modò præfeli nomen & personam, sed regis quoq; possit sustinere.

d Quælibet etiam desideria. § Mulieres prægnantes multarum rerum desiderijs tenentur: sepe carbones appetunt & cineres. Vidi, quæ morsum cervicis iuuenis cuiusdam, & correpta magnis doloribus abortum fecisset, ni momordisset exanimato penè iuvene, tam avidè infixis dentibus. De his tam absurdis appetentijs ciborum medici quidem plurima, sed & apud Philosophos nonnulla: velut Arist. in lib. de animalibus, idque fieri dicunt ex humore in stomacho vitioso: qui si vitis quoque contingat, non dissimilia expetent.

e Quia nisi faciente illo, ut tale vel tale esset. § In antiquis libris sic legitur, Quia nisi faciente illo, non tale vel tale esset, sed prorsus esse non posset.

Alexandria § Urbem Alexandriam. § Alexandria multe sunt: & in Aria, & ad Sogdianos, & in Troade, & in Cilicia, & in India, & in Aegypto, omnes à Macedone Alexandro nominate. Hic de Alexandria

dria Aegyptia loquitur, quae est omnium celeberrima ad littus nostri maris, iuxta Canopicum Nilusitium sita, in Africam vergens.

g Vt ita dicam fabricatoriam. } Quae ad iungendas materias, ad secundum addendumque aliquid pertinet, quae ex rebus ab ipso creatis sunt. Neque haec sunt creationis opera, quae & ab angelis & hominibus caterisque tum animatis sunt, tum etiam animae expertibus.

De Platoniorum opinione, qua putauerunt angelos quidem à Deo conditos, sed ipsos esse humanorum corporum conditores. CAP. XXVI.

Tam sanè Plato minores & à summo Deo factos deos effectores esse voluit animalium ceterorum, vt immortalē partem ab ipso sumerent. ipsi verò mortalem attexerent. Proinde animarum nostrarum eos creatores esse noluit, sed corporum. Vnde quoniā Porphyrius propter animae purgationem dicit omne corpus fugiendum, simulque cum suo Platone aliisque Platonice sentit eos, qui immoderatè ac inhonestè vixerint, propter luendas pœnas ad corpora redire mortalia. Plato quidem etiam bestiarum, Porphyrius tantummodo ad hominum: sequitur eos vt dicant deos istos quos à nobis volunt quasi parentes & conditores nostros coli, nihil esse aliud, quàm fabros compedum carcerumve nostrorum: nec institutores, sed inclusores alligatorisque nostros ergastulis ærumnosis, & grauissimis vinculis. Aut ergo desinant Platonici pœnas: animarum ex istis corporibus comminari: aut eos nobis deos colendos non prædicēt, quorum in nobis operationem, vt quantum possumus, fugiamus, & euadamus, hortantur: cum tamen sit vtrunque falsissimum. Nam neque ita luunt pœnas animae, cum ad vitam vitam pœnalem denuò reuoluuntur, & omnium viuentiam siue in cælo, siue in terra, nullus est conditor nisi à quo facta sunt cælum & terra. Nam si vlla causa est viuendi in hoc corpore, nisi propter pendenda supplicia: quomodo dicit idem Plato aliter mundum fieri non potuisse pulcherrimum atque optimum, nisi omnium animalium, id est, immortalium & mortalium generibus impleretur? Si autem nostra institutio, qua vel mortales conditi sumus, diuinum munus est: quomodo pœna est ad ista corpora, id est, ad diuina beneficia remeare? Et si Deus, quod assidue Plato cōmemorat, sicut vniuersi mūdi, ita cunctorum animalium species æterna intelligentia continebat, quomodo non ipse cuncta condebat? An ali-

quorum esse artifex nollet, quorum efficiendorum artem ineffabilis eius, & ineffabiliter laudabilis mens haberet? Merito igitur vera est religio, quæ mundi vniuersi eum animalium quoque vniuersorum, hoc est, & animarum & corporum conditorem agnoscit & prædicat. In quibus terrenis præcipuus ab illo ad eius imaginem homo propter eam causam quam dixi, & si qua fortè alia maior latet, factus est vnus, sed non relictus est solus. Nihil enim est quàm hoc genus tam discordiosum vitio, tam sociale natura. Neque commodius contra vitium discordiæ vel cauendum, cum nondum existeret, vel sanandum cum extitisset, natura loqueretur humana quàm recordationem illius parentis, quem propterea Deus creare voluit vnum, de quo multitudo propagaretur: vt hac admonitione etiam in multis cõcors vnitas seruaretur. Quod verò fœmina illi ex eius latere facta est, etiam hinc satis significatum est, quàm chara mariti & vxoris debeat esse coniunctio. Hæc opera Dei propterea sunt vtique inuisitata, quia prima. Qui autem ista non credunt, nulla facta prodigia debent credere. Neq; enim & ipsa si vñsitato nature curriculo gignerentur, prodigia dicerentur. Quid autem sub tanta gubernatione diuinæ prouidentiæ, quanuis eius causa lateat, frustra gignitur? Ait quidam Psalmus facer: Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram. Cur ergo ex latere viri fœmina facta sit, & hoc primum quodammodo prodigium quid præfigurauerit, alio loco quantum me Deus adiuuerit, dicam.

L. VIVES.

a **Q**uomodo dicit idem Plato. } Verba Platonis hæc sunt, si quis fortè requirit: Νῶν ἐν ὁ λέγει ὡς εἰς ὑμῶν ἰαδικητύμῳ μᾶδετε: θνητὰ ἔπ γένη λοιπὰ τρία γένητὰ. τῶτων ἔν μὴ θῆουδύσον, ἔθανός ἀπὸ λῆς ἔσαι: τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζῶων ἔχ ἴξει. δὲ αἱ ἔ, εἰ μίμει τέλειος ἰκατός εἶναι. Loquitur maximus Deus minoribus diis: Quid sentiam igitur, cognoscite: tria nobis genera reliqua sunt, eaque mortalia, quibus præternissis celi absolutio profecta non erit. Omnia enim genera animalium complexus non tenebit: teneat autem oportet, si quantum sat est, perfectus est futurus.

b Et si Deus, quod assidue Plato commemorat. } In eodem Timæo ait, peres Deum esse æternarum & mortalium omnium rerum exemplaria, quæ inspexit artifex mundi æterna, cum res nunquam interituras: temporalia, cum res sine casuras esset aditurus: Non disputo, sine

fitne Deus ipse suæ ideæ, an aliquid sint aliud hæ, quàm Deus, quòd inter Platonicos non satis constat.

c *Quàm chara mariti & vxoris. } Quoniam fœmina non de aliena parte sumpta est, sed de ipso viro ceu filia, ut vir in uxorem affectu sit paterno. Hæc in illum filia pietate, & de latere sumpta ceu socia: non de capite ut domina, nec de pedibus ut ancilla.*

In primo homine exortam fuisse omnem plenitudinem generis humani, in qua præuidit Deus, quæ pars honoranda esset præmio, quæ damnanda supplicio.

C A P. XXVII.

Nunc quoniam liber iste claudendus est, in hoc primo homine, qui primitus factus est: nondum quidem secundum euidenciam, iam tamen secundum Dei præscientiam exortas fuisse existinemus in genere humano societates tanquam ciuitates duas. Ex illo enim futuri erant homines: alij malis angelis in supplicio, alij bonis in præmio sociandi: quanuis occulto Dei iudicio, sed tamen iusto. Cùm enim scriptum sit: Vniuersæ viæ

Domini, misericordia & veritas:
nec iniusta eius gratia, nec
crudelis potest esse
iustitia.


F I N I S.



...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...

...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...
...the ... of ...





IN DIVI AVRELII AVGVSTINI PRIMOS DVODECIM LIBROS

de ciuitate Dei, tam eorum, quæ
in Augustino, quàm Lodo-
uici Viuis Commenta-
riis tractantur,
Index.

A Beona dea	249	duo sunt, & adulterium vnus	
Abrahā nō fuit ho-		committit	37
micida, quòd filiū		adulterium Cæsaris tempore	
mactare voluit, pa-		Romæ puniri cœptum	143
gina	41	Aer anima dictus	650
visio eius de cōsumptione sa-		<i>ἀἴθερ</i>	499
crificij exponitur mysticos	42	spiritus	294
Academia quid	480	cur Iunoni tribuatur	226.600
vetus & noua	481	locus dæmonum est	488
academici vnde dicti	479	Affectus, vnde sint	524
academici nihil certò posse sci-		dæmones dicti	535
ri opinantur	674	affectus in Christianis nō quæ-	
nihil affirmant, & omniū dicta		rimus an sint, sed quare sint,	
refellunt	267	pag.	525
Acies inter se concurrentes au-		affectus nec Deo, nec angelis	
ditæ	125	in esse	524
Actius Nauius cotem secuit no-		Ad tempus hic affigi, bonum	
uacula	592	esse dixit Plato	539
Actores qui	93	Agamemnō Iphigeniam filiam	
Adamo quidam hic sunt bea-		Dianæ sacrificauit	42
tiores	654	Agenorja dea	232.241
Adeona dea	249	<i>ἀργούρης</i> Mercurius dictus	234
Adonis formosissimus iuuenis,		Agriculturam, quis primò inue-	
pag.	356	nerit	408

In de Ciuitate Dei D. August.

Alba ab Afcanio condita	159	fium	393
à Romanis euerfa	161	Anaxagoras philofophus	441
Albæ ciuitates multæ	162	Anaximâder philofophus	ibid.
Albula quæ Tyberis flu.	255	anaximandri duo	444
Alcibiades taxatus Eupolium		Anaximenes philofophus	441
poetam fubmergit	79	Andromache Hæctoris cõiunx	
Alecto infernalis furia, & eius		pag.	158
officium	158	Angelorum voluntas quæ	294
Alexæ ludus à Mercurio inuentus	511	locus empyreus, fecũdũm Porphyrium	573
Alexander Magnus, ſex annis		natura qualis mox ab initio fuerit	651
Aſiæ imperat	219	foelicitas, qualis ante cafum	665
foelix prædo dictus, & feſtiuum		Angelis quãdo ſimiles erimus, & propinqui	508
in illum piratæ cuiuſdam dictum	214	Angelorũ beatitudo firmata, vt ab ea nunquam excidant	655
deorum ſacra à ſacerdote Ægyptio accipiens comburit,		an angelis bonis bona voluntas fit concreata	703
pag.	455	Angeli an cafum ſuum prius noverint	651.654. & ſeq.
Alexãder Aphrodiſeus Ariſtot.		propter ſuperbiam cælo pulſos	
interpres	473	pag.	699
Alexandriæ opp. multæ	736	Angeli quando ſint creati	645
Almon flu. prope urbẽ Tyberis		& 661	
miſcetur	89	& quod ſint opus Dei	645.
Almus, quid	394	& ſeq.	
Altare Dei, cor noſtrum	562	an ſint in gratia creati diſſentiunt theologi	705
Altellus Romulus dictus	419	quando inter bonos, & malos fit discretum	661
Alter deus	ibid.	angelorum creatio	654. & ſeq.
Ambroſius Theodoſium ſacris		poſt creationem conditio	652
interdicit	334	Angelos ſemper fuiſſe, quomodo intelligatur	716
Amelita quid	624	Angeli quantum ſciant in cælo	553. & ſeq.
Ammon rex Ægyptij, qui Thamus	511	quomodo futura ſciant	548
circa pulchra verſatur	552	beatum facere non poſſunt	5
amor ſanctus, verum incenſum,		cognitiõ perfectiſſima	678
pag.	162	& ſeq.	
amorẽ, an in nobis ſentiamus,			
pag.	677		
Amphiarus, Pyromãtię autor,			
pag.	436		
Amphitheatrum quid	162		
Aviſſonũ, dies feſtus Athenien-			

Index.

Scientia angelorū quantum distet à sciētia dæmonum	551	etiam pessima melior optimo corpore	530
Angelos non esse creatores rerum	733	anima non esse Deo coæternā,	624
non posse esse mediatores nostros	540	pag.	624
nolunt sibi sacrificari	570	Animę liberādę vniuersalis via, est ipsa Christiana religio	626.
Angelus nuntius dicitur sine affectibus, affectuum nomina habent	549	& seq. copiose	
angelos quidam dæmones vocant	548	animarum purgatio vera	604.
Angerona dea, & eius simulachrum	221	& seq.	
Anguis cur dicatus Æsculapio, pag.	593	secundum Porphyrium	572
anguitenens in cælo Æsculapius est	ibid.	Anima, quid sit, varię philosophorum opiniones	650
animę partes tres & illarum sedes	419	animam quidam Deo coæternam arbitrantur	637
gradus habere tres secundum Varronem	416	animam rationalem, animalium tria genera habet, dij demones & homines	484
animas intellectuales à solo Deo illustrari Platoniorum sententia	558.562	in hunc mundum traditam, ut mala cognoscat, dixit Porphyrius	727
contra animarum transmigrationem	737	de anima Origenis error	667
Anima corpore exuta, quod migret secundum Platonem	624	de animarum in corpora reditu, opiniones varię	728
quę post exutum corpus habebit, participatione accipiet, pag.	648	transanimatio secundum philosophos	623. & seq.
Animę mortuorū peccatis opletę noxię sunt viuētib; & turbulentę	586. & seq.	propter peccata corporibus, quasi vinculis inclusas, quidam dixere	667
Anima primi hominis, quando creata	731	in dæmones conuerti Platoniorum opinione	532
cum omnes ex eadem sint substantia, quia fiat ut non omnes eodem modo intelligant	458	post mortem in bestias migrare docuit Plato	622
		animum nostrum de substantia astrorum decisum putat Plato	457
		pag.	457
		Animalia omnia domestica subito Romę efferata	209
		animalia superfoetantia	286
		cur pro diis coluerint veteres, pag.	512

In de ciuitate Dei D. August.

animalia bruta qualem habeāt	ephebus pingitur	355
scientiam	eius simulachrum Deli	ibid.
animalia quæ in igne victitant	Apollinis Delphici oracula quo	
pag.	modo inuenta	233. & seq.
animalium voluntas quæ	oracula qualia	174
animalium creatores angelos	templi inscriptio	477
esse dixit Plato	Apollinis Cumani simulachrū	
Annonæ præfectus primus Ro-	quadriduo fleuit	151. & seq.
mæ creatus	in prædicando euangelio con-	
Annulus equestris ordinis infi-	stantia	309. & seq.
gne	Aprilis mēsis Neroneus dictus	
anni Ægyptiorum breues	pag.	321
Et quod Græcorū annis plus	Veneri sacer	256
sit credendum	Apuleius de magicis artibus ac-	
diuerfos diuersi habuere	cusatus	495
& sequenti	Apuleij eloquentia	211
Anseres capitolini, Iunoni sa-	Gn. Apuleius Saturninus occi-	
cri	sus	192
anserum festa, & honor apud	Aqua cur non totā ambiat ter-	
Romanos	ram	689
Anticatones duos scripsit Cæ-	Aquam principium omniū re-	
sar	rū posuit Thales Milesius	441
Antiphanes Larisæus comitorū	sintne aquæ super cælos	688
primus	Aquas , quæ supra cælū sunt, qui-	
Antisthenes Cynicę sectę autor	dam angelos esse putant	ibid.
pag.	Aquas quidā negāt à Deo crea-	
Antithesis vsus	tas	687. & quomodo quædam
M. Antonius ab Octauio victus	supra cælos esse possunt	ibid.
in Galliam fugit	Arbores vitam habent	40
Antoniani belli historiā, Cicero	etiam natura vitam tueri, pagi-	
in Philippicis conscripsit	na	674. & seq.
Anubis Deus	Arca testimonij cur dicta	595
Apex flaminis quid	Et quæ per illam facta sunt mi-	
Et quibus datus à Romanis	racula	596
ibi.	Archadius Imp. Byzantinus	8. in
Aphrica à locustis vastata	præfat.	
Apis in bouis specie colitur	Archelaus philosophus	441
Apollo cur sagittas habeat	Archimedes Syracusis captis, in	
& sequenti	pulvere figuras mathematicas	
Laomedonti , cōductus merce-	obseruat	680
de		

Index.

Archimini qui	368	Asperitas quid	74
<i>ἀρχὴ</i> principium & principatū dicimus	662	Assaracus auus Anchisæ	307
Aristoteles Platonis discipulus, pag.	479	Assyriorū reges, quot fuerint, pag.	218
<i>ἀριστοτέλης</i> dictus	480	Assyriorum regnum, quandiu durarit	217.706
libri eius quando cœperint le- gi	689	Astronomiam docuit Atlas	469
Arit. natiuitas & parentes	479	Astrologia à Magis inuenta, pag.	574
Argentinus Deus	249	Astrologiam Nauticā quis pri- mus conscripserit	443
Argentum quando primum cœ- ptum signari	251	Asylum vnde dictum, & quādo sua illis autoritas adempta sit, pag.	60
Argentarij qui	381	à Romulo, & Remo constru- ctum	ibid.
Arietes, quales sint generaturi fœtus prænoscere 735. & seq.		Iunioris in Troia	10
Arimanius deus Persarum	324	Athalaricus Gotthorum rex	27.
Arion Methymneus citharædus Delphino euectus 30. & seq.		in præfat.	
Aristodemus	86	Atlantici philosophi qui	469
Aristippus Socratis discipulus, pag.	449	Attalus rex Asiæ	152
Aristo Platonis pater	451	Attellanæ fabulæ	90
Aristocratia quid	115	M. Attilij Reguli, fides & mors, pag.	32
Aristonicus à Romanis victus, pag.	152	laus præclara	46
Aristophanes veteris comædiæ scriptor	79	Atys deus	68
Aristophanis equites	83	quis & quid significet	421
<i>ἀριστοφάνης</i> qui	20	Auari semper pauperes	395
Arrepticij qui	69	Auentinus mons, Murcius di- ctus	242
Ars vnde dicta	250	Auerruncus deus	222
in Artificibus tria esse quæ spe- ctantur	671	Auguria quid	436
Artemis Diana dicta	403	Auguria etiam pagani irrident, pag.	266
Aruspicina quid	436	Augurij disciplina antiquissima pag.	345
Asclepius qui Æsculapius	510	Augustinus ipse spectaculis & sa- cris deorum interfuit	67
Asclepij pater, medicine primus inuentor pro Deo habitus.	509	eius commédatio 5. in epistol.	
de Asinio Pollione carmē Ver- gilij	615	augustinum, amicis aliis, emē-	

In de ciuitate Dei D. August.

dandum tradidit Erasmus 7. in præfat.		æternitate dubitatur	712
Augustus Cereri facer	256	vera, quæ	655
Cæs. Augusti tempora	199	verâ ab vno solo vero Deo largiri Platonis sententia	557
Augusti gesta, sub quo natus est Christus	201. & seq.	Beatitudinis causa bonis est, ad hærerere Deo	692. 697
Auræ bullæ vsus	237	Beatus hic nemo est	464
Autumnus candido dicatus color	528	nemo esse potest, quandiu mortalis est	539. & seq.
Axierus deus	427	nemo esse potest ex seipso	692
Axinomantia, quid	436	Beatum reddere solus Deus potest	430
Axiocersa dea	427	Beatos quos in hac vita vocamus	653
B acchus vnde dictus	362	quosdam beatiores in hac vita esse, quàm Adam in paradiso,	
Mænoles dictus	362	pag.	654
415. & seq.	Osiris	Bebius à carnificibus discerptus	195
Bacchi sacra, vbi & quibus temporibus consecrata	414	Bebij duo, vno mortis genere, & acerbissimo moriuntur	197
Bacchi festum, & cæremoniæ, pag.	362	Bellona dea	249
Bacchanalia festa	359	pallas dicta	234
Bacchanalium turpitudine	81	Bellû à belluis nomé habet	214
Bacchæ, quæ & qualibus vocatè nominibus	362	Bellum primum Aphri, & Aegyptij inter sese habuere	217
Balthorû familia	28. in præfat.	quando primum cœpta	151
Baptizandi ritus vetustus	51	Bella primus Ninus finitimis intulit	216
Barba, magna olim viris gloria, pag.	341	ante ciuile bellû acies pugnant in agro Capaniæ visæ sunt	126
Barbarum primitias, veteres Apollini sacrabant	237	pag.	126
Barbaræ gentes, quæ	314	Bellorum ciuilium, malum ibi.	
Baris nauis Ægyptia sacra, pagina	583	Bellum ciuile primum Romæ, pag.	118
Bassarides quæ	362	Bellum ciuile Marianum, & Syllanum	194
Batleliureon, genus dæmonum pag.	575	eius origo	119
Beatitudo quid, secundum veteres	653	Bella ciuilia Rom, ordine recitata	199. & seq.
secundum Platonem	464		
quæ hic maxima	654		
Beatitudo vera nõ est, de cuius			

Index.

Bellorum ciuiliū apud Rom.		bonum reddit	24
causa	56.289	Bonum simplex & incommuta-	
Bellum sociale Romæ	188	bile, solus Deus	647
seruile Romæ	193	Boni gradus sex secundum Pla-	
piraticum	193	tonem	466
titanorum & gigantum	267	triplicia secundum Platonicos	
Belli leges, victores aliqui, re-		36	
misere	12	Bonorum genera tria, corporis	
Belli Antoniani historiā Cicero		animi, & externorū	463.467
in Philippicis conscripsit	202	Boni finis, quid	447
in bello quæ captis urbibus fie-		Summum bonum quod dixere	
ri soleant	15	plerique	447
Bella cum sui generis animalib-		esse veritatem	464
us, animalia non gerunt	731	vnde petendum	463
nequaquam peccare, qui bella		Bonum nullum esse externum,	
gerunt, Deo & magistratu iu-		dixerūt Stoici, sed solam vir-	
bente	41	tutem	520
Bella nulla, nisi per Christianos		Bona temporalia cur mali que-	
gesta propter deorum nomen		runt	54
vlli pepercere	4	Bonorum temporalium amissio,	
Bella punica tria	107. & seq.	quid nos doceat	21
Bellorum causam Christianam		Bonis & malis temporalibus,	
religionē esse dixere quidā	64	quomodo vtendum hic	16
Bellorum tempora & exitus à		Bonus si seruit liber est	213
Deo pendent	325	Boni & mali semper commixti,	
Bellis corruptos mores hominū		pag.	61
Deus emendat	2	Solos bonos beatos esse	523
Berecynthia mater deūm, & e-		Bona cur malis contingant, pa-	
ius sacra	299.332.67. & seq.	gina	16.18
Berytus, quid	257	Boues loquutos esse	204. &
Bætylum deglutire quid	ibid.	seq.	
Bibliotheca prima, ab Asinio		Botanomantia quid	436
Pollione impublicata	343	Brachmanæ Indorum Philoso-	
Bigati nummi qui	251	phi	470
Bilis feruens venenum est	77	Bulbi quid	374
Bilius genus lini delicatissimi,		Bullæ aureæ vsus	237
pag.	25	Bufris qui Proteus, vates, pa-	
Bonum & æquum	101	gina	577
Bonum quid	666	Byzantium, quæ nunc Constan-	
Bonum est quod possidentem		tinopolis à Constantino ædifi-	

In de ciuitate Dei D. August.

catum, pag.	330	dicit	114
C Aberi vnde dicti	427	Carthago Rom. Imp. terror	186
Calamitates vtrifq; & ipsis qui perferunt & spectatori- bus vtilis	60	à Tyriis condita	560
Camœntæ deæ	232	Carthaginis diruptio, Romæ perditio	57
vnde dictæ	237	Carthaginé Nafica deleri pro- hibuit	105
Camefena regio	382	Castitas ab omnibus laudatur, pag.	128
M. Camillus, propter vrbis in- gratitudinem sponte in exi- lium abiit	100. & seq.	violentia non corrumpitur	35
Camilli erga patriam integri- tas	218	Castor & Pollux penates Ro.	9
Canephorî virgines	412	Catholica fides quare dicta	631
Cannæ dictæ, quæ nunc canel- læ	179	Cati qui veteribus	250
Cannensis clades	179. & seq.	Catilinæ sæuitia & interitus, pag.	200
Canticum nouum, quod Deo ca- nitur	505	Coniuratio, quales habuerit so- cios	137
Capitolium à Tarquinio parric- ida, ædificatum	125. 165. 166	Catina vrbs	206
à seruis & exulibus incēsum	170	Catius deus	250
diis tribus sacrum	427	Cato	84
à capite dictum: & quando cœ- ptum ædificari	227	seipsum occidens, imprudenter fecit	44. & seq.
per anseres feruatum	118	eius vita	46
Capitolij nomina vetera	382	M. Catonis laus	303. 308
Capitolinus lapis	134	Catonis filius à Cæsare vita do- natur	45
Capnomantia	436	Catonis vnde nati, & quare sic dicti	44
Capitis diminutio	85	Catonum sanctitas in prouer- bium abiit	45
Capite censi qui	173	Cauea Theatri, quid	57
Carbones familia Ro.	119	Causarum diuersa genera, pagi na	294. 296
Cardea dea	221	Cæcilius Staius Comicus, pa- gina	84
Cardines celi secūdam Mathe- maticos	285	Cælius mons, Romæ vnde di- ctus	103
Carmentes deæ	232	C. Cæsar libros duos Anticato- nes scripsit	46
Carmenæ deæ	236	Censuram officium	83
Carna nympa, quæ prius Cra- nis	382		
Carneades Romę pro iniustitia			

Index.

Centuriata comitia quæ	39	Christi passio longo antè tēpo-	
Cælum rex pater Saturni	410	re dicta	431
Cælum esse igneum putant Pla-		de Christo Virg. carmina	615
tonici	385	Christum Porphyrius contem-	
Cælicolæ quare dicti	557	psit, quod de fœmina natus	
Ceres vnde dicta	228	fit, pag.	616
Caxerus dicta	427	Christianus quos Philosophos	
mater magna, terram esse	402	potissimū sequatur 465. & seq.	
Cereales ludi	413	quidā tormentis excruciat, vt	
Ceruifiæ vsus, quis inuenerit,		bona sua hostib. proderent 22	
pag.	515	Christiani nominis causa mul-	
Ceruleus color, qui venetus di-		tis pepercere Gotthi 2. & seq.	
ctus	528	Deus Christianorum quis 21	
Chiromantia quid	436	sub Nerone persequutio 370	
Christus nulla causa, malorum,		in Christianorum conuentu o-	
pag.	203	lim quæ fiebant 131	
quale sit principium	609	Christianos taxare, non est au-	
quomodo dæmonibus inno-		sus Seneca 369	
tuerit	550	nec captiuitas Christianis no-	
cur sibi noluerit viuens sacri-		cer, quoniam & illic Deum	
ficari	597	suum inueniunt 29	
vt homo, mediator noster	634	quid respondendum sit, expro-	
Christi humanitas, Ecclesiæ ca-		brantibus præsentis vitæ ad-	
put, diuinitas ipsa vita est	569	uersitates 53	
Christi incarnatio Dei gratiam		ab Hermete Trimegisto præ-	
maximè nobis comendat,		dicta 501	
pag.	618	salubritas 131	
ad Christum vnica est via ipsa		Christianæ religioni imputanti-	
humanitas	542	bus quæ Deus inmittit mala,	
vnicus mediator noster 540. &		quid respondendum 61	
seq.		ad Christianam religionem ad-	
facerdos magnus	568	hortatio 133. & seq.	
Christus factus mortalis, vt me-		vnam Christianam religionem	
diator noster esset 540. & seq.		liberandæ animæ esse veram	
totum hominem suscepit, vt		viam 626. & seq.	
totum liberaret	629	causam malorum omnium qui-	
Christus quo anno natus in		dam dixere 64. & seq.	
Bethleem	202	cur pleriq; incusent 109. & seq.	
Cur Christum tentarit diabo-		In Christiana religione, quæ fu-	
lus, pag.	550	tura sunt quibus argumentis	

In de ciuitate Dei D. August.

esse ventura probentur	630	quàm iniustitia	112
Christiana religione sola, gen- tilium errores posse vinci	432	in ciuitate concordia est, quod harmonia in musica	112
Chrysus bellum excitat seruire, pag.	193	Ciuitates coloniarum quæ	557
dux fugitiuorum	215	Ciuitates quædam veluti villarum subhastatarum à Sylla	196
Cibus ad martyrum sepulchra oblatus	518	Ciuitatum euersio, est morum non murorum casus	64
Ciceronis eloquentia	202	Ciuitas Dei, quæ	632
ætas	116	origo eius informatio & bea- tudo	670
interitus	199.202	pars eius maior sunt angeli, pag.	645
Cic. locus lib. tertio Offi. emen- datur	246	commoditates eius	310
Ciceronis de Repub. libri	82	de ciuitate Dei libros, qua ra- tione scripserit Augustinus 5. in epist.	
lib. de Fato mutilus	279	in lib. de Ciuitate Dei qui scri- psere	16. & seq.
Hortensius amissus	166	Ciuitates duarum, bonorum & ma- lorum mixtarum	61
de Academicis libris mutili	343	duas tantum esse, bonorum sci- licet & malorum	692
Cice. error de præscientia & li. arb. taxatur	293	Q. Claudia vestalis nauem alio- quin immobilem zona ducit, pag.	593
Cilices piratæ mare infestant	195	Claudiarum gentes duæ	13
Q. Cincinnatus, à stiuâ ad con- sulatum raptus	316	Clauius latas quid	237
Cinthia dea	363	Cleombrotus ob vitam futu- ram acquirendam sibi mor- tem consciuit	42
Circe Marica dicta post deifica- tionem	98.123	Cleon byrsopola homo seditio- sus	83
Circenses ludi	103	Cleon Cilix bellum excitat ser- uile	195
primus Romæ Romulus fecit, pag.	58	Cleophon seditiosus	83
vnde nomen hoc habeant ibid.		Cleromantia quid	436
Circulatorum illusiones vnde, pag.	593	Cloacina dea	221.253
Ciues boni, qui aliquando Ro- mæ habitati sunt	170	cloacinæ deæ simulachrum à T. Tatio inuentum	221
est concors hominum multi- tudo	31	Clua-	
optimè quæ sit munita, pag. 99. & seq.			
Ciuitatis regimen triplex, pa- gina	115		
Ciuitati nihil tam inimicum,			

Index.

Cluacinam deam. T. Tati ⁹ de-	Consentes dij	253.256
dicauit	365	
Cluere, id est pugnare	221.530	
Clueo, id est sum	530	
Cocytus deus	419	
Codrus vltimus Atheniensium		
rex	451	
Colere non tantum Deum, sed		
etiam homines dicimur	557	
Collatina dea	220	
Coloniæ ciuitates, quæ	557	
Coloni qui	ibid.	
colores Circenses	528	
colores quibus anni tempori-		
bus tribuantur	ibid.	
Comites qui	286	
Comitia magna centuriata di-		
cta	39	
Comœdia quid contineat	80	
Comœdiæ tres, vetus, inedia, &		
noua	79	
Comœdiarum origo	78	
& vnde nomen habeant	ibid.	
Comœdiarum licentiam, dete-		
ctati sunt Romani	81. & seq.	
Côtra actores comœdiarû	87. &	
seq. copiose I comœdiis cur cri-		
mina taxari passi sunt Græci	85	
Concordia sine iustitia esse non		
potest	111	
in vnus hominis creatione		
commendata	730	
in ciuitate est, quod harmonia		
in musica	112	
Côcordiæ ædes plures Romæ	191	
ædificatæ	190	
Conditio in foeminis	369	
Coniugia sua prima, quo iure		
habuerint Romani	156	
Conscientia mille testes	109	
Consentibus diis, menses sacri,		
pag.	256	
Consiliorum ara sub terra	103	
Constântini Imp. in hoc mundo		
fœlicitas	329	
Constântinopolis, quæ prius By-		
zantium condita	329. & seq.	
Consualia festa	103	
Consulere multa significat	306	
Consules primi Romæ	103	
vnde dicti	306	
Cur creauerit Romani, & quod		
sit illorum officium	302.306	
Consulatum qui collega abro-		
gavit, annum non vixisse	169	
Confus Deus	59.103.232	
Neptunus equestris dictus	59	
Côtetio schema rhetoricû	660	
Corpora continentium quare		
Deus permittat peccare cõ-		
tra votum pag.	51	
Contrariorû eundem esse sen-		
sum & disciplinam	702	
contrariorû quædam medium		
admittunt, quædam non ad-		
mittunt	538	
Cornelij Cinnæ crudelitas	118.	
& seq.		
Corpus spirituale quibus rebus		
pinguescat	581	
Corpus mortale quâdo fiat sa-		
crificium Dei	568	
corporis bona, propriè bona		
non esse	523	
Corpora nostra quomodo ex		
elementis constata	689.690	
Corpora omnia resurgēt, qua-		
cunque hinc morte decesser-		
int, pagina	24	

In de ciuitate Dei D. August.

quod scrupulosius disputatur, pagina 619	quem Deo exhibet homo, non Deo, sed ipsi homini prodest, pagina 566
corporum nostrorum post re- surrectionem incorruptibi- litas 648	Cumque vnde nomen habeant 153
quod corpora nulla grauitate impediente. in celo esse pos- sint 358. & seq. copiose.	Cunina dea 221. 232
Corripiant boni malos, ne cum eis hic flagellentur 18	Cupiditas venerea nimium te- naciter visceribus inhaeret 20
Coseinomania quid 436	cupiditas gloriae & dominandi, quid inter se differant 319
Corem nouacula secuit Tar- quinius 591	curiarum numerus Romae vn- de manarit 103
Crane dea 223	Curiatorum cum Horatii pu- gna 159
Cranes nympa, quae postea Carna 382	Curfores qui 354
Craſſi duo, pater & filius occisi, pagina 194	M. Curtij factum 247
Creator rerum vnus & solus Deus 733. 734	cynicae sectae autor Antisthe- nes 449
De creatura tria nobis maximè scienda 664	cynocephalus deus 96
non creaturae, sed earum abusus vituperandus 665	Cybele dea, quas artes inuene- rit 68
creaturas qualiter angeli co- gnoscant 678	ſimulachrum eius per Scipionem Nasicam vrbi infertur 70
creaturas omnes in suo genere esse bonas 696	Cyllenius cur dictus Mercu- rius 399
quae ex creaturis primò ſint creatae 646	Cyprianus martyr 514
in omnibus creaturis laudandus Deus 698	Cyprij virgines suas ante nu- ptias prostituebant 230
Crocodylus serpens 511	Cyrus Medorum regnum vicit 219
Crux maxima, inens scelerum conſcia 664	cyri duo, maior & minor 162
Crucem inſipiètiã vocari 617	D Ana à Ioue corrupta, pa- gina 77
Cuba dea 236	December Vestae sacer 256
Culpa abest, si abſuerit conſil. 36	Decemviri ſacrorum qui 345
Cultus verus & falſus 425	Decius gloria militari magnus, pagina 247
verus quis 558. 562	Definitionis vtilitas 115
	Delphinus Arionem cytharædum dorso excepit 30
	Democratia quid 115
	Democritus, id est ſcio 549

Index.

Dæmon animus dicitur huma- nus	533	quibus vincantur à nobis ar- mis	604
dæmonis natura media quædã inter deos & homines	486	ipsa humilitate potissimum vin- cuntur	549
dæmonem esse , multis modis dicitur	534	dæmonibus cur tanta conceda- tur potestas	600. & seq.
dæmones quid , & quibus sint affecti moribus , secundum Apuleium	489	in dæmonibus quid laudarint pagani	485
dæmones à scientia nominati pag.	549	dæmonibus hic mundus carcer est vsque ad diem iudicij	685
dicti tenebræ	685	dæmonibus non diis animalia sacrificãda esse dicit Porphy- rius	88
bona præcepta , non nisi deci- piendi animo , nonnunquam dare	128	dæmones cur munera petant, pag.	492
non sunt timendi propter bo- na aut mala terrena	122	& cur falsa crimina de se narra- ri velint	85
quibus mediis futura cognoscant 551		præ hominibus colendos se pro- ponunt	85
quomodo vera prædicant	124	vastros, non sapientes esse	653
alios aliis esse peiores	9	nihil aliud posse , quàm quod à Deo sinuntur	436
aerem inhabitare	488	imperita incantatione irritari, pag.	617
dæmones quidam affectus vo- cant	535	hominum preces ad deos refer- re, & rursus impetrata ad ho- mines, dixit Apuleius	493
à quibusdã angelos vocari	548	ex animabus hominum fieri, pag.	532. & seq. cop.
animas habere rationales, & ho- minibus esse superiores	484	Platonici æreos esse dicunt	178
non esse meliores hominibus, pag.	487	serpentinis esse pedibus	593
non esse superiores hominibus propter loci excellentiã	488	dæmonum origo , & genera duo	575
in quo hominibus inferiores, pag.	532. & seq.	sex item esse genera secundum alios.	ibid.
quid cum diis & hominibus commune habeant	530	natura ex Platone	517
quid à diis distent	516	natura eorum tribus contra- riis ab hominum distingui- tur	536. & seq.
immundos esse spiritus ex eorũ voluptatibus discitur	128	scire illorum quantum distet	
quibus sacrificiis delectentur, pag.	483. & seq. 581		

In de ciuitate Dei D. August.

ab angelorum	551	solus verè est	476
dæmonum princeps Ophionius		dicitur	ibid.
dicitur	7	solus bonum hoc simplex & in-	
dæmonum corpora qualia	488	commutabile	647
distributio, & nomina	533	non minuitur Dei potestas cum	
inuidia & potestas maxima, pa-		dicitur, quòd mori non pos-	
gina	329.687	sit	297
deceptiones & imposturæ, pa-		Deum esse incorporeum vide-	
gina	577. & seq. cop.	runt philosophi	458
malitia	499	Deus quomodo futura præsciat	
dæmonum acies in agro Cam-		pag.	296
paniæ visæ sunt pugnare	126	non est, si futurorum non est	
dæmoniacy qui apud Gentiles,		præscius	295
pagina	486	omnia à Deo esse quomodo	
Deus qui sit secundum Varro-		senferint philosophi	458
nem	269	in Dei manu omnia esse, pagi-	
quorum deorum Deus	632	na	587
cuius rei dominus fuerit ante		Deus qualiter futura, præsentia	
omnium creationem	715	& præterita videt	663
umbilico fornicis similis	394	Dei voluntas certa, & rerum o-	
Deo inimici qui	695	mnium fons & origo	552
quid sit contrarium	695	cur Deus bonos simul cum ma-	
Deum multi philosophorū per		lis hic affligat, pagina 17. &	
creaturas cognouère	471	sequenti	
non esse animam mundi	238	Deus in creaturis omnibus lau-	
de Deo satius est pleraque igno-		dandus	698
rare, quàm periculosius scruta-		Deo cultus nihil prodest, sed ho-	
tari	717	mini	566
Deum vnum esse, eumque in o-		deitatis debitus cultus	557
mnibus diffusum dixère Gen-		Deus quomodo loquatur homi-	
tilium quidam	233	ni	634
numerum esse dixit Plato	276	posteriora Dei sunt creaturæ,	
Deus incomprehensibilis	145	pagina	586
sæpe in aliena, quæ ipse non est		operare & vacare	721
forma visus	585. & seq.	quidam animam mundi esse pu-	
nullo sermone comprehendi		tant	384
potest	543	dij vnde sint, opiniones variæ,	
Deum nulla specie aut forma		pag.	348
posse effingi Gentiles dixère,		dij sancta animalia ab Ægyptiis	
pag.	270	dicti.	510

Index.

vxores suas non zelant	140	masculos cælo, fœminas terræ	
dij falsi quare falsa crimina de		tribuunt	426
se narrari velint.	85	de diis quid senserit Plato	276
hominum opprobriis delectan-		ex diis existimare se natum es-	
tur	82	se vtile est	142
quomodo Romam translati. pa-		diis non Christo huius mundi	
gina	153. & seq.	mala ascribenda sunt	203
boni quomodo à malis distin-		dij falsi beneficia dare nulla pos-	
guantur	87	sunt.	148
deæ, quæ hominibus nupsere-		dij gentium, nullas vnquam le-	
runt	263	ges ad bene viuendum cultor-	
deorum mater terra	357	ribus suis dederunt	66
deorum duo sunt principia	426	dij gentium flagitiorum patro-	
dij alij à summo Deo, alij ab		ni	117
hominibus facti	500	quibus rebus se colendos esse	
genera tria, & ad quæ ordina-		persuaserint	597
ta	261. 350. 575	deos paganorū nihi vnquam be-	
ordines	94	ne sanxisse	71
euocationes	119	cur veteres in animalium spe-	
sexum quare excogitarit vetu-		cie coluerint	512
stas	271	nec dare nec tueri regna pos-	
matrimonia & incesta	367	sunt	217
deorum & dæmonum differen-		dij falsi propter vitam æternam	
tiæ	516	culti	337
deorum eligendorum quæ fue-		& quòd illam dare non poi-	
rit Romanis ratio	96	sunt	338. & seq.
multitudo illorum Romanis		bella & calamitates excitantes	
nihil profuit.	154	dæmones non deos esse	528
pluralitas vna Christiana reli-		annos plusquã 170. deos sine si-	
gione vinci potest	432	mulachris Rom. coluere	267
deorum quorundam simula-		deorum cultum primus Or-	
cabra	352	pheus inuenit	560
deos suos pagani dona deorum		quæ turpiter in eorum templis	
esse dicunt, & cur hæc illis		fiant	75
dedere nomina.	258	cultus turpissimus Romæ	365
deos ociosos non esse	589	deorū superum sacrificia	484
omnes bonos dicunt Platonici,		terrestrium sacrificia	ibid.
pag.	88. 482	diis animalia non esse sacrifican-	
cum hominibus non misceri se-		da dixit Porphyrius.	88
cundum Platonem	493. 542	dij etiam homines dicti	553

In de ciuitate Dei D. August.

dij Gentilium homines mor- tui	508. & seq.	collatina	220
deos omnes fuisse homines, pag.	357. 406	crane	223
deos quare fecerint antiqui, pag.	503	cuba	236
deos semper fuisse, & tamen fa- ctos esse Platonici dicunt, pa- gina	624. & seq.	cunina	221
Deus Socratis	485	diespiter	231
dij maiorum gentium qui	456	diuerra	258
dij gentium peccatorum auto- res, non vltiores sunt	140	domitius	359
deorum multitudo apud Roma- nos	220	domiducus	ibid.
deorum singulorum officia, pag.	359. & seq.	educa	232
Deus altor	419	ægeria	437
anubis	95	æsculanus	249
arimanius	324	februus	155
argentinus	249	forculus	221
auerrunculus	222	febris	96
axierus	427	foelicitas	243
Dea Abeona	249	fessonia	249
adeona	249	fides	246
agenoria	232. 241	flora	220
angenora	221	fortuna	232. 243
axiocerfa	427	fortuna barbata	232
Bellona	249	fugia	72
dij consentes	253. 256	fulgora	367
catus	250	Glaucus	403
cocythus	419	honor	249
confus	103. 232	horosmades	324
cynocephalus	96	hymenæus	250
camæna	232	hora	241
carmentes	232	horta	ibid.
carmenæ	236	hostilina	220
cardea	221	dij ignoti qui	405
cinthia	363	lanus	234
cloacina	221. 253	Iugatinus	220. 232. 359
		iupiter indiges	98
		ilythia	235
		intercidona	359
		iuuentas	232
		lepos	250
		liber	377
		liberus	559
		limentinus	221

Index.

laeturcia	220	quirinus	98
leuana	232	Rufor	418
leucothea	222	rumina	232-367
libentina	221	runcina	220
lucina	231	rufina	220
dij magni qui	9	dij selecti viginti numero, pagi-	
Melicerta	223	gina	375
mercurius	231	dij samothraces	427
mutinus	232.364	fentinus	375
manturna	360	serapis	582
marica	98.123	statilinus	249
matuta	220.98	sterquilinus	363
mena	232	subigus	360
mens	378	summanus	254
murcia	241	sentia	232
dij naturales qui	400	segetia	221
dij nuptiales quinque	249	stimula	232.241
neptunus equestris	237	strenua	232.241
nodotus	220	Terminus	265
nixidi	236	tellumo	228
nemesis	98	tutanus	221
numeria	232	tutilina	ibid.
Opis	231	Vaticanus	221.232
orcus	378	vitumnus	376
dij puerperiorum	375	vallonia	220
Pallor	253	victoria	72
pilumnus	359	virginensis	232.360
picumnus	363	virtus	246
partunda	360	vitula	72
patelena	220	vnxina	363
pauentia	232	volupia	221.232
pecunia	249	volutina	220
pellonia	249	de diabolo quo genere lo-	
<i>erebia</i>	83	quationis dictum sit, & in	
pomona	97	veritate non stetit, pagi-	
populonea	367	na	656
potina	232	Diabolus homicida ab initio,	
prema	360	pag.	655
proserpina	222	cur Christum tentarit, pagi-	
Quies	330	na	551

In de Ciuitate Dei D. August.

fit ne dialectica practica vel speculatiua	453	Dionysij Siracusij iocus, cum Æsculapio barbam auream detraxisset	355
quidam à corporis sensu ducendam putant	461	Ditis nomina diuersa	419
tanquam inutilem Epicurei repudiarunt	462	Ditis & Proserpinæ ara sub terra reperta	177
Diales flamines Ioui instituti	96. & seq.	Disputandum tot tantisque rationibus cū plerisque; cur sit	63
Diana dea	235	Diues pauper qui diuitiarum gratia multi graui-ter excruciat	395 22
viarū dea, & cur simulachrum eius iuuenile fingitur	403	in diuitiis cupiditas, non facultas, reprehenditur	21
dianæ Ephesiq̃ tēpiū flagrat	235	diuitiæ veræ	21.22
nulli viro intrare licebat	403	diuitiæ veterū fuere pecora	395
dianam lunam esse	402	diuitiæ aliud, aliud pecunia	ibi.
& cur virgo fingatur	ibid.	Diuturna dea	359
Διαυλοδρόμοι	73	Diuinationū genera plura	436
Dictator die quo lectus, Vestæ sacra faciebat	9	diuinationem nihil esse cōtendit Cicero	291
dictatores Romæ in extremis creati periculis	171	Diuinitas quid	374
dictatura qualis potestas	318	Docere mercede Socratici noluerunt	449
Dies primi sex spiritualiter	643	δολιχοδρόμοι qui	73
septem primi quales fuerint, difficile est exponere	642	Domiducus deus	359
diei septimi sanctificatio & seq.	681.	domiduca quæ Iuno	363
dierū electio mathematica stultata	287	dominandi libido Romæ immodica	303
Diespiter Deus	231	bestia pessima	160:320
δίμυε veteres villas vocauēre, pag.	78	Domitius deus	359
Diffamare quid	117	Domus Dei spiritualis	505
Dilemmatum solutio	40	Dona Dei in nobis Deo reddenda	564
dilectionis vtriusque præceptū	564	Dryades arborum nymphæ	252
seipsum diligere, quomodo quisque debeat	564	Druidæ qui	470
Diogenes Cynicus sepeliri noluit	27	Duumiuri sacrorum qui	345
Diogenes plures fuere	445	E Anus Ianus dictus	234
		Ecclesia ciuitas vna ex angelis & hominib⁹ collecta	570
		ecclesiarum præpositi ad quid con-	

Index.

constituti	19	nia	157
ecclesię caput humanitas Christi, anima & vita ipsa diuinitas	563	Aeneas Anchisę, & Veneris filius	141
Ecclesię nunquam ruiturę lapis primus	503	cum Achille pugnans à Neptuno liberatur	137. & seq.
Ecedemia olim, nũc academia, pag.	480	hostem sua manu occisum doluit	160
Eclipses Solis, & Lunę, primus Thales Milesius p̄dixit	441	Ennoia quid	461
eclipsium rationes olim ignoratę	164	Aeneopolis quę prius Saturnia	382
eclipsim passionis Christi tempore non fuisse naturalem ib.		Ennius poeta	116
Ædiliũ curulium officium	131	Oenophorum quid	384
Æduca dea	232	Episcopus, id est speculator	16
Ægeria dea	437	Epicurus ex atomis & ramentis omnia dixit constare	350
Aegyptus cęli est imago	501	epicurei veritatis indicium in corporis sensu ponunt	460. & seq.
ęgypti flumen quid	306	Epicteus	523
ęgyptiorum dij belluini	120. & 512	Epidaurius serpens Aesculapiũ nauigantem Romam sequitur,	
ęgypti philosophi	469	pag.	591
Eleemosyna pietatis opera, cur dicta	558	epidaurus quę ante Epitaurus oppidum Achaicę	154
Eleemosynę quanta sit remunratio	28	Epulas quo animo ad martyrũ sepulchra olim obtulerint	514
Elementa mundi quatuor quomodo sunt in misto	455 689	epulorum publicorum curatores	355
elementorum catenata series,	498	Aeschines Atheniensis	86
ordo vt & quęque se ambiant,	688	Aesculanus deus	249
ordo secũdum quosdam	385	Aesculapius asclepidus dictus,	
transmutatio	697	pag.	511
ex elementis multę sunt hominibus pernicies	210	ab Epidauro Romam migrat,	
Eleusinia sacra	411	pag.	153
Electi fideles, boni recte nominantur	373	ophiuchus creditur in cęlo	593
Emathia quę postea Macedo-		ęsculapium Rom. nauigantem serpens sequitur	591
		ęsculapij tres	154
		Esse naturas omnes appetere	674. & seq.

In de ciuitate Dei D. August.

Nihil est iucundius quam esse,	Europa ab Asia Thracio Bos-
pag. 674	phoro difterminata. 453
ego sum qui sum, exponitur,	Εὐσεβεία quid 558
pag. 476	Exactores qui 109
essentia ab esse deductū nouū	Exequiarū pompa uiuorū sola-
est nomen 693	rium, mortuorū subsidium 26
Aestas ruffo dicatur colori 528	Exorcistæ qui 604
Aetates hominum quinque 151	F abius Tarentinæ vrbis euer
æternum non continuo beatum	for 12.14
651	Fabricij integritas 133.317
æternitas quid distet à tempore	Fabulā primam Romę lusit Li-
641	uius Andronicus 80
æternitati Dei nihil comparari	fabularum varia genera ibid.
potest 711	fabularum theatri origo 78
Eterogenia quæ 445	Factio quid 112
Aethera cælum vocant Plato-	Falacer quis falacris flamen 86
nici 385	Falcē cur gestet Saturnus 407
Aetna mons Siciliæ & eius in-	Fames grauis Romæ 170
cendium 205. & seq.	Saguntinorum horrenda 181.
ætnæ montis incendium 204	& seq.
conflagratio prima 212	famis bona 24
ab Aetna monte flammarum	famosa carmina Romæ lege
flumina cucurrere 210	prohibita 88
Ethologi qui 368	Fana à fauno dicta 255
Ethopei qui ibid.	Fascinum quid 364
Initium Euāgelij Ioannis à Pla-	Fatum quid 274.276
tonico quodam maximo loco	quid Stoicis 290
habitum 520	Et quod quatuor de fato sint ve-
Eudæmon quid 534	terum sententiæ ibid.
Eudoxus poëta, & mathemati-	à fando dictum 295
cus 302	nonnulli Dei dicunt esse volū-
Euemerus Siculus historicus,	tatem 289
pag. 355	fatum, & prouidentia quomodo
Eunuchi cur Magnæ matri ser-	distent 296
uiant 419	de fato Platonis opinio 276
Eunus Syrus bellum excitat ser-	scētērię philosophorū duæ 299
uile 193	& quomodo fato omnia fieri
Euocationes deorum 119	dixerunt ibid.
Eupolis poëta in mare merfus,	fatalia quæ 274
pag. 79	Fatua fauni vxor 237
	faunus

Index.

faunus Pici filius Faunorum & Satyrorum pater	255	Festa vera quę domino celebramus	562
Fauo Archimimus	368	Fœtus similes nasci imaginibus sub ipso conceptu haustis	736
Febris dea	96	Fides dea	246
Februarius Terminò dicat ^r	385	fidei conseruatio & Regulum, & Saguntinos perdidit	183
& februum sacrũ dictũ purgatorium	ibid.	fide mens ante Dei cognitionẽ purganda est	634
februarius à Numa anno additus	386	fide in Deũ angelis appropinquamus	508
februarius Neptuno facer	256	Fides Christiana nullius mali causa	203
februs deus qui Pluto	155	ad fidem Christianam adhortatio	132. & seq.
Fercula quid	70	in partibus iustitię cõprehenditur	246
Fœlicitas vera imperantiũ	328	Fideles boni electi nominati	373
fœlicitas dea nõ est, sed Dei donum: non igitur colenda, sed à Deo petenda est	254	Fimbria homo perditissimę audacię	146
dea	243	C. Fimbria	194. & seq.
cur tam serò Romanis culta, & quis primus ædem illi constituit	253	Flamines genus sacerdotij	96
vbi habitet	213	flaminum insigne, & vnde dicti sint	97
solis bonis dat Deus	271	Flameum tegminis capitis genus	ibid.
qualem habuere angeli ante casum	654	Fletus simulachrorum mali ali quid iis portendunt, quibus fauent	153
vtrum propter fœlicitatẽ, quæ post mortem futura est, vni Dei an pluribus sacra facere oporteat	475. & copiosè seq.	Flora dea	220. 222
Fœmina cur ex latere mariti facta	738	Floralis floræ deæ flamen	97
fœmina vbi cõceperit, alterum concipere non potest	738	floralium turpitude, & à quibus celebrata	81
fœminam heredem facere, lege prohibitum	185	Fluentia ciuitas subhastata	198
fœminæ in viros mutatæ	203	Flumen Aegypti quod	306
apud Augilas prostitutæ	230	Forculus deus	221
fœminæ etiam de brutis dicuntur animalibus	205. & seq.	Fortitudo cur dea non sit	246
Fescenini qui	79	Fortis viris non est dicere, hoc nõ patiar: sed hoc nõ faciam,	
Fessonia dea	249	pag.	36

In de ciuitate Dei D. August.

Fortuna uide dicta	244	Furiæ tres infernales	158
Fortuna dea	232.243	Furinalis furidæ flamen	97
dearum selectissima	379	furius Camillus Romam ingra-	
fortuna muliebris & ædes eius,		tam defendit	171
pag.	245	Fusidius Syllæ assentator	197
fortuna barbata dea	232	Fustuarium supplicium autori	
in quibus rebus consistat	276.	carminum infamium consti-	
& seq.		tutum	85
in omni re dominatur	115	Futura variis modis prænosci,	
fortunæ simulachrū loquutum		pag.	627
pag.	245	quomodo videt Deus	663
ædes plures	244	quomodo sciant dæmones &	
Fortuitum quid	274	angeli	550
Franciscus de Maronis minori-		apud Deum sunt præsentia	300
ta commentatur lib. de Ciuit.		G Ades infula	39
Dei	17. in præfat.	Galatarum origo	186
Frates ciuili bello mutuis con-		Galli sacerdotes, & illorum fu-	
cidunt vulneribus	128	ror	68
Frons pudoris insigne	382	in memoriam dilectionis Atys	
Fructescea dea	249	castrabantur	421
Fructus proprie fruentis est	671	& cur matri magnæ seruiant,	
fruges magicis artibus transla-		pag.	419
tæ	495	galli senatum omnem Roma-	
frumenta quibus diis Romani		num trucidant	198
dicarint	220	galliam decennio subegit Cæ-	
Frui quid	469	sar	201
frui & vti in quo differant	671	Gallogræci minoris Asiæ pop.	
Fugia dea & illius festa	72	pag.	196
vitula dicta	ibid.	Ganymedes in signum cæleste	
Fugalia festa	71. & seq.	aquarium mutatus 423. & seq.	
Fulgora dea vidua	367	Gastromantia quid	436
fulgurum genera tria	258	A. Gellius elegantissimi eloquij	
fulmina diis quibus assignata,		pag.	520
pag.	254	Gellius scriptor quidam anti-	
fulmina Iouis à Vulcano & Mi-		quus	103
nerua curantur	230	Geminos sub vno cōceptos ho-	
Fumus pro re vana	156	roscopo diuersas habere na-	
funeris curatio, conditio sepul-		turas	285
turæ, & exequiarum pompa		Genesis Iudæis Bresth vocatur,	
mortuis nihil profunt	26	pag.	684
			Ge-

Index.

Genius deus quid	396.397.533	moritur	8.in præfat.
Geomantia quid	436	Gulielmi Budæi laus	101
Germanum quid	90.& seq.	Gymnasia Athenis quot	481
Getulia Aphricæ pars	167	H Adrianus xiiij.Ro.Imp.265	
Genius quid dicatur	533	Halaricus Gothorum rex,	
Gigantes nati ex angelis	142	pag.	29.in præfat.
Gingrire & gingrinę quid	356	Halæetus ex aquila generatur,	
Gladiatores feditiosi Italiam va-		pag.	93
stant	215	Hamadryades arborum nym-	
gloriæ cupiditas piæ fidei ini-		phæ	252
mica	309	Hannibal ex cæde Cannenſian	
nonnunquam bona	308	nulorum modios tres mittit	
gloriæ contemptus virtus ma-		Carthaginem	179
xima	319	Hannibalis ſcūtia	179
Gluma quid	222	Herbas & frutices viuere	40
ἱερῶν ἱερῶν & ἐὶ Delphici tēpli		Hederę ſpecies quædā inebriās	
inſcriptio	477	& furorem inducens	362
Goeria quid	572.573	Heraclia victoria	174
Gotthi à Romanis mirabiliter		Hercules deus cum Laurentina	
viſti 28.in præfat.	327	meretrice congregitur	353
à Theodoſio viſti 27.in præfat.		Herculis ædituus	353
mitius cū Ro.egerunt, quàm		hæreſis quid	484
Sylla cuius	198	Hermes Ægyptius Trifinegi-	
Chriſtiani nominis venerato-		ſtus	500
res	2.& ſeq.	Hermopolis vrbs Ægypti	512
gratiam Dei in Chriſti incar-		heroes dij qui	94
natione maxinè commen-		heroes Chriſtianorum	600
dari	618	heroum officium quod	602
gratiæ tres quomodo pingebā-		Heroum quid	602
tur	355	Herſilia vxor Romuli	241
Gratianus Imperator	331	Hieremias in Ægypto mor-	
Gracchorum ſeditio bellorum		tuus,ab indigenis colitur,pa-	
ciuiliū initium fuit	189	gina	475
C.Gracchi caput auro repēſum		Hieronymuſſcriptorum omniū	
à L.Opimio	190	optimus	10.in præfat.
Græcia magna Italię pars	440	Hiſpanorum veterum mōres,	
Græciæ magnæ fines	442	pag.	470
Græci leues	11	& quod aurifodinis Hiſpania	
Græca lingua clariffima	440	ſcateat	ibid.
Gulielmus Croiſ Cardinalis		Hiſtrionum infamia	90

In de ciuitate Dei D. August.

Homo , magnum est miraculum	prorsus ignoramus	652
pag.		584
Dei nomini consecratus est sacrificium	Humanitatis significationes variae	94
		568
hominem assumpsit Deus, quomodo intelligatur	Homicida est, qui seipsum occidit	34.41
		547
hominum solum animum esse dixerunt Platonici, corpus autem hominis carcerem	homicida quis	52. & seq.
		29
hominum ad prædicata ex Apuleio	Honor Deus	249
		529
Homo etiam miser cunctis creaturis melior	honor verus in futura vita	121
		693
diuinum animal, quia solum igne vitur	humanus nihil nisi fumus	313
		698
quanti habeatur apud Deum, pag.	honoris templum & sacra	359
		430
qua parte Deo propinquior, pag.	honores cum gentilitate orti sunt, & illic sepeliri debent, pag.	412
		634
natura hominis Deo proxima, pag.	Honorius Imp. Ro. 28. in præfa.	241
		671
hominem partem esse Dei dixerere nonnulli	Horatiorum cum Curiatis pugna	159
		239
homines daemonebus meliores pag.	Hordei segetem Isis inuenit, pag.	513. 515
		487
dij dicti	Horomafdes deus Persarum	324
		553
Homo an mortalis esse possit & beatus	Horoscopus quid	280
		539
cur mortalis, secundum Philosophorum opinionem	Horta dea quæ stimula	241
		532
homines quæ animalia sensibus superent	Horæsius Ciceronis amicus	166
		487
Homo , homo non est, nisi colat Christum	Horti Veneri cur sacri	356
		594
cur non citius creatus	Hostem etiam à se victum nonnulli desierunt	160
		710
hominem vnum tantum cur creauerit Deus	hostis ab hostire dictus	222
		730. 738
fuisse ab æterno opinantur quidam	hostium in victos cõsuetudo	11
		705. & seq.
conditionem eius ante lapsum	Hostire quid	222
		549
	Hostilina dea	220
	Hostilius Mancinus à Numan- tinis victus	186
	Humilitas credenti valde est necessaria	618
	humilitate demones vincimus	549
	Hydromantia quid, & quomodo fiat	436
	Hydromantiã Numa exercuit, pag.	434

Index.

Hyems cæruleo dicata colori,		artium omnium est instrumen-	
pag.	528	tum	231
horribilis Romæ	172	in quo Vestæ cultus	178
Hymenæus deus	250	quibus diis assignatus	404
Hyperboli Atheniensis impro-		commoditas & vtilitas	697
bitas	138	ignem cur Vestam deam puta-	
Hypocrita pro histrione sumi-		rit antiquitas, & virgines qua-	
tur	86	re illi in ministerio adhibite,	
Hystriones qui & vnde dicti	79	pag.	228
Iacobus de Passauant cōmen-		animalia quædam in igne victi-	
tator lib. de ciuitate Dei 17. in		tare	698
præfat.		Ignispicina quid	436
Iactantiam tolle, & patres eri-		Ignoscēdo crescere elogium	13
mus omnibus omnes	313	Ilythia dea	235
Iamblichus philosophus	481	Ilium à Fimbria euersum	145.
Ianus Italiæ rex	381	& seq.	
Ianus deorum selectorum pri-		Imnūdos spiritus ipsis volupta-	
mus	276	tibus sese esse cōitentur	128
deorum vetustiss.	234	Imperatores Rom. ius non ha-	
initiorum omnium deus	376	bent in totum orbem	330
ipse mundus est	385	fatius est imperiū habere par-	
geminus quis	388	uum cum quiete, quàm am-	
bifrons & quadrifrons cur	381.	plum irrequietum	149
387.		Imperatorū fœlicitas vera	328
Saturnum recepit hospitio	381	Impiorum regna etiam deus iu-	
Iani portæ bello patent	148	uat	62
Ianū quidā solē esse dicunt	388	Incēsūm verū amor sanctus	563
Ianuaris Iunoni facer	256	Indoles quid significet	95
à Numa anno additus	386	Infamiūm carminū autori qua-	
Ianiculum oppidum Ianus con-		lis pœna constituta	85
didit	382	de vtero matris. voces dedisse,	
Ianua ab eundo dicto	234	pag.	203
Ibis apud Ægyptios cur cola-		& quod nunc habent potestate,	
tur	205	si viuunt adepturi sunt	366
is quid	257	Inferorum circuli nouem	39
Ichthyomantia quid	436	Infernalis ignis, item bonus	697
Ideæ Platonis, & vnde dictæ	428	Infinītū mēte nō posse capi	731
Ideas Platonis, Mineruam esse		Deus nouit	ibid.
contendit Varro	426	Ingeniosum nasci esse fœlicita-	
Ignis multa genera	476	tis	248

In de ciuitate Dei D. August.

Inimici Dei qui	695	Iudæi duce Saulo , à Gotthis vi-	
fœlicior est qui iniuriam pati-		cti	14
tur quàm qui facit	523	Iudæorum regnū vni soli Deo	
Iniulta quomodo sentiamus	585	innixum	272
Ino dea facta, & Maruta dicta	98	cur dispersi per oēs terras	273
Inquilini qui in ædibus condu-		de Iudæorum ritibus quid sen-	
ctis habitant	559	ferit Seneca	369
Inspectio virginum	35	iudicium humanum	20
Intelligibilia quæ	459	iudices Romani qui	139
intelligentiæ lumen à solo Deo		Iugatinus deus	220. 232. 359
infundi tradunt Platonici	560	Iulianus Imperator	266
& seq.		apostata	323
Intercidona dea	359	Iulius mensis Ioni sacer	256
Interpres quis dicatur	399	Iulius Firmicus nugatoriæ lo-	
Inuidia nil miserius	540	quacitatis autor	282
Inuisibiliū omnium maximum		C. Iulius Cæsar Galliam vicit	
Deus	636	decennio	201
Ioannes Andreas Stranneus	367	C. Iulij Cæsaris laus	303
Ioannes Heremita Ægyptius,		genus	141
pag.	331	mors	202
Ionia regio	442	Iunius Brutus Lucium Tarqui-	
Ionia op. quod Miletos	442	nium collegam respuit	100
Iouianus Imp.	330	Iunij Bruti in filios, & affines	
Iouianus Pannonius	266	austeritas	167
Iraisci potest Christianus, &		Iunius mēsis Mercurio sacer	256
quomodo	525	Iuno purgandorū & pariēdorū	
Iracundi & contentiosi plurimū		omniū potestatem habet	377
valent memoria	380	cur Iouis vxor & soror	224
ſæx veteres terram dixere	94	dōmiduca dicta	363
Isis eadem quæ Ceres	411	iterduca pueris	377
hordei segetem inuenit	515	opigena dicta	235
tempus feruitutis Israelis in		fluona quæ	376
Ægypto	304	Troianis infesta	6
Italia Græcia magna	442	quare	7
à gladiatoribus fugitiuis va-		zelotypa	368
stata.	215	Iunonis sacra in Samo insula ce-	
Iterduca dea	378	lebrata	354
Ithyphallus quid	415	Iunonis asylum Troianum	10
deus Priapus	95	Iupiter sumus deorū, & quod ab	
suspendium, est homicidium	34	his itē coli creditur, qui Deū	
		fine	

Index.

sine simulachris colunt	223	κόμοις, mutilos vocari Græcè,	
Jupiter an deos alios, vt rex,		pagina	399
mittat mortalibus	243	L Abcones tres	87
Deus vnus in diis omnibus	227	L Lachesis parcarum vna, &	
& seq.		quod illius sit officium	276
cur cælum habitare dictus	226	Lacturcia dea	220.222
à iuuando dictus	223	Lacus Curtius vnde dictus	247
diuersa habet cognomina, nec		Laomedon diis negabat merce	
in se diuersus est	392. & seq.	dèm	136. & seq.
pecunia dicitur	395	Lar quid	533-535
Jupiter Luceius	255	Lares fieri animas si bonæ sunt	
vnde stator dictus	157. & seq.	dicunt Platonici	532 535
Jupiter indiges Æneas dict ^o	98	Lares gemini filij Mercurij &	
Iouis potestas, & eius cum Iano		Laræ	397
comparatio	393. & seq.	Larissa arx Argiua	307
capitis eius tegmen igneum	230	Larua quid	533-535
adulteria	260	Laruas fieri animas, si malæ sint	
cultura Athenis	393	pag.	532
Ioui cur Iuno vxor & soror a-		Latinus Italiæ rex Circes & V-	
scribatur	224	lyffis filius	123
Ius quid	101	Latria quid	557
& quid bonum sit iuris origo	ibid.	Latrocinia sunt parua regna	214
Iuris prudètia per Budæum re-		Latus clauus quid	237
stitui cœpta	103	Lauinium ab Troianis condi-	
Iusiurandum Romanorum per Io-		tum	10.415
ueim lapidem sanctissimum	134	Laurentina meretrix Herculis,	
sine iustitia ne Iupiter quidem		pag.	353
principem agere potest	115	Lecanomantia quid	437
Iustitia sola respública sustenta-		Lectisternium quid	173
tur	112	Leda mulier Nemesis dicta dea	
& Iustitia in quibus sit verè	94	facta	98
Iusti nõ vt puniãtur, sed vt exa-		Lemur quid	533-535
minentur, affliguntur	213	Lemures animas fieri, si malæ	
Iustin ^o parum fidelis historic ^o	216	sint	532-535
Iuuentas dea	232.257	Lemuria festa	536
K Anias vitium potius quam ma-		Lenacum pœna in Hispania	697
litiam interpretatur	507	Lepidus M. Æmilius à Pœpicio	
κατὰ λήθη quid	462	& Catulo victus	200
Κεβί, id est, Saturnus	407	Lepos deus nuptialis	250
Κεβί, Iupiter dictus	227	Lætitiæ domus, lætantium in ea	

In de ciuitate Dei D. August.

est	644	vastatio	206
Leuana Dea	232	Liuius primus Poëta Latinus	84
Leucothea dea	222	T. Liuij librorum pars magna	
Lex in arca posita quid significet	598	perit	208
promissionem habuit terrenā		Liuius Andronicus primam fabulam Romæ lusit	80
588		M. Liuij Drusi superbia	193
an per Deum vel angelos sit data	586	Locustarum multitudo infinita in Aphrica	204
Lex Plautia de iudiciis	139	Loquatur Deus qualiter	634
Sempronia de iudiciis	139	Loth vxor in salis statuam conuersa quid significet	570
Aurelia de iudiciis	ibid.	Luciferi sydus	401
Cornelia de iudiciis	ibid.	luciferum quidam Iunoni quidam Veneri tribuunt	400
Voconia lata	185. & seq.	Lucina dea	231. 235
Leges duodecim tabularū quando latæ	99	Lucretiæ stuprum	164
Agrariæ nunquam sine tumultibus agitatæ	107	factum eius examinatur	37
Lycurgi æquiff.	99	L. Lucretius Catulus veneno hausto moritur	195
Leges suas Romani ab Atheniensibus mutuarunt	98	Ludorū secularium origo, ritus, & celebratio	177. & seq.
Libentina dea	221	ludi inferorum tauri dicti	178
Librorum de ciuitate Dei distinctio & ordo	630	ludi sacri inferis Romæ reuati	175
Liber deus seminis humani	377	Scenici in diuinis positi rebus, pag.	208
Liberus deus vnde dictus	359	Christianorum taxati	514
Libera dea Luna dicta	379	per miraculum dæmonum instaurati	260
Liberum arbitrium Ciceroni quid	292. & seq.	in rebustantum diuinis extant	349
libido dormientium absq; culpa	48	seculares Romæ instaurati	175
aliena non est, aut non polluit, pag.	34	Circenses	103
feruenti tincta veneno	75	Magni	ibid.
Libyæ mons prælongus	511	Romani	ibid.
Limentinus deus	221	Consualia	ibid.
Linea recta quæ	679	Ludis in funebribus fabulæ actæ	510
Linternense oppidum Campaniæ	186	Lumen verum Deus vnus	561
Liparæ insulæ Ætnæ incendio			Lu-

Index.

Lumen mentiũ ad discenda o-	Malefici qui vulgò dicti	572
nia est ipse Deus	malus & si regnat, feruus est,	
461	pag.	213
Luna varia nomina habuit	mali item pacem quærunt	145
235	malorum causa perditionis est,	
Lunæ deliquium quid	non adhærere Deo	693.699
165	malis cur benefaciat Deus	15
lunam quidam Venerem pu-	Malos cur creauerit Deus pa-	
tant. Et ei sacrificandi mos,	gina	660.665
pag.	Malum quid	666
401	non esse naturam, sed boni a-	
laborãtem magnis vocibus, iu-	missionem	646
uari credidit vetustas	Mala duplicia morum corpo-	
594	rum	135
ab asino epotam	quæ iustis accidunt, non pœna	
595	criminis, sed virtutis examen	
lunaribus incremētis & decre-	sunt	213
mentis variari plurima	Christianæ imputantibus reli-	
286	gioni quid responendum	61
Lux bona dicta	malorum omniũ causa est mala	
662	voluntas	699
lux, quam principio creauit	Mammam veteres ruminam di-	
Deus, angeli sunt	xêre	232
646	Mammona Syra vox diuitias fi-	
& angeli & sancti dicuntur	gnificat	24
686	Mane primum quale	642
Luxũ cauere Nasica Scipio do-	Manes animę dicuntur, cùm in-	
cuit Romanos	certum sit bonæ an malæ	
57	sint.	532.536
Lycopolis Ægypti ciuitas	Manius deus quid	533.536
48	Manlius Torquatus filium pro-	
Lycurgus Lacedæmoniis leges	prium percussit securi, quòd	
tradidit	contra edictum pugnauerat,	
98.587	pag.	45
Lycurgi leges quales	Manubiæ quid	258
99	Marcellinus tribunus Africanus	
M acedonũ regnum quãto	pag.	3
durarit tempore	M. Marcellus Syracusas defleuit	
706	antequam cepit	12
Magia quid	vita eius	13
574		
magicis artibus fruges; & agri		
translata		
495		
magi miraculis illudunt		
593		
magis Pharaonis cur sit permis-		
simum facere miracula		
571		
Magistratus Ro. quo die lectus		
Vestæ sacra faciebat, pagina		
8. & seq.		
Magna mater, id est Cybele dea		
pag.		
68		
magnæ matris sacra		
421		
Magusij Astrologiæ & Magiæ		
inuentores		
574		
Maius Apollini facer		
256		
Malcus, id est, rex		
482		

In de ciuitate Dei D. August.

Marcellus Syracusam à se dele-	Matuta dea	220.222.98
tam doluit	vnde dicta	536
Mariani belli origo	prius	198
Marica dea, quæ prius Circe,	Leucothea	222
pag.	Matutinum à Matuta dictum,	
Marius capite census dictus	pag.	222
Marius Arpinas	Medi in Asia regnant annis	350
marij hominis perditissimi fœ-	pag.	219
licitas	Mediator verus vnus Christus	
crudelitas	est, & nemo alius	540. & seq.
in ciues Rom. fœuitia	per quid	635
tyrannis	Medioximi dij qui	94
M. Marij Gratidiani mors hor-	Megalesia ludi	68. & seq.
renda	Melicerta deus marinus	223
Martis officium	prius Glaucus	403
Martis sydus	C. Melius Spoletanus comoedia	
stella natura	rum Trabeatarum inuentor,	
Martiales flamines Marti insti-	pag.	80
tuti	Memoriam optimam iracundi	
Martyres quomodo Christiani	& contentiosi habent	380
honorent	Mena dea	232.376
martyrum constantia	Menades quæ	362
martyrum templa delubra pa-	Menæder comicorum princeps,	
ganorum sequuta	pag.	79
martyribus non templa, nec sa-	Menippus Phœnix Cynicus, pa-	
crificia statuuntur, sed memo-	gina	27
riæ, sicut hominibus mortuis,	Mænoles Bacchus dictus	362
pag.	Mens dea	247.378
Martius Mineruæ facer	quid propriè	634
Massinissæ regnum pestilentia	etiam sensus dicitur	635
vastatum	in homine, optimum omnium	
Mathematici olim figuras in	pag.	453
puluere delineabant	mens bona in rebus omnibus	
Mathematicæ artes à Mercurio	optima	378
inuentæ	fide purganda, priusquam Deo	
Mathematicæ orationes certifi-	fruat	634
simæ	an per se ad cupiditates mouea-	
Matrimonia deorum incesta,	tur, an alterius impulsu, pagi-	
pag.	na	535
Mater magna terra dicta	mentis deæ, ædes & festum	250
		nihil

Index.

nihil est in mente , quod non prius fuerit in sensu	457	Mimi qui	80
Menses duos anno addidit Numma	386	& vnde dicti	368
menses , diis duodecim sacri, pag.	256	Minerua è Iouis capite nata	224
Menstrui vtilitas, & detrimen- tum	379	Mineruz quinque	226
Mercurius quis fuerit	511	Mineruz simulachrū in incen- dio Ilij seruatum	146
Hermetis Trimegisti aqua, pa- gina	509.512	Mineruz logotheca quid	356
mercium deus	231	Minerua quidam summum æthera ducunt	402
deus sermonis est	234	Minutularij qui	381
quasi medius currens dicitur, pag.	397.398	Miracula quæ veriora	591
cur Cyllenius dictus	399	& quid de illis sit sentiendum, ibid.	
Mercurij Salinum quid	356	inuisibilem naturarū, assidui- tate viluisse, quæ tamen rarif- simis sunt maiora	585
Mercurij officium	397	quæ Deus olim fecit, ad com- probandas promissiones fa- cta esse	570
& cur alatus pingatur & nun- cius	397.399	Miracula Christi angelis & dæ- monibus fuisse admirabilio- ra, quàm hominibus	550
Mercurij furta	263	miracula magorum, dæmonum operibus fieri	495
stellæ natura	401	nihil nisi illusio, sicut & dæmo- num	593
Mercurij quinque fuerunt	398	Miseria summa est ipsa stultitia, pag.	675
Mercurios duos colunt Ægy- ptij.	511	Miseri cur interire nolunt	674
Mergaridos. Bulbi dicti	374	Misericordia quid, & quòd eam culparint Stoici	725
Q. Metellus, & eius laus, pagi- na	178. & seq.	misericiadiæ opera, cur pieta- tem vocamus	558
Romanorū laudatissimus, pa- gina	121	Mithridates magnus	187
foelicitas eius	122	ciues Romanorum omnes, qui in Asia inuenti sunt, occidi iussit	187
Metæ in circo quid	73	à Romanis victus	125
Metropoles ciuitates quæ	560	Mithridatem vicit Pompeius, cum toto Oriente	201. & seq.
Micipsè regnum	206		
Miletos, Ionia dicta	442		
Militum in bello ferocitas	15		
militia immunes erāt apud Ro- manos proletarij & capite censi	173		
Mimallonides quæ	362		

In de ciuitate Dei D. Auguft.

Mithridaticū bellum annis du-	cum tempore, non in tempore
ravit quadraginta 325	cœpit 641
Monarchia quid 116	cur tunc, & non antea fit condi-
Monogramma quid ibid	tus 639
Mons facer Romæ 107	mūdi partes quatuor, & animæ
Moralis philofophia 463	earum 384
Mori commune omnibus 24	fol mundi mens & animus 233
mortuorum manes omnes dij	ante mundum conditum quæ
putantur à paganis 508	fuerint fecula 719
mors funna hominis 371	mundum factum eſſe ex ipſo
an ad declinandū peccata, mors	Deo diſcimus 636
ſpontanea fit appetenda, pag.	mundū non eſſe corpus Dei 238
49. & ſeq.	mundum non poſſe totum peri-
mortum ſibi conſciſcere, non	re 707. 709. & ſeq.
eſſe magnanimi 42. & ſeq.	liber de mundo num ſit Aristo-
in eos qui ſibi mortem conci-	telis 211
ſcunt, Platonis ſententia 43	anni ab Adam uſque ad Abrahā
qui morte voluntaria interie-	ſex milia 706
re, quomodo colat eccleſia,	de ætate opinionones variæ 708
pag. 48. & ſeq.	de æternitate opinionones variæ,
Mortium genera diuerſa, in Ro-	pag. 638
manos ciues à Sylla excogi-	mundū ſemper fuiſſe, ſed tamē
tata 196	factum eſſe dixit Plato 625
nihil intereſſe quo mortis ge-	Mūdi animam quid dixerit Pla-
nere vita finiatur 24	to 606
Mors nec fugienda, nec mala	mūdo cur dederit animam do-
putanda, quàm bona vita præ-	minus ſecundum Platonem,
ceſſit 25	pag. 622
Mortem ſibi conſciuit Cleomb-	eſſe animal beatiff. dicunt Pla-
rotus propter animæ immor-	tonici 619
talitatem 42	ab angelis factum quidam dixē-
Morem imponere, id eſt, morē	re 389. & ſeq.
gerere 4	Deum eſſe, & animum & men-
Mulier an ſemen coeūdo emit	tem habere, nonnulli opinan-
tat 362	tur 233
mulieribus quæ peperiffent, tres	quæ cauſam condendi mun-
olim dij cuiſtodes aſſignabā-	dum ſecundum Platonem, pa-
tur 359	gina 664
Mundus omniū viſibilium ma-	mundum, ex terra & igne eſſe-
ximum 636	ctum 475

Index.

mundos innumeros nasci & interire dixit Anaximander, pagina	441	quid & vnde dicta	364
Mundatur per cor caro	610	Neptunus de stirpe Aeneæ prædicit apud Homerum	136
Murci qui dicti	242	Neptunus equestris Còsus dictus	237
Murcia dea	241. & seq.	à Laomedonte mercede còductus	137
Musæ animorum tranquillitate gaudent	14. in præfat.	Neptuni officium mysticè	415
Mutica spica quid	222	vxor Salacia dicta	224
Mutinus deus, qui Græcis Priapus	232. 364	Nereides nymphæ quæ	252
C. Mutius Scæuola	247	Nerione Martis	369
apud aram Vestæ occisus	196	Neronis luxuria & sæuitia	320
Myoparo nauicula est piratica, pag.	214	Nerones à fortitudine dicti	367
Mythicon theologiæ genus	347	Neropolis Roma dicta	321
N Aiades nymphæ fontium, pag.	252	Nim quid	364
Napeæ florum nymphæ	ibid.	Næuius secūsus Latinus poëta, 164	
Natura quid secundum Zenonem	456	Nobis quid	369
sua vnde sit rebus omnibus, pagina	296	Nic. Triuet comm. lib. de ciuit. Dei	17. in præfat.
non minus est in paruis, quàm in magnis animalibus	665	Nicostrata Carmenta dicta	236
naturā nullam malam esse	665	Nigidius mathematicus Figulus dictus	280
Nauem quæ matris deūm ducebat simulachrum, aliàs immobilem mulier casta zona duxit	591	Nympharum quæ humoribus præfunt varia genera	252
Necessitas dicitur, quæ in potestate nostra non est	296	Ninus primus finitimis intulit bella	216
extrinseca & naturalis	299	regnū quāto durarit tēpore	ib.
Necya festa	510	Nixidi tres in Capitolio	236
Necyomantia	435	Nodotus deus	220
Necia sacra quæ	434	Nola à Vandalis capta	23
Necyomantia quid	436	Nosse ab omnibus amatur	675
Nemesis dea, quæ prius Leda dicebatur	98	Nouember Dianæ sacer	257
Nænia dea	361	Noxia cur Deus crearit	665
		noxiorum supplicia Romæ	107
		Numa Pompilius Romanis leges tradidit	98
		cur cum nympha Ægeria loquutus fingatur	435
		regnāte eo quadraginta nouem	

In de ciuitate Dei D. August.

annorum pax Romæ fuit	148	niam dicitur, Non occides	40
hydromanticus	434	Oceanicæstus	287
menses duos addidit anno	386	Oceanum patrem rerū omniū	
eius libri de ratione sacrorum		dixit Homerus	443
inuēti, & combusti	433. & seq.	Ocio perit Roma perdita Car-	
Numātia terror Rom. Imp.	186	thagine	54
Numeria dea	232	C. Octau. August. & ei ^o gesta	201
Numer ^o natura infinit ^o	639. 722	Gn. Octauij à Mario occisi, ca-	
quadratus quis	656	put in rostris ponitur	194
pars numerus quis	683	October Marti sacer	257
primus impar tria, par quatuor		Officiorum genera	623
pag.	682	Oligarchia quid	115
numeri ratio cōtemnenda non		Olympi montis altitudo	488
est in sacris literis	681	Omnipotēs verè Deus dicitur,	
in numeris, pars quota, quæ	680	etiā si quēdā nō pōt	297. & seq.
numeris omnia constare, dixit		Omogenia quæ	445
Pythagoras	350. 629	Ω ^o quid Græcis	476
Numina bona quomodo à ma-		Opes non esse bonas	24
lis distinguantur	87	opes faciles magis optādas ef-	
Numitoris liberi	142	se. quā immodicas	74
Nummus asper quid	74	opes Christianorum	21
nummus aureus quando primò		Ophinchus celeste signū Æscu-	
percussus	251	lapius creditur	593
nummi argentei signatura pri-		Opigena Iuno dicta	235
ma	251	Opinio quid	491. 524
nuptiarum dij quinque	249	Opis deus	231
nuptiis quinque; cerei nec plus,		Optimates qui dicantur	115
nec minus accendebantur	250	Opera Dei in sex dieb ^o , cur sint	
nuptæ nouæ olim, in lanatis se-		completa	680
debant pellibus	364	opera nostra quomodo osten-	
nuptiales dij deæ quæ	360	denda, & celanda	310
Nictilena Bacchi sacra dicta,		opera bona, malis mercede tē-	
pag.	414	porali repensat Deus	311
O Bstetrix virginē inspiciens		Orandum quid potissimum	74
corrupt	35	Orationis genera quinque; secun-	
Occurrere quid	85	dum Plat.	461
Occidere filios nō ideo eo gra-		Oratio funebris prima	168
tum, quia Abrahamo iussit	49	Orchestra quid	356
occidere bestias & pecora qui-		Orchus quietalis dictus	242
dam peccatū esse putant, quo-		Orcus deus	378
		per-	

Index.

per ordinem quid intelligendum	678	Partunda dea	360
Oreades nymphæ	252	Partus similes imaginibus sub conceptum inspectis edi	736
Orgia festa Cereris	412	Pasiones esse in Christianis, sed unde sit multum interesse	524
Origenes hominum animas in dæmones dixit mutari	534	pasiones potius nobis ipsis facimus, quam ex affectibus accipimus	491
Oriëris & Occidëris nominibus totus mundus significatur	387	Patelena dea	220
Orpheus trax deorum cultum primus inuenit	560	Πάσις quid	490
Osiris sacra	366.368	Patientia Dei ad pœnitentiam nos vocat	16
Osiris, Bacchus dictus	415	Patricij omnes Romę iussu Marij vno die occisi	197
Serapis dictus	582	patruelles qui	197
P Agani qui	4	Paudentia dea	232
Palatum Græci appellant	388	Pauli Apostoli rhetorica	661
Παλατιον	388	Paulinus Nolanus episcopus, patrigina	22.23
Palatualis, Palatij deę flamę	97	pauper diues qui	395
Palemon Melicerta dictus	222	paupertas Attilij Reguli	47
Pallas Bellona & Duellona dicta	234	L. Valerij	316
Palladium simulachrum Palladis	5	Q. Cincinnati	ibid.
palladium quo loco habitum, pag.	147	Pauor deus	253
palliatæ fabulæ quæ	80	Pauorem deum Hostilius dedicauit	365
Pallor deus	253	Pax, cū bello sub Sylla, de crudelitate certat & vincit	196
pallorem deum Hostilius dedicauit	365	pacem, cū solius veri Dei donum sit, dii falsi dare non possunt	148
Palmicum augurium quod	436	Homines peccaturos deus presciuit	730
Pantomimi qui	368	non ideo peccat homo, quia presciit Deus	299
Paranymphi qui	363	Peccatum per peccatum declinari non debet	47 48. & sequenti
Parcæ tres, & officium earum, pag.	276	propter peccati declinationem non esse mortem spontaneam	
parcis omnia volui docet Plauto	625		
Paridis adulterium	140		
Parricidium quid	144		
Pars quota in numeris quæ	680		
Parthenia insula quæ nunc Samos	356		

In de Ciuitate Dei D. August.

appetendam	50. & seq.	do dicta	479	
à peccatis vno Christi sacrificio liberati sumus	430	Persephone dea quæ Proserpina	222	
Peccatorum purgatio in hac vita tantum fit misericordia Dei	604	Persequutio Christianorum sub Nerone	370	
peccatores nõ Deo, sed sibi peccando nocent	695	Perse duos deos tantum colunt	222	
Peculium vnde dictum	395	Perfarum regnum quanto durarit tempore	706	
Pecunia dea	209. 249	Persius morum præcepta ex Platone desumpsit	74	
pecunia primo ærea postea argentea excusa	249	Perturbatio quid & cur sit in homine non in aliis animalibus, pag.	490	
prima bigis & quadrigis signata	251	Pestis maxima Vticæ	204	
pecuniæ nomine omnia significari quæ possidentur	395	Pestilentia ex locustarum multitudine orta	ibid.	
eius gratia omnia fieri	379	Romæ suborta, quod ædes sacras priuati tenerent	172	
pecuniam nemo sapiens concupiscit	395	magna Romæ	170. 171. & seq.	
Pelagia mater seipsam in flumẽ proiicit	49	Phalangas sudes vocant, quibus pugnatur	217	
Pellonia dea	249	Phallogogiæ feriæ	414	
pœnas esse post mortem purgandi gratia dicunt quidam	290	Phallus quid	414. & seq.	
pœnates qui, vnde dicti, & cuiusuis rei proprii	8	Phallus deus qui Priapus	95	
penates dij 5. & quàm prudenter Rom. urbem suam illis tuendam commendarint	6	Phantasia quid & vnde dicta	524	
qui fuere quos Æneas è Troia aduexit	8	Pharmacia quid proprie	574	
penatum Troianorum translatio	592	Phœnicum in Hispaniam transmigratione	470	
Penus omne est, quo vescuntur homines	8.	φύλακας qui	20	
Perephatte Cereris filia	411. & sequenti	Philonides Alexandri cursor	334	
Pericles eloquentissimus	83	Philosophia à Pythagora exortum habuit	441	
Peryxione Platonis mater	451	cur tripartita	671. Et quis eam primo inuenerit	ibid.
Peripatetica secta à deambulã-		Amor sapientiæ	450	
		mortis est meditatio	449	
		Philosophiæ partes tres	75	
		Parium philosophiæ ad Dei cognitionem applicatio	actiua	
		philosophiæ pars	451	
			studi	

Index.

studium eius in actione & contemplatione existit	450. &	Plato quando natus, & quo vixit	tempore	473
quod partes eius tres sint ibid		Ἐὖρος dictus		480
Partes ipsius Plato omnes coniunxit	452. & seq.	Moses Atticissans		475
Philosophiam solus adit foeliciter, qui libero est animo	448	an scripturas legerit propheticas		473
Vere Philosophari est amare Deum	465	poetas tanquam aduersarios vrbepellendos esse censuit	92	
Philosophi vtilitatis causa scripsere	352	animum nostrum ex astrorum putate esse substantia	457	
Pythagorę auditores quas partes philosophiæ sint sequuti	452	cur mundum animam habere docuerit	622	
qui Christiano potissimum sint sequendi	465. & seq.	Platonis parentes, & genus	451	
Philosophorum libri purè & attemptè legendi	309	laus, & illius studiorum gratia peregrinatio	450. & seq.	
genera duo Italicum & Ionicum, pag.	440. 441. & seq.	scripta quando cœperint contemni	473	
de circuloꝝ circuitu opinio confutata	720	diuitiæ	481	
disputationes	74	eloquentia	48	
Physicon genus Theologię	348	ænigma	422	
Phlegma cur superiores hominis partes occupet	690	de diis opinio	276	
Phthia ciuitas Macedonię	307	de animarum migratione error	621	
Physiognomia quid	436	Plat. tria esse rerũ principia	428	
Picum deus	363	Platonẽ Labeo inter semideos memorandum putauit	92	
Saturni filius in auem mutatus pag.	255	Platonici deos omnes esse bonos dicunt	88	
Picum deum Romulus dedicauit	365	Platonici Ioan. Euangelium cõmendant	620	
Pietas quid	9. 256. 558	Platonicos philosophos omnes in omnibus superare	450	
Pietatis templum Romę	256	Patriam in qua manendum est videre, sed viam ignorare, pagina	618	
Pilæmus deus	359	Plaustrum, an plostrum sit dicendum	415	
Pilum quid	363	Plautus comicus lepidissimus, pag.	84	
Piratarum bellum intra quadragesimum diem cõsumptũ	326	Plautinæ comœdię palliatæ dicuntur	5	
Πλάτωνος δόξα	250. 83			
Planetæ ab errore dicti	402			

In de ciuitate Dei D. August.

Etæ	80	Porphyrus prius Malchus di-	
Plostellæ quid	415	ctus	481
Plotinus philosophus	531	quo vixerit tempore	631
Plotinus Ægyptius	481	ex Christiano factus Platonici-	
Pluto vnde dictus, & quod illius		cus	617
domicilium	428	contra Porphyrium Platoniciũ	
Tellumo dictus	228	disputatio longa	612. & seq.
Axiocercus	427	Pofidonius Stoicus Astrologiæ	
cur dictus dominari inferis	227	deditus	278
Plutonis vxor Proserpina	224	Potentia soror Victoriæ	240
Pluisse terram, cretam, lapides,		Potina dea, quæ portionem præ-	
pag.	204	bet	232
Pluuia defecit causa Christiani,		Præsinus color, id est viridis	528
prouerbum	66	Præscientia Dei lib. arb. nõ tol-	
Poeta Latinus primus Liuius		lit	293
fuit	84	Et quæ fortuito fiunt, suas cau-	
Poetæ nõ vtilitatis, sed delecta-		sas habent	ibid.
tionis causa scripserunt	352	Præsciẽtiam Dei negat Cicero	
Poetas noluit in sua ciuitate ha-		291	
bere Plato	76.92.93.94	Pregnantes mulieres variis de-	
Poetarum figmẽta reiciũt Ro-		sideriis cur teneantur	736
mani	263	Prema dea	360
de Poetica licẽtia quid fẽserint		Prænefte subhastata	198
Romani	81	Præstitites Genij & Lares dicti	336
Politiani error de Cerealibus		Præterita quõ videt Deus	664
ludis	413	Prætecta vestis genus	237
Poma Sodomitici agri, intrinse-		Prætexatæ fabulæ quæ	80
cus fuliginosa	108	Priamus ad aras Mineruæ occi-	
Pompeius Syllæ sectator	199	sus	5
Pirata s Cilices vicit	193	Priapus hortorum custos, & eius	
Pompeij magni mors	331	patria	98
victoria & triumphus	201	Deus & illius sacra quãdo cœ-	
Pomona dea	97	pta	ibid.
Pomponij multi	242	Phallus & ithyphallus à Græcis	
Pontificum Ro. in flammines		dictus	ibid.
autoritas	97	Mutinus dictus	232.364
Populus quid	112	cur sacris Bacchi interfuit	414
olim magnus erroris magister		Priapi turpitudine	363. & seq.
dicebatur	43	Principiũ quod est Christ⁹	608
Populonia dea vidua	367	Pro verbo Dei	683

Index.

de rerum principiis opiniones variae	441. & seq.	ante peccatum fuerant inco- gnita	662
copiose	641	Puer dæmonis specie in Braban- tia natus	736
Probitas laudata ab omnib.	128	pueri olim Saturno oblato	407
Procurare quid sit	596	puer periorum dii dæque	375
Prophanorū autorū vsus in scri- ptura	9. & seq. in præfat.	Pugnare cum multis non esse gloriæ	161
Proletarij qui	171. 173	vere Pulchrū quod semper est, nunquam mutatur	467. 468.
Προφήταις quid	462	& seq.	
Proubi qui	363	M. Puluillus dedicans Iouis ædē filij morte non mouetur	316
Prophetas non omnia, quæ præ- dixerunt, intellexisse	431	Pullarius quis	188
Proserpina Platonis vxor	224	Pulli olim in auspicio	ibid.
dea Persephone victa	222	Punica bella tria	106. & seq.
Axiocersa	427	Punicum bellum primum quan- do cœptum	251
hemisphærium inferius	229	tertiū intra tres annos pfectū	326
Proserpine & ditis ara sub terra inuenta	177	secundum 18. durauit an.	326
raptus & nominis interpretatio, pag.	226. 410	primum 23. an.	ibid.
nomina plura	419	punici belli secundi clades	179
Proscriptionis tabulæ quando primum Romæ visæ	197	& seq.	
Proscriptos olim licebat occi- dere	ibid.	causa	55
Proteus vates	577	punicis bellis quanta sint passi Rom.	175
Prouidentia quid, & quomodo à fato differat	297	Pyrrhus Romanos vicit	174
de Prouidentia, Philosophorū sententiæ	587	responsum dubium ab Apolline tulit	171. 172. & seq.
Πρόφως quid	156	Pyromantia quid	436
Πυθία cur dicta anima	650	Pythagoræ tempora	268
Pudicitia virtus animi est, & co- mitem habet fortitudinem	34	Pythagorā post Numā natū	437
nec corrumpitur aliena libidi- ne	35	Pythia quid	234
violata non obest, nisi animus consentiat	33	sacerdos quæ	ibid.
pudicitia ædes	248	Q Vadrigati nummi qui	251
pudenda quare dicantur, & quod		Qualitates quid sint	697
		Quaternarius numerus primus par totus	683
		Quæstor primus dignitatis gra- dus	55

In de ciuitate Dei D. August.

Quies dea & illius templum Ro- mæ	130	citæ, pag.	110
Quindecimuirî sacrorum qui, pag.	344	reguli integritas & cur- victus, pag.	176. 316
Quiris olim hasta dicebatur	98	Rhea siue Ilia Numitoris filia, pag.	142
Quirinus Romulus dictus	97.	Rheni ripæ duæ Barbara & Ro- mana	314
& seq.		Rhetorica Paulus vsus est	661
Quirinales flamines instituti	97	Religio Dei cultû significat	558
R ationalis naturæ ordines quatuor	486	vnde dicta	564
Rhadagaisus Gothorû rex cum toto exercitu victus à Rom.	327, & seq.	pietas est erga Deum	256
Redemptio per Christi sangui- nem lôgè antea prædicta	431	religioni deditus Puluillus, filij mortem contemnit	316
non regnat, sed seruit, qui ma- lus est	213	religiosi qui	268
regnandi cupido quibus gradi- bus apud Rom. aucta sit	56	Remus occisus	145
à bonis procul abest	240	Repudij verba apud Iurisc.	369
quæ causa regnandi olim	217	Requies Dei	644
regna sine iustitia sunt magna latrocinia	214	Res factæ ex tribus sunt diiudi- candæ	671
regna Deus etiam impiis distri- buit	323	Respub. quid	112
diuina constituuntur prouiden- tia	274	& quòd sine iniuria nulla esse potest	115
etiam malis concedit Deus	271	qualem incorruptibilitatē cor- pora nostra habebunt	647
à diis falsis non administrari, pag.	217	Rhadagasus Gothorum dux	28.
Rex primus	150	in præfat.	
regis nomen imperij primum est	149	Rhodium dicendi genus	86
reges primi singulis imperita- bant familiis	217	Robigus	251
boni & mali	110	Rodolphi Agricolæ laus	117
regum Romanorû præter duos nemo morbo periit	164	quando ædificari cœpta	103
Regulare quid	166	ab Albanis condita	11
Regulus vir opt. & eius infœli-		quando	138
		Neropolis dicta	321
		quo semper fuerit statu	105. & seq.
		quibus aucta & parta sit labori- bus	65
		Carthagine diruta ocio peri- clitatur	54
		quando, & ob quam rationem quietem	

Index.

quietem egit	167	sub regibus	161
quibus temporibus, & à quibus potissimū vastata 198. & seq.		Romanos libertas & cupiditas ad facta sua compulere	314
à Gallis capta	119. 171	Romanis suscipiendi belli quæ causa potissima	150
à Gothis anno ab ea condita MCLXIII. 30. in præfat.		Rom. Resp. Cannensi clade ex- hausta	179. & seq.
quanta humanitate Christi be- neficio à Gothis expugnata 13 & seq. copiose		Rom. Resp. ante Christi aduen- tum corrupta	108
quibus malis interius labora- rit. pag.	188	Rom. Senatores multi Romam nunquam viderunt	314
incendio perit	176	discessiones Rom. plebis à patri- bus	106. & seq.
pestilentiis vastatur	170	Romanos sæpius victos termi- nos suos retraxisse 264. & seq.	
Luxuria corrupta	184	Rom. Imp. cur Deus auxerit in- fidelibus	302
Romæ animalia domestica om- nia efferata subito	188	Rom. Imp. nō est Ioui ascriben- da amplitudo	223
Romæ ordines tres	91	terrores duo, Numantia & Car- thago	186
Romæ pars magna Tiberisin- undatione perdita	176	Rom. Imp. infaustum Euphratē transire	265
pop. Romani classes sex	173	quibus artibus regnum suum dilatavint	302. & seq.
de capite Ro. civis non nisi ma- gnis comitiis iudicabatur	39	Romanorum regum vita qua- lis, & exitus	163
Romani civis in Asia oēs vno die Mithridatis insū cēsi	187	Romulus deus factus	98
Romani quos civitate donarint, pag.	313	Altellus dictus	419
quirites dicti	98	Quirinus	96. 98
à Troianis ducunt originem, pag.	8. 136	Augur fuit	345
Christiani nominis infectato- res	2	Romuli vxor Herfilia	241
laudis auidi	40	pater	141
vnde deorum multitudinem ac- ceperunt	154	parricidium	144
leges suas ab Atheniensibus mu- tuarunt	98	mors & exitus	163
contra Albanos	159	Rota mūdi quid secūdū Ver.	625
Romanorum superbia	3	Rubigo segetum quid	251
laus præcipua	12	Rudij Salentinorum vrbs	116
sub consulibus vita	167	Ruffinus tutor Archadij	28. in præfat.

In de ciuitate Dei D. August.

Rumam veteres matrem di-	Sacrificia vera quibus delecta-
xere	tur Deus 566. & seq. copiose.
Rumina dea vidua	232. 267
Ruminus Iupiter dictus	392
Runcare, id est euellere	222
Runcina dea	220
Rufor deus	418
Rei rusticæ scriptores	289
S Abæi populi	204
Sabinarû raptus descriptio,	
pag.	100. 102
Sacerdos noster magnus, Chri-	
stus ipse	568
Sacerdotes Galli castrati	422
Sacerdotum Ægyptiorum iura	
mentum	583
facra vnde didicerit Numa Põ-	
pil.	435
facrorum præfecti qui Romæ,	
pag,	345
Sacramentum altaris	569
Sacrificia non sanctis martyri-	
bus, sed vni Deo offerenda	513
nec angelis esse sacrificadû	570
Christo viuenti cur non sit sa-	
crificatum	597
Sacrificia Deum non requirere,	
sed quod sacrificiis significa-	
tur	565. & seq.
Sacrificia visibilia, cur Deo inui-	
sibili offeramus	598
Sacrificia ista quæ sint vera, quæ	
Deo debemus	562
Sacrificium iuge Ecclesiæ	599
Sacrificio Christi omnia nostra	
peccata deleta esse	430.
Sacrificium Christianorû quod,	
pag.	328
vnum tantum esse Christiano-	
rum	513
Sacrificiis quibus dii delecten-	
tur	484
Sacrificatum olim humanis vi-	
ctimis diis, & quando prohi-	
bitum	409
Sacrificia tristia	88
Sacrificia veterum quid signifi-	
carint	566
Sais op. quando conditum	676
Salacia quid	415
Neptuni vxor	224
Saliatio diuinationis genus	436
Salustius nobilis historicus	12
Salustij eloquentia	108
libri quidam amissi	106
Salutationes inter magnos ho-	
nores Romæ habebantur	110
Samniticum bellum annis dura-	
uit	50
329	
Samòs insula vnde dicta, & quod	
prius Parthenia vocata sit	355.
& seq.	
Samson seipsum interficiens nõ	
peccauit	41
Samus insula à Iunone dilecta,	
pag.	354
Sancti dii dicti	553
quæ sciant & vnde in cælo	552
Sanctis nihil perit in amissione	
temporalium	21
Sancti mortui quomodo hono-	
randi	513
Sanctorum cultus & veneratio,	
pag,	513. & seq.
& quod memoriã quidẽ illo-	
rum celebremus, non inuoc-	
emus	ibid.
sanctos esse lumina	561

Index.

Sanctitas corporis non amittitur animi sanctitate manēte	35	per cælos sunt opinātur quidam	689
Sapientia ipse Deus est	438	Saturnalium turpitude & à quibus celebrata	80
Sapientiam veram Deus nō reprobat	616	Saturniam opp. Saturnus condidit	382
Sapientis nomen in Pythagora abolitum	443	Satyri cur Liberi comites	235
Sapienti an animi passiones accidant	519	Satyrarum origo	80
quid in affectibus deceat	530	Satyra quid contineat	ibid.
res decem esse in quibus sapiētes versantur	179	Scapus quid	421
Sapientes septem Græcię vnde nomen hausere	443	Scenarum ornatus	80
eorum nomina	ibid.	Scenici magno olim dignati apud Græcos honore	85 87
Sardanapalus Thonos concoloros dictus, & eius epitaphium, pag.	110	Sceleribus non innocentia, sed scævitię magnitudo, impunitatem parit	214
ab Arbace victus	111	Scenici ludi in diuinis positi rebus	208
Sardanapali libido	110	propter pestilentiam primitus instituti	77. & seq.
Saronidæ qui	470	diabolicum inuentū, & eorum vanitas	57. & seq.
Saturnus homo summē impius, pag.	227	Scenicorum ludorum instauratio	260
femininum omnium potestatem habet	357	Scenici ludi diu Romanis ignoti, pag.	90
quid sit	396	Scenicorum ludorum turpitudine, pag.	129. & seq.
à fatu dictus	227. 376	Scævola multi	262
κρόνος vocatus	407	Scipiones vnde dicti	82
senex pingitur	355	Scipiones fratres duo belli funina	83
& quæ illius natura	ibid.	Scipio Aphricanus Imperator primus cui ex prouincia nomen datum	603
temporis est longitudo	225	Scipio Nasica Charthaginem noluit dirui	54
patrē suū dicitur castrasse	423	eius integritas	56
cur filios proprios comedere dictus	357	Scipio Nasica simulachrum matris Deum in vi bem tulit	70
Saturni officium mysticè interpretatum	406. & seq.		
flij tres	226		
simulachrū æneū in Africa	409		
Saturno olim pueri oblati	407		
Saturni sydus aquas esse quę su-			

In de ciuitate Dei D. August.

Hannibalis victor & domitor	Senarij numeri perfectio	680
Linternēsi oppido exulauit	Seneca an apostolorū contem-	
184	poraneus	365
Scipionis Africani mors	Senecę de Iudeorū & Christia-	
114	norū ritib. sentētia	369. & seq.
Scientiam sine charitate pluri-	Senectutem quomodo serpētes	
mum obesse	exuant	488
549	Sensus etiam de interioribus di-	
scientia angelorum	citur	635
679	qui & quomodo falluntur in	
qualis in fit brutis	homine	673
675	sensus imus si fallit non est ei	
inter angelorum & dæmonum	amplius assentiendum secun-	
scientiam quid intersit	dum Epicurum	461
551	Sensibilia quę	459
Scire oēs desiderāt	vnde dicta	675
674. & seq.	Sentia dea	232
nihil posse certò sciri dixēre	Sentinus deus	376
Academici	Sepeliendi sanctorū corpora	
674	ratio habenda est	26.27
in scripturis numerorū ratio-	Et quod sepelitio fidem resur-	
nem nò esse contēnendā	rectionis astruat	28
681	sepulchrorum religio vetustif-	
Scripturę autoritas	sima	434
634	sepulturę curam etiam Philo-	
scripturas nemo intelligit, qui	sophi contempserunt	26
linguam, qua scriptę sunt,	nullam habebit Christianus,	
ignorat	pag.	25. & seq.
90	insepultos plerosque abiici le-	
scriptura in conuentibus Chri-	ges iubent	26
stianorum olim publicè le-	sepulturā renuit Diogenes	ib.
gebatur	Septenarius numerus suo mo-	
131	do perfect.	681
scripturarum suarum qualem	& quid significet	682. & seq.
velit habere iudicem Augu-	September Vulcano sacer.	256
stinus	Septem viri epulones qui	355
64	Serapis Osiris dictus	582
Scripturę obscuritas ad quid v-	L. Sergius Catilina	122
tilis, pag.	Serpens quando super pectus	
661	cœperit ambulare	658
Scythę philosophantes genus		
hominum simplex		
470		
Seculum quid		
177. 724		
secula seculorū quę		
724. & seq.		
seculorum reuolutionem non		
esse, sicut somniant philoso-		
phi		
712. & seq.		
secularium ludorum ritus		
176		
secundis rebus mala quę exo-		
riri soleant		
105		
Segetia dea		
221		
Segetibus quos deos præfece-		
rint Romani		
220		
Semidei qui		
601		

serpen-

Index.

serpentem eneam cum magna laude contriuit Ezechias rex 571	nos trahunt captiuitatem 305
serpentes quomodo senectutem exuant 488	simulachrorum vsum etiã Pa- gani detestantur 266
Serpentes volasse 203.205	ab eorum deprædatione absti- nuit Fabius 12
serpentum ætas diuturna 478	sine simulachris deos suos diu coluere Romani 269
Sertorij gesta & mors 200	& quod simulachrorum inuen- tio mala multa attulerit ibid.
Seruitus boni est libertas 213	Socrates philosophus 446
C.Seruilus Glaucia 192	inter cæteros philosophos cor- datior 447
P.Seruilus piratas Cilices vicit 193	innocentissimus ab Aristopha- ne irrisus 82
Sexus fœmininus in masculinũ mutatus 203	Soc.Philosophia 446
Sibyllę libros, adire nemini, nisi ordinatis licebat 345	accusatores tres 448
Sicilia Ætnæ montis incendio periclitata 204	& quod omnes ob damnatũ So- cratẽ multati sint ibid.& seq.
Siluanus Deus noctiuagus 359	Solis defectus quid 165
silentium sentitur non audiẽdo 701.702	bis occidisse, vnde nunc oritur mentiuntur Aegyptij 708
Siluescere quid 108	non esse maiorem, quã appa- reat dixit Epicurus 461
Silua sacerdos Vestalis 143	esse animal Platoniorum sen- tentia 620
Simplex natura quæ 647	Solistimum quid 186
Simplicianus Mediolanensis e- piscopus 620	Sophronea morte spõtanea in- terit ne à Maxentio corrup- peretur 49
Simulachrum Apollinis Cuma- ni fleuit quadriduo 501.& seq.	Σαφροων quid 569
simulachrũ Fortunæ Romę lo- quitur 245	Spartacus bellum excitat serui- le 193
simulachra diis ponere primus Tarquinius Priscus docuit 270	fugitiuorum dux 216
deorum quare primitus consti- tuta 383	Spectaculis deorum Augustinus iuuenis interfuit 67
deorum esse corpora dixit Tri- megistus 500	Speusippus philosophus 480
magica quomodo facienda 507	Spiritus qui ferebatur super a- quas 606
simulachra reprehendit Seneca 365	spiritus pro aere 294
Per simulachra demones in suã	Spiritus sanctus an recte patris

In de ciuitate Dei D. August.

& filiis bonitas dicatur	669	Stuprum violentum animum non commaculare	33
Spiritus sapiētię quomodo multiplex dicatur	648	Subigus deus	360
Spiritus malignos falsis notari delectat criminibus	85	Summanus deus	254.258.536
Spoletum subhaftatum	198	Subhaftare	198
Spurius Æmilius primus annonaę præfectus	170	Superbia angelos è cælo deiecit	699
Statilinus deus	249	Superbus spiritus quod Dei est affectat	I
Stellę nõ faciūt, sed significāt	278	Superbis nomen cur Tarquinii additum	165
Stellarū virtutes & effectus	401	Superstitiosi qui proprię	267
potestas qualis, & vnde	274	Superfoetantia animalia	386.
Stellis sacrificant gentes	233	Supplicia noxiorum Romę	107
Stellas vanę deorū nomina accepisse	399	Sursum corda in missa	164
Sterquilinius deus	263	Sydera quarto die facta	645
Stilico tutor Honorij. 18. in præf. in foro pacis Romę cum filio obtruncatur	30. in præfat.	Iouis esse partes dicunt Pagani	233
Stimula dea	232.241	animalia esse Platoniorū sententia	619
Stoici cuiusdam philosophi de perturbationibus animi responsio	520.521. & seq.	omnia de terra nata esse dixit Anaximenes	445
Stoicorum principes Zenon & Chrysiipp.	521	an syderum influxui res omnes subiiciantur	288
de affectibus opinio	80. & seq.	eorum vis	275
Stoicam sectā Christianę similitimam religioni censet Hieronymus	214	Sylla Tarenti sacrificans coronam auream in capite iecoris vitulini inuenit.	124
Strato Lampfacenus	367	Syllæ crudelitas	125
Strenua dea	232.241	vita perdit	117.119
Studiorum gratia Aegyptum & Italiam peruagatur Plato	451. & seq.	sepultura	201
Stultitia summa est miseria	675	in Rom. ciues sæuitia	196
Stuprari inuitas cur Deus patitur	51	facta eius demones sibi ascribant	121
Stupratę violēter cur nõ seipsas exemplo Lucretiæ occidant	38.47. & seq.	Syllanę victorię crudelitas	195 & seq.
		Syllogismi partes tres	91
		Symphoniaci qui	69
		Syracusæ prius defletæ, antequam victæ	13

Index.

expugnatae	14	quàm fruendum	671
T Abernariae comœdiæ	80	Tenebræ dæmones dicti	685
Tabulæ proſcriptionis, quâ		tenebrę sunt aër carēs luce.	648
do primum Romæ viſæ	197	non videndo videntur	701
Tarpeiavirgo ſcutis enecata	158	tenebras non eſſe bonas	35
Tarpeia porta quæ prius Pan-		Cur tētarit diabolus Chriſtū	550
dana	382	Terētius Scipioni familiaris	89
L. Tarquinius Collatinus à Bru-		Terentij Adelphi in ludis fune-	
to collega reſpuitur	100	bribus acta	510
Tarq. cotē ſecuit nouacula	591	Terentianæ comœdiæ palliatę	
Tarquiniꝝ quare Superbi cogno-		dictæ	80
minati	165	Terentianus Carthaginēſis poë-	
Tarq. mors	106	ta	343
exitus	166	Terentius locus	177
Tatiꝝ Sabinorum rex à Rom.		Terminus deus & eius ſacrificia	
occifus	159	256	
Tauri ludi, inferorum dicti.	172	Termino Deo Februarius dedi-	
Teletæ ſacrificia	572	catus	385
Telon exactores dicti	109	Terra & tellus differunt	222
Tellumꝝ Pluto dictus	228	Terra deorum mater	357
Tellus & terra differunt	ibid.	& ſi rerum omnium ſit mater,	
Temperantia cur non meruerit		nullius tamē eſt creatrix	735
eſſe dea	242	cur non tota aqua circūdetur,	
Templum Dei nos ſumus	562	vt reliqua elementa reliquis	
templa primò hominibus bene		688. & ſeq.	
meritis ædificata	400	terre nomina diuerſa & eius ſi-	
templa apoſtolorum aſylum fa-		mulachri ſpecies 419. & ſeq.	
cta	2	terræ hemiſpherium ſuperius	
quæ turpiter in Paganorum tē-		Venus dicitur, inferius Pro-	
plis ſiant	75	ſerpina	229
Tempus quid	641	Terrapauium quid	186
tempus & æternitas, in quo dif-		Tertullianus	375
ferant	641	quicquid in Vet. teſt. dicitur, fu-	
tempus cum creaturis exiſſe.		turi Chriſti eſt indicium	431
ibidem		Teſtamenti noui & veteris dif-	
tempora à motu ſyderum	716	ferentia	608
temporū momenta qualia ſint		Teſt. vet. & no. vnde dicta	607
apud angelos, ignoramus	653	teſtimonium falſum nemo con-	
circuitus & reuolutio ſecundum		tra ſeipſum dicere poteſt	40
philoſophos	712	Thalaffus quid	105
temporalibus magis vtendum,			

In de ciuitate Dei D. August.

Thales Milesi⁹ philosoph⁹	441	pit prius Albula dictus	255
Thalia ætæna dicta	205	glacie duratus	172
Thamus Ægypti rex Ammon dictus	511	Tiberis inūdatione fere Roma periit	176.178
Theatrum quid in vrbe ædificari Nasicaprohibuit	162 71	Tiberinum Deum Romulus dedicauit	365
Theatra instituta Romæ	57	Tiberinus Albanorum rex latro insignis	255
Theodosius Imper. 331. & seq. Gothos vicit 27. in præfat.		Tibias inuenit Cybele dea	68
Theodosij pœnitentia pietas	332 333	Tigillus Iupiter dictus	392
Theologia quid naturalis	438 ibid.	Titanes qui	267
theologiæ genera tria ciuile genus theologiæ quod	347 349	Togati	307
the⁹rus quid	373	Togatæ comœdiæ	80
Thessalonicenses à Theodosio interfecti	334	Trabeatæ comœdiæ à quo inuentæ	80
Thefaurus tam bonorum quàm malorum est congregatio	17	Tragœdia quid contineat ibid. tragœdiæ vnde dictæ, & quæ illarum origo	78
Thespiodos dea, quæ carmentis	236	Trapezitæ qui	385
Theurgia quid	572.575	tribulationes præsentis obiectibus piis, quid sit respondendum	53
Theut Mercurius dictus	398	tribulationibus erga bonos & malos vtitur Deus	16. & seq.
theut mensis primus Ægyptiis	511	Tribulum quid	17
Thoir qui theut, id est Mercurius	398	Tribuni creati	105. & seq.
Thomas Valois comment. libro de ciuitate Dei 17. in præfat.		tribunorum potestas & immunitas	107
Thomæ Mori laus	76	tribus Rom. 35.	181
Θρησκεία quid	558	Trieterica Bacchi sacra	414
Thonos concoloros Sardanapalus dictus	110	Trinitas vna simplex deitas. 647 in operibus suis indicatur. 670 vnde dicta, & eius inseparabilis vnitas	669
Thyiades quæ	362	trinitatis imago in homine. 671 à Platonis insinuata	604
Thymele & Thymelici quid.	356	an norint philosophi	605
Thyrsis quid	362	Tripodes Apollinis	234
Tiberis à Tiberino nomē accepit		Trogus nō verax historicus. 216 trogi Pōpelj historias non extare	

Index.

tare	217. & seq.	P. Valerius Flaccus occius	146
Troglodytæ vnde vocati	62	Valerius Soranus homodoctif- simus	391
Troia cur à Græcis victa & ca- pta fit	136	Vanitas vbi habitet	213
non ideo periit, quia Mineruam perdidit	4	M. Varronis scripta	342
à Fimbria euerfa	145	eruditio, doctrina, & quid de diis gentiliū fenserit	28. 341
Troiam Apollo, & Neptunus mercede conducti ædifica- runt	137	eius statua in bibliothecā posi- ta	343
Troiani belli initiū fuit discor- dia	190	M. Varronis antiquitates priif- se	209
Triumviri epulones qui	355	Vaticanus deus	221. 232
Tullus Hostilius tertius à Ro- mulo rex fulmine absumptus	163	Veientes cum Ro. decennialibel lo certant	103
Turanus deus	221	Venenum quare Deus creavit, & quid commodet	665
Tutilina dea	ibid.	Veneficij pœna	574
Tyberius Gracchus occisus	114	de beneficiis quando quæstio prima habita fit	173
Typho quid	687	Venetus color, id est, cæruleus	528
tyrannus quis	112. 116	Venilia dea	10. 232
tyranni nomen quādo cœperit adduci in odium	116	Venus verticordia quæ	229
tyranno omnes alij seruiunt, i- pse verò suis libidinibus	4	Venus vnde dicta	360
tyrannos fortes vocabant vete- res	320	luna putatur à quibusdam	401
V Adari & Vadimoniū quid	368	libentina & libitina dicta	221
Vagina in spicis quid	222	Cluacina	221
Vagire vnde dictum	221	terræ hemispherium superius dicitur	229
Valens Imper. Arrianus	334	simulachrum quale	356
viuus à Gotthis crematus	27	clarissima omnium	400
in præfat.		veneres duæ, cælestis & infe- rior	229
Valentinianus Imp. ab Arboga ste occisus	333	Ver Veneto dicatur colori	528
Vallonia dea	220	Verbum quo facta sunt omnia	644
L. Valerius vsque adeò pauper, vt sepulturæ impendiis carue- rit	316	Verba religiosa non faciliè mu- tanda	649
		iudicium in corporis sensu po- nunt Epicurei	460

In de ciuitate Dei D. August.

veritatem summam esse bonum	Vicos veteres <i>δ'ημος</i> dixere	78
Platonis sententia 465. & seq.	Victorum in victos mos	11
Vespasiani suauissimi principes	Vindicta tarda fit in regibus	328
324	Vir bonus quis	676
Vesperum primum, quale	vir regens uxorem, animo simi-	
Vesta dea multis rebus tribui-	lis regenti carnem viri præ-	
tur	stantes diis assimilati	58
quid in humanis teneat	Virginem obstetrix explorans	
402	corrupta	35
Iliaci dicta	virgines ante nuptias pro dotali	
228	pecunia prostituta	229
veste deæ templum exustum	olim fasciis cincta	363
176	Veste deæ cur dicata	228
veste deæ cur virgines dicatae	Virginensis dea	232. 360
228.	Virgilius unam tantum egit cau-	
in veste templo ignis cultus	sam	39
178	cur paruulis legendus	6
vestas multas esse, & quid sint	Virgilij de Christo carmina	
8	604	
Vestaliū castitas	Viridis color Prasinus	528
229	Virtus dea	246
supra morte vindicabant Ro-	virtutis ædes Romæ	ibid.
mani	definitio secundum veteres	248
177	solam virtutem bonum esse di-	
supplicia	xerunt Stoici	520
ibid.	virtutes habenti virtus maxima	
Vestalis in suæ pudicitiaē testi-	gloriam contemnere	319
monium aquam cribro hausit	olim artes dicta	250
191	voluptati corporali seruire phi-	
Veteres vna fide in Christum	losophi quidam pictura osten-	
saluati	dunt	322
609	Virtus via vera, ad regnandum	
videre, ad omnes sensus, tam in-	304	
teriores quàm exteriores per-	& virtus quæ optima	ibid.
tinet	virtus ex animi sede, corpori	
636	imperat	33
Visio Dei omnium pulcherri-	ad Virtutē vnica & simplex est	
ma	via	542
590	Virtutis species quatuor	246
sæpe in aliena Deus visus est	Vis victoriae frater	240
forma		
585		
visibilium omnium maximum		
est mundus		
636		
Vitium quid & quàm sit multi-		
plex		
696		
vitij vituperatio summa		
693		
vitia vnde mala dicantur		
692		
quæ punienda		
695		
in vitia multis viis itur		
542		
Victoria dea, vitula dicta		
72		
Victoriæ ædes & Iudi Romæ		
240		

Index.

Vitula dea	72	Volūtas mala, malorū omnium	
Vitumnus deus	376	est causa, ipsius autem causa	
Viuentia cunēta fugere interitum	674. & seq.	nulla est	699
Vita potius mors dicenda	725	vnde mala fiat	702
tota pœna est, quia tota tentatio	108	bōna voluntate deorum beneuolentiam acquirimus	507
huius vitæ malum primū quod		Voluptas dea	221. 232
729		Volutina dea	220
in vita hac quos vocemus beatos	653	Vrbibus quæ captis fieri soleant	15
beata non dicitur, nisi sit æterna	651	Vrna quid	27
Vita æterna quæ	371	Vti à frui quid differat	671
ab vno vero Deo, nō à diis multis quærenda est	344. & seq.	vsque ad decem cōsumpti	204
Vinxina dea	363	Vulcanus Iouis & Iunonis filius	
Volones serui ad bellum manumissi	181	230	
Volumnus deus	249	Iouis cooperarius	230
Volūtas angelorum hominum & animalium	294	artium deus	231
Voluntatem solis rationalibus tribuit Arist.	296	Vulgi iudicium errore plenum	
Voluntas Dei omnium rerum fons & origo	552	42	
an Voluntas nostra subsit necessitati	287	X Antippus in bello exercitissimus	32
tantum valuit quantum eam Deus valere voluit	295	Xenocrates Chalcedonius Platæ discipulus	40
		Xenophanes Colophonius	06
		Z Ance ciuitas Sicilia	408
		Zelus victoriæ frater	240
		Zephyrus Floræ deæ maritus	
		222	
		Zodiacus circulus in octauo cælo	402

F I N I S.



Volutas	72
Volutas	73
Volutas	74
Volutas	75
Volutas	76
Volutas	77
Volutas	78
Volutas	79
Volutas	80
Volutas	81
Volutas	82
Volutas	83
Volutas	84
Volutas	85
Volutas	86
Volutas	87
Volutas	88
Volutas	89
Volutas	90
Volutas	91
Volutas	92
Volutas	93
Volutas	94
Volutas	95
Volutas	96
Volutas	97
Volutas	98
Volutas	99
Volutas	100







